This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



Digitized by Google

INDIANA
UNIVERSITY
LIBRARY



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA;

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT;

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES PENE JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, DUCENTIS ET VIGINTI DUOBUS VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, DECEM ET CENTUM SUPRA MILLE FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, NOVEMQUE ET CENTUM VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA SEXAGINTA VOLUMINA PROBABILITER NON SUPERABIT; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA TRIGINTA VOLUMINIBUS ABSOLVETUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES FUTURIS PATROLOGIÆ SERIEBUS APPLICANTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NON NOBIS DEEST.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXX.

JOANNES XIPHILINUS, SYMEON JUNIOR. ALII BENE MULTI.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

VI 120
MHS
Digitized by Google

583663
B630
.M5
v.120

Digitized by Google

12-3-51

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XI. ANNI 1005-1073.

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

ΤΟΥ ΞΙΦΙΛΙΝΟΥ,

ΣΥΜΕΩΝ ΤΟΥ ΝΕΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

JOANNIS XIPHILINI

ARCHIEPISCOPI CP.,

SYMEONIS JUNIORIS,

OPERA OMNIA.

INTERMISCENTUR

JOANNIS EUCHAITÆ, THEODORI ICONII, ALEXII CP., DEMETRII CYZICENI, MICHAELIS CERULARII, SAMONÆ GAZENSIS, LEONIS ACHRIDANI, EPISCOPORUM; LEONIS PRESBYTERI, JOANNIS PRESBYTERI, EPIPHANII MONACHI HIEROSOLYMITANI, NICETÆ CHARTOPHYLACIS, NICETÆ PECTORATI, JOANNIS CP. DIACONI, ANONYMI,

SCRIPTA VEL SCRIPTORUM FRAGMENTA QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 11 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1864

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XI. ANNI 1005-1073.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXX CONTINENTUR.

ANONYMUS S. NILI DISCIPULUS.

Vita S. Nili Junioris, abbatis Cryptæ-Ferratæ in agro Tusculano, ex editione Joan. Matthæi Caryophyli, episcopi Iconiensis, repetita in Septembri Bollandiano, tom. VII. 9

THEODORUS ICONII EPISCOPUS.

Vita SS. Cyrici et Julittæ, ex Bibl. nova Patrum card. Ang. Mai. 166

LEO PRESBYTER.

Prologus ad Passionem SS. Rufi et Respicii, ex Spicileg. Rom. 174
Prologus in Vitam S. Joannis Chrysostomi. 175

LEO GRAMMATICUS.

Historia Byzantina (*vide tomum CIX, qui Scriptores post Theophanem complectitur.*)

JOANNES PRESBYTER.

Epistola ad Leonem Grammaticum et archiepiscopum Calabriæ ex J. B. Cotelerii Monum. Ecclesiæ Græcæ. 178

EPIPHANIUS MONACHUS HIEROSOLYMITANUS.

Sermo de Vita SS. Deiparæ, ex Amadutii Anecdot. litter., tom. III. 185
Vita S. Andreæ, ex editione Græca A. Dresselii, addita interpretatione nostra. 215
Enarratio Syriæ, Urbis Sanctæ et sacrorum ibi locorum, ex Allatii Symmictis. 259
De religione Christiana libellus, ex Emmanuelis a Schelestrate Actis Ecclesiæ Orientalis. 275

ALEXIUS CP. PATRIARCHA.

Constitutiones synodales. *Vide tom. CXIX*, col. 745 et 1009. 285

DEMETRIUS SYNCELLUS CYZICENUS METROPOLITA.

Responsiones de nuptiis prohibitis. *Vide eumdem tomum CXIX*, col. 1098.

SYMEON JUNIOR.

Notitia ex Leone Allatio De Symeonibus. 287
Jacobi Pontani Præfatio. 317
Orationes XXXIII, Latine, ex editione Jacobi Pontani. 321
Divinorum amorum Liber singularis. 507
Capita practica et theologica, Latine partim apud Jac. Pontanum, Græce in Φιλοκαλίᾳ τῶν ἱερῶν Νηπτικῶν, cujus exemplar, magno pretio redemptum, Athenis nobis est transmissum, nam in nostris partibus frustra quæreretur. 605
De alterationibus animæ et corporis quæ ex varietate cibi aut aeris, quæque ex elementis, ex cibis, interdum etiam ex dæmonibus exsistere in nobis solent. Latine ex interpretatione Petri Possini S. J. 687
De fide et profectu libellus, vernaculo sermone Græco scriptus, ex Φιλοκαλίᾳ. 693
De tribus modis orationis, ex eodem libro. 701
Appendix. — Scholastici cujusdam Dialogus de Deo, ad Symeonem Theologum. 709

NICETAS CHARTOPHYLAX NICÆNUS.

Quibus temporibus et quarum criminationum causa a CP Ecclesia sejunxerit se Romana Ecclesia, ex Maii nova Bibl. PP. 713

MICHAEL CERULARIUS CP. PATRIARCHA.

Homilia dicta in prima Dominica Quadragesimæ, festo restitutionis imaginum, ex Montfauconii Biblioth. Coislin. Falso antea inscribebatur: *Epistola synodi Nicænæ ad S. Alexandrinorum Ecclesiam.* 725
Edictum synodale, ex Conciliis. 735
Alia edicta synodalia vide in tomo CXIX, col. 747, 850, 851.
De sacerdotis uxore adulterio polluta, ap. Cotelerium in notis ad Hermam. 749
Michaelis Cerularii, Dominici Gradensis et Petri Antiocheni Epistolæ mutuæ, ex ejusdem Monum. Ecclesiæ Græcæ. 751

SAMONAS GAZENSIS EPISCOPUS.

Disceptatio cum Achmed Saraceno, perspicue docens, panem ac vinum, utrumque per sacerdotem consecratum, verum esse et integrum corpus ac sanguinem D. N. Jesu Christi. 821

LEO ACHRIDANUS BULGARORUM ARCHIEPISCOPUS.

Epistola ad Joannem episcopum Tranensem, nunc primum ex cod. Monac. Græce edita a D. J. Hergenroeter. 853

NICETAS PECTORATUS PRESBYTER ET MONASTERII STUDIENSIS MONACHUS.

Practicorum, physicorum et gnosticorum capitum centuriæ tres, Græce in Φιλοκαλίᾳ, Latine ex interpretatione nostra. 954
De salutatione manuali, fragmentum. 1009
Libellus contra Latinos. 1012
Carmen iambicum in Symeonem Juniorem. 1059
(*Fragmenta ex vita Symeonis Junioris edentur in notis Fr. Combefisii ad Manuelis Calecæ opus de essentia et operatione divina. Vide tom. CLII.*)

JOANNES EUCHAITARUM METROPOLITA,

Notitia auctore Conr. Janningo in Junii Bolland. tomo I. 1039
Vita S. Dorothei Junioris, sive in Chiliocome, auctore monacho coævo, facto deinde metropolita Euchaitarum. 1051
Sermo in S. Mariæ Dormitionem, ex R. P. Ant. Ballerinii, S. J., Sylloge monumentorum de immaculata conceptione Deiparæ virginis. 1073
Fragmentum ex Vita S. Euseb.æ. 1197
Versus iambici in principalium festorum pictas in tabulis historias atque alia varia, ex rarissima editione Matthæi Busti, Etonensis, cum interpretatione nostra. 1119

JOANNES XIPHILINUS CP. PATRIARCHA.

Orationes quinque, ex editione Græca Christ. Frid. Matthæi, cui interpretationem Latinam addidimus. 1201
Oratio in crucis adorationem, ex Jac. Gretsero. 1259
Oratio dicta Dominica Omnium Sanctorum, ex codice Naniano CXXII, cum interpretatione nostra. 1289
Decreta matrimonialia. *Vide tomum CXIX, col.* 735 *et* 875.

JOANNES CP. DIACONUS.

De Dei circa hominem œconomia, ex Maii nova Bibl. PP. 1291

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google

ANNO DOMINI MV.

ANONYMI
VITA S. NILI JUNIORIS

ABBATIS CRYPTÆ FERRATÆ IN AGRO TUSCULANO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS,

(*Acta Sanctorum Bolland.*, Septembr. tom. VII, ad diem 26, pag 279.)

Notitia locorum : Vita Sancti scripta a contemporaneo : ejus chronotaxis aliqua.

1. Sanctum Nilum abbatem nomino, et Cryptæ Ferratæ nuntio, tanquam si ibidem diem obiisset : usitatum ab aliis morem potius, quam nostrum scrupulose secutus. Prælaturam abbatialem semper sic declinavit sanctus, ut tamen semper subditos et sequaces monachos plurimos habuerit. Obiit autem in monasterio S. Agathæ, distante tertio milliari a Cryptæ-Ferratensi, ad quod sacra ejus cimelia translata fuere, ubique, ut primi ejus abbatiæ fundatoris, præcipuo honore culta et prodigiis a Deo illustrata fuere. Baronius ad hunc diem 26 Septembris S. Nilum ita nuntiat in Romano Martyrologio : « In agro Tusculano B. Nili abbatis, fundatoris monasterii Cryptæ Ferratæ, magnæ sanctitatis viri. » Frustra sancti nomen apud martyrologos classicos quæras, cum illis omnibus sit posterior, utpote tantum initio sæculi XI ad superos translatus. Wion, Menardus, Dorganius fastis sacris Benedictinorum insertum habent : quia, etiamsi non fuerit monachus ordinis S. Benedicti, sed S. Basilii, «diu tamen, inquit Menardus in Observationibus, habitavit in monasterio S. Bonifacii et Alexii Romæ, quod est ordinis S. Benedicti. » Quam diu ibidem egerit S. Nilus, in decursu videbimus : interim dispiciant, quorum interest, an hæc ratio sit sufficiens, ut sanctus quis ordini cuipiam ascribatur. Ferrarius in Catalogo sanctorum Italiæ uberius de S. Nilo agit, contrahens, quæ apud Baronium in Annalibus ad annum 976 et alibi sparsa legerat. Junioris agnomen sortitus est sanctus abbas distinctionis ergo cum altero homonymo S. Nilo itidem Græco, qui Theodosii Junioris temporibus, honoribus et titulis excussis, monasterium Constantinopoli summa cum laude administravit. De illo doctrina et sanctitate celebri agendum veniet ad diem 12 Novembris, quo Romano Martyrologio inscriptus legitur.

2. Est porro Tusculanus ager, ubi decessit S. Nilus, Romano proximus : imo Campaniæ Romanæ pars. Civitas ibi episcopalis est, quam Itali *Frascati*, indeque recentiores quidam *Frascatum* Latine appellant : distat 12 milliaribus ab Urbe, contenduntque plurimi, eodem loco vetus Tusculum fuisse, a quo vicinus ager adhuc nomen retinet. Inde ad meridiem uno circiter milliari declinantibus, ubi olim Luculli villa fuit ad aquam Crabram, occurrit celebre cœnobium, quod S. Nilo nostro initium suum et splendorem debet : *Grotta Ferrata* ab indigenis, a Latinis vero *Crypta Ferrata* vocitatur. Nominis originem deducunt alii a specu quem incolebant monachi, quique ferreis clathris claudebatur, ut contendunt : a ferri ibidem abundantia derivant alii. Kircherus in Latio Cryptæ-Ferratensis abbatiæ exordia Bartholomæo S. Nili discipulo ascribit : illum sequitur Piazza in Hierarchia Cardinalitia : at infra videbimus, perperam id fieri, primumque illius auctorem habendum esse sanctum nostrum, de quo pauca admodum, et, si chronotaxim examenque monumentorum seu Vitæ exceperis, nulla fere hic operose discutienda sunt. Quod porro ad S. Nili Vitas, seu potius Vitam spectat, omnis fere difficultas in ejus auctore investigando sita est : leviusculi enim errores facile scriptori poterunt indulgeri, si modo ejus fides et auctoritas aliunde probabitur. S. Nili Vita primigenia Græca est, ex eaque, ni fallor, unica, prodierunt Vitæ Latinæ pro interpretum methodo diversa utcunque inter se discrepantes. Illam assignat Baronius in Annalibus ad annum Christi 976, num. 2, in antiquo codice monasterii Cryptæ Ferratæ a sancti discipulo compositam ; eamdem Barrius de Antiquitate Calabriæ lib. v ac denique Ferrarius in Annotatione appellat. Videamus porro, an vere una eademque Vita Græca sit, unde diversæ versiones profectæ sunt.

3. Baronius laudatus ita loquitur : «Cujus (S. Nili) res gestas Græce conscriptas ab ejus discipulo Latinitas hactenus nunquam vidit. Qui prius ex

583663
Digitized by Google

antiquo codice monasterii Cryptæ Ferratæ tradidit Latinitati, fuit noster Federicus Metius, episcopus Thermularum, a quo ego primus accepi, et nonnulla ex eis pro ratione temporis nostris Annalibus opportuna occasione contexui. » Eadem illa combinavit ex Baronio Surius et ad hunc diem collectioni suæ inseruit. Versionem Metii a Martenio inferius laudando, uti et a Jacobo Sciommari, ordinis S. Basilii et Cryptæ Ferratæ monacho in Notis ad Vitam S. Bartholomæi ab ipso Italice editam, reperio assignatam, sed præter ea quæ suis Annalibus inseruit Baronius, alia non invenio; unde dubito, an versionem suam typis ediderit Metius, et non fuerit potius in Baronii sollus gratiam adornata. Quidquid sit, quæ is nobis ex versione illa subministravit abunde ad rem præsentem erunt. Edmundus Martene Collectionis veterum scriptorum tom. VI, col. 887, Vitam S. Nili inseruit. Illam, ut in Observatione prævia monet, vertit ex Græco cardinalis Sirletus, Latinamque ejus interpretationem illam repererat olim in codice Vaticano Joannes Durandus accurateque descriptam transmiserat ad Mabillonium, etiam Adriani Valesii judicio luce publica dignam moxque edendam, nisi varia studia impedivissent. Versionis Sirletianæ etiam meminit laudandus sæpe Sciommarius, ejusque exemplar ms. et nos habemus ex Bibliothecæ Vaticanæ cod. ms. sub num. 6151, qui idem est, unde suum apographum, quod cum nostro ad apices convenit, adornasse Durandum, scribit Martenius.

4. Adjecit nostro Papebrochius, exemplar Græcum vidisse se in Cryptæ Ferratæ monasterio, consuluitque coram Romanum codicem, ad quem aliquid observavit, ut infra videbimus. Denique Joannes Matthæus Caryophilus, archiepiscopus Iconiensis, præteriti sæculi initio Latine vertit unaque cum textu Græco ex Cryptæ Ferratæ ms. Romanis Zannetti typis anno 1624 edidit Vitam S. Nili, quam queritur usque tum in tenebris delituisse. Caryophili diligentia et in Latinis æque ac Græcis peritia nihil circa Vitam præfatam desideratum relinquit, præter hiatum unicum in capite 2. Is mihi dubium injecit, an saltem ex eodem Cryptæ Ferratensis monasterii codice Sirleti versio profecta sit, cum in Caryophili textu omissa, duas fere columnas in Martenii editione implant. At summa alibi passim consonantia peperit suspicionem, ne forte postquam codicem consuluerat Sirletus, folium ex eo, vel negligentia vel alio casu perierit Quidquid sit, cum textum Græcum ediderit Caryophilus exactaque videatur ejus interpretatio, Vitam ex illo edam : et ne quid lector desideret hiatumque supplere possit, locum ex Sirleti versione dabo. De biographo sic scribit Caryophilus post initium Præfationis ad lectorem: « Monachi Vitam monachus scribit, magistri discipulus. Quis tamen ille fuerit, non plane constat. Bartholomæum suspicantur multi, quidam etiam asserunt virum et ipsum sanctissimum, Nili civem et sapientiæ ejus et pietatis hæredem. » Hæc ille aliorum sensa de Bartholomæo, non sua promens : et caute sane sicut prudentem virum decebat tum pro ea censuræ parte, qua biographum S. Nili contemporaneum fuisse asserit, tum pro altera, qua asserta de Bartholomæo in dubio reliquit.

5. Supervacaneum esset, pro confirmatione primæ partis quæpiam allegare, cum pluribus locis talem se luculenter profiteatur biographus. Quod ad secundam spectat, plures Vitam illam B. Bartholomæo ascribunt, inter quos Sciommarius et Martenius; at is solus ex iis quos vidi, asserti rationem reddit, quam propono. « Discipulum autem illum, inquit, haud alium fuisse a B. Bartholomæo, tertio post S. Nilum Cryptæ-Ferratæ abbate, colligimus, cum ex Inscriptione, quæ Vitæ ejus præfigitur in codice Vaticano MMMMMMCLI hoc modo : « Hanc Vitam B. Bartholomæus scripsit : » tum ex breviori ejusdem S. Bartholomæi Vita, in qua hæc legimus : « Hymnorum elucubrator ac ni« mium sapienter res gestas sui præceptoris et « multorum sanctorum describens. » Reddunt quidem postrema illa certum utcunque, B. Bartholomæum scripsisse Vitam sancti sui præceptoris Nili ; verum, quod Vitam eamdem illam elucubraverit, quam hodieque habemus, non ex eo æque certo liquet. Quod ad codicem Vaticanum attinet, parum sane ponderis asserto accederet, etiamsi interpres Sirletus, vel qui ejus versionem codici inscripsit, verba addidisset, quæ in textu Græco, quem vertit, non legebantur : sed ne tantum quidem subsidii pro sua opinione habet Martenius, quique cum illo sentiunt : Papebrochius enim, qui codicem Vaticanum propriis oculis lustravit, addita ad apographum nostrum nota studiose monet, alia indubie manu verba allegata fuisse adjecta, quam qua Vita exarata est. Plura, ni fallor, opus non est addere, ut rationem reddam, quare sententiæ illustrissimi Caryophili subscribam, nec Vitam, quod tamen pro probabili habeo, B. Bartholomæo indubie ascribam. Major, fateor, a B. Bartholomæo auctoritas Vitæ accederet; at quam habemus a scriptore coævo, quique S. Nilo in ipso loco convixit, candoremque suum non uno loco probat, nobis sufficit.

6. Nunc ad quampiam chronotaxim deducendam et pauca aliqua examinanda descendamus. Natus est S. Nilus Rossani in Calabria, olim Magna Græcia vocari solita. Provincia est amplissima regni Neapolitani in Italiæ ad Austrum extremis finibus maribusque Siculo, Ionio et Tyrrheno undique cincta, præterquam versus Septentrionem, ubi provinciam Basilicatam conterminam habet. Rossanum, quod alii Rosclanum scribunt, principatus titulo et archiepiscopali sede insignitum est, distatque vix 3 milliaribus ab ora sinus Tarentini. Ampla et probe culta hodieque civitas est.

Digitized by Google

Sæculo x, uti et Calabria universa imperio Orientis adhuc parebat, eratque et lingua et ritus Græcus in usu, quando ibidem natus est S. Nilus. De parentibus ejus annoque natali nihil determinatius legitur in Vita. Gabriel Barrius *De Antiq. et situ Calabriæ* libri v initio scribit, S. Nilum ex nobilibus parentibus ortum esse, assertorumque testem allegat B. Bartholomæum sancti biographum; at vel vulgare est hoc vitium scriptorum, qui sanctos stemmatis fulgore quavis via decorare laborant, vel aliam Vitam, quod tamen vix credo, præ oculis habuit Barrius. Id sane neque in textu Græco neque in versionibus, quas habeo asseritur. Quod ad annum natalem attinet, Sciommarius Nota 8 ad Vitam B. Bartholomæi designat annum Christi 910, et recte : quippe Vitæ num. 87 dicitur S. Nilus obiisse anno ætatis 95. Mortuus autem est anno Christi 1005 ; unde si annos 95 subtraxeris, in annum 910 delaberis.

7. Porro annum Christi 1005 sancti morti assignatum non habemus in Vita, sed illum ex aliis monumentis bonæ notæ accersit Sciommarius. Juxta turrim ecclesiæ Cryptæ Ferratensis marmori insculpta est hæc inscriptio : Ἐκοιμήθη ὁ ἅγιος Νεῖλος ἔτος ,ϛφιγ'. « Obdormivit S. Nilus anno 6513. » Idem annus morti S. Nili assignatur, teste Sciommario, in antiquo codice, qui Basilii Porphyrogeniti appellatur, uti et in Typico antiquo B. Bartholomæi aliisque Mss. monumentis. Erudite porro, variorum scriptorum in hoc modo computandi correptis lapsibus, ibidem ostendit, annum mundi Græcorum more signatum 6513, esse vulgaris æræ 1005. Omitto argumenta, quibus id indubie evincit, quæque apud ipsum videri possunt. Interim imprimis certum est, juxta hanc epocham recte combinari, quæ in Vita de conventis Ottone III imperatore et Gregorio V pontifice in causa Joannis antipapæ narrantur, quæque pugnant apud Gabrielem Barrium, Lubinum aliosque S. Nili mortem ad annum 980, vel aliquot annis ante finem sæculi x referentes : cum certum sit ex num. 87, Quadragesimali tempore Romam ea causa profectum sanctum, idque anno 998, ut liquet ex monumentis a Muratorio in Annalibus ibidem allegatis. Neque minus limpide secundum chronotaxim fluunt alia nonnulla, quæ notis chronologicis in Vita circumscripta sunt. Quando S. Nilus mundo valedixit, nondum expleverat annum 30, num. 6 : igitur accessus ejus ad monachos anno 940 vel sequenti contigit. Numero Vitæ 26 Stephanus « adolescens annorum fere viginti junxit se S. Nilo, quod contigit hujus altero... in speluncam secessionis anno, » num. 27 Stephanus num. 94 septuagenario major laborare solitus fuisse dicitur. Stephanum mortuum sub eumdem annum, quo Otto III imperator decessit, liquet ibidem ex adjunctis. Ottonis obitus anno 1001 consignatus est : circa illum obierit Stephanus ; ejusdem monasticæ vitæ initia circa annum 945 figi poterunt. Rursum num 95 monasterium Serperis, « in quo ad annos 10 monasticam duxerit vitam, » deseruit S. Nilus et duobus post mensibus num. 97 obiit. Eo igitur accesserit anno 994 vel sequenti. Numero 86 in Vallelucio egit quindecim annos, ab Aligerno Cassinensi abbate in illud admissus num. 62, deducto computu, sub annum 978, quo Aligernus agebat abbatiæ 29, qui mortuus est, asserente Mabillone, anno 986.

8. Hinc anni 7 residui sunt locandis iis, quæ sub Aligerni successore num. 84 et sequentibus ibidem S. Nilo contigisse narrantur, uti et quærendo alii solitario loco migrandoque ad monasterium Serperis : atque sic ordinate combinantur omnia. Observat porro Sciommarius sæpe laudatus Nota 18 ad Vitam B. Bartholomæi, sanctum in baptismo Nicolaum fuisse nominatum. Clarus est in hanc rem locus Pancratii in Panegyrico dicentis ; Τὴν μονὴν τῆς Κρυπτοφέρρης ἀπαρξαμένου τοῦ μεγάλου Νικολάου τοῦ καὶ Νείλο μόνοννος, « Cum principium dedisset monasterio Cryptæ Ferratæ magnus Nicolaus, qui et Nilus solum, » scilicet, appellatus est. Nota 13 dixerat, in ordine S. Basilii, cum habitum quis induit, nomen mutari solere ; atque ita S. Nicolai nomen in Nilum, B. Basilii in Bartholomæum mutatum fuisse. Quæ ad educationem ejus et adolescentiam exactam spectant, quæpiam in Vita referuntur. Baronius in Annalibus ad annum Christi 976, num. 2, sic scribit ex Metii versione, quam secum communicatam dixerat : « Fuit Nilus iste ab origine Græca, Rossani in Calabria civitate natus, doctrina atque pietate insignis, ab infantia Dei cultor eximius et post matrimonium vitam monasticam sectatus. » Eadem de sancti matrimonio habent Surius et Bailletus ad hunc diem. Nescio, an diversa in eo fuerit Metii versio ; at si habet similia illis, quæ in Vita edenda cap. 1, num. 3 et seq., narrantur, utut durum est, sanctos gravium noxarum suspectos reddere, si veritati litandum est, diffiteri non possum, tam saltem dubium esse, an legitimum fuerit commercium illud, ut minime certo matrimonium inde erui possit Contrarium sane censuit Gabriel Barrius, dum lib. v *de Antiquitate et Situ Calabriæ* de S. Nilo nostro scribit : « Inde vero jam exoletus dæmonis opera, cum virgine quapiam concubuit, filiamque ex ea suscepit. Cæterum deinde resipiscens ac se perpetrati deliquii pœnitens, mundi oblectamenta ac divitias deserere statuit. »

9. Verum, sicut matrimonium certo astruere non possum, sic nec tam crude ac decretorie sanctum fornicationis arguere ausim ; sunt enim ex utraque parte nonnulla, quæ rem ambiguam relinquunt. Et pro matrimonio quidem facere videtur studiosa descriptio puellæ, quæ inter alias matrimonio non copulatas ejus amores aucupata est et fixit. Quod scilicet pulchritudine cunctas antecelleret, sed

Digitized by Google

obscuro loco nata esset. Etenim si de concubinatu illegitimoque commercio tantum agebatur, superflua sane videri poterat animadversio de obscuritate generis, cum non soleant hujusmodi veneres generis claritate splendere. Denique videretur plane ibi matrimonium cum imparis conditionis personâ describi, nisi reclamarent aliunde alia. Mitto inter illa recensere invectivas expressionesque duriores biographi; novi enim, simpliciores monachos castitatis zelatores eximios, quandoque similia matrimonio licitisque aliunde sæcularium voluptatibus afflare; sola sancti fuga, prout a biographo describitur, sufficit, ut mihi rem totam dubiam reddat. Et sane, si legitimum matrimonium fuit, non licebat S. Nilo, relicta comparte, fugere et monachalem vitam amplecti, illa non consentiente. Consensisse autem, vel e vivis jam excessisse, quod decretorie, sine teste tamen, asserit Bailletus, nihil omnino suadet credere, imo potius contrarium innuitur.

10. Igitur res in ambiguo sit: quamvis diffiteri non possim, majorem meam esse de non matrimonio suspicionem. Nunc pauca supersunt de instituta a S. Nilo Cryptæ-Ferratensis abbatia, cujus initia et fundationem, ut jam superius monui, quidam serius figunt. Pauca, inquam, quoniam quisquis Vitæ edendæ tria ultima capita attentius perlegerit, luculentissime perspiciet, si B. Bartholomæo celeberrimi monasterii perfectio debeatur, sancto certe nostro principium ejus ascribendum esse. Testatur id insuper apertissimis verbis Pancratius supra num. 8 laudatus, ipseque B. Bartholomæus in Typico suo, quod citat Sciommarius Nota 18. Ibi sic legitur die 25 Septembris: Δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἐπειδὴ εἰς τὴν κς' ἐπιτελοῦμεν τὴν τοῦ πρωτοκτήτορος τῆς μονῆς μνήμην Πατρὸς ἡμῶν Νείλου. « Sciendum est, quod 26 die celebremus memoriam primi fundatoris monasterii, Patris nostri Nili. » Atque hæc ad stabiliendam Baronii, primum abbatem Cryptæ Ferratæ sanctum nostrum appellantis, annuntiationem sufficiunt. Cæterum ex monumentis, quæ in Latio suo cap. 2, pag. 61, allegat Kircherus, videtur mulieribus non patere accessus ad capellam, ubi S. Nili et B. Bartholomæi corpora hodieque deposita sunt et summa veneratione coluntur.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΦΟΡΟΥ

ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΝΕΙΛΟΥ

—

VITA ET CONVERSATIO

SANCTI ET DEIFERI

PATRIS NOSTRI NILI

Auctore Sancti discipulo, forte B. Bartholomæo; editore et interprete Joanne Matthæo Caryophilo, archiepiscopo Iconiensi.

—

CAPUT I.

Nascitur S. Nilus, Deiparæque offertur. Magnum in ipsa adolescentia in virtutibus et scientiis progressum facit. Variis a dæmone tentationibus appetitur, iisque superatis, fit monachus.

1. Gratia Domini nostri Jesu Christi et charitas Dei et communicatio sancti Spiritus (bonum quippe est et ordiri a Deo et in Deum desinere) sit cum omnibus studiose audientibus et cum tenuitate mea mentisque paupertate, qui audacter historiam Vitæ sancti Patris nostri Nili junioris sum narraturus. Non enim per hominem, vel suggerente et adhor-

α'. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος (καλὸν γὰρ ἐκ Θεοῦ ἄρχεσθαι, καὶ εἰς Θεὸν καταλήγειν) εἴη μετὰ πάντων τῶν φιλοπόνως ἀκροωμένων, καὶ μετὰ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας: καὶ πτωχονοίας τοῦ μέλλοντος τολμηρῶς διαγγέλλειν περὶ τοῦ βίου τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νείλου τοῦ

Digitized by Google

νέου. Οὐ γὰρ δι' ἀνθρώπου, οὐδὲ δι' ἀνθρωπίνης A
ὑποβολῆς ἢ παρακλήσεως τὸ τοιοῦτον ἔργον ἐνεχειρισάμην. Οὐδὲ γάρ εἰσι νῦν ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς τῶν ἐσχάτων τούτων αἰώνων οἱ τὰ τοιαῦτα ζητοῦντές τε καὶ πολυπραγμοῦντες· τοὐναντίον μὲν οὖν, πολλοὶ οἱ μωκίζοντες, καὶ πρὸς ταῦτα ἀηδιζόμενοι, οἱ μήτε τοῖς παλαιοῖς διηγήμασι τῶν ἁγίων πιστεύοντες, μήτε τοῖς νεωστὶ τελειωθεῖσιν πειθόμενοι· ἀλλὰ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν αὐτοῖς τὰς τῆς ὠφελείας ὁδοὺς ὡς εἰπεῖν ἀποφράξαντες, ἵνα σκοπὸν ἐν ἅπασι τίθενται, τὸ πρὸς τὰ ἑαυτῶν μετακρίνειν τὸ πιστὸν ἐν τοῖς λεγομένοις· τὸ δ' ὑπερβαῖνον τὴν ἑαυτῶν δύναμιν, ὡς ἔξω τῆς ἀληθείας ταῖς τοῦ ψεύδους ὑπονοίαις καθυποβάλλειν. Διὸ τὸν ἀόρατον νοῦν, τὸν Θεόν φημι καὶ Πατέρα, καὶ τὸν ἀναρχόν τε καὶ συναΐδιον Λόγον, καὶ τὸ πανάγιον καὶ ὁμοούσιον B
Πνεῦμα, ἄσεμέλιον καὶ ἀρχὴν προθέμενος τοῦ λόγου, οὕτω τῆς διηγήσεως ἁπαρξώμεθα· εἰ καὶ μήτοι γέ τινι χρησιμεύσουσαν ἄλλῳ, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἐν ταύτῃ ἀσχολουμένοις, καὶ μικρόν τε τὸν νοῦν ἐκ τῶν γηΐνων ἀπαγομένοις οὐ μικρὰν τὴν ὄνησιν καὶ τὸ κέρδος ἐργαζομένην, καθάπερ τοῖς μυρεψοῖς ἡ τῶν ἀρωμάτων ἀναστροφὴ τὴν ἐξ αὐτῶν ἡδύτητα καὶ ἀπόλαυσιν. Δεῖ τοίνυν τὴν ἐνεγκοῦσαν τοῦτον ἡμῖν τὸν ἀοίδιμον Νεῖλον προτάξαι τῷ λόγῳ, ἵνα μηδὲν τῶν δεόντων ἐλλείπῃ τῷ πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἐρευνῶντι.

β'. Τὸ Ῥουσιάνον οἶδ' ὅτι πάντες γινώσκουσιν, οὐ μόνον διὰ τὸ προκαθῆσθαι τοῖς τῆς Καλαβρίας τέρμασι, μέγιστόν τε τυγχάνειν ὁμοῦ καὶ ἀνεπιβούλευτον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ καὶ πάσης τῆς χώρας ἐρημωθείσης, καὶ πασῶν τῶν πόλεων ἔργον γεγενημένων τῆς τῶν Σαρρακηνῶν πολυπληθείας, μόνον διαφυγεῖν μέχρι καὶ νῦν τῆς αὐτῶν ἀπωλείας τὸν νόμον. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐξ ἀνθρωπίνης σοφίας ἢ βοηθείας συνέβη, ἀλλὰ τῇ δυναστείᾳ καὶ ἀντιλήψει τῆς ἐκεῖ ἐπισκιαζούσης ἐξαιρέτως Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας· ἥτις πολλάκις τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν ἐν νυκτὶ προσελθόντων, καὶ συλῆσαι τὸ φρούριον βουληθέντων, ἅμα τῷ προσεγγίσαι αὐτοὺς τῷ τείχει, ὥστε καὶ κλίμακας ἐπιθεῖναι, λέγεται ἄνωθεν ὡς γυνὴ πορφυροφόρος ἐποφθῆναι αὐτοῖς, λαμπάδας ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσα, καὶ ταύταις αὐτοὺς καταβάλλουσα, καὶ τοῦ τείχους ἀποδιώκουσα. Καὶ τοῦτο σαφῶς ὁμολόγουν οἱ ἐξ αὐτῶν γενόμενοι D
πρόσφυγες. Ἐκεῖθεν τοίνυν ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος ἀνέτειλεν, καὶ ἐκεῖσε τὰς τῆς σωματικῆς ἡλικίας ἀρχὰς κατεβάλετο, δῶρον ἀπὸ Θεοῦ χαρισθεὶς τοῖς γονεῦσιν αὐτοῦ· πρὸς γὰρ ἀδελφῇ ἐτέχθη

tante hominis consilio, aggressus sum tale opus. Neque enim sunt nunc novissimis temporibus novissimorum horum sæculorum, qui talia quærant et curiose appetant: quinimo multi qui subsannant et injucunde hæc audiunt, quibus nec antiquorum sanctorum narrationes neque recens facta fide digna sunt, sed obstructis sibi plane omni ex parte viis ad utilitatem ferentibus, scopum unum habent in omnibus sibi propositum, ut eorum, quæ dicuntur, fidem metiantur suarum virium modulo; quod autem vires eorum superat, id vero illis tanquam a veritate alienum mendacii suspicionem injiciat. Quapropter invisibilem mentem, Deum, inquam, Patrem et simul expertem principii temporis consempiternumque Verbum, et sanctissimum consubstantialemque Spiritum narrationis fundamentum jacientes, illam aggrediamur, etsi nulli alii profuturam, at certe nobis, qui in ea studium ponimus et nonnihil mentem a rebus terrenis abducimus, non mediocre emolumentum et lucrum allaturam, quemadmodum unguentariis aromatum tractatio suavitatem affert et voluptatem. Oportet igitur principio sermonis de civitate illa verba facere, quæ nobis edidit celeberrimum Nilum; ne quidquam eorum, quæ scire operæ pretium est, desit perscrutanti omnia de illo.

2. Rossanum scio notum esse omnibus, non eo solum nomine, quod Calabriæ finibus præsit et maxima sit civitas et ab insidiis hostium tuta, sed C
etiam, quia vastata universa provincia cunctisque urbibus redactis in potestatem colluvionis Sarracenorum, solum usque adhuc effugerit illorum perniciem. Quod quidem non humana prudentia, vel auxilio contigit, sed potentia et ope præcipuæ ejus urbis patronæ Dominæ nostræ Matris Dei semperque virginis Mariæ. Illa enim impiis Agarenis (1) sæpe de nocte irruentibus, ut arcem occuparent, simul atque ad muros accessissent, scalas etiam admovissent, e superiori loco apparuisse dicitur, specie mulieris purpura indutæ, facesque in manibus habentis, quibus dejiciebat illos et e muro depellebat. Et hoc aperte fatebantur, qui ex illis transfugæ fuerunt. Inde ergo sanctus Pater Nilus exortus est, et illic primas ætatis suæ D
partes transegit, muneris loco parentibus a Deo datus: namque post unam sororem masculus hic optantibus susceptus est et oblatus Deo ab illis. Deique Matris æde (2) liberaliter dicatus. Præcla-

Joannis Clei notæ.

(1) Sic sæpius, uti et Mauri, Africani Saraceni vocantur, quia creduntur orti ex Ismaele, Agaris ancillæ et Abraham filio. Calabriam porro ex Sicilia invaserant anno 842, expugnatisque variis urbibus et munimentis sic ibidem radices egerunt, ut Italiæ pene universæ per plura etiam sæcula excursionibus infesti fuerint, ac tandem ægre exterminari potuerint. Sæpius adversus illos Christianis opem præstitit Dei Mater Maria, qua de re vide Baronium ad annum Christi 886, num. 7.

(2) Sciommarius Nota 18 ad Vitam B. Bartholomæi ex Panegyrico Pancratii observat, S. Nilum in baptismo Nicolaum fuisse appellatum mutatumque pro more nomen, quando monachalem habitum induit; de qua consuetudine etiam agit Nota 13. Rossanensis porro civitas singulariter Dei Matri protectrici devincta et dedicata est. Celebrata valde ibi fuit olim imago intemeratæ Virginis, peculiari nomine Achiropiitos, a Græco ἀχειροποίητος insignita, Sciommarius Nota 4 ex autographo Pancratii panegyrico, quem anno 1250 de B. Bar-

Digitized by Google

ram porro indolem feliciter sortitus et acumen mentis morumque suavitatem, æquales omnes superavit sagacitate et responsis et diligenti Scripturarum lectione, necnon interrogationibus quas proponebat magistris, ut mirarentur illi, unde tantum huic puero ingenium, quo scrutaretur Scripturas et de rebus hujusmodi interrogaret. Familiare enim erat illi a juventute sanctorum Patrum Vitas evolvere, Antonii, inquam, Sabbæ et Hilarionis, aliorumque, quos Ecclesia catholica celebres habet, avidoque animo mentisque attentione semper eas lectitabat. Unde etiam illi obvenit, ut odium in vitia conciperet et in ædibus nobiliorum conventus declinaret, omnemque refugeret et abominaretur curiositatem et aspernaretur, quæ phylacteria (3) vocant et adjurationes ; quanquam libri etiam, qui de his agunt, illi non deessent ob aciem ingenii et studium omnia sciendi.

3. Ergo non multo post parentibus vita functis, cum a sorore educaretur pieque institueretur (nam et illa femina erat valde religiosa, licet in matrimonio collocata) ubi florentem juventutis attigit ætatem, non erat, qui frenum adolescenti vellet injicere, assiduaque disciplina dux illi esset ad optima, non episcopus, non sacerdos, non abbas, non monachus, perraro enim ibi per illa tempora videbatur monasticus habitus, ne dicam et contemptibilem fuisse. Conjiciens ergo diabolus, quid lucri esset allaturus et quam gravis sibi futurus esset adversarius (acer enim est ex anteactis conjector futuri), cœpit innuptas puellas configere

ἀρρὴν αὐτοῖς ἐπιθυμητικῶς · καὶ δῶρον παρ' αὐτῶν ἐνεχθείς, καὶ τῷ οἴκῳ τῆς Θεοτόκου εὐθύμως ἀποκληρωθείς. Φύσεως δὲ εὐκληρίας τυχὼν, καὶ νοὸς ὀξύτητος, καὶ φρενῶν ἀστειότητος πάντας τοὺς συνηλικιώτας αὐτοῦ ὑπερέβαλεν ἔν τε συνέσει, καὶ ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ, καὶ τῇ τῶν Γραφῶν συνεχεῖ ἀναγνώσει, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς διδασκάλους ἐρωτήσεσιν · ὥστε θαυμάζειν αὐτούς, πόθεν τῷ τοιούτῳ βρέφει τὰς Γραφὰς ἐρευνᾷν, καὶ ἐπερωτᾷν τὰ τοιαῦτα. Ἠγάπα γὰρ ἀεὶ τῶν ἁγίων Πατέρων τοὺς Βίους, ἐκ νεότητος αὐτοῦ, Ἀντωνίου φημὶ δὴ, Σάββα τε καὶ Ἱλαρίωνος, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν γεγραμμένων ἐν τῇ αὐτῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ · καὶ μετὰ πολλοῦ πόθου καὶ συνέσεως αὐτοὺς ἀεὶ διεξήρχετο. Ὅθεν καὶ αὐτῷ τὸ μισοπόνηρον εἶναι, καὶ ἀποστρέφεσθαι τὰς ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ἀρχόντων διατριβὰς μισεῖν τε καὶ ἀποδδελύττεσθαι πᾶσαν περιεργίαν, καὶ ἐξουθενεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτὰ, καὶ τοὺς λεγομένους ἐξορκισμούς · καίτοι γε οὐδὲ τῶν τοιούτων ἀπορήσας βίβλων διὰ νοὸς ὀξύτητα καὶ σπουδὴν τὴν ἐν ἅπασι.

Γ'. Μετ' οὐ πολὺ γοῦν τῶν γονέων αὐτοῦ τὸν βίον ἀπολιπόντων, καὶ παρὰ τῆς ἀδελφῆς ἀνατρεφομένου, καὶ εὐσεβῶς ἐκπαιδευομένου · ἦν γὰρ καὶ αὕτη φιλόθεος πάνυ, εἰ καὶ τὸν τοῦ βίου ζυγὸν ὑπεισῆλθεν· ἡνίκα δὲ τῆς ἡλικίας τὸ ἄνθος αὐτῷ προσετέθη, οὐχ ὑπῆρχεν ὁ τῆς νουθεσίας τὸν χαλινὸν ἐπιθεῖναι τῷ νέῳ σπουδάζων, καὶ διὰ συνεχοῦς διδαχαλίας πρὸς τὰ κρείττονα αὐτὸν ὁδηγήσων, οὐ τῶν ἐπισκόπων τις, οὐχ ἱερέων, οὔθ' ἡγουμένων ἢ μοναζόντων · σπάνιον γὰρ ἦν ἐν τοῖς χρόνοις ἐκείνοις ἐκεῖσε τὸ τῶν μοναχῶν σχῆμα · ἵνα μὴ λέγω, ὅτι καὶ βδελυκτόν. Στοχασάμενος οὖν ὁ διάβολος τὸ μέλλον ἐξ αὐτοῦ ἀναφύεσθαι κέρδος, καὶ ὡς ἀντίπαλος αὐτῷ

Joannis Clei notæ.

tholomæo dictum asseverat, de prodigiosâ illa imagine vertit sequentia : « Et ecce fere per sexcentos annos ipsam (civitatem Rossanensem Maria) inhabitat in imagine non manupicta, nec manu facta, imo ut melius dicam, a Deo fabrefacta atque a Deo picta et ab omnibus Achiropiitos appellatur, atque hoc pacto invocata omnium vota exaudit, quippe quæ tali nomine delectatur. Non ex materia aliqua, coloribus scilicet confecta, aut ex humore aliquo quodammodo crassitieve, sed veluti quæ ex siccis et aridis lignis, quasi genitoribus, genita, octoginta habentibus annos, quando vita labor et dolor est. Sic et divina ac miraculosissima ipsius imago non ex materia et crassa aliqua substantia, sed immaterialiter ac desuper a Deo depicta, gratiisque superabundans Deiparæ, cujus sanctæ ac sacræ imaginis miracula et prodigia narrare est impossibile. » Advertit idem, *Achiropiitos* appellatam fuisse iconem illam, quasi non manufactam, insolitique nominis originem, quam credo fabulæ suspectam, tuto haberi posse, ex antiqua membrana aureis characteribus scripta, quæ etiam hodie in metropolitana ecclesia servatur, talem allegat. Mauritius imperator volens ad instantiam S. Ephrem Rossanensem decorare civitatem, eo sub annum 586 Constantinopoli plures familias et artifices misit. Cum ex illis quidam sancti jussu imaginem Deiparæ in sacello quodam pingeret, prodigiose accidit, ut quæ pridie pinxerant, postridie deleta invenirentur. Quod cum pluribus diebus accidisset, pictores, rem mirati, ex suis quempiam in sacello pernoctare jusserunt. Is vidit nocte illa mulierem pulchritudine et majestate stupendam, quæ mandavit illi, ut visionem manifestaret. Postero autem die invenerunt perfectam imaginem. Credunt Rossanenses, eamdem hodieque supereesse et coli in ecclesia metropolitana. Ad illam Dei Matri oblatus fuit Bartholomæus, ut in ejus Vita dicitur, credoque, de eadem hic sermonem esse.

(3) Φυλακτὰ Sirletus vertit *incantationes* : Cangius explicat per amuletum ad pellendos morbos : φυλακτήριον, quod idem est, utrumque et alia significat, ut apud Cangium in utroque Lexico videre est. Si recte ex adjunctis conjicio, non de typis quibusdam magicis aut tabulis diabolicis, sed de observationibus tabulisve astronomicis aut mathematicis, quæ tum temporis non solebant forte sine aliqua superstitione esse, hic loquitur biographus. Sane non amplius laudis inde S. Nilo accederet, quod magiæ operam non dedisset, quam quod a parricidiis sacrilegiisve abstinuerit. At non credo, biographum sanctum abbatem inde laudare voluisse, quod a vitiis peccatisque, quæ in perditissimo quoque horrenda sunt, fuerit immunis : fateor tamen, quod sequitur ἐξορκισμούς aliorum interpretationi favere. An ergo sæculo decimo tam familiares erant inter Græcos divinationes, vanæ observantiæ artesque similes, ut viro probo honori esset, iis non studuisse ?

(4) Similia forte legerat Baronius in versione

Digitized by Google

καὶ ἐχθρὸς εὑρεθήσεται μέγας· δεινὸς γάρ ἐστιν ἐκ τῶν προλαβόντων τεκμηριῶσαι τὸ μέλλον· ἤρξατο κατατοξεύειν τὰς τῶν γυναικῶν ἀγάμους ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ νέου, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ καλλιφωνίᾳ τῆς ψαλμῳδίας αὐτοῦ, καὶ τῇ ἐν ἅπασι διεγέρσει τε καὶ ἐπιτηδειότητι. Διὸ οὔτ' ἴσχυσεν ἀποδρᾶσαι τὰς αὐτῶν πολυτρόπους παγίδας· ἀλλὰ καθάπερ ἔλαφος πληγεὶς εἰς τὸ ἦπαρ, θηρεύεται ὑπὸ μιᾶς αὐτῶν, ὡραιότητι μὲν καὶ φύσεως κάλλει τὰς ἄλλας ὑπερβαλλούσης, ἐκ γένους δὲ εὐτελοῦς καὶ τοῦ τυχόντος καταγομένης. Ζεύγνυται τοίνυν αὐτῇ, καὶ θῆλυ τὸ πρῶτως τεχθὲν παιδίον ὑπῆρξεν αὐτοῖς. Ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ παντέφορος πρόνοια, καὶ πάντα πρὸ τέλους γινώσκουσα, προϊδοῦσα τὴν μέλλουσαν δι' αὐτοῦ γενήσεσθαι τοῖς ἀνθρώποις μεγίστην ὠφέλειαν, καὶ ὅτι πολλοὶ δι' αὐτοῦ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας κληρονόμοι γενήσονται, οὐκ εἴασεν αὐτὸν ἐν τῷ βορβόρῳ τοῦ βίου κυλίεσθαι, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐμφυτεύει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ τὴν τοῦ θανάτου μνήμην ἀτελεύτητον βάσανον. Ἔπειτα δὲ φρίκῃ μεγίστῃ, καὶ πυρετῷ σφοδροτάτῳ ἀεννάως παλαίειν αὐτὸν συνεχώρει, ὡς προβλέπειν καθ' ἡμέραν πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτοῦ τὸν ἅρπαγα θάνατον.

telo formæ adolescentis et suavitatis cantus et egregiæ indolis. Idcirco nec multiplices earum laqueos potuit evitare, sed veluti cervus transfixo jecore, unius ex illis captura fit, pulchritudine formaque eleganti præstantioris omnibus, sed infimo loco natæ. Copulatur ergo cum illa, primaque illis soboles femella nascitur (4). At vero universa prospiciens Dei providentia, quæ omnia novit, antequam ad finem perducantur, prævisa utilitate maxima per eum futura hominibus multorumque salute, qui regni cœlorum hæredes per eum futuri erant, non permisit eum volutari in cœno hujus vitæ ; sed primo quidem inserit cordi ipsius jugem mortis memoriam et futurorum supplicio- rum perpetuo duratura tormenta. Deinde vehementi frigore febrique ardentissima vexari illum sine intermissione permittebat, ut sibi ob oculos quotidie versaretur rapacissima mors.

δ'. Ἐν μιᾷ γοῦν τῶν ἡμερῶν μηδὲν εἰρηκὼς, μηδὲ θαῤῥήσας τὸ μυστήριον ἀνθρώπῳ τινὶ, πορεύεται πρός τινας χρεωστοῦντας αὐτῷ ποσὸν ἱκανὸν, λέγων πρὸς αὐτούς· Ἀμπελῶνα κάλλιστον εὗρηκα, καὶ ἔχω ἀνάγκην τοῦ ἀγοράσαι αὐτόν. Λαβὼν δὲ ἐξ αὐτῶν ὅσον ἂν εὑρέθησαν ἔχοντες, τὸ λεῖπον καταλείψας, ἐξεισι τῶν ἐκεῖσε τῇ νόσῳ βαρέως κατατρυχόμενος. Συνείπετο δὲ αὐτῷ καὶ μοναχός τις Γρηγόριος τῷ ὀνόματι, ποδηγέτης αὐτῷ τῆς πρὸς τὸ μοναστήριον ἀπαγούσης ὁδοῦ γενόμενος. Φθάσας δέ τινα ποταμὸν, καὶ εἰσελθὼν τοῦ περάσαι αὐτὸν, τότε ἔγνω τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδηγοῦσαν αὐτὸν ἀντίληψιν βοηθοῦσαν αὐτῷ, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἄγουσαν βούλημα. Τῆς γὰρ νόσου κατὰ τὸ μέσον τοῦ ποταμοῦ, καθάπερ φορτίον βαρὺ, ἀφαιρεθείσης ἀπὸ τῶν ὤμων αὐτοῦ, προθύμως τοῦ λοιποῦ τὴν ὁδὸν διήνυε, καὶ τερπόμενος ἔψαλλεν· « Ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, Κύριε, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου. » Καταλαβὼν δὲ τὰ περὶ Μερκούριον μοναστήρια, καὶ

4. Quadam ego die nihil omnino effatus et arcanum suum nulli communicans, profectus est ad quosdam, a quibus sibi pecuniæ summa non minima debebatur, et ait ad illos : Pulcherrimam inveni vineam et necesse mihi est illam emere. Accepta igitur pecunia, quantam illi habebant, dimisso, quod reliquum erat, abit ex iis locis gravi morbo laborans. Sequebatur vero illum monachus quidam, Gregorius nomine, dux viæ ad monasterium ducentis. Cum vero ad flumen quoddam venisset, ingressus ut trajiceret, tunc agnovit Dei præeuntis auxilium et eo trahentis, quo ipse volebat. Morbo enim veluti pondere in medio amne ab humeris excusso, levatus est et reliquum viæ conficiebat alacriter, lætusque canebat : « Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum [1]. » Ubi pervenit ad monasteria quæ Mercurii vocantur (5), et vidit cœlestes illos et admirabiles viros, magnum, inquam, Joannem (6) et percele-

[1] Psal. cxviii, 32.

Joannis Clei notæ.

Metii, indeque, ni fallor, asserit, sanctum matrimonio junctum fuisse. Ambigua sane res est ; quæ tamen sequitur cum suis adjunctis fuga contrarium mihi probabilius facit : reclamarent antecedentia et sententia præfecti de sancto in monasterium non admittendo, quæ videri posset in fugam illam cadere, nisi rursus illi non obsequentes monachi sic nimis imprudentes depingerentur.

(5) Ubinam, aut quod fuerint monasteria illa a S. Mercurio appellata, invenire distincte non potui. Marafiotus Chronici Calabriæ lib. I, cap. 35, tradit, monasterium S. Mercurii a S. Fantino ibidem quondam abbate nominari, nec longe a Palma castro ad oram maris Tyrrheni Regium inter et Nicoteram sito, distare. At quæ ibi scribit omnia fere confusa sunt, et credibile est, monasteria illa ab irrumpentibus x et xi sæculis Saracenis excisa et deleta fuisse. Agresta in Vita S. Basilii parte v, cap. 5, prope terram Parmensem seu Palmensem monasterium Majus S. Mercurii collocat, quod verisimiliter idem est a Marafioto designatum.

(6) An tres viri hic cum laude nominati Fastis sacris inscripti sint, non videtur satis certo asseri posse : neque etiam satis certum est, an in eodem monasterio convixerint et abbates fuerint. Ughellus tom. IX novæ editionis, col. 174, omnes tres, inverso tamen ordine, catalogo sanctorum ordinis sancti Basilii inscriptos habet. Octavius Cajetanus catalogo, operi de Siculis sanctis præfixo, duos Joannes ordinis sancti Basilii monachos inscribit, alterique diem 5 Februarii, alteri 21 assignat. De postremo, qui Theristes cognomizatur, egit Henschenius ad præfatum diem, neque de illo hic sermo esse potest, si quid gesta valent, quæ certe exarata sunt a biographo non parum posteriore. De primo, quem Cajetanus Junioren ascetam cognomnat et Ideæ Operis de sanctis Siculis pariter insertum habet, ad dictum diem in Prætermissis dixerunt Majores

Digitized by Google

brem Fantinum (7) et angelica puritate Zachariam (8), cæterosque omnes opere et sermone Dei præstantissimos, aspectu eorum humilique habitu stupefactus lacrymas affatim profudit, divinoque zelo vehementer accendebatur. Et ipsi contra, benilem in juvenili corpore sensum intuiti, morumque stabilitatem et aptam ad bona quæque habitudinem necnon lectionis suavitatem admirati mentisque perspicaciam, præsago cognoverunt oculo, multiplicandam in eo Spiritus gratiam, quodque futurum esset, ut multi per eum fierent hæredes regni cœlorum. Itaque illum et benedictionibus cumularunt et pils precationibus munierunt. Non multum interfluxit temporis, et ecce tibi terroris et minarum plenæ perferuntur ad monasteria litteræ a prætore totius provinciæ, ut si quis imponere manus auderet tali clerico, manus ei præciderentur, ejusque monasterium fisco addiceretur (9). Quibus perterriti monasteriorum præfecti, consilio inito, cogitarunt, illum transmittere in locum extranei principatus, ut ibi sacro indueretur ille habitu, et ipsi se liberarent a principum indignatione.

A θεασάμενος τοὺς οὐρανίους ἐκείνους καὶ θαυμασίους ἄνδρας· λέγω δὴ Ἰωάννην τὸν μέγαν, καὶ Φαντῖνον τὸν περιβόητον, Ζαχαρίαν τὸν ἰσάγγελον, καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας πράξει καὶ λόγῳ θειότατα διαπρέποντας· καὶ καταπλαγεὶς ἐπί τε τῇ θεωρίᾳ αὐτῶν, καὶ τῷ ταπεινῷ σχήματι, πλήρης δακρύων ἐγένετο, καὶ πρὸς ἔνθεον ζῆλον σφοδρῶς ἀνεφλέγετο. Καὶ αὐτοὶ δὲ θεασάμενοι παλαιὸν φρόνημα ἐν νεαρῷ σώματι, ἦθους τε πῆξιν, καὶ κατάστασιν εὔχρηστον· καὶ ἀγασθέντες ἐπὶ τῇ γλυκύτητι τῆς αὐτοῦ ἀναγνώσεως, καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ νοὸς ὀξύτητι, ἔγνωσαν προορατικῷ ὄμματι τὴν ἐπ' αὐτῷ μέλλουσαν πολυπλασιάζεσθαι χάριν τοῦ Πνεύματος, καὶ ὡς πολλοὶ δι' αὐτοῦ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας κληρονόμοι γενήσονται. Καὶ εὐλογίας αὐτὸν κατεπλούτησαν, καὶ εὐχαῖς κατεστήριξαν. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ γράμματα καταπληκτικὰ, καὶ ἀπειλαὶ φρικώδεις παρὰ τοῦ πάσης τῆς χώρας ἐπικρατοῦντος τὰ μοναστήρια κατελάμβανεν· ὡς εἴ τις τολμήσειε χεῖρα ἐπιβαλεῖν κληρικῷ τῷ τοιῷδε, τὴν χεῖρα μὲν αὐτοῦ ἀποκόπτεσθαι, τὸ δὲ μοναστήριον τούτου δημεύεσθαι. Ὑφ' ὧν καταπλαγέντες οἱ τῶν μοναστηρίων ἐξάρχοντες, ἐβουλεύσαντο τοῦτον ἐφ' ἕτερον

B κράτος ἐκπέμψασθαι, κἀκεῖσε τὸ ἅγιον σχῆμα ἐνδύσασθαι, καὶ ἑαυτοὺς ἀπειράστους φυλάξαι τῆς τῶν κρατούντων ἀγανακτήσεως.

5. Considera mihi tunc luctam inter angelum et Satanam; illius quidem, ut hunc virum eriperet e turbulenta ac tenebricosa hac vita eductumque in terram promissionis, hoc est, ad institutum eorum, qui propter Dominum asperitate vitæ se exercent, ut proprium Deo dicaret, alterumque C efficeret Moysem; hujus vero omnem machinam, omnem moventis lapidem, ut hujusmodi bonum impediret; quod fieri non potuisse, re ipsa probatum est. Neque enim poterant universa terræ regna collatis viribus Nili animum a proposito deterrere. Cogitat ergo vir Dei migrare in monasterium S. Nazarii (10) vocatum, ibique perficere quod optabat. Quod ubi cognovit omnium bonorum

ε'. Ἄθρει δὴ τότε πάλην ἀγγέλου τε καὶ διαβόλου. τοῦ μὲν, ὅπως τὸν ἄνδρα τοῦτον ἁπαλλάξῃ τοῦ ταραχώδους καὶ σκοτεινοῦ βίου, καὶ πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἥτις ἐστὶν ὁ βίος τῶν διὰ Κύριον ἀσκουμένων, ἐξάξας τῷ Θεῷ προσοικειώσῃ, καὶ ἄλλον Μωϋσέα ποιήσῃ· τοῦ δὲ πᾶσαν μηχανὴν, καὶ πάντα λίθον κινοῦντος, ὅπως τὸ τοιοῦτον ἀγαθὸν ἐμποδίσῃ, ὅπερ ἀδύνατον ἀπεδείχθη. Οὐ γὰρ ἐδύναντο πᾶσαι αἱ βασιλεῖαι τῆς γῆς συναχθῆναι, ἵνα τὸν Νεῖλον ἐκ τῆς οἰκείας ὁρμῆς ἰσχύσωσιν ἀναστεῖλαι. Σκέπτεται τοίνυν ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος καταλαβέσθαι τὸ τοῦ ἁγίου Ναζαρίου καλούμενον μοναστήριον, κἀκεῖ, τὸ τοῦ πόθου πληρῶσαι ἐπάγγελμα. Ὅπερ νοήσας ὁ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ἀνθιστάμενος, προλαμβάνει τὰ

Joannis Clei notæ.

B 15. Ergo corporeus ille angelus subdiderat quidem Dei legi et animam et spiritum, non permittens omnino menti de infimis et vilissimis cogitare, sed illam erigens assidue ad perscrutandum Dei legem et enitendum omni studio, ut præcepta ejus impleret. Subjecit vero carnem spiritui multis edomitam legibus et magnam in servitutem redactam, ut se facilem et promptam ad obediendum præberet moderantis arbitrio. Docuit quippe illam altero, vel tertio, vel quinto quoque die cibum sumere necessarium, eumque tenuem; obviam et suavem appetentiam minime sequi, abstinere vino et quibuscunque eduliis igni coctis. Flagellabat porro illam vigiliis et psalmodia, pernoctationibus nunquam sedentariis et flexione creberrima genuum. C Cæterum quia nec in ipsis bonis deest calliditas dæmonis, rudioribus, modum ut excedant, suggerens, in omnibus ille modum adhibebat, ut, si quid ex constitutis sibi minus fecisset, defectus tribueretur socordiæ et a seipso, nempe ut debitore, consuetum morem exigeret: si quid vero amplius subjecisset cogitatio, dignosceretur opus dæmonis et evitaretur dolus. Itaque a prima luce usque ad tertiam velociter politeque exscribebat, litterarum forma utens minuta et densa, ut singulis diebus quaternionem impleret; hac ratione præceptum observans, quo laborandum esse, jubetur. Spiritus vero gratiam cum Apostolis accipiens, stabat ad crucem Domini usque ad sextam cum Maria et D Joanne, recitans psalmos et genuum flexiones mille peragens, hac etiam ex parte implens perpetuæ orationis præceptum. A sexta ad nonam sedebat legens, perscrutansque legem Domini et scripta sanctorum Patrum atque doctorum evolvens; ita enim præcipit Apostolus, Attende, inquiens [14], lectioni. Post nonam dirigens ad Deum sicut incensum vespertinum hymnum, egrediebatur deambulatum, et sensum varia spectatione modice recreatum diuturno diei labore defessum, Apostoli dictum pronuntiando: Quod invisibilia Dei a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur [15]: et illud, E creaturis Creatorem percipientes [16].

[14] I Tim. IV, 13. [15] Rom. I, 20. [16] ibid.

Digitized by Google

16. Multas quoque sententias et verba Gregorii theologi recitabat cæterorumque doctorum, mentem in his perpetuo exercens, ut nullo tempore vagaretur, simul etiam discendo ingenium acuens. Post solis occasum ad mensam ibat : mensa porro illi erat lapis maximus, et scutella apposita, lagenæ fragmentum, et cibum cum actione gratiarum sumebat. Erat autem cibus vel simplex panis et aqua ad mensam, vel certe solum legumen coctum : frugum quoque tempore fructibus tantum vescebatur. Adnixus etiam sæpe est magnanimus vir decerptis ex arbore siliquis vivere, myrtique baccis et unedonum, ac similibus. Verum, obnitente domina carne, quæ vere flebat sicut uter in pruina [17], rursus ad panis usum redibat. Quid multa ? tot vivendi instituta expertus est, quot singulis olim sanctis Patribus familiaria fuisse, legerat : et quadraginta quidem totos dies non jejunavit, humanæ laudis invidiam pertimescens, inflatique animi perniciosum cornu perfringens, ter vero vicenos peregit dies, cibo per illud tempus bis tantum sumpto, cum ex practica Theodoreti historia cognovisset, exstitisse olim Dei amantem feminam, quæ hoc præstiterit. Quocirca ubi rem experimento probavit, vera esse comperit, quæ scripta sunt. Per annum uno minus mense nullam penitus adhibuit potionem, pane solo quotidie ad vesperam usus post solis occasum, duo sibi ea ex re magnique momenti beneficia comparans, nempe, ut uni e quatuor virtutibus temperantiæ suppetias ferret : studebat enim præcipue vel ipsa naturali effluxione liberare corpus, quod ut assequerentur, plurimi sanctorum decertarunt; confert autem ad hoc plurimum aquæ abstinentia, ut quidam Sanctorum (18) dixit: utque præterea mentis vanitatem reprimeret addubitantis, nec fidem habentis narrationibus, quæ de admirandis magnificisque sanctorum Patrum factis leguntur. Certe enim nota est omnibus historia ejus, qui per triennium in ministerio furni versatus est sine potu et in abstinentia mortuus (19) est.

17. Hoc exemplum cum beato huic venisset in mentem, ne ariditas nimia pulmonis magnum inferret periculum, ab incœpto deterruit. Neque enim sitis illi jam molesta erat, ut ipse affirmabat, sed usque ad octavum diem tantum ; studiose recitabat et observabat dictum illud : « Adhæsit pavimento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum [18] ; » deinde vero illud : « Erexisti mihi spiritum et consolatus vixi [19]. » Confirmat vero assertionem nostram quod dicitur : Sitis sitim curat, fames famem non reprimit. Totam porro sanctam quadra-

ις'. Πολλοὺς δὲ καὶ ἀπεστήθιζε λόγους καὶ χρησεις τοῦ Θεολόγου, καὶ τῶν λοιπῶν διδασκάλων, γυμνάζων ἀεὶ τὸν νοῦν ἐν τούτοις, καὶ ῥεμβασμοῦ καιρὸν μὴ παρέχων, ἅμα δὲ καὶ τὴν φύσιν τῇ μαθήσει ὀξύνων. Ἡλίου δὲ δύναντος προσερχόμενος τῇ τραπέζῃ ἐκείνῃ· λίθος δὲ ἦν μέγιστος αὐτῇ, καὶ πινάκιον ἐπ' αὐτῆς ἀπόκλασμα κεραμίου· μετελάμβανεν εὐχαρίστως τροφῆς, ἧς μετεῖχεν ἐκεῖνος, ποτὲ μὲν ψιλὸν ἄρτον, καὶ ὕδωρ ἐν μέτρῳ, ποτὲ δὲ ὀσπρίων ἐψημένων καὶ μόνον. Ἐν καιρῷ δὲ τοῖς τῶν δένδρων καρποῖς αὐτοῖς ἠρκεῖτο καὶ μόνοις. Ἐπύκτευσεν ὁ ἀνδρεῖος ἀρκεσθῆναι πολλάκις τοῖς αὐτομάτοις δρυὸς κερατίοις, μυρσίνων τε τοῖς καρποῖς καὶ κομάρων, καὶ τοῖς ὁμοίοις. Ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ καταδέχεσθαι τὸν οἰκοδεσπότην, γινόμενον ἀληθῶς ὡς ἀσκὸς ἐν τῇ πάχνῃ, ὑπέστρεψε πάλιν πρὸς τὴν τοῦ ἄρτου χρῆσιν. Τί δεῖ πολλὰ λέγειν ; τοσαύτας πολιτεία, διῆλθεν, ὅσας παρ' ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἀρχαίων πατέρων πραχθείσας ἀνέγνω. Τεσσαράκοντα μὲν ἡμέρας ἄγευστος οὐ διῆλθεν, ὑφορώμενος τὸ ἐν ἐπαίνοις βάσκανον τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ τοῦ τύφου κατακλῶν δεινότατον κέρας. Τρὶς εἴκοσι διῆλθεν, ὅτε ἐν αὐταῖς γευσάμενος μόναις, παρὰ γυναικὸς φιλοθέου τοῦτο μαθὼν τελεσθὲν ἐκ τῆς Θεοδωρήτου πρακτικῆς ἱστορίας. Διὸ καὶ τῇ πείρᾳ αὐτὸ δοκιμάσας, εὗρεν ἀληθῆ εἶναι τὰ γεγραμμένα. Πεποίηκεν ἕνα ἐνιαυτὸν παρὰ μῆνα μὴ γευσάμενος ὑγροῦ οἱου δή ποτε ὅλως, καὶ καθ' ἑσπέραν ἐσθίων ἄρτον ξηρὸν μετὰ δύσιν ἡλίου· δύο πραγματευόμενος ἐκ τούτου μεγάλα, τό τε ὑπερμαχῆσαι δι' αὐτοῦ τῇ μιᾷ τῶν ἀρετῶν σωφροσύνῃ· καὶ γὰρ ἐφιλοτιμεῖτο καὶ αὐτῆς τῆς φυσικῆς ἐκροῆς ἀπαλλάξαι τὸ σῶμα, ὅπερ ἠγωνίσαντο τῶν ἁγίων οἱ πλεῖστοι· πολὺ δὲ συμβάλλεται ἡ τοῦ ὕδατος ἔνδεια τοῖς τοιούτοις, ὡς ἔφη τις τῶν ἁγίων· καὶ τὸ ἀναστεῖλαι τὴν τοῦ λογισμοῦ φλυαρίαν, διστάζοντός τε καὶ ἀπιστοῦντος ἐν τοῖς ὑπερφυῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς τοῖς ἁγίοις Πατράσι πεπραγμένοις. Πάντως γὰρ ἀκηκόαμεν πάντες τὸν ἐν τῇ διακονίᾳ τοῦ φούρνου ποιήσαντα τρία ἔτη, καὶ μὴ πιόντα, καὶ ἐν τούτῳ τελειωθέντα.

ιζ'. Ὅπερ ἐνθυμηθεὶς ὁ μακάριος οὗτος, μή πως ἡ παντελὴς τοῦ πνεύμονος ψύξις κίνδυνον αὐτῷ ἐπαγάγῃ τὸν οὐ τυχόντα, ἀνετράπη τῆς ἐργασίας. Οὔτε γὰρ δίψα αὐτῷ, ὡς αὐτὸς ἐπληροφόρει, παρηνώχλει λοιπὸν, ἀλλὰ μέχρις ὀγδόης ἡμέρας καὶ μόνον· ἐκ διαθέσεως ἐλάλει τε καὶ ἐποίει τὸ, Ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου, ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου· μετέπειτα δὲ τὸ, Ἐξήγειράς μου τὴν πνοὴν, καὶ παρακληθεὶς ἔζησα. Βεβαιοῖ δὲ τὸ εἰρημένον ὁ φήσας· Δίψα δίψαν ἕλκει, πεῖνα δὲ πεῖναν οὐκ ἀναστέλλει. Τὴν δὲ ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν διήρ-

[17] Psal. cxviii, 83. [18] Psal. cxviii, 83. [19] Psal. lxxxv, 17.

Joannis Clei notæ.

(18) Toties occurrentes sententias ex Scripturis sacris non assigno, cum facile reperiri a verbis possint. Observat Caryophilus, sermonem hic esse de abbate Theona, collat. 2 de nocturnis illusionibus hæc afferente.

(19) Allegat Caryophilus Pratum spirituale ubi cap. 84 admiranda hæc narratur austeritas.

Digitized by Google

χετο πᾶσαν μηδενὸς ἄλλου μετέχων, εἰ μὴ τοῦ ἀντιδώρου καὶ μόνον· καὶ αὐτὸ δὲ διὰ τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν αἰτεῖσθαι τὸν ἐπιούσιον ἄρτον. Ὅμως καὶ αὐτὰς ἀπότως ἦνυε πάσας πολλάκις. Πᾶσα μὲν οὖν ἡμέρα ὑπῆρχεν αὐτῷ ἐν ἀγῶνι κανόνος ἀπαραβάτου· νὺξ δὲ πάλιν ἐν τοῖς αὐτοῖς διῆγε ἀπαραβάτως ὁμοίως. Ὥρᾳ μιᾷ ἐπληροῦτο τὸ χρέος τοῦ ὕπνου, οὐδὲ γὰρ εἶχεν ᾧ προσαναλώσῃ τὴν πέψιν· τὸ λεῖπον δὲ ἅπαν εἰς πλήρωσιν τοῦ ψαλτηρίου, καὶ πεντακοσίων γονυκλισιῶν μέτρον, τῶν τε μεσονυκτικῶν καὶ ὀρθρινῶν ἀνηλίσκετο ὕμνων. Πολλάκις γὰρ ἀπεμάχετο τῷ ἑαυτοῦ λογισμῷ, καὶ ἐλάλει· Ὅτι οἱ ἐν τῷ κοινοβίῳ ὄντες ἡμέρας μὲν διακαρτεροῦσι τοῖς ἔργοις, νηστεύοντες καθ' ἑκάστην, νυκτὸς δὲ διαγρυπνοῦσι τοῖς ὕμνοις σχολάζοντες καὶ τῇ ἀναγνώσει, ψάλλοντες τόσα καὶ τόσα· ἐλεημοσύνας καὶ ξενοδοχίας ἐργάζονται πλείστας. Ἡμῶν δὲ ἐν ταύτῃ τῇ δοκούσῃ ἡσυχίᾳ καθεζομένων ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη καὶ ὁ ἔνθεος πόθος, ματαία ἡ ἐλπὶς ἡμῶν ἔσται καὶ ἀνοίκειος ὁ τρόπος. Ἦν δὲ καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν αἰγείων σάκκος, εἷς ἐνὶ ἐνιαυτῷ, καὶ ἑτέρῳ ἄλλος. Ἡ δὲ ζώνη αὐτοῦ ἦν σχοινίον μὴ λυόμενον, εἰ μὴ μίαν τοῦ χρόνου. Διὸ καὶ ἐν πλήθει φθειρῶν ἑκαρτέρει σικχαινόμενος ἢ κνηθόμενος τῇ αὐτῶν ἐνοχλήσει. Θάμνος δὲ ὑπῆρχεν ἔμπροσθεν τοῦ σπηλαίου, ἔνθα μυρμήκων πλῆθος κατῴκει, ἐν ᾧ ῥιπτούμενος παρὰ τοῦ ἁγίου ὁ σάκκος ἐκαθαρίζετο ἀπὸ τῶν σκωλήκων ἐκείνων· οὕτω γὰρ αὐτοὺς καλεῖν δέον τραχυνθέντας τῷ χρόνῳ, δίκην εἰσπραττομένων παρὰ τῶν μυρμήκων, δι' ὧν ἠνώχλησαν τῷ Δικαίῳ.

ιη'. Κλίνη αὐτῷ οὐχ ὑπῆρχεν, οὔτε θρονίον, οὐ κιβώτιον ἢ γλωσσοκόμον, ἢ βαλάντιον ποτὲ, οὐ πήρα, ἀλλ' οὐδὲ μέλανος δοχεῖον σχολάζοντι ἐν τῷ γράφειν· κηρὸν δὲ πήξας ἐπὶ τῷ ξύλῳ, δι' αὐτοῦ τῶν τοσούτων βιβλίων τὸ πλῆθος ἐκαλλιγράφησε. Ταῦτα δέ μοι φιλοπεπόνηται τὰ μικρὰ μὲν ἐκείνῳ, ἑτέροις δὲ καὶ λίαν μεγάλα, οὐχ ἵνα προσθήκη τις ἐκ τούτων γένηται αὐτῷ, ἀλλ' ἵνα γνῶμεν μέχρι πόσου κατώρθωσεν, ὥσπερ ἀρετῶν ἤρξατο τὴν ἐργασίαν, ἀκτημοσύνης λέγω καὶ ἐγκρατείας, καὶ ἀγρυπνίας καὶ προσευχῆς, δι' ὧν γίνεταί τις εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις τοῦ Θεοῦ. Τὰς δ' ἐκχύσεις τῶν θερμῶν δακρύων αὐτοῦ, καὶ τοὺς πικροὺς στεναγμοὺς, καὶ στηθῶν τύψεις, καὶ μετώπου ἐν τῇ γῇ ἀραγμοὺς τίς ἂν ἐννοήσαι, ἢ κατ' ἀξίαν εἴποι; Τὰς δ' ἐπιπλήξεις καὶ ὀνειδισμοὺς, καὶ ὕβρεις, καὶ ἐξουδενώσεις, ἃς αὐτὸς ἑαυτῷ ἐπῆγεν ἐν ἅπασιν, ὡς ἐχθρὸν ἑαυτὸν παραφυλάττων; Τὰς δ' ἐπιβουλὰς, καὶ πολέμους, καὶ ἐπιφορὰς τῶν δαιμόνων, τὰς διὰ τῶν λογισμῶν καὶ φανερῶν φαντασιῶν, καὶ μέντοι καὶ πόνων σωματικῶν ἐκ νόσων χαλεπῶν, μόλις ἂν καὶ αὐτὸς ὁ παθὼν καθεξῆς ἰσχύσαι φράσαι ἄν. Πολλάκις ἐπολεμήθη

gesimam percurrebat nihil aliud degustans, quam panem in sacris Missarum benedictum, idque quia per dies singulos quotidianus petitur panis : sine potu tamen sæpe dies eosdem totos transigebat. Quilibet ergo dies illi sub hac perferendorum laborum regula, quam præterire non licebat, traducebatur, et nox similiter agebatur iisdem distincta non prætermittendis officiis. Una hora debitum somni solvebat, aliter quippe cibus non poterat concoctione confici : reliqua noctis pars cantando psalterio tribuebatur, quingentisque genuum flexionibus hymnorumque nocturnorum et matutinorum recitationi. Sæpe enim cum suo ipse contendens animo aiebat : Qui communem in cœnobiis vitam degunt, diurnis quidem occupantur laboribus, quotidie jejunantes, noctem vero insumunt vigiles in Dei laudibus et sacra lectione, tam multa cantantes, plurimas eleemosynas erogantes, et hospitalitatem exercentes : nos autem, qui considemus vitam hanc viventes, quæ solitaria videtur, nisi abundaverit justitia et religiosus labor, vanam habemus spem et instituta vitæ ratio est nobis incongruens. Erat autem illi vestimentum saccus e pilis caprinis ad annum unum unus, ad alium alius ; cingulum funis, quod nonnisi semel absoluto anno solvebatur, unde pediculorum copiam ferebat, non abhorrens, nec se ob eorum molestiam prurigine versans. Ante speluncam erat arbustum, ubi formicarum multitudo inhabitabat : in illud vir sanctus superjaciebat saccum, ut a vermibus illis expurgaretur. sic enim eos vocare decet tempore asperiores factos, ut formicis penderent pœnas ob molestias Sancto illatas.

18. Lectus illi nullus, nulla sella, non arcula vel capsa, non crumena, non pera, nec etiam atramentarium tam multa scribenti, sed cera lignum inducens, per illam tot librorum copiam tam eleganter exscripsit. Hæc ego tam accurata ratione persecutus sum, si illum spectes, modica, si alios, permagna, non ut illi quidpiam per hæc addatur, sed ut notum fiat, quos progressus fecerit in iis virtutibus, quarum officia sibi exsequenda suscepit, perfectæ, inquam, a possidendis rebus abstinentiæ, continentiæ, vigiliarum et orationis, [solitariæ vitæ et castimoniæ, humilitatis et cæterarum (20)] per quas homo fit imago et similitudo Dei. Cæterum ferventes lacrymas, quæ ubertim illi fluebant, et amara suspiria et pectoris tunsiones frontisque in terram illisiones, quis mente comprehendere, aut percensere pro dignitate queat? Nam increpationes et probra et contumelias summamque sui despicientiam, quæ in semetipsum intorquebat, quidquid omnino ageret, seipsum ut hostem observans, insidias quoque, conflictus et aggressiones dæmonum tum per internas co-

Joannis Clei notæ.

(20) Quæ uncis inclusa sunt, non habentur in textu Græco, suspicorque, typothetarum vitio prætermissa, tum quia similes amplificationes in Caryophili versione alibi non invenio, tum etiam, quod eadem lego apud Martenium in versione Sirletiana.

Digitized by Google

gitationes, tum manifestas apparitiones, necnon dolores corporis e gravibus morbis, et ipse, qui passus est, omnes enarrare vix posset. Multa et gravia passus est bella, ut relicta solitudine ad cœnobia se conferret, ex quo eum maligni spiritus desertorem timidumque vocarent. Cum igitur in magnas redigeretur angustias (efficiebant enim, ut inflatus videretur præ violentia cogitationum, et spelunca eum non caperet), tunc contextum e pilis indumentum tollens, quod insequentis anni futurum erat, appendebat ad lignum : nec enim baculum humero gestabat, descendensque ad medium iter, in quo arbor erat procera, fingebat sibi, illam esse beatum Fantinum, vel alium sanctum Patrem. Ergo exhibita arbori profunda reverentia, stabat quasi interrogaretur a Patre, responderetque de causa suæ profectionis ; mox objurgaretur ab eo et fratribus dicentibus : En eremi incolam. Hisce modis et oppositis ratiocinationibus hostes in fugam vertens, revertebatur in speluncam, velut in carcerem, patienter sustinens, et secum ipse dicens : Bonum est mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet.

A δεινῶς ὑπ' αὐτῶν τοῦ καταλεῖψαι τὴν ἡσυχίαν καὶ εἰς τὰ κοινόβια ἀπελθεῖν, ἵν' ὡς φυγάδα καὶ δειλὸν αὐτὸν ἀποκαλέσωσιν οἱ δεινοί. Ὅτε οὖν ἐπηνωχλεῖτο ἀνάγκῃ πολλῇ ὑπ' αὐτῶν · ἐποίουν γὰρ αὐτὸν ἐμπεφυσημένον δοκεῖν ὑπὸ τῆς βίας τῶν λογισμῶν, ὥστε μὴ χωρεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ σπηλαίου· ἐπαίρων τὸ τρίχινον ἔνδυμα αὐτοῦ, ὃ ἀπέκειτο ἐν ἑτέρῳ ἐνιαυτῷ, ἐτίθη εἰς ξύλον, οὐδὲ γὰρ ῥάβδον εἶχεν ἐπὶ τοῦ ὤμου · καὶ κατερχόμενος μέχρι μέσης τῆς ὁδοῦ, ἐν ᾧ ἵστατο δένδρον ὑψηλὸν, ἐποίει αὐτὸ, ὡς ὁ ὅσιος Φαντῖνος ἐστὶν, ἢ ἕτερός τις τῶν ἁγίων Πατέρων. Εἶτα βαλὼν τῷ δένδρῳ μετάνοιαν, ἵστατο ὡς ἐρωτώμενος ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἀποκρινόμενος τῆς ἐλεύσεως αὐτοῦ τὴν αἰτίαν, καὶ πάλιν ὀνειδιζόμενος καὶ μεταγελώμενος ὑπ' αὐτοῦ καὶ τῶν ἀδελ-
B φῶν λεγόντων· Ἴδε σοι ὁ ἡσυχαστής. Τούτοις τοῖς τρόποις, καὶ τοῖς ἀντιῤῥητικοῖς συλλογισμοῖς τροπούμενος τοὺς πολεμίους ἐχθροὺς, ὑπέστρεφεν ἐν τῷ σπηλαίῳ ὡς εἰς τινα φυλακὴν, διακαρτερῶν καὶ λέγων ἐν ἑαυτῷ· Καλόν μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ.

19. Sæpe in oratione defixo et psallenti suggerebat cogitatio : Respice in sanctuarium, videbis fortasse in eo vel angelum, vel ignis flammam, vel Spiritum sanctum, ut alii multi viderunt : ipse vero claudens oculos tanta se inflexionum et lacrymarum copia defatigabat, ut sudor illi defluceret, instar aquæ in terram. Subjecit quoque illi
C malignus vehementissimum ardorem libidinis ; ipse vero in spinis se volutans et asperis urticis, voluptatem dolore exstinguebat. Sedenti aliquando post vigiliam seque post laborem paululum relaxanti, duo astiterunt dæmones, alium tenentes medium ; quo veluti per laterum apertionem exenterato, viscera omnia projecerunt in terram. Hoc ille viso, surgens contremuit, et præ nausea bilem evomuit amarissimam, ex quo se munitiorem in posterum reddidit. Cum Romam aliquando profectus esset orandi gratia et perquirendorum quorumdam librorum, vidit in æde Petri apostoli transeuntem mulierem Alemanam, corporis proceritate præstantem. Hujus effigiem animo impressam ostendebant maligni spiritus viro sancto,
D sive is psalleret, sive legeret, aut scriberet, vel aliud quidvis ageret. Hac pugna invalescente, cum nihil prorsus excogitare posset, quo hostes repelleret, confugit ad Deum, suarum virium imbecillitatem illi exponens. Prosternit ergo se ante sacrum altare contrito et humili corde, et Salvatori ait : Tu scis, Domine, quod infirmus sim, miserere mei et subleva me impurorum dæmonum bello oppressum; ego enim de mea vita jam desperavi. Hæc ubi dixisset, humi jacens levique somno correptus, videt ante se stantem pretiosam crucem et pendentem ex ea vivum Dominum nostrum et velum pendens interpositum, candidum et tenuissimum. Tum ipse magno cum timore

ιθ'. Πολλάκις προσευχομένῳ καὶ ψάλλοντι ἔλεγον οἱ λογισμοί· Βλέψον εἰς τὸ θυσιαστήριον, ἴσως ἄγγελον ἢ φλόγα πυρὸς, ἢ τὸ Ἅγιον Πνεῦμα θεάσῃ περὶ αὐτὸ, καθὼς ἐθεάσαντο πολλοί. Αὐτὸς δὲ μύων τοὺς ὀφθαλμοὺς, τοσοῦτον κατεπόνει ἑαυτὸν ἐν πλήθει δακρύων καὶ μετανοιῶν, ὡς κατέρχεσθαι τὸν ἱδρῶτα αὐτοῦ ὡς ὕδωρ ἐπὶ τὴν γῆν. Ὑπέβαλλε δὲ αὐτῷ ὁ πονηρὸς καὶ πύρωσιν δριμυτάτην ἐν τῇ σαρκί· αὐτὸς δὲ τῇ προστρίψει τῶν ἀκανθῶν καὶ ἀγρίων κνηθῶν ἐσβέννυε διὰ τῆς ὀδύνης τὴν ἡδονήν. Καθημένῳ ποτὲ ἀπὸ τῆς ἀγρυπνίας, καὶ μικρὸν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ κόπου ὑποχαυνώσαντι, ἐπέστησαν αὐτῷ δύο δαίμονες κατέχοντες καὶ ἄλλον μέσον αὐτῶν· οὗ καὶ ἀνοίξαντες ὡσανεὶ τὰς πλευρὰς, καὶ ἐκβαλόντες ἅπαντα τὰ ἐντὸς αὐτοῦ, ἔῤῥιψαν ἐπὶ τὴν γῆν · ὁ δὲ σύντρομος ἀναστὰς, καὶ ἀπὸ τῆς ναυσίας ἐμέσας πικροτάτην χολὴν, ἠσφαλίσατο ἑαυτὸν εἰς τὸ ἑξῆς. Ποτὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀπελθὼν λόγῳ προσευχῆς καὶ ἀνερευνήσεως βιβλίων τινῶν, εἶδεν ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου ἐν παρόδῳ γυναῖκα Ἀλεμάναν, ὑψηλὴν τῷ σώματι καὶ μεγάλην. Ταύτης τὴν θέαν τυπώσαντες οἱ πανοῦργοι, ἐδείκνυον τῷ ἁγίῳ καὶ ψάλλοντι, καὶ ἀναγινώσκοντι, καὶ γράφοντι, καὶ πᾶν εἴ τι ἄλλο ποιοῦντι. Τούτου τοῦ πολέμου κραταιουμένου, καὶ μηδὲν ὅλως ἔχων ἐννοῆσαί τι ἀντιπράξασθαι πρὸς τοὺς πολεμίους, πρὸς τὸν Θεὸν καταφεύγει, αὐτῷ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν ἀπαγγέλλων· καὶ ῥίψας ἑαυτὸν ἐνώπιον τοῦ ἱλαστηρίου ἐν συντετριμμένῃ καὶ ταπεινῇ τῇ καρδίᾳ ἔλεγε πρὸς τὸν Σωτῆρα · Κύριε, σὺ ἐπίστασαι, ὅτι ἀσθενής εἰμι · ἐλέησόν με, καὶ κούφισόν με ἐκ τοῦ πολέμου τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων, ὅτι λοιπὸν τῆς ζωῆς μου ἀπεῖπον. Ταῦτα εἰπὼν κείμενος ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ μικρὸν ἀφυπνώσας, ὁρᾷ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἱστάμενον τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ ἐν αὐτῷ κρεμάμενον ζῶντα τὸν Κύριον ἡμῶν, μέσον δὲ αὐτῶν κρεμάμενον βῆλον καθαρὸν καὶ λίαν

Digitized by Google

λεπτότατον. Καὶ βοήσας μετὰ φόβου πολλοῦ λέγει πρὸς αὐτόν· Ἐλέησόν με, Δέσποτα, καὶ εὐλόγησόν με τὸν δοῦλόν σου. Τότε ὁ Σωτὴρ ἐξηλώσας τὴν δεξιὰν χεῖρα ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, τρίτον ἐπεσφράγισεν αὐτὸν, καὶ τέλος εἶχεν ἡ ἔνθεος ὀπτασία, σὺν αὐτῇ δὲ καὶ πόλεμος ἅπας, καὶ ἡ τῆς φύσεως ῥεῦσις· καὶ ὅπερ οὐκ ἴσχυσαν ἐκτελέσαι αἱ πολλαὶ πεῖναι, καὶ ἀγρυπνίαι, ἴσχυσεν ἡ ταπείνωσις καὶ ἡ ἐπίγνωσις τῆς οἰκείας ἀδυναμίας. A

κ'. Διατρίβοντι τοίνυν τῷ ὁσίῳ ἐν ἀνέσει καὶ χαρᾷ καὶ εὐφροσύνῃ πνευματικῇ, ἔρχεταί τις πρὸς αὐτὸν ἀδελφὸς παρακαλῶν συμπαραμεῖναι αὐτῷ· ἴσως σωθήσεται δι' αὐτοῦ. Μόλις οὖν ἐπιτυχὼν τοῦ σκοποῦ φησὶ πρὸς τὸν ὅσιον· Πάτερ, ἔχω τρία νομίσματα, τί κελεύεις ποιῆσαί με αὐτά; Ὁ δὲ, Ἀπελθὼν δὸς αὐτὰ τοῖς πτωχοῖς· καὶ ἆρας τὸ ψαλτήριόν σου ἕπου ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Σωτῆρος· εὐθέως δὲ ἐποίησεν οὕτως. Καὶ διακαρτερήσας μετὰ τοῦ ὁσίου Πατρὸς οὐ μήκιστον χρόνον, καὶ μαθὼν παρ' αὐτοῦ τὴν τῆς καλλιγραφίας δυσδιόρθωτον τέχνην, ἀχθεσθεὶς ἐπί τε τῇ σκληροτάτῃ, καὶ ἀπαραμυθήτῳ ἀσκήσει, ἤρξατο προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, καὶ ζητεῖν πόρους λογομαχίας, δι' ὧν τὸν Πατέρα πρὸς θυμὸν διεγείρῃ. Αὐτὸς δὲ ἀεὶ ἐν νῷ περιφέρων τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, ὡς πρὸς μόνον αὐτὸν εἰρημένας, καὶ μνημονεύων ὡς ὁ λέγων τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Ῥακὰ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς, οὐδέποτε εἶπεν αὐτῷ ῥῆμα πονηρόν. Τότε λέγει πρὸς αὐτὸν πράως καὶ ἐπιεικῶς· Ἀδελφὲ τιμιώτατε, ἐν εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐνταῦθα, καὶ ἐν ἀγάπῃ, πνεύματί τε πραότητος· μὴ γὰρ ἐν πικρίᾳ καὶ ὀργῇ καὶ θυμῷ; εἰ δὲ τοσοῦτον βεβάρυσαι εἰς ἐμὲ τὸν ταπεινὸν, καὶ ἀφόρητος ἐγενόμην τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς, πορεύου ἐν εἰρήνῃ ὅπου ἂν βούλῃ, καὶ ἐμὲ τὸν ἁμαρτωλὸν μὴ ἐνόχλει· οἶδα γάρ σε ἐγὼ μὴ δυνάμενον, μᾶλλον δὲ καὶ μὴ βουλόμενον ὑποσείσασθαι τὸ παραβάλλον σοι πνεῦμα τῆς φιλαρχίας καὶ φιλοϊερατείας. Ἄπελθε τοίνυν, ἐκπληρώσων τὸ σὸν βούλημα, καὶ εὑρήσεις τὸ κατάλυμα πρόσφορον. Ὁ δὲ ἀδελφὸς πλέον ὑπὸ τοῦ πονηροῦ ἐξαφθεὶς ἐπὶ τῷ ἐλέγχῳ τῶν κρυφίων αὐτοῦ λογισμῶν, φησὶν ὀργιζόμενος πρὸς αὐτόν· Δός μοι τὰ τρία μου νομίσματα, καὶ πορεύομαι. Τί γὰρ ἀνάγκην εἶχον ἐγὼ δοῦναι αὐτὰ τοῖς πτωχοῖς, εἰ μὴ ἐπειθόμην τῇ κελεύσει τῇ σῇ; Ἀποκρίνεται εὐθέως πρὸς αὐτὸν ὁ Πατήρ· Γράψον μοι, φησὶν, ἀδελφὲ, εἰς τμῆμα χαρτίου τοῦ ἀπολαβεῖν με τὸν μισθὸν αὐτῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, καὶ θὲς αὐτὸ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀγὼ ἄρτι παρέχω σοι τὰ τρία νομίσματα.

κα'. Ὁ δὲ θέλων ἀπιδεῖν, πόθεν ἄρα ἐξῇ αὐτῷ πληρῶσαι τὸ ἐπαγγελλόμενον, μήτε κἂν ὀβολὸν ἔχοντι, ἰδίᾳ χειρὶ τὸ κελευσθὲν ἀπεπλήρωσε, καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ ἐπέθηκεν. Καὶ δὴ παραλαβὼν αὐτὸν ὁ Πατὴρ κατέρχεται πρὸς τὸ τοῦ καστελλίου κοινόβιον· κἀκεῖθεν δανεισάμενος τρία νομίσματα, δέδωκεν αὐτὰ μετὰ ἀγάπης τῷ ἀδελφῷ. Κἀκεῖνος δεξά- B

clamans : Miserere, inquit, mei, Domine, et benedic famulo tuo. Tunc Salvator, excusso e dextera manu clavo, ter signo crucis benedixit illi, et visio divina evanuit, simulque pugna omnis cessavit et naturæ profluvium ; et quod præstare non potuerunt multa jejunia sitisque nimia et vigiliæ, præstitit humilitas et propriæ infirmitatis agnitio.

20. Degebat itaque vir sanctus quietam et lætam vitam, spiritalisque lætitiæ plenam. Interea frater quidam accessit rogans, ut contubernalem se reciperet, si forte ejus opera salutem consequeretur. Vix tandem compos desiderii factus ad sanctum ait : Habeo, Pater, numismata tria, quid vis faciam de illis ? Ille, Abi, inquit, et da pauperibus, tollensque Psalterium tuum sequere præcepta Salvatoris : et ille statim obsecutus est. Non multum temporis efluxit contubernio, didicitque a sancto Patre difficilem pulchre apteque scribendi artem : sed asperrimum vitæ institutum perosus et solitariæ vitæ labores nulla remissione laxatos, cœpit adhibere excusationes in peccatis et contentionis occasiones quærere, quibus posset Patrem provocare ad iram. Ille vero præcepta Domini semper animo volvens, tanquam sibi uni prolata, et memoria repetens, reum esse gehennæ ignis, qui dixerit fratri suo, Racca [20], nunquam usus est contra eum aspero verbo. Tandem placido et moderato animo sic eum affatus est : Honorande frater, Deus in pace nos huc vocavit et in charitate et spiritu mansuetudinis ; numquid enim ad acerbitatem et iram et bilem ? Sed si humilis ego adeo gravis tibi sum et oculis tuis factus intolerabilis, vade in pace, quocunque libuerit, et peccatori mihi noli esse molestus : scio enim, te non posse, imo vero etiam nolle, spiritum repellere, qui tibi faces subjicit dominandi et fungendi sacerdotio. Abi igitur et exple libidinem tuam et aptum reperies diversorium. Verum frater ille a maligno dæmone acrius incitatus, quod redargui videret, quæ latenter ipse cogitaverat, respondit iratus : Redde mihi tria illa numismata et mox abibo : quid enim cogebat me, ut ea pauperibus darem, nisi jussio tua, cui parere volui ? Et statim Pater ad eum, Scribe, inquit, frater, mihi in chartula, fore ut mercedem eorum recipiam in regno cœlorum, et pone ipsam super altare et ego tibi mox solvam tria numismata.

21. Ille vero scire cupiens, unde illi ne obolum quidem habenti facultas suppeteret implendi promissum, sua manu scripsit, quod postulatum erat, et chartam super altare posuit. Qua Pater accepta descendit in castelli cœnobium et mutuo inde sumpta tria numismata fratri amice dedit. Accepit is et recessit et voluntati suæ satisfaciens

[20] Matth. v, 22.

Digitized by Google

egit quidquid sibi Pater prædixerat, et paulo post moritur. Sanctus vero pater Nilus in suam speluncam reversus, sedensque in patientia et tolerantia multa, intra paucos dies tria exscripsit Psalteria (fertur enim in singula quatuor insumpsisse dies) et liber a debito mansit, quod propter Christi præceptum contraxerat. At vero justorum hostis victum se prostratumque cernens a viro justo in singulis congressibus, luctum ab interiori homine transtulit ad exteriorem et summis doloribus et morbis corporis eum petere aggreditur, ut saltem avocaret a quotidiano ministerio et inimica sibi oratione, qua mens ad cœlestia pervolat. Quid ergo machinatur in ipsum? Maximo tumore, doloreque intolerabili vocis organa comprimens, vocis usum illi penitus abstulit, et jacere coegit consueto cibo abstinentem; et in hoc tamen ipso multo magis confundebatur hostis et vincebatur. Quo enim magis præpediebat ille linguam psalmis et hymnis assuetam, eo altius ipse mentem elevabat ad Deum, Deoque grata et magnifica contemplatione fruebatur sine ulla mentis divagatione. Sed ne fame periret et omnino deficeret, aqua sicum panem humectans et frians, diæta hac utebatur.

A μενος ἀνεχώρησεν, καὶ πεπλήρωκεν ἰδιοτελῶς ὅσα προεῖπεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ, καὶ μετ' ὀλιγὸν καιρὸν τετελεύτηκεν. Ὁ δὲ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος ὑποστρέψας ἐν τῷ σπηλαίῳ αὐτοῦ, καὶ καθεσθεὶς ἐν ὑπομονῇ καὶ καρτερίᾳ πολλῇ, ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν τρία ψαλτήρια γεγραφώς· τότε γὰρ λέγεται πεπληρωκέναι ἓν ἕκαστον ἐξ αὐτῶν διὰ τεσσάρων ἡμερῶν· ἐλύθη τοῦ χρέους τοῦ διὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Χριστοῦ. Ἰδὼν οὖν ὁ τῶν δικαίων ἐχθρὸς, ὅτι ἐν πάσῃ προσβολῇ ἡττᾶται καὶ καταβέβληται ὑπὸ τοῦ δικαίου ἀνδρὸς, μετατίθησι τὴν πάλην ἀπὸ τοῦ ἐντὸς ἀνθρώπου ἐπὶ τὸν ἐκτὸς, καὶ ἄρχεται πλήττειν αὐτὸν ἐν πόνοις δεινοῖς, καὶ ἀῤῥωστίαις σωματικαῖς, ὥστε κἂν ἐμποδίσαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς καθημερινῆς λειτουργίας αὐτοῦ, καὶ τῆς οὐρανοδρόμου καὶ ἐχθρᾶς αὐτῷ

B προσευχῆς. Τί οὖν μηχανᾶται περὶ αὐτὸν; ὄγκῳ δεινοτάτῳ καὶ ἀφορήτῳ πόνῳ περιλαβὼν τὰ τὴν φωνὴν ἀπατελοῦντα ὄργανα αὐτοῦ πεποίηκεν αὐτὸν ἄφωνον κατακεῖσθαι παντελῶς καὶ ἄβρωτον τῆς συνήθους τροφῆς· ἀλλ' ὅμως καὶ ἐν τούτῳ πολὺ πλέον ἠσχύνετο καὶ ἠττᾶτο ὁ πολέμιος ἐχθρός. Ὅσον γὰρ ἐκεῖνος ἀπέκλειε τὴν ψαλμολόγον καὶ ὑμνοφόρον φωνὴν, τοσοῦτον αὐτὸς τὴν διάνοιαν ὕψου πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἐνετρύφα ἀπερισπάστως ταῖς θεαρέστοις καὶ μεγαλοπρεπέσιν ἐννοίαις. Ἵνα δὲ καὶ τῷ λιμῷ μὴ ἐκλείψῃ καὶ ἀποκάμῃ, ὕδατι τὸν ξηρὸν ἄρτον λειώσας, ταύτῃ ἐκέχρητο τῇ διαίτῃ.

CAPUT IV.

Ad cœnobium æger reductus, convalescit, rursumque ad speluncam reversus a diabolo graviter fuste vulneratur, quo malo prodigiose sanatur. Stephanum vitæ monasticæ institutis instruit.

22. Non multo post igitur ad visendum ipsum accessit Fantinus sanctissimus (erat enim inter illos frequens commercium; alterum altero instar luminarium crebro sua luce perfundente) et cum hebdomadarium panem post multas preces ut ab se acciperet, magnus Fantinus B. Nilo persuasisset, ab eo rursus de labore manuum ejus gratia illi rependebatur. Cum ergo in talibus angustiis eum vidisset, multumque rogasset, tandem deduxit in suum monasterium omni adhibita diligentia, insuper et Deo preces fundebat ex toto animo pro ejus valetudine. At patientissimus Nilus cum præter aquam nihil degustare posset, idque cum violentia et labore per dies multos, cogitationem hanc habuit, quod Si præsto esset aliqua piscis D particula, vescerer et aperiretur mihi via ad comedendum. Et cum luctam passus esset octo diebus, aut paulo plus, ne cui rem aperiret, cum præsertim videret quotidie quemdam e fratribus transeuntem ante se et euntem ad piscandum et redeuntem cum piscibus, post multum certamen et palæstram hujusmodi cogitationis, ecce venit quidam ad ipsum vir laicus afferens corbem plenam piscium frictorum et assatorum, hortans rogansque, ut de iis gustaret: Quoniam, aiebat, de tua ægra valetudine cum vesperi audivissem, egressus sum, ut in suo sancto nomine piscarer, et adjuvantibus-

C κβ'. Μετ' οὐ πολὺ τοίνυν πρὸς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ ἐλήλυθεν Φαντῖνος ὁ ἁγιώτατος· παρέβαλλον γὰρ ἀλλήλοις πυκνότερον, ἀλλήλοις ὡς δύο φωστῆρες πυκνότερον καταφωτίζοντες· καὶ τὸν ἑβδομαρισαῖον ἄρτον ὁ μέγας Φαντῖνος σὺν πολλῇ παρακλήσει πείσας τὸν ὅσιον Νεῖλον δέξασθαι, παρ' αὐτοῦ ἐκ τῆς τῶν χειρῶν ἐργασίας τὴν χάριν ἀντεσηκοῦτο. Ἰδὼν τοιγαροῦν αὐτὸν ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀνάγκῃ, καὶ πολλὰ δυσωπήσας ἀπήγαγεν εἰς τὸ μοναστήριον αὐτοῦ μετὰ πάσης σπουδῆς· ἀλλὰ καὶ τὸν Θεὸν παρεκάλει περὶ τῆς ὑγείας αὐτοῦ ἐξ ὅλης ψυχῆς. Ὁ δὲ καρτερικώτατος Νεῖλος μὴ δυνάμενος γεύσασθαί τινος εἰ μὴ ὕδατος καὶ αὐτοῦ μετὰ βίας καὶ πόνου, καὶ τοῦτο ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, εἶπεν αὐτῷ ὁ λογισμὸς, ὅτι Εἴπερ ἦν ἀπὸ ἰχθύος μέρος μικρὸν, ἐλάμβανον ἂν ἐξ αὐτοῦ, καὶ διήνοιγέ μοι τὴν ὁδὸν τοῦ φαγεῖν. Νυκτεύσας οὖν ἐπὶ ἡμέρας ὀκτὼ, ἢ καὶ πρὸ τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαί τὸ πρᾶγμά τινι· καὶ μάλιστα καθ' ἑκάστην ὁρῶν διερχόμενόν τινα τῶν ἀδελφῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὸ ἁλιεῦσαι πορευόμενον, καὶ αὖθις μετ' ἰχθύων ὑποστρέφοντα· μετὰ πολλὴν ἄθλησιν καὶ πάλην τοῦ τοιούτου λογισμοῦ, ἰδοὺ ἔρχεταί τις πρὸς αὐτὸν κοσμικὸς ἐπιφερόμενος κοφίνιον μεστὸν ἰχθύων, τῶν μὲν τηγανιστῶν, τῶν δὲ ὀπτῶν τυγχανόντων, παρακαλῶν καὶ δεόμενος αὐτοῦ, ὅπως γεύσηται ἐξ αὐτῶν· Ἐπειδὴ, φησὶν, ἐσπέρας ἀκούσας τὰ κατὰ σὲ, ἐξῆλθον τοῦ ἁλιεῦσαι ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου

Digitized by Google

τῷ ἁγίῳ, καὶ τῶν εὐχῶν ὑμῶν συνεργησάντων ἠγρευσάμην ἀκροῦστως· καὶ δέον σε, Πάτερ, μεταλαβεῖν ἐξ αὐτῶν. Τότε ὁ μακάριος Νεῖλος τὸν μὲν ἄνθρωπον ἀπέστειλεν εὐλογήσας, καὶ μεγάλως εὐχαριστήσας ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ κόπου· τῷ δὲ λογισμῷ αὐτοῦ διελέγετο οὕτως· Ταῦτα οὐχ ὁ Θεὸς ἡτοίμασεν, οὐδ' ἄγγελος· οὐδὲ γάρ εἰμι τῶν φοβουμένων αὐτόν, ἵνα τὸ θέλημά μου ποιήσῃ. Ἀλλὰ τοῦτο τὸ ἔργον τοῦ διαβόλου τυγχάνει, ἐπειδή με ἤσθετο δουλωθέντα τῇ τοιαύτῃ ἐπιθυμίᾳ. Γέγραπται γάρ· « Μὴ ἐπιθυμήσῃς. » Ζῇ Κύριος, οὐκ εἰσέρχεταί τι ἐξ αὐτῶν εἰς τὸ στόμα μου. Ὑπῆρχε δὲ τότε ἐκεῖ μοναχός τις παραγενόμενος ἐκ τῶν ἄνω μερῶν, ὃς λίαν ἠγαπᾶτο παρ' αὐτοῦ διὰ τὸ ᾄσματικὸν εἶναι αὐτὸν καὶ σφόδρα καλλίφωνον. Τοῦτον καλέσας ὁ ὅσιος δέδωκεν αὐτῷ, καθὼς ἦν τὸ κοφίνιον, εἰπὼν πρὸς αὐτόν· Λάβε τοῦτο τὸ ξένιον, ὅπερ ὅσοι Χριστὸς ἐξαπέστειλεν. Ὁ δὲ λαβὼν ἀνεχώρησεν. Ἰδὼν οὖν ὁ Θεὸς τὴν μεγίστην αὐτοῦ ὑπομονὴν καὶ καρτερίαν, ἀντελάβετο αὐτοῦ, καὶ ἀπήλλαξεν αὐτὸν τῆς ὀδύνης καὶ τῆς νόσου ἐκείνης τῆς πονηρᾶς, τοῦ πάθους ἔνδον ἐν τῷ τραχήλῳ ῥαγέντος, καὶ ἕλκους πολλοῦ διὰ τοῦ στόματος ἐξελθόντος. Μικρᾶς οὖν ἀνέσεως ἐπιτυχὼν ἀνέρχεται πάλιν ἐν τῷ σπηλαίῳ τῆς συνήθους ἐχόμενος πολιτείας, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀσπαζόμενος ὡς οἰκείαν μητέρα. Ὁ δὲ διάβολος οὐκ ἐπαύσατο βρύχων κατ' αὐτοῦ τοὺς ὀδόντας καὶ ἀγωνιζόμενος, εἴγε ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας παρεχωρεῖτο, ὥστε καὶ τοῦ ζῆν ἀπαλλάξαι τὸν δίκαιον ἄνδρα.

A precibus tuis, venatio commoda fuit, et opus est, Pater, cibum ex iis te sumere. Tunc beatus Nilus virum quidem dimisit, benedicens illi gratiasque pro labore suscepto agens : secum vero ipse dicebat : Hæc non per Deum, non per angelum mihi præsto sunt : neque enim ego sum e numero timentium eum, ut meam voluntatem faciat : sed hoc diaboli opus est. Cognovit enim, me captum cupiditate hac, quia scriptum est : « Non concupisces [21]. » Vivit Dominus, non ingredietur ex iis in os meum. Aderat tunc forte monachus quidam e superioribus partibus profectus, ipsi charissimus, quia suavissime canebat. Hunc beatus vir cum advocasset, dedit cophinum, uti oblatus erat, addiditque : Accipe xenium, quod a Christo missum B tibi est. Accepit ille et recessit. Videns igitur Deus summam viri patientiam atque constantiam, tulit opem doloribusque liberavit et morbo illo gravissimo, disrupto intus in cervice abscessu multaque sanie per os egesta. Ita paululum recreatus revertitur in suam speluncam, pristinum vitæ institutum prosecuturus, amore solitudinis, quam parentis loco amplectebatur. At vero diabolus dentibus in eum frendens enitebatur, si per Dei providentiam licuisset sibi, ut vel ipsam vitam sancto viro eriperet.

κγ'. Καὶ δή κατὰ τὸ ἔθος σχολάζοντι ἐν μιᾷ νυκτί, καὶ διαγρυπνοῦντι ἐν ψαλμοῖς καὶ γονυκλισίαις ἐν τῷ μικρῷ σπηλαρίῳ τῷ ὑπ' αὐτοῦ λελατομημένῳ, καὶ τῆς τοῦ φέγγους αὐγῆς τὰ πάντα καταλαμπούσης, ἦν γὰρ τοῦ θέρους ἡ ὥρα, φαίνεται αὐτῷ ὁ διάβολος ὀφθαλμοφανῶς ὡς Αἰθίοψ, ῥόπαλον ἐν ταῖς χερσὶ κατέχων· μεθ' οὗ τύψας τὴν κεφαλὴν τοῦ ἁγίου, ἔῤῥιψεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἀφῆκεν ἡμιθανῆ τύγχάνοντα. Μετὰ γοῦν μίαν ὥραν εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν ὁ ὅσιος, ἔγνω μὲν τοῦ διαβόλου τὸν φθόνον καὶ τὴν ἄπειρον κατ' αὐτοῦ βασκανίαν, σφόδρα δὲ τὴν κεφαλὴν ἀλγυνόμενος, καὶ τὸ ἥμισυ τοῦ προσώπου σὺν τῷ ἀριστερῷ ὀφθαλμῷ πεφυσιωμένον καὶ πελιδνότατον ἔχων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν βραχίονα παραλελυμένον καὶ τεταριχευμένον, οὐκέτι μὲν ἴσχυσε στῆναι καὶ τὴν τῆς εὐχῆς λειτουργίαν ἀποπληρῶσαι. Κείμενος δὲ ἐπ' ἐδάφους τὸν Κύριον ἐπεκαλεῖτο· Ὁ Θεός, λέγων, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες· Κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον· Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπείησαν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ψαλμοῦ. Ἐν τούτοις διῆξεν τὸν ἅπαντα χρόνον ἐκεῖνον μυρίοις πόνοις πυκτεύων καὶ συμφοραῖς ἀνηκέστοις. Πολλῶν μέντοι βουλευόντων ἰατρικῆς ἐπιμελείας προσανασχέσθαι,

C 23. Quadam ergo nocte, cum is de more divinis vacaret officiis, pernoctaretque in psalmis et genuum flexionibus in parva spelunca, quam ipse sibi excavaverat, et splendor lucis illustraret omnia (erat enim tempus æstivum), apparet illi visibili Æthiopis specie diabolus, clavam manu tenens, qua cum caput ejus percussisset, stravit humi semimortuum. Post unius horæ spatium sese recolligens Sanctus, cognovit quidem diaboli invidiam immensumque livorem, sed vehementi capitis dolore laborans et dimidiam faciei partem cum sinistro oculo inflatam habens et lividissimam, præterea luxatum et arefactum brachium, stare ut orationis officium persolveret non valebat. Jacebat ergo et Dominum invocabat dicens : D « Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina. Confundantur et revereantur, qui quærunt animam meam, » et quæ sequuntur [22]. In his totum illum peregit annum, innumera dolorum et acerbissimorum incommodorum certamina sustinens. Et cum suaderetur illi a multis, ut medicinalem curationem admitteret, omnino abnuit, sciens, curari manu hominis non posse vulnus diabolicum (21). Elapso demum anno

[21] Exod. xx, 17. [22] Psal. LXIX, 2.

Joannis Clei notæ.

(21) Id forte verum est, si a maleficio pertinaciam habet malum : sed vulnera a dæmone fuste vel simili instrumento naturali inflicta, quare humana ope sanari non possint, ratio non suppetit. Credo itaque, divinam voluntatem in eo agnovisse, suamque patientiam exercere S. Nilum voluisse, donec tandem Dei misericordia servo suo subvenit.

Digitized by Google

et recurrente sanctorum Apostolorum solemnitate, convenere in cœnobium imitatores eorum Fantinus et Nilus, ut simul diem festum celebrarent et se invicem consolarentur, qui germana erant apostolorum proles. Cum igitur pervigilium cum hymnis agerent et exsultarent fratres, audientes sanctorum doctrinam et Scripturarum explicationem, hortatus est magnus Fantinus B. Nilum ut surgeret et legeret encomium in Apostolos sancti Joannis Damasceni, iambis et metris satis ornatum. Beatus Nilus, qui nunquam non obedire noverat, licet jam esset pene aridus, cum gaudio et alacritate surrexit ; utque primum aggressus lectionem est, acerba illa ægrotatio paulatim e corpore defluebat. Et cum præter spem sibi auxilium sensisset, nulli omnino quidquam de eo dixit, donec matutinæ preces absolutæ sunt, tumque sancto Fantino procumbens gratias agebat, quod per illum tam gravi noxa liber esset. Ille contra, obedientiæ ejus et favori apostolorum tribuebat miraculum : ita humilitatem uterque præseferebat, in Deum miraculorum auctorem referentes gloriam.

A οὐδαμῶς κατεδέξατο τοῦτο, γινώσκων ἀθεράπευτον εἶναι ὑπὸ χειρὸς ἀνθρώπου τὴν διαβολικὴν ἀλγηδόνα. Τοῦ τοίνυν χρόνου παραδραμόντος, καὶ τῆς μνήμης τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐπιφθασάσης, συνῆλθον ἐν τῷ κοινοβίῳ οἱ αὐτῶν μιμηταὶ Φαντῖνος καὶ Νεῖλος· συνεορτάσαι καὶ συμπαρακληθῆναι ἀλλήλοις, ὡς γνήσια τέκνα τῶν ἀποστόλων. Παννύχιον οὖν τὴν ὑμνῳδίαν ἐπιτελούντων, καὶ τῶν ἀδελφῶν ἀγαλλιωμένων ἐπὶ τῇ τῶν ἁγίων διδασκαλίᾳ, καὶ τῇ τῶν Γραφῶν ἀναπτύξει, παρακαλεῖ ὁ μέγας Φαντῖνος τὸν ὅσιον Νεῖλον ἀναστῆναι καὶ ἀναγνῶναι ἐγκώμιον εἰς τοὺς Ἀποστόλους, συγγραφὲν παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Δαμασκηνοῦ Ἰωάννου, ἰαμβικοῖς καὶ ἐμμέτροις στίχοις καταπεποικιλμένον. Ὁ δὲ μακάριος Νεῖλος μηδέποτε παρακοῦσαι γινώσκων, καίτοι σχεδὸν ὡς ἡμίξηρος τυγχάνων, ἀνέστη μετὰ πάσης χαρᾶς καὶ προθυμίας· αὐτός τε τῆς ἀναγνώσεως τὴν ἀρχὴν ἐποιεῖτο, καὶ ἡ πονηρὰ ἐκείνη νόσος κατὰ μικρὸν τοῦ σώματος ὑπεξῄει. Ταύτης δὲ τῆς ἀντιλήψεως αἰσθηθεὶς παρὰ προσδοκίαν ὁ μακάριος Νεῖλος, οὐδενὶ οὐδὲν εἶπε μέχρι τῆς ἀπολύσεως τοῦ ὄρθρου. Καὶ τότε βαλὼν μετάνοιαν τῷ δικαίῳ Φαντίνῳ, εὐχαριστεῖ αὐτῷ, ὡς δι' αὐτοῦ τῆς τοιαύτης

ἀπαλλαγῆς ἐπιτρεπούσης. Αὐτὸς δὲ πάλιν τῇ ἐκείνου ὑπακοῇ, καὶ τῇ ἐπισκιάσει τῶν ἀποστόλων προσανατίθει τὸ θαῦμα· καὶ διέμενον ἐν ταπεινοφροσύνῃ τὸν τῶν θαυμασίων Θεὸν δοξολογοῦντες.

24. Multiformis porro et inexcogitabilis in omnes Dei providentia (quorsum vero id in suo famulo egerit, ignoro) parva quædam vestigia morbi illius in eo reliquit ad ipsam usque senectutem, quibus admoneretur auxilii et protectionis erga se divinæ. In his omnibus cum se plusquam victorem præstitisset per Dei virtutem, cui dilectus erat, omnium ille æmulator sanctorum et præceptorum Christi observator, ad aliam se accingebat luctam certamenque diaboli. Oportebat enim hunc in omnibus devinci, ut victor Nilus sine controversia præmii coronam consequeretur. Per illud tempus beatæ memoriæ Fantinus (22) exstasin est passus, et ut vere dicam, mutatio dexteræ Excelsi obvenit illi. Nam sicut audivimus de Jeremia [23], capillo et barba abrasis circumisse Hierosolymam, luctu omnia complentem et insanientis suspicionem dedisse insipientibus, ad eumdem modum contigit et beato huic viro, qui itidem erat prophetiæ dono excellentissimus. Sive enim præsagiret vastationem, quam oculis cernimus, regionis hujus et miserrimam excursionem Agarenorum (23), sive generalem virtutis defectum et prolapsionem monasteriorum ad vitia et plebeios mores, quod vero propius est, circumibat et ipse similiter, deplorans ecclesiam, monasteria et libros, illas inquiens

κδ'. Ἡ δὲ πολύτροπος καὶ ἀπερινόητος τοῦ Θεοῦ περὶ πάντας οἰκονομία, τί προνοουμένη περὶ τὸν ἑαυτῆς οἰκέτην οὐκ οἶδα, εἴασεν αὐτὸν μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ γήρως περιφέρειν τινὰ μικρὰ ἴχνη τῆς ἀῤῥωστίας ἐκείνης, ὑπομιμνήσκοντα αὐτὸν τῆς αὐτοῦ περὶ αὐτὸν ἀντιλήψεως καὶ κηδεμονίας. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις ὑπερνικήσας διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος αὐτὸν Θεοῦ ὁ τῶν ἁγίων πάντων ζηλωτής, καὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ πληρωτής, πρὸς ἑτέραν ὡπλίζετο πάλην καὶ ἀγῶνα τοῦ διαβόλου. Ἔδει γὰρ διὰ πάντων ἀποκρουσθῆναι, καὶ οὕτως ἀριδήλως τὸν νικητὴν στεφανίτην ἀναδειχθῆναι. Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἔκστασις ἐπιπίπτει τῷ μακαρίτῃ Φαντίνῳ, ἀληθῶς δ' εἰπεῖν ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου. Καὶ οἷον δὴ τὸν Ἱερεμίαν ἀκούομεν τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν πώγωνα ξυρήσαντα, τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐν θρήνοις κατακομῶντα περιιέναι, καὶ ὑπόληψιν ἐξεστηκότος διδόναι τοῖς ἀνοήτοις, τὸν αὐτὸν τρόπον ἦν κατιδεῖν καὶ περὶ τὸν προφητικώτατον καὶ μακάριον ἄνθρωπον τοῦτον. Εἴτε γὰρ τὴν αἰσθητὴν ταύτης τῆς χώρας προφητεύων κατάλυσιν, καὶ τὴν τῶν Ἀγαρηνῶν οἰκτίστην ἐπέλευσιν· εἴτε τὴν τῆς ἀρετῆς παντελῆ ἔλλειψιν, καὶ τῶν μοναστηρίων πρὸς κακίαν ἀπόκλισιν καὶ χυδαΐωσιν, ὃ καὶ μᾶλλον ἐστὶ κυριώτερον· ὁμοίως καὶ αὐτὸς περιῄει θρήνοις κατακωκύων τάς τε ἐκκλησίας καὶ τὰ μοναστήρια

[23] Jerem. VII, 29.

Joannis Clei notæ.

(22) Idem is est S. Fantinus, qui die 30 Augusti colitur. Ex Calabria in Orientem profectus est, variasque ibi regiones peragravit, tandemque Thessalonicæ substitit, ubi, exactis octo annis, obiit. Fuga ejus contigit post medium sæculum X : hinc obitus ejus sub finem ejusdem videtur figi debere.

(23) Sæculo XI et sub præcedentis finem Calabriam vicinasque regiones horrore compleverunt, ut sæpius ante, Saraceni, omnia ferro flammaque vastantes, ut biographi SS. Fantini et Bartholomæi, Ditmarus aliique tradunt, de quibus omnibus vide Baronium in Annalibus.

Digitized by Google

καὶ τὰς βίβλους· τὰς μὲν λέγων, ὅτι ὄνων καὶ βορδονίων ἐπλήσθησαν καὶ μεμόλυνται· τὰ δὲ πυρίκαυστα, φησὶ, γεγόνασι, καὶ ἀπώλοντο· τὰς δὲ ὅτι ἐβράχησαν καὶ ἠχρείωνται, καὶ λοιπὸν ποῦ ἀναγνῶναι οὐκ ἔχομεν. Ἡνίκα δὲ ἀδελφὸν ἑώρα τῆς αὐτοῦ μονῆς, ὡς νεκρὸν ἐπένθει αὐτὸν λέγων· ὅτι ἐγώ σε, ὦ τέκνον, ἀπέκτεινα. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐλάλει τε καὶ ἐποίει, μήτε ὑπὸ στέγην ἀνεχόμενος καταμεῖναι, μήτε τροφῆς ἀπογεύσασθαι, ἀλλ' ἐπὶ τὰς ἐρήμους πλανώμενος διητᾶτο τοῖς ἀγριολαχάνοις. Ταῦτα εἰς μεγίστην θλῖψιν καὶ λύπην ἤνεγκε Νεῖλον τὸν ἀοίδιμον· καὶ σχεδὸν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπένθει καὶ αὐτὸς τὴν στέρησιν τοῦ καλοῦ συννόμου καὶ συνεργάτου. Πολλάκις γὰρ ἀκολουθήσαντι αὐτῷ ἀναχωροῦντι, καὶ δυσωποῦντι τοῦ ὑποστρέψαι καὶ ἡσυχάσαι ἐν τῷ μοναστηρίῳ, οὐχ ὑπήκουσε λέγων· Ὅτι οἱ ἐν τῇ μονῇ οὐκ εἰσί μου ἀδελφοί, ἐπεὶ ἂν καὶ αὐτοὶ ἔκλαιον σὺν ἐμοί· αὐτοὶ δὲ τοὐναντίον ποιοῦσιν ἐξεστηκότα, καὶ μαινόμενόν με κρατοῦντες.

A asinis oppletas et jumentis vilissimis esse pollutas, monasteria flammis combusta periisse, libros madefactos non esse amplius usui, nec jam esse, quod legamus (24). Cum vero aliquem monasterii sui fratrem videbat, lugebat illum quasi mortuum, dicebatque : Ego te, fili, occidi. Hæc et similia agebat et loquebatur, neque sub tecto manere, nec cibum sumere volens, sed per loca oberrans deserta silvestribus victitabat oleribus. Hæc celeberrimum Nilum mœrore et dolore maximo percullerunt et fere diu noctuque deflebat et ipse optimi sodalis et cooperatoris orbitatem. Nam cum sæpe secutus illum secedentem rogaret, ut rediret ad suos et sederet in monasterio, audiebat ab illo renuente : Qui sunt in monasterio, fratres mei non sunt, nam B et ipsi mecum flerent-: nunc contra ipsi furere me et insanire putant.

κε'. Ἔσο τοίνυν γινώσκων, πολυπόθητε Πάτερ, ὅτι διαβήσομαι πρὸς τὴν ἄνω χώραν, κἀκεῖ τελειωθήσομαι, καὶ εἰς τὸ μοναστήριόν μου οὐκέτι ἐπιστραφήσομαι. Αὐτὸς μὲν οὖν ὁ μακάριος, καθὰ καὶ προείρηκεν, οὕτω καὶ τετέλεκεν, καταλαβὼν τὸν τόπον, ἐν ᾧ προώρισεν αὐτῷ ὁ Θεὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων τελειωθῆναι. Ὁ δὲ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος ὑποστρέψας ἐν τῷ σπηλαίῳ, ἐν ὑπομονῇ διήρχετο τὴν στενὴν ταύτην πύλην καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν τὴν ὀλίγοις εὑρισκομένην. Ἔρχονται τοιγαροῦν πρὸς αὐτὸν οἱ τῆς μονῆς τοῦ ὁσίου Φαντίνου Πατέρες, παρακαλοῦντες αὐτὸν σκυλῆναι, καὶ ἡγούμενον αὐτοῖς καταστῆσαι ὃν ἂν ἐκλέξοιτο ἡ αὐτοῦ ὁσιότης· περὶ γὰρ αὐτοῦ ἐκείνου ᾔδουντο καὶ ὀνομάσαι γινώσκοντες τὸν ἄνδρα. Ὁ δὲ εἴξας τῇ αὐτῶν παρακλήσει, καὶ εἰσελθὼν ἐν τῇ μονῇ μετ' αὐτῶν εἰσῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ εὔξασθαι. Καὶ πάντων ἀκολουθησάντων αὐτῷ, μετὰ τὸ τελειωθῆναι τὴν εὐχὴν, ὁ κατὰ σάρκα ἀδελφὸς τοῦ μακαριωτάτου Φαντίνου, Λουκᾶς τῷ ὀνόματι, προσδραμὼν, καὶ τῶν ποδῶν τοῦ ὁσίου δραξάμενος, ὅρκοις αὐτὸν καὶ ἐπιτιμίοις φρικωδεστάτοις ἀπό τε τῆς ἁγίας Τριάδος καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ὑπέβαλε τοῦ καταδέξασθαι εἶναι αὐτὸν αὐτοῖς ποιμένα καὶ καθηγούμενον. Τί οὖν εἶχε ποιῆσαι ὁ ἀγχίνους ἐκεῖνος ἀνὴρ καὶ περὶ τὸ διανοηθῆναι ὀξύς; Ὑπερισχύσας τῶν χειρῶν τοῦ κρατοῦντος, καὶ τῷ αὐτῷ σχήματι περιλαβὼν τοὺς πόδας αὐτοῦ, τοῖς αὐτοῖς σχοινίοις οἷς ἐκέχρητο αὐτὸν περιέδησεν, ὥστε λῦσαι αὐτὸν τὰ ἴδια ἐπιτίμια, καὶ γενέσθαι αὐτῷ ὅπερ τῷ πατρὶ ἐπεβούλευσεν· ἦν γὰρ καὶ αὐτὸς, εἰ καὶ μὴ λίαν ἔμπειρος τῶν θείων Γραφῶν, ἀλλ' οὖνγε οἰκονομικὸς, καὶ συνετὸς, καὶ τῷ βίῳ μηδὲν ἀποδέων τοῦ ἀδελφοῦ. Συστήσας οὖν πάντα ὁ ὅσιος Πατὴρ κατὰ τὸ Θεῷ δοκοῦν, καὶ νουθεσίαις ἐνθέοις παρακαλέσας καὶ στηρίξας τόν τε ἡγούμενον καὶ τοὺς ἀδελφούς, ἀπηλλάγη καὶ τούτου τοῦ πειρασμοῦ, δοξάζων καὶ εὐλογῶν τὸν Θεόν.

25. Scito igitur, dilectissime Pater, me ad superiorem transiturum regionem, ibique mortem oppetiturum et ad meum monasterium nunquam reversurum. Itaque beatus ille Pater, sicut prædixit, finem sortitus est, in eum profectus locum, in quo illum ex hac vita migraturum Deus ante præfinierat. At sanctus Pater Nilus cum in speluncam remeasset, in patientia per angustam portam, et spinosam ibat viam, per quam procedunt pauci. Veniunt igitur ad ipsum Patres monasterii B. Fantini, obsecrantes, ut laborem susciperet et C constitueret ipsis hegumenum, quemcunque pietas ejus delegisset : illum enim ipsum vel nominare verebantur, cum probe hominem scirent. Cessit is precibus illorum et perrexit cum illis in monasterium : et ingresso ipso in ecclesiam ut oraret, omnes subsecuti sunt. Peracta oratione, frater beatissimi Fantini secundum carnem, Lucas nomine, accurrens, pedesque sancti viri amplexatus, horrendis maxime obtestationibus, dirarumque interminationibus per sanctam Trinitatem et sanctos Patres adjurabat, ut pastorem et hegumenum se esse pateretur. Quid agendum erat viro sagacitate et perspicacia præstantissimo ? Prævalens ipse detinentis Lucæ manibus et non absimili modo pedes ejus prehensans, iisdem funibus circumligavit, C quibus ille ligaverat, ut tandem is interminationum nodos solverit, et fieri sibi passus fuerit, quod per insidias Patri moliebatur. Erat enim et ipse, licet divinarum Scripturarum non admodum peritus, aptus tamen ad suscipiendam administrationem et prudens, vitæque sanctimonia fratri non inferior. Ergo beatus vir, constitutis omnibus, quæ opus erant ad Dei beneplacitum, animatisque et confirmatis per sacras institutiones tam hegumeno, quam fratribus, hanc etiam tentationem superavit, dans gloriam et benedicens Deo.

Joannis Clei notæ.

(24) Observat illustrissimus Caryophilus, hisce forte Orientis schisma fuisse præfiguratum.

Digitized by Google

26. Sed jam tempus est, ut favente Deo, retrocedamus ad narrationem de beato Stephano (25), quo magnus Pater usus est zeli æmulatore, certaminum socio et commilitone, ut arbor non tantum e sancta radice cognoscatur, sed etiam ex sanctis fructibus ramisque admirationi sit. Confido autem, per divinam opem fore hanc nobis narrationem non inutilem : nam tametsi æmulari præstantissima ejus gesta non poterimus, at certe cum fide et charitate agere memoriam eorum, consequi erit veniam multorum delictorum, ut a magistris accepimus. Hic igitur sanctus Stephanus, cum adhuc esset adolescens annorum fere viginti, rusticus tamen et infimis parentibus natus et pupillus a patre relictus cum matre et sorore una, tanta simplicitate candoreque animi præditus erat, ut si quis ipsum alterum dicat patriarcham Jacob, aut simplicissimum illum abbatis Antonii Paulum, non longe petita similitudine utatur. Hic amore instituti monastici captus, et secundum Evangelium [24] matri, sorori, sibique præferens Christum, Deo duce eo pervenit, ubi beatus Pater Nilus morabatur. Et cum juxta illum sedisset, nihil effatus, sub occasum solis Pater ad eum, Quid, inquit, quæris, frater ? At ille : Monachus fieri volo. Et magnus Pater ad illum : Et si monachus fieri cupis, ego tibi ostendo monasteria, et vade ad illa, hic enim habitare non poteris, cum nihil sit, quod comedas et fame morieris. Respondit ille : Scio esse monasteria, et novi illa ; sed mihi non placent : hic locus placet. Interrogatus num quemquam haberet (26), respondit id, quod res erat. Cogebatur ergo abire, ut matrem sororemque nutriret. Ille tamen : Nullum, ait, in locum me conferam ; illas enim non ego, sed Deus nutrivit et nutrit.

27. Cum ergo repellere non potuisset, dedit illi quod habebat, panis dimidium quo vesceretur, ipse vero Pater insequenti die jejunus mansit. Nam cum sexta esset feria, cibus ad mensuram repositus absumptus jam erat. Hoc porro contigit altero beati Patris Nili in speluncam secessionis anno (27). Videns itaque Pater illum natura simplicem et pigrum, contra quam ipse, qui acri erat ingenio, ferebat ægre quidem dolebatque ejus segnitiem, nihil tamen asperum illi dicebat, memor præceptorum Evangelii : monebat tantum instruebatque illum placide et mansuete, cupiens reddere

κς'. Καιρὸς δὲ λοιπὸν ἀνακάμψαι ἡμᾶς εὐδοκοῦντος Θεοῦ καὶ ἐπὶ τὴν μνήμην τοῦ ὁμοζήλου καὶ συνάθλου καὶ συναγωνιστοῦ, τοῦ μεγάλου Πατρὸς Στεφάνου τοῦ μάκαρος· ἵνα μὴ μόνον τὸ δένδρον ὁπὸ τῆς ἁγίας ῥίζης γνωρίζηται, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀπὸ τῶν καρπῶν καὶ κλάδων θαυμάζηται. Πιστεύω δὲ τῷ Θεῷ, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἡμῖν ἡ τοιαύτη μνήμη γενήσεται. Ἀλλ' εἰ μὴ καὶ ζηλωταὶ μεγάλων αὐτοῦ κατορθωμάτων γενέσθαι ἰσχύσομεν, τὸ γοῦν μνημονεῦσαι αὐτῶν μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης, ἀφέσεως ἡμῖν πλημμελημάτων πολλῶν πρόξενον γενήσεται, καθὼς διδασκόμεθα. Οὗτος τοίνυν ὁ ἐν ἁγίοις Στέφανος νέος ἔτι ὢν ὡς ἐτῶν εἴκοσιν, ἀγροῖκος δὲ καὶ ἐξ εὐτελῶν γονέων ὑπάρχων, ὀρφανὸν αὐτὸν καταλείψαντος τοῦ πατρὸς μετὰ τῆς μητρὸς καὶ μιᾶς ἀδελφῆς, τοσαύτῃ ἀκακίᾳ καὶ ἀπονηρίᾳ ἐκεκόσμητο, ὡς εἴτις αὐτὸν Ἰακὼβ εἴποι τὸν πατριάρχην, ἢ τὸν ἁπλούστατον Παῦλον τοῦ ἀββᾶ Ἀντωνίου, οὐκ ἀπεικότως στοχάσοιτο. Οὗτος οὖν ἐρασθεὶς τοῦ μοναχοῦ ἐπαγγέλματος, καὶ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τὸν Χριστὸν ὑπὲρ τὴν ἀδελφὴν καὶ μητέρα, καὶ ὑπὲρ ἑαυτὸν ἀγαπήσας, ὡδηγήθη παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀπελθεῖν ἔνθα ἦν ὁ μακάριος Πατὴρ Νεῖλος· καὶ παρακαθίσας αὐτῷ μηδὲν εἰρηκὼς, περὶ δυσμὰς ἡλίου λέγει αὐτῷ ὁ πατήρ· Τί ζητεῖς, ἀδελφέ; Ὁ δέ φησιν, Καλόγηρος θέλω γενέσθαι. Λέγει αὐτῷ ὁ μέγας· Καὶ εἰ καλόγηρος θέλεις γενέσθαι, ἐγώ σοι δεικνύω τὰ μοναστήρια, καὶ ἄπελθε ἐκεῖ· ὧδε γὰρ κατοικῆσαι οὐ δύνῃ μὴ ἔχων τί φαγεῖν, καὶ ἀποθνήσκεις ἀπὸ λιμοῦ. Ὁ δὲ ἀπεκρίθη, ὅτι Τὰ μοναστήρια, φησὶ, γινώσκω καὶ οἶδα, ἀλλ' οὐκ ἀρέσκουσί μοι. Πάλιν ἐρωθητεὶς, εἰ ἔχει τινὰ, καὶ ἀποκριθεὶς ὅπερ ἦν, ἐβιάζετο γὰρ ἀπελθεῖν καὶ θρέψαι τήν τε μητέρα καὶ τὴν ἀδελφήν· ὁ δέ φησιν, ὅτι Οὐκ ἀπέρχομαι οὐδαμοῦ· ἐκείνας γὰρ οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Θεὸς καὶ ἔθρεψε καὶ τρέφει.

κζ'. Λοιπὸν μὴ ἰσχύσας ἀποδιῶξαι αὐτὸν ὁ Πατὴρ, δέδωκεν αὐτῷ ὅπερ εἶχεν ἥμισυ ἄρτου φαγεῖν, αὐτὸς δὲ διέμεινεν ἄγευστος μέχρι τῆς αὔριον· παρασκευῆς γὰρ οὔσης τέλος εἶχε καὶ ἡ μεμετρημένη δίαιτα. Τοῦτο δὲ ἦν ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς τοῦ πατρὸς παροικίας ἐκεῖσε. Ὁρῶν οὖν αὐτὸν ὁ Πατὴρ φύσει ὄντα ἁπλοῦν καὶ ἀργὸν, ὅπερ ἦν ἐναντίον τῇ ἐκείνου ἀστειότητι, ἤχθετο μὲν ἐπὶ τῇ ἀργιότητι αὐτοῦ καὶ ἐθλίβετο, οὐ μὴν ἐλάλει αὐτῷ τι σκληρὸν, ἔχων τὸν νοῦν αὐτοῦ ἐν ταῖς εὐαγγελικαῖς ἐντολαῖς· νουθετῶν δὲ αὐτὸν μετ' ἐπιεικείας καὶ πραότητος, ἐσπευδεν ἀστεῖον καὶ γοργὸν ἀποδεῖξαι αὐτὸν, ὡς καὶ αὐτὸς

[24] Matth. xix, 29.

Joannis Clei notæ.

(25) Stephanum qui a biographo nostro passim Beati et Sancti titulo decoratur, Fastis sacris inscriptum non reperio. Cajetanus Indici secundo, seu eorum, qui pietate sanctitateque floruerunt, nec cultum tamen ab Ecclesia approbatum habent, inseruit, dieque 27 Decembris ejus figit memoriam, ad quem de cultu inquiri ulterius posset.

A abusus erat. Suum igitur agnoscens errorem, sibique crimini dans, quod in sanctum virum procacior fuisset (erat quippe satis prudens, quanquam fastu elatus ob excellentiam potestatis) supplex efficitur, qui pridem comminationibus infremebat, si quo modo illum posset vel contueri tantum, veniamque ab eo cum benedictione impetraret. At Pater tunc quidem differebat congressum, nec se coram præbebat videndum, aut permittens, ut ille ad monasterium accederet : aut ipse ad illum ire cogitans, ut roganti satisfaceret, nimirum hac ratione saluti ejus consulens. Sciebat enim in tempore fastu etiam decenter contra insipientes uti. Ergo postquam triennio morbus ille a Deo immissus paulatim
B verenda absumpserat perveneratque ad præcipuam corporis partem, et mortem ea corrupta minabatur, tunc spiritalis medicus profectus est, permotus luctuosissimis ejus epistolis. Ubi prorex sanctum virum conspexit, venerandos amplexatus pedes, tantam eos deosculando profudit lacrymarum vim, ut sanctus ipse Pater et astantes omnes simul lugerent et vehementes ederent fletus. Nihil enim aliud videre apud eos erat, quam peccatricis imaginem contrito animo tenentis Salvatoris pedes, et petentis erratorum veniam.

55. Ubi jam exsaturatum fletu vidit Pater, instar infantis, qui lac ex uberibus abunde suxerit, ex-
C tendit manum et apprehendens erexit. Ille vero jussis egredi omnibus, denudare cœpit cum morbis animi et corporis mala et lacrymando aiebat : En venerande Pater, diu noctuque per triennium gravissimo hoc malo afflictatus sum, acerrimis oppressus doloribus et inenarrabili fœtore, quem neque unguentorum adhibitorum copia, neque mutatione crebra vestium, qua septies utor per dies singulos, effugere potui. Erat porro morbus, ut beatus Pater narrabat, sub pectine, quasi circino circumacto descriptus, ut pendentium membrorum nihil superesset. Rursus igitur prorex sancti viri manus tenens et rigans lacrymis aiebat : Miserere mihi per Dominum, Christi Domini imitator, nec me dedigneris hisce venerandis manibus
D omni luxuria plenum monachi tonsura insignire, promisi enim Deo monasticum subire institutum. Ad quem Pater : Non licet tibi viro prudenti et perquam docto sapere aut loqui more multorum, omnes enim, qui sacrum baptisma suscepere, nec purum illud ab omni peccato servavere, sine quovis voto tenentur ad sacrum hoc recipiendum baptisma (43), quod pro multa sua clementia et bonitate Deus hominibus donavit divitibus et egenis, regibus et principibus, sacerdotibus et pontificibus et cuivis animæ volenti, uno temporis momento

Joannis Cleï notæ.

(43) Ad dolorem scilicet sincerum et pœnitentiam de peccatis commissis. Hanc porro illis seculis testari etiam maximi principes solebant, assumpto monachali seu pœnitentiæ habitu : cujus rei innumera exempla sunt et passim obvia.

Digitized by Google

renasci, sicut aquilæ juventus, et præteritorum impetrare veniam delictorum. Quod vero aiebas, ut te tonderem, ego sane monachorum minimus sum, nullo sacerdotii gradu ornatus. Hic metropolita est (erat enim ibi per id tempus sanctæ Severinæ (44) metropolita), præsto sunt episcopi et archimandritæ : ipsi vota tua expleant : quis ego sum, ut me immisceam ? Ille rursus sancti Patris manus deosculans precari simul et obtestari, ne opus hoc alii permitteret, sed habitu sancto et apostolico ipse illum indueret, fieretque sibi sequester ad Deum et patronus.

A καὶ ἄρχουσιν, ἱερεῦσί τε καὶ ἀρχιερεῦσι, καὶ πάσῃ ψυχῇ τῇ βουλομένῃ ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ἀναγεννηθῆναι ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης, καὶ πάντων ἀπαλλαγῆναι τῶν προημαρτημένων. Καθὼς δὲ ἔφης περὶ τοῦ με ἀποκουρεῦσαί σε, εὐτελὲς καλογηρίζειν εἰμὶ ἐγὼ, μηδένα κεκτημένος βαθμὸν ἱερατικόν. Ὧδε μητροπολίτης ἐστὶν ἦν γὰρ τότε ἐκεῖ ὁ τῆς ἁγίας Σεβηρίνης μητροπολίτης· ὧδε ἐπίσκοποι καὶ ἀρχιμανδρῖται εἰσίν· αὐτοὶ τὴν ἐπιθυμίαν σου πλη- ρώσουσι καὶ ἐγὼ τίς εἰμι, ἵνα μεσάζωμαι; Ὁ δὲ πάλιν τὰς χεῖρας καταφιλῶν τοῦ θείου Πατρὸς παρεκάλει ὁμοῦ καθορκίζων τοῦ μὴ ἄλλῳ τινὶ τὸ τοιοῦτον ἔργον παραχωρῆσαι, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ τὸ ἅγιον καὶ ἀποστολικὸν σχῆμα ἀμφιασθῆναι, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν αὐτῷ μεσίτην καὶ προστάτην γενέσθαι.

56. Flexere Patrem lacrymæ cum precibus, et suis illum totondit manibus vilique amictu, quem veneranda humilitas gloriosum reddit, illum contexit, qui nuper molli ac diffluente vestimento sectabatur delicias, præsente metropolita Stephano cum episcopo urbis (45), hegumenis non paucis, et aliis sacerdotibus. Aderat quoque Judæus Domnulus, nempe ut medicus, cujus etiam antea memini, spectator earum, quæ agebantur : qui egressus, et admiratus, quæ facta erant, ita astantes affatus est : Hodie mirabilia vidi, quæ facta olim audivimus. Nunc vidi Danielem prophetam cicurantem leones. Quis enim unquam potuit leoni huic admovere manus? At novus hic Daniel et comam derasit et monasticum imposuit pileolum (46). Et hæc quidem Hebræus. At vero prorex, peractis sibi angelici habitus omnibus cæremoniis, cohortatus omnes ut pranderent, ipse ministrum se præbuit, astabatque instar famuli ad præstanda obsequia paratissimus, qui per multum antea tempus e lecto surgere non poterat, virtute Spiritus et beati viri manu sanatus. Jussus autem sedere prope ipsum, rursus facultatem petiit ministrandi ad mensam : quod ubi factum, stupere omnes ob restitutam viro bonam valetudinem, ejusque ministrandi studium, Deoque gratias agere. Post hæc omnes suas facultates manu sua dilargitus pauperibus et ecclesiis et cunctis egentibus, distributisque pro universa familia legatis, donataque libertate, tertio die migravit ad Dominum, summa compunctione animi et cum gratiarum actione, fide ac spe certa profectus ad eum,

νς'. Καμφθεὶς οὖν ὁ Πατὴρ τοῖς δάκρυσι καὶ B ταῖς ἱκεσίαις αὐτοῦ, ταῖς οἰκείαις χερσὶν αὐτὸν ἀπεκείρατο, καὶ τὰ τῇ σεμνῇ ταπεινώσει δεδοξασμένα ῥάκη περιεβάλετο, τῇ ἀπαλῇ καὶ περιῤῥεούσῃ ἐσθῆτι πρὴν μαλακιζόμενον, παρόντος τοῦ μητροπολίτου Στεφάνου σὺν τῷ ἐπισκόπῳ τοῦ Κάστρου, ἡγουμένοις τε οὐκ ὀλίγοις, καὶ ἄλλοις ἱερεῦσι, Παρειστήκει δὲ καὶ ὁ Ἰουδαῖος Δόμνουλος ὡς ἰατρὸς, οὗ καὶ πρὴν ἐμνήσθην, θεωρῶν ἅπαντα τὰ τελούμενα· ὃς ἐξελθὼν ἔξω, καὶ τὰ γεγενημένα θαυμάσας, ἔφη πρὸς τοὺς παρόντας· Σήμερον εἰθεασάμην θαυμάσια, ἅπερ πάλαι γενέσθαι ἀκηκόαμεν. Νῦν εἶδον τὸν προφήτην Δανιὴλ ἡμεροῦντα τοὺς λέοντας. Τίς γὰρ ἠδυνήθη ποτὲ χεῖρα ἐπιβαλέσθαι τούτῳ τῷ λέοντι; Ὁ δὲ νέος οὗτος Δανιὴλ καὶ τὴν κόμην ἀπέτεμε, καὶ κουκούλιον ἐπιτέθεικεν. Καὶ C ταῦτα μὲν ὁ Ἑβραῖος. Ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ τὸ πᾶσαν τὴν ἀγγελικὴν ἀκολουθίαν τελεσθῆναι ἐπ' αὐτῷ, προτρεψάμενος ἅπαντας ἐπὶ τὸ γεύσασθαι, καὶ συντάξας δι' ἑαυτοῦ παρίστατο καθάπερ οἰκέτης, προθυμούμενος ὑπουργῆσαι ὁ πρὸ πολλῶν ἡμερῶν τῆς κλίνης μὴ δυνάμενος ἀναστῆναι, ῥωσθεὶς τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, καὶ ταῖς τοῦ ὁσίου χερσίν. Παρακελευθεὶς δὲ καθεσθῆναι ἔγγιστα αὐτοῦ, ᾐτήσατο πάλιν τοῦ διατάξασθαι ἐπὶ τῆς τραπέζης λύσιν λαβεῖν. Καὶ τούτου γενομένου, πάντες ἐξίσταντο ἐπὶ τῇ ἀναῤῥώσει καὶ προθυμίᾳ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεόν. Μετὰ δὲ ταῦτα, πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ τῇ ἰδίᾳ χειρὶ δοὺς πένησι, καὶ ἐκκλησίαις, καὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις, ληγατεύσας τε ἅπασαν τὴν οἰκετείαν αὐτοῦ, καὶ ἐλευθερίας καταξιώσας, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ D πρὸς Κύριον ἀπεδήμησε μετὰ πάσης κατανύξεως

Joannis Clei notæ.

(44) Ex hisce satis clare liquet, verisimilius non dignitatem quamdam civilem aut sæcularem a biodrapho, sed ecclesiasticam et archiepiscopalem designari. Siberona porro, quæ hodie vulgo Sancta Severina appellatur, civitas est antiqua et munitissima ulterioris Calabriæ. Distat a mari Ionio milliaribus 10, Crotone 12. Sedes archiepiscopalis suffraganeas habet sex, de quibus omnibus Ughellus tom. IX *Italiæ sacræ*. Unicum habet præsulem S. Severinæ ante Stephanum memoratum in charta Rogerii comitis anni 1056, observatque Ughellus, hunc ibi tantum episcopum appellari, unde dubitat, an illo tempore jam archiepiscopalis esset ea sedes. Perperam, ut hic liquet.

(45) De episcopo Rossanensi hic sermo est : quippe in eadem urbe, ut infra liquebit, agebat æger Eupraxius, ubi mortui corpus deinde tumulatum fuit in æde S. Anastasiæ, quam et idem Eupraxius fundaverat ornaveratque, ut patet cap. 6, num. 45 et nota 36. Hæc porro erat in summa Rossani parte, ut ibidem dicitur. Igitur tum temporis, sub finem nimirum sæculi x, non erat archiepiscopalis Rossani sedes, cum ejus præsul tantum episcopus hic appelletur, videaturque fuisse S. Severinæ vel alterius certe metropolis suffraganeus.

(46) Id est cappam seu cucullum, ut est in Græco.

Digitized by Google

καὶ εὐχαριστίας, πίστεώς τε καὶ ἐλπίδος βεβαίας ἀπελθὼν πρὸς τὸν εἰρηκότα διὰ τοῦ προφήτου· « Οὐ θέλω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆσαι αὐτὸν ζωὴν τὴν αἰώνιον. »

νζ'. Μετὰ δὲ τὸ κατατεθῆναι τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ μοναστηρίῳ τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας τῆς παρθένου, προσέρχεται τῷ θεσπεσίῳ Πατρὶ ὁ ῥηθεὶς μητροπολίτης ὑποδεικνύων αὐτῷ τὴν τοῦ βασιλικοῦ διαθήκην· ἐν ᾗ τοῦ τε πάσῃ κινητῇ καὶ ἀκινήτῳ αὐτοῦ ὑποστάσει ἐπίτροπον καὶ δεσπότην τὸν ὅσιον διεγράψατο. Ὅπερ θεασάμενος ὁ μακάριος, καὶ τὴν ἐν ἐκείνοις τοῖς πράγμασιν ἀσχολίαν παγίδα εἶναι καὶ χλεύην τοῦ διαβόλου κατανοήσας, πάντα ἐπιτρέψας τῷ αὐτῷ μητροπολίτῃ δικαίως οἰκονομῆσαι, ὡς τῷ τὰ πάντα ἐφορῶντι Θεῷ ἀποδώσοντι τὴν περὶ τούτων ἀπολογίαν, αὐτὸς τὸ οἰκεῖον κατέλαβε μοναστήριον, ἑαυτῷ προσέχων, καὶ τῷ Θεῷ προσανέχων, καὶ πειθόμενος τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις αὐτῷ παραινοῦσί τε καὶ λέγουσιν· « Μετανάστευσον ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον, » ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐξ ἡμῶν ἁμαρτωλοὶ ἐνέτειναν τόξον, τὴν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐπιμέλειαν καὶ φροντίδα, καὶ ἡτοίμασαν βέλη εἰς φαρέτραν, τὰ τῇ διανοίᾳ αὐτῶν ἐναποτιθέμενα πονηρὰ βουλεύματα καὶ διανοήματα, ἀφ' ὧν κατατοξεῦσαι ἐν σκοτομήνῃ βουλεύονται οἱ ἁλάστορες τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Τοῦ τοίνυν θαυμασίου Πατρὸς τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διανοίᾳ τοῦ λόγου μετὰ τῶν ἀδελφῶν φιλοθέως προσκαρτεροῦντος, ἔρχεταί τις πρὸς αὐτὸν στρατηλάτης, Πολύευκτος τοὔνομα, ἀπὸ τῆς παροικίας Μεσουβιάνου τῆς Καλαβρίας, φέρων μεθ' ἑαυτοῦ τὸν υἱὸν αὐτοῦ κατεχόμενον ὑπὸ σφοδρωτάτου δαίμονος. Προσπεσὼν οὖν παρὰ τοὺς πόδας τοῦ μακαρίου Πατρὸς παρεκάλει αὐτὸν σπλαγχνισθῆναι ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἐλεῆσαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἀπαλλάξαι τε αὐτὸν τοῦ δεινοῦ πνεύματος.

νη'. Ὁ δὲ ὄντως υἱὸς τῆς χριστομιμήτου ταπεινοφροσύνης ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτόν· Πίστευσον, ἄνθρωπε, ὅτι οὐδέποτε παρεκάλεσα τὸν Θεὸν τοῦ δωρήσασθαι τῇ ταπεινώσει μου χάριν ἰαμάτων, ἢ πονηρῶν πνευμάτων ἀποσοβήν. Εἴτε τῶν πολλῶν μου ἁμαρτημάτων δυναίμην συγγνώμην αἰτήσασθαι τὸν Θεὸν, καὶ ἀπαλλαγὴν τῶν ἀεὶ παρενοχλούντων με πονηρῶν λογισμῶν. Δεῦρο τοίνυν αὐτὸς παρακάλεσον τὸν Θεὸν μᾶλλον ὑπὲρ ἐμοῦ, ἀδελφὲ, εἴπως ἂν ῥυθείην τῶν περικυκλούντων με δαιμονίων πολλῶν. Ὁ γὰρ σὸς υἱὸς ἓν δαιμόνιον ἔχει, καὶ αὐτὸ ἀκουσίως, ἴσως δὲ καὶ πρὸς σωτηρίαν τῆς ἰδίας ψυχῆς, εἴτε πρὸς παρῳχηκότων ἁμαρτημάτων ἐκλύτρωσιν, εἴτε καὶ πρὸς μελλόντων ἀνακοπήν. Ἐγὼ δὲ τῇ ἐμῇ ῥᾳθυμίᾳ καὶ ἀμελείᾳ καθ' ἑκάστην δουλοῦμαι χιλιάσι τε καὶ μυριάσι δαιμόνων πρὸς ἀπώλειαν τῆς ψυχῆς μου. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ ὑπαναχωρήσας μικρὸν, ἀπέκρυψεν ἑαυτὸν ἡμέρας τινὰς,

A qui per prophetam dixit : Nolo mortem peccatoris, quam ut convertatur et vitam vivat æternam [46]. »

57. Postquam corpus ejus depositum fuit in monasterio sanctæ virginis Anastasiæ, accessit ad venerandum Patrem metropolita, quem diximus, proregis testamentum ostendens, in quo omnium ille bonorum suorum mobilium immobiliumque curatorem et dominum scripserat sanctum virum. Quod ipse videns et negotiorum hujusmodi occupationem, diaboli laqueum et ludibrium esse intelligens, eidem metropolitæ tractanda omnia juste permisit, tanquam rationem reddituro de illis inspicienti omnia Deo : ipse vero in suum
B se contulit monasterium, sibi attendens Deoque vacans et sanctis angelis audiens hortantibus ac dicentibus : Transmigra in montes sicut passer [47]; quoniam ecce, qui de nobis sunt peccatores, intenderunt arcum, rerum scilicet humanarum procurationem et sollicitudinem, et paraverunt sagittas in pharetra, prava videlicet consilia et cogitationes, quas in mentem immittunt, quibusque in obscuro rectos corde sagittare nefarii student. Cum itaque admirandus vir totus esset cum fratribus in oratione sermonisque pio ministerio, dux quidam exercitus venit ad eum, Polyeuctus nomine, e regione Mesubiani (47) Calabriæ, secum
C ducens filium suum nequissimo dæmone oppressum. Procidens igitur ad pedes beati Patris rogabat, ut misericordia flecteretur, suoque filio opem ferret, depulso maligno spiritu.

58. Ille germanus plane humilitatis Christum imitantis filius respondit : Nunquam, mihi crede, rogavi Dominum, ut meæ tenuitati donaret curationum gratiam, aut spirituum malignorum depulsionem. Utinam impetrare a Deo possem multorum meorum veniam peccatorum et liberari a pravis cogitationibus, quæ mihi assiduo molestiæ sunt! Ipse tu magis pro me ad Deum preces effundito, frater, si forte liberari queam a multis circumobsidentibus me dæmonibus. Nam tuus filius unum
D habet dæmonium, idque non sua sponte, fortasse vero ad salutem animæ, sive ob præteritorum expiationem criminum, sive ob futura, ad cautelam. Ego vero in segnitie et socordia mea quotidie subjicior innumeris dæmonum copiis in perditionem animæ meæ. His dictis, paulum se subduxit et per dies aliquot latuit, veritus ne, si liberaretur oppressus a dæmone, fama per totam emanaret

[46] Ezech. xxxiii, 11. [47] Psal. x, 2.

Joannis Clei notæ.

(47) Sirletus habet *Mesiviani*. In mappis geographicis invenio pagum *Misiano* in Calabria ulteriori quinto milliari versus orientem Mileto distantem.

Digitized by Google

regionem et sibi non permitteretur in loco illo quiete vivere. At Polyeuctus fide et spe cor suum muniens non abibat e monasterio, sed jejunio se affligebat et cum lacrymis dicebat : Non recedam hinc, donec filius meus curetur, Perspecta beatus vir præclara ejus fide et patientia, misertus est ipsius et filii, reversusque in monasterium secum ipse rem graviter ferens aiebat : Quid huic homini faciam, ignoro ; nam et sanato, et non sanato ejus filio, utrinque nobis vexatio imminet. Cæterum nullo modo passus vel intueri oppressum a dæmone, vocatum sacerdotali ordine fungentem jubet ire in oratorium, et, fusis super ægrotum precibus, ungere illum de oleo lampadis, ac dimittere.

A δεδοικὼς μή πως ἰαθέντος τοῦ δαιμονιζομένου ἐξέλθοι ἡ φήμη καθ' ὅλης τῆς χώρας, καὶ οὐκ ἐάσωσιν αὐτὸν ἠρεμῆσαι ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ. Ὁ δὲ Πολύευκτος κατωχυρώσας αὐτοῦ τὴν καρδίαν τῇ πίστει καὶ τῇ ἐλπίδι, διεκαρτέρει ἐν τῷ μοναστηρίῳ νηστεύων καὶ κοκουχούμενος, λέγων μετὰ δακρύων · Οὐκ ἀναχωρήσω τοῦ ὧδε, ἕως οὗ ὁ υἱὸς μου ἰάσεως ἐπιτύχῃ. Ἰδὼν οὖν ὁ μακάριος τὴν ἔνθεον αὐτοῦ πίστιν καὶ ὑπομονήν, σπλαγχνισθεὶς ἐπ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ μοναστηρίῳ ἐλθών, ἐδυσφόρει ἐν ἑαυτῷ λέγων · Τί ποιήσω τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ οὐκ οἶδα · καὶ γὰρ ἀμφοτέρωθεν πειρασμὸς ἡμῖν πρόσκειται, εἴτε ἰαθῇ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, εἴτε καὶ μή. Ὅμως οὖν μηδόλως καταδεξάμενος κἂν θεάσασθαι τὸν πνευματιζόμενον, καλέσας τὸν τῆς ἱερατείας τὴν τάξιν ἐνδεδυμένον, κελεύει αὐτὸν ἀπελθεῖν ἐν τῷ εὐκτηρίῳ, καὶ ἐπεύξασθαι τῷ νοσοῦντι, ἀλεῖψαί τε αὐτὸν ἐλαίῳ τῆς κανδήλας καὶ ἀπολύσαι.

B

59. Quod ubi factum, statim juvenis sanitati restitutus est, egresso instar fumi de naribus ejus dæmone Quod pater ejus cum vidisset, gaudio atque admiratione simul affectus filium prehendit, unaque cum illo ad Patris genua procidit, gratias Deo agens et ipsi, qui solo jussu malignum spiritum e filio depulisset. At beatus Pater vehementi sermone usus præcepit illi, ne cui rem diceret ; Deus enim, inquit, tibi, non ego, curavit filium ; et benedicens dimisit illos domum in pace, gratias Deo agentes. Multos porro in hunc modum admirandus vir dæmonibus obsessos liberavit tum monachos, tum laicos, sive oleo per sacerdotes inungens, eo quod ipse nunquam vel sola manu benedictionem illis impertire voluerit, sive Romam mittens ad beatorum apostolorum et martyrum lumbas. Quibus tamen, dum irent, liberari contingebat, apparente illis manifeste beato Patre, ac dæmones depellente. Quod sane fiebat, ne fiducia, qua beatum Patrem laturum opem illi sperabant, vana ostenderetur, et inanis confugientium ad ipsum labor. Nam etsi humilitas animi efficiebat, ne palam super illos preces effunderet, ut humanas laudes vitaret, pietate tamen victus, dum lateret in cella, dæmonia suis igneis supplicationibus urebat et morbos fugabat. Quæ si vellem omnia, vel minutissima narrando, scriptis mandare, tempus me plane præterlabens deficeret. Satis erit piis hominibus ex parte totum capere, tanquam ex unguibus leonem.

νθ'. Τούτου δὲ γενομένου, παραχρῆμα ὁ νέος ἰάσεως ἠξιώθη, τοῦ δαίμονος ἀπὸ τῶν αἰσθητηρίων αὐτοῦ ὡσεὶ καπνὸς ἐξελθόντος. Ὅπερ ἰδὼν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ χαρᾶς πλησθείς, παραλαμβάνει αὐτὸν καὶ προσπίπτει μετ' αὐτοῦ τοῖς τοῦ Πατρὸς γόνασιν, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, καὶ αὐτῷ τῷ διὰ μόνης προστάξεως τὸ πονηρὸν πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἀπελάσαντι. Ἐμβριμησάμενος δὲ αὐτῷ ὁ μακάριος, παρήγγειλε μηδενὶ τοῦτο εἰπεῖν · Ὁ Θεὸς γάρ, φησὶν, ἐάσατο τὸν σὸν υἱὸν οὐκ ἐγώ. Καὶ εὐλογήσας αὐτοὺς ἀπέλυσεν αὐτοὺς ἐν εἰρήνῃ εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν δοξάζοντας τὸν Θεόν. Τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ πολλοὺς ἀπὸ δαιμόνων ὁ θαυμάσιος ἐθεράπευσε μοναχούς τε καὶ λαϊκούς· τοὺς μὲν ἐλαίῳ διὰ τῶν ἱερέων ἀλείφων, αὐτὸς μηδέποτε καταδεξάμενος μέχρι καὶ τῆς διὰ χειρὸς σφραγῖδος ἐπ' αὐτοῖς · τοὺς δὲ ἀποστέλλων πρὸς τὰς τῶν μακαρίων ἀποστόλων τε καὶ μαρτύρων θήκας τὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ, οἵτινες κατὰ τὴν ὁδὸν ἐκαθαρίζοντο, τοῦ μακαρίου Πατρὸς ὀφθαλμοφανῶς αὐτοῖς ὀπτανομένου, καὶ τοὺς δαίμονας ἐξ αὐτῶν ἀπελαύνοντος. Τοῦτο δὲ ἐγίνετο, ἵνα μὴ κενὴ ἡ πίστις ἡ πρὸς τὸν ὅσιον αὐτῶν ἀναδειχθῇ, καὶ ὁ κόπος ἀνόνητος τῆς καταφυγῆς. Εἰ γὰρ καὶ λόγῳ ταπεινοφροσύνης φανερῶς οὐκ ἐπεύχετο αὐτοῖς, ἀποφεύγων τὴν τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον, ἀλλὰ τῇ φιλανθρωπίᾳ νικώμενος, ἀπὸ τοῦ κρυπτοῦ τῆς κέλλης αὐτοῦ ταῖς πυρίναις ἐντεύξεσι κατέφλεγε τὰ δαιμόνια, καὶ τὰς νόσους ἀπήλαυνεν. Ἅπερ ἅπαντα εἰ κατὰ μέρος βουληθείη γραφῇ παραδοῦναι, οὐκ ἐπαρκέσει μοι ὁ χρόνος, τῇ ὁρμῇ παρατρέχων · ἀρκεῖ δὲ τοῖς εὐλαβέσι καὶ ἐκ μέρους τὸ ὅλον καταλαβέσθαι, ὡς ἐξ ὀνύχων τὸν λέοντα.

C

D

CAPUT IX.

Popularibus suis Rossanensibus rebellionis pœnas imminentes deprecatur : in visione a doloribus ex vulnere cruris sanatur : oblatus in subsidium monachorum pecunias recusat, frustraque tentatus, ut ad aulam proficiscatur, cubicularium imperatoris ad divitiarum contemptum et solitudinem hortatur.

60. Dederat vero illi omnipotens Deus non solum, ut singulos quosque ad se venientes pie sublevaret afflictos et variis malis oppressos, ac mederetur, sed civitates quoque totas ut eriperet periculis et calamitatibus liberaret. Quod planum fiet exemplo, quod referam. Regebat olim utramque

ξ'. Δέδωκε δὲ αὐτῷ χάριν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς οὐ μόνον τοὺς καθ' ἕκαστον προσερχομένους αὐτῷ, θλιβομένους καὶ παντοίαις ἀνάγκαις συνεχομένους ἐλεεῖν καὶ ἰᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ πόλεων ὁλοκλήρων ἐν κινδύνοις ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ λυτροῦσθαι τῶν περιστάσεων. Δηλώσει δὲ τοῦτο τὸ νῦν ῥηθησόμενον · Ἐκρέ-

Digitized by Google

τει ποτὲ ἀμφοτέρων τῶν χωρῶν, Ἰταλίας τε καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς Καλαβρίας Νικηφόρος ὁ μάγιστρος· πρῶτος καὶ μόνος τῷ μεγίστῳ ἀξιώματι τούτῳ παρὰ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων ἐπὶ ταῖς ῥηθείσαις χώραις ἀποσταλείς. Ὥστε ὁ μάγιστρος τῇ μεγαλοφυΐᾳ καὶ τῇ ἀξίᾳ νικώμενος, βουλὴν ἐβουλεύσατο ταῖς μὲν ἀνθρωπίναις ἐννοίαις ἀπόδεκτον, καὶ δοκοῦσαν ὠφέλιμον, τῷ θείκῳ δὲ βουλήματι ἀνθισταμένην, καὶ μηδόλως εὐπρόσιτον, ὡς τὸ τέλος ἀπέδειξεν. Ἐλογίσατο γὰρ ἐφ' ἑκάστῃ τῶν τῆς Καλαβρίας πόλεων κατασκευάσαι τὰ λεγόμενα χελάνδια, καὶ δι' αὐτῶν οὐ μόνον ἑαυτὰς φυλάττειν ἀσφαλεστάτας καὶ ἀνεπιβουλεύτους, ἀλλὰ καὶ τὴν γείτονα καὶ ἐχθρὰν Σικελίαν ἀφανισμῷ παραδοῦναι. Τοῦτο δὲ μὴ ἐνεγκόντες οἱ πάροικοι Ῥουσιάνου, ὡς ἀσυνήθεις ὄντες τοῦ χελανδίοις δουλεύειν, μετὰ τὸ ἤδη ταῦτα κατασκευάσαι, καὶ μέλλειν τοῖς τῆς θαλάσσης νώτοις ἐπιβιβάζειν, ζήλου θερμότητι ἀναφθέντες· ὥπερ ἀεὶ νικῶνται ὑπὲρ πάντας Καλαβριώτας· παμπληθεὶ ὁρμήσαντες μετὰ πυρὸς καὶ μεγίστου θορύβου τά τε πλοῖα κατέκαυσαν, καὶ τοὺς πρωτοκαράβους ἐκεφαλαίωσαν. Τοῦτο δὲ εἰς μεγίστην ὀργὴν καὶ ἀγανάκτησιν κατὰ τῶν Ῥουσιανιτῶν τὸν μάγιστρον ἤγαγεν, ὡς δι' αὐτῶν καὶ τὰ λοιπὰ κάστρα τὸ βούλευμα ἀνατρέψαντα· ὅπερ νοήσαντες οἱ τοῦ Ῥουσιάνου πάροικοι, καὶ καταγνόντες τῆς ἑαυτῶν ἀβουλίας καὶ ἀταξίας, τῶν δύο τὸ ἓν ἐβουλεύσαντο, ἢ παντελῆ ἀποστασίαν καὶ φανερὰν ἀνυποταξίαν ἐργάσασθαι, καὶ κακῷ τὸ κακὸν ἰάσασθαι· ἢ τῇ τῶν χρημάτων ἐκδόσει καὶ τῷ πλήθει τῶν δώρων τὰ πάντα ἐξευμαρίσασθαι. Ἀμφοτέρωθεν δὲ αὐτοῖς δεινὸν καὶ ἐπαχθὲς τυγχάνον τὸ ἐπιχείρημα, βουλὴν βουλεύονται ἀγαθὴν καὶ σφόδρα ὠφέλιμον· ἐπὶ τὸν ἅσειστον πύργον, Πατέρα τὸν ὅσιον καταφεύγουσι, μεσίτην γενέσθαι αὐτὸν τοῦ πράγματος ἱλεούμενοι, καὶ τῇ ξυσωπήσει τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς τὸν θυμὸν κατασβέσαι τοῦ ἄρχοντος.

provinciam, Italiam, inquam, et Calabriam nostram, Nicephorus dignitate magistri (48) præditus, primus et unus ut hoc magistratu fungeretur missus a piis imperatoribus in eas provincias. Hic igitur animi magnitudine et magistratus amplitudine inflatus, consilium habuit humana opinione non improbandum, sed utilitatem præ se ferens, Dei tamen voluntati obnitens et nullo modo admittendum, ut rei finis ostendit. Cogitavit enim singulis Calabriæ civitatibus naves illas ædificare, quæ vocantur chelandia (49), quibus non solum ipsæ urbes tutæ essent ab incursibus hostium, sed vicina etiam et hostilis Sicilia debellaretur. Quod ægre ferentes Rossanenses, ut qui chelandiorum hujusmodi ministerio assueti non essent, cum facta jam et in mare deducenda essent, fervore animi concitati, (quo illi semper inardescunt præ Calabris omnibus) irruunt confertim cum flamma et turbulento impetu, navesque concremant et navium præfectos capite plectunt. Excanduit ad hoc magister contra Rossanenses et implacabili ira exarsit, quod exemplo illo et reliquæ civitates consilium ejus fregissent : at Rossanenses re cognita, suæque temeritatis et amentiæ pœnitentia ducti, alterum sibi e duobus agendum deliberarunt, vel palam deficere et imperii jugum prorsus excutere, maloque malum curare, vel certe pecunia et munerum copia bilem irati sedare. Sed cum angustiis utrinque premerentur, consilium cepere bonum et perquam utile : ad inconcussam turrim confugiunt, sanctum videlicet Patrem, rogantes, ut sequestrem se præberet et suæ virtutis reverentia et principis iram restingueret.

ξα'. Τότε δὴ ὁ Θεσπέσιος μηδὲν εἰσαῦθις ἀναβαλλόμενος, ἀλλὰ τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα προβαλλόμενος, τὸ ἄστυ κατέλαβε, καὶ τοῖς οἰκήτορσι τὰ πρέποντα συνεβούλευεν. Οὗπερ τῇ πεποιθήσει τὰς πύλας ἀνοίξαντες, θαῤῥοῦντες τὸν μάγιστρον ὑπεδέξαντο, τῇ ὀργῇ πεπρισμένον, καὶ τῷ θυμῷ κατοιδαίνοντα. Πάντων τοίνυν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πτοηθέντων, ἀρχόντων τε καὶ ἱερέων καὶ τῶν λοιπῶν, μόνος ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος προΐστατο, καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπελέγητο. Οὗτινος τὴν ἀρετὴν ὁ ἄρχων οὐκ αἰδούμενος, καὶ τὴν ἔνθεον παῤῥησίαν σὺν τῇ ἐπιλαμπούσῃ τῷ προσώπῳ αὐτοῦ χάριτι τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπλῃττόμενος, αὐτῷ τὴν κρίσιν τῆς τοιαύτης ἀταξίας τε καὶ ζημίας ἐπέτρεπεν. Πρὸς ὃν ὁ ὅσιος

61. Ergo nulla interposita mora, eximius Pater, invocato Christi nomine, perrexit ad urbem et civibus opportuna consilia dabat, cujus etiam auctoritate freti portas aperuere, depositoque metu, magistrum excepere, ira inflammatum et furore intumescentem. Omnibus igitur ad ejus conspectum paventibus, nobilibus et sacerdotibus ac cæteris, solus Dei servus antestabat, proque omnibus defensionem suscipiebat : cujus virtutem princeps veneratione prosequens et divinam libere loquendi fiduciam cum effulgente in ejus ore gratia sancti Spiritus obstupescens, temeritatis ac damni totius judicium ipsi permisit. Ad quem vir sanctus leni planaque admodum voce respondit : Fatendum est,

Joannis Clei notæ

(48) Nescio, quid agat hic Sirletus, dum sic vertit : « Dominabatur olim utriusque regionis et Italiæ et Calabriæ nostræ regionis victor Magistrus, primus ac solus dignitate præditus a piis regibus ad dictas regiones missus. » Μάγιστρος officii nomen est, non viri proprium. Ejus dignitas et auctoritas magna semper fuit in aula Byzantina, tantaque, ut magistri inter illustriores non raro haberentur et patricios præcederent. Vide Cangium in Glossario Græco-Barbaro.

(49) Pro chelandia habet Sirletus caravellæ, quæ vox Italica est et certam navigii speciem significat. Chelandium (alii chelandrium, chelindrum, salandram et salandriam scribunt) vox est apud medii ævi scriptores usitata, pro eo navis genere, quod Græci maximeque Byzantini χελάνδιον nominant. Vide Cangium in utraque voce.

Digitized by Google

admissum esse crimen nimis grave et enorme : sed si pauci id egissent, aut primores civitatis, accusandi certe essent tuoque sapientissimo judicio condemnandi : at quia totius populi crimen est et commune est omnium, quod inconsiderate est gestum, licetne tibi tantam multitudinem ferro trucidare, urbemque adeo munitam Deo et imperatori nudare incolis ? Et ille : Nequaquam gladio perimemus, Pater, neque occidemus quemquam, sed facultates eorum fisco addicemus, ut hoc modo cautiores effecti, majora in posterum non audeant. Cui sanctus Pater : Quid vero proderit tuæ excellentiæ, si imperatorias crumenas lucro oneraveris, animam vero tuam perdideris ? Quomodo vero tibi remittentur, quæ debes non solum cœlesti Regi, sed etiam terreno, si non ipse delinquentibus stulte et insipienter in excellentiam tuam remiseris, qui es hodie, et cras non eris ? Si vero nobis, ut justum prætextum obtendens imperatoris mandatum, delicto venlam negas, permitte tenuitati meæ scribere ad ejus majestatem, et quidquid jusserit pium ejus imperium, toto animi studio exsequemur.

πραέως τε μάλα καὶ σαφῶς ἀπεκρίνατο· Ὁμολογητέον, ὅτι σφόδρα κακὸν καὶ ἄτακτον πρᾶγμα γεγένηται· ἀλλ' εἰ μὲν ὑπὸ εὐαριθμήτων ἀνθρώπων, καὶ αὐτῶν ὑπερεχόντων τὸ ἔργον προεκεχωρήκει, κατάγνωστοι ἂν ὑπῆρχον καὶ ὑπόδικοι τῇ σοφωτάτῃ σου κρίσει· ἐπειδὴ δὲ τοῦ πλήθους παντός ἐστι τὸ ἐγχείρημα, καὶ πᾶσι κοινὸν τὸ τῆς κακοπραγίας ἀδούλημα, ἔξεστί σοι μαχαίρᾳ παραδοῦναι πλῆθος τοσοῦτον, καὶ ἔρημον καταστῆσαι τὸ τοιοῦτον φρούριον Θεοῦ καὶ τοῦ βασιλέως ; Καὶ ὁ μάγιστρος ἔφη· Οὐ μαχαίρᾳ παραδώσομεν, Πάτερ, οὐδ' ἀποκτενοῦμέν τινα, ἀλλὰ τὰ αὐτῶν ἀποθησαυρίσομεν τοῖς βασιλικοῖς βαλαντίοις· ἵνα ἐν τούτῳ σωφρονισθέντες, μηκέτι τολμήσωσι μείζοσιν ἐγχειρῆσαι. Καὶ τί ὄφελος τῇ σῇ ἐνδοξότητι, ἔφη ὁ ἅγιος, εἰ τὰ βαλάντια τὰ βασιλικὰ καταφορτίζων, τὴν σὴν ψυχὴν ἀπολέσῃς ; Πῶς δὲ καὶ ἀφεθήσεταί σοι οὐ μόνον τὰ τῷ ἐπουρανίῳ βασιλεῖ ὀφλήματα, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐπιγείῳ, μὴ ἀφιέντι τοῖς ἀφελῶς καὶ ἀσυνέτως τῷ κράτει σου πταίουσι, σήμερον ὄντι, καὶ αὔριον οὐχ ὑπάρχοντι ; Εἰ δὲ καὶ ὡς εὔλογόν τινα πρόφασιν, τὴν τοῦ βασιλέως ἀπόφασιν ἡμῖν προβαλλόμενος οὐ βούλει παραχωρῆσαι τὸ ἔγκλημα, ἔασον τὴν ἐμὴν οὐθενότητα χαρίξαι τῇ πρὸς τὴν ἐκείνου θειότητα· καὶ εἴ τι ὀ ἂν κελεύσῃ τὸ εὐσεβὲς αὐτοῦ κράτος, μετὰ πάσης προθυμίας τελέσομεν.

62. His auditis, respondit magister : Nos quidem, Pater sanctissime, sacri imperatoris studium in te scientes, tantam pecuniæ solutionem tibi largimur, quæ duo millia nummorum excedit : verum præfectorum necem et inhonoram confractionem impunita relinquere, nec rationabile, nec justum est. Tunc vir beatissimus hortationis et consilii verbis usus persuasit, ut ea quoque animi magnitudine condonaret et pœnæ irrogationem sibi remitteret, quæ ad quingenta numismata non pertingebat. Cum hæc beati Patris opera feliciter transacta essent, conversa est indignatio in id temporis exactorem. Gregorius hic erat, cognomento Maleinus : et cum lateret, multo labore et plurimum impensis precibus impetrare potuit beatus Pater, ut ad magistri conspectum perduceretur. Ut vero illum vidit magister, quod aliter non valeret cor ebulliens erumpere ob sancti Patris reverentiam, surgens cum ira maledixit illi et omnibus domesticis ejus et omnibus quæ possidebat, ab equo et bove usque ad gallinam et canem et reliqua omnia. Ille timore correptus nihil omnino respondebat, sed quia protospatharius erat, permissum illi fuit, ut sederet, tumque magister ad illum : Vade, miser, cum malignis tui similibus, pingite vobis beati Nili imaginem, nec desinite illam colere et gratias illi agere : nam per sacri imperatoris caput, vos illi amplius honorem non deferetis (50). Omnibus

ξβ'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ μάγιστρος ἀπεκρίνατο· Ἡμεῖς μὲν, ὁσιώτατε, τὴν πρὸς σὲ τοῦ ἁγίου βασιλέως ἔννοιαν ἐπιστάμενοι, δωρούμεθά σοι τὴν τοσαύτην τῶν νομισμάτων ἔκτισιν, πλέον ἢ δύο χιλιάδων ἀριθμὸν περιέχουσαν. Τὸ δὲ τῶν ἀρχόντων κεφαλοκλάσιον, καὶ τὸ ἄτιμον σύντριμμα παριδεῖν οὔτε εὔλογον οὐδὲ δίκαιον. Τότε ὁ παμμακάριστος παραινετικοῖς καὶ συμβουλευτικοῖς λόγοις πέπεικε καὶ αὐτοὺς μεγαλοψύχως χαρίσασθαι αὐτῷ, καὶ τὴν αὐτῶν διεκδίκησιν, μὴ μέχρι τῶν πεντακοσίων νομισμάτων ἐκπληρουμένην. Τούτων τοίνυν τῇ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἀντιλήψει καλῶς ἀποπεραιωθέντων, μετετράπη ἡ ἀγανάκτησις ἐπὶ τὸν κατὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας πράττοντα. Γρηγόριος δ' οὗτος ἦν ὁ καλούμενος Μαλεῖνος· ὅνπερ σὺν πολλῷ ἀγῶνι καὶ σφοδρᾷ παρακλήσει ἐξίσχυσεν ὁ μακάριος καταξιῶσαι τῆς τοῦ μαγίστρου ἐπόψεως κεκρυμμένον τυγχάνοντα. Ὃν ὁ μάγιστρος θεασάμενος, καὶ μὴ ἔχων πῶς ἀποκενώσῃ τὸ ἔκβρασμα τῆς καρδίας αὐτοῦ, τὸν ὅσιον εὐλαβούμενος, ἀναστὰς μετ' ὀργῆς κατηράσατο αὐτὸν, καὶ πάντας τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ ἀπὸ ἵππου καὶ βοὸς μέχρι καὶ ὄρνιθος καὶ κυνὸς καὶ πάντων τῶν λοιπῶν. Αὐτοῦ δὲ τῷ φόβῳ συνεχομένου καὶ μηδὲν ὅλως ἀποκριναμένου ἐπετράπη καθίσαι διὰ τὸ πρωτοσπαθάριον αὐτὸν εἶναι. Καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ μάγιστρος· Ὕπαγε, ταπεινὲ, σὺν τοῖς ὁμοίοις σου κακόφροσι, ποιήσατε εἰκόνα Νείλου τοῦ ὁσίου, καὶ μὴ παύσησθε προσκυ-

Joannis Clei notæ.

(50) Apud Martenium est : « Abi, inquit, cum consimilibus tuis stultis, atque effigiem Nilo effingite, nec desistatis illum adorare illique gratias agere ; siquidem per regis caput plus vos non vixissetis, gloriam dedissetis : » ubi impeditum quid est et hiulcum. Sed et in textu Græco videntur aliqua desiderari, nec enim ibi sensus satis plenus est, nisi significatum velit magister, S. Nilum inde removendum, sic ut ad ejus patrocinium implorandum defutura sit ipsis occasio.

Digitized by Google

νοῦντες καὶ εὐχαριστίας αὐτῷ ἀναφέροντες· ἐπεὶ, μὰ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἁγίου βασιλέως, πλέον ὑμεῖς δόξαν οὐκ ἐδίδοτε. Ἅπαντα δὲ συνετῶς λοιπὸν ἡμερώσας καὶ εὐμαρίσας ὁ τῶν εἰρηνοποιῶν τοῦ μακαρισμοῦ ὄντως ἄξιος, ἀνεχώρησεν εἰς τὸ μοναστήριον, τῷ Θεῷ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ ἀποδιδοὺς, καὶ τῇ χάριτι αὐτοῦ τὸ πᾶν λογιζόμενος· σφόδρα μὲν δυσχεραίνων καὶ ἀχθόμενος ἐν τῷ συνδυάζειν μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, καὶ βλέπειν τὴν τοῦ κόσμου ματαιότητα καὶ τὸν κενὸν θάρυβον, ὁ τῶν οὐρανίων ἐπόπτης καὶ τῆς ἡσυχίας υἱὸς γνήσιος· συγκαταβαίνων δὲ καὶ ὄχλοις, καὶ ἄρχουσι συναγελαζόμενος, δεινά τε πολλὰ πάσχων καὶ κινδυνεύων διὰ τὴν τῶν ἀδικουμένων, ἢ καὶ δικαίως παλλάκις πασχόντων ἀντίληψιν καὶ θερμὴν προστασίαν.

A igitur prudenter sedatis riteque compositis, Pater beatitudine pacificorum vere dignus, secessit in monasterium, sua vota Deo reddens et totum, quod fiebat, ejus gratiæ tribuens : et ægerrime quidem ferebat, dolebatque commercium cum operantibus iniquitatem, eo quod videret mundi vanitatem et inanem turbam, rerum ille cœlestium inspector et germanus sacræ quietis filius; demittebat tamen sese etiam ad populorum tumultus, et cum principibus agebat, multa sustinens incommoda et pericula, ut ferret opem et præsens auxilium sive inique, sive etiam juste mali quidpiam sufferentibus.

ξγ'. Ποσάκις γὰρ ὑπὲρ ἐκδικήσεως καταπονουμένης ψυχῆς ὑπὸ τῶν μὴ φοβουμένων τὸν Κύριον, πεζοπορίαν ἐστείλατο, καὶ κακοπάθειαν ὑπεδέξατο; χειμῶνος μὲν κατὰ κεφαλῆς τὸν ὄμβρον δεχόμενος, καὶ τῇ πικρότητι τῶν ἀέρων χεῖράς τε καὶ πόδας ἀπονευρούμενος, καὶ ἅπαν τὸ σῶμα τῷ ψύχει καταπονούμενος, διὰ τὸ ἑνὶ καὶ σμικρῷ χιτῶνι περιστέλλεσθαι; θέρους δὲ θάλπει καυσούμενος, καὶ κόπῳ, καὶ πείνῃ καὶ δίψει συνεχόμενος; Ἅπερ ἅπαντα γενναίως ὑπέφερε διὰ τὴν ἐντολὴν τὴν λέγουσαν· Ῥῦσαι ἀπαγομένους εἰς θάνατον, καὶ ἐκπριοῦν κτεινομένους μὴ φείσῃ. Ποτὲ γὰρ πορευόμενος ὁ τρισόσιος εἰς ἐκδίκησιν τινὸς ἀδελφοῦ παρὰ τῶν ἀδίκων ἀδικουμένου, ἠναγκάσθη ὑπὸ τῶν Πατέρων περιβεῖναι τοῖς ποσὶν αὐτοῦ εὐτελῆ δέρματα, διὰ τὸ πάγος καὶ τὸ ψῦχος εἶναι σφοδρότατον. Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν κειμένου ξύλου μεγίστου, δι' οὗπερ τὴν πάροδον ἔμελλε ποιεῖσθαι ὁ ὅσιος, ἐν τῷ τὸν πόδα αὐτοῦ ἐπάνω τοῦ ξύλου τεθεικέναι, τῇ τοῦ ἐχθροῦ συνεργίᾳ ὀλισθος μὲν τῇ τῶν δερμάτων γλισχρότητι περιγίνεται, ἐπελθὸν δὲ τῷ σκέλει τὸ ξύλον πληγὴν ἀφόρητον κατεργάζεται· ὥστε λειποθυμήσαντα τὸν μακάριον ὑπό τε τοῦ πόνου, καὶ τοῦ κρύους, καὶ τῆς τοῦ αἵματος καταῤῥεύσεως, ἀπολέγεσθαι τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ τέλος, ἐκδέχεσθαι. Ἐκβαλὼν δὲ ἀπὸ τοῦ κόλπου αὐτοῦ ὅπερ ἀεὶ ἐβάσταζε φυλακτήριον· τοῦτο δὲ ἦν πυκτίον, τῆς νέας διαθήκης τυγχάνον θησαύρισμα· καὶ τοῦτο τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς χείλεσι, καὶ τῷ στήθει περιβαλὼν, καὶ εἰπών· « Κύριε, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου, » μικρὸν ἀπενύσταξεν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ὠλιγοθύμησεν. Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος ἐνισχύων αὐτὸν, καὶ τιθεὶς ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ὥσπερ τι μελικάζον· παραυτίκα γοῦν ἀναστὰς, καὶ γενόμενος ἐν εὐθυμίᾳ, εὐτονώτερον τὴν ὁδὸν ἢ πρότερον ἐπορεύετο, τῇ τοῦ ὀφθέντος ἀντιλήψει καὶ τοῦ αἵματος σταθέντος, καὶ τοῦ πόνου λωφήσαντος. Ἔλεγε δὲ ὁ θεσπέσιος, ὅτι Πολλάκις μὲν ἠσθόμην ἐν πολλοῖς πράγμασιν Θεοῦ ἀντιλήψεως, ὡς δὲ τότε, οὐδέποτε οὕτω ταχείας, καὶ μεγίστης, καὶ πλήρους παρακλήσεως. Ἐνταῦθα γὰρ δεῖ προσθεῖναι τό· « Ὅταν πέσῃ, οὐ καταῤῥαχθήσεται, » ταχέως ἀνορθωθήσεται· παρὰ Κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνοντος, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θέλοντος.

B 63. Quoties, ut patrocinium susciperet oppressæ a non timentibus Dominum animæ, pedester confecit iter et mala perpessus est! Hiberno quidem tempore imbres capite sustinens et aeris asperitate manuum pedumque stuporem ferens totoque corpore rigens, propterea quod una eaque parva tunica utebatur : æstate vero caloribus ardens, labore, fame et siti male habitus? Quæ omnia fortiter perferebat ob præceptum illud : « Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses [46]. » Nam cum aliquando ter beatus Pater pergeret ad ferendum fratri cuidam subsidium patienti ab iniquis injuriam, coactus fuit a Patribus pedes sibi contegere C vilissimis pellibus ad vim summi frigoris arcendam. Cum vero lignum maximum jaceret in via, qua transeundum erat beato Patri, statim atque pedem super illud posuit, hostili dæmonis opera factum est, ut lubrico pedum abreptus laberetur, et, ligno crus offendente, vulnus infligeretur intolerabile; et beatus Pater, deliquium passus præ dolore et frigore et sanguinis defluxu, putaret sibi deficere animam et finem exspectaret. Itaque phylacterium, quod semper gestabat, e sinu trahens (erat autem libellus, Novi Testamenti thesaurus), oculis et labiis et pectori illud admovit, dictoque, « In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum [47], » paululum obdormivit, vel potius defectum animi passus est. Apparuit vero illi D angelus confortans eum, ponensque in ore ejus quidpiam instar mellis dulce. Statim ergo sese erigens lætiorque effectus, alacrius iter, quam antea, faciebat, cum ejus, qui sibi apparuerat, ope et fluxus sanguinis stetisset, dolorque abiisset. Aiebat autem vir eximius, expertum sæpe se fuisse Dei subsidium multis in rebus, nunquam tamen ita præsentaneum et magnum et plenum tanto cum refrigerio. Huc enim spectat illud : « Cum ceciderit, non collidetur [47], » cito resurget, Domino dirigente gressus hominis et viam ejus volente.

[46] Prov. xxiv, 11. [47] Psal. xxx, 6. [47] Psal. xxxvi, 24.

Digitized by Google

64. Videns porro piorum hostis, et in bonos invidia æstuans, quantum auxilii ferret beatus Pater tum animabus, tum corporibus hominum, studebat, si quo modo posset, totam mundi gloriam et opes subjicere ipsius oculis, ut hebetiorem redderet eorum aciem ad spectandam virtutem, privaret vero mundum utilitate, quæ per illum fiebat. Multi profecto principum, qui advenichant, magnam pecuniæ vim illi offerebant prætextu necessitatis fratrum, qui cum eo degebant, et alimoniæ pauperum. Ille vero hæc ut stercora ne respiciens quidem, aiebat offerentibus, fratres a Davide beatos dici [48], si labores manuum suarum comedant, et peccatis alienis non communicent. Pauperes vero de vobis quidem, ait, conquerentur, detinentibus quæ sunt illorum, me vero laudabunt, ut nihil habeutem et omnia possidentem. Eunuchus cubicularius cum Rossanum (51) esset olim ingressus, nec vidisset ad se accurrisse Patrem, norat vero illum solo famæ rumore, miratus dicebat ad eos qui præsentes aderant : Ubi moratur Nilus monachus, et qua ratione non venit ad me cum omnibus hegumenis, audito meo adventu? Ita enim nec ipse patriarcha mecum agere ausus esset, ut jactanter adventum meum contempsisse videretur. Ad hæc illi : Monachus iste, de quo tua loquitur excellentia, nec patriarcha est, nec patriarcham timet, sed nec ipsum cunctis formidabilem imperatorem. Sedet autem una cum paucis monachis in monte nullius ope indigens. Nam neque amplis finibus continetur, nec jumentorum copia devinctus est : unde nec ullam cum ullo homine controversiam habet. Unicornis hic est, animal libere sibi vivens, et si illum volueris cum potestate adducere, nunquam poteris facicm illius videre. Cum hæc audisset cubicularius, multo magis admiratus est beatum virum, epistolamque supplicem ad eum dedit, adjurans etiam horrendis verbis, ut vel sibi ad eum profecto se non subtraheret, vel certe non dedignaretur venire in oppidum et benedictionem sibi suisque omnibus impertiretur.

65. At sanctus Pater Nilus, tum quia adjuratus erat, tum ut et ipse principem sibi ad auscultandum paratiorem redderet pro pauperibus roganti, venit in oppidum et accessit ad cubicularium. Ille habitum et faciem intuitus propheticam, imo vero angelicam, procidit ad pedes ejus, et manu ejus prehensa, simul ingressi sunt cubiculum. Tunc præcepit cuidam ex fidelissimis sibi, ut afferret librum Evangelii, aitque ad sanctum : Quoniam, beate Pater, suspicio mendacii facit ut homo

ξδ'. Ταύτην οὖν τὴν παρὰ τοῦ μακαρίου βοήθειαν τοῖς ἀνθρώποις χορηγουμένην ψυχικῶς τε καὶ σωματικῶς ὁρῶν ὁ τῶν δικαίων ἐχθρὸς, καὶ πᾶσι βασκαίνων τοῖς ἀγαθοῖς, ἔσπευδεν εἰ δυνατὸν ἦν αὐτῷ πᾶσαν τὴν δόξαν καὶ τὸν πλοῦτον τοῦ κόσμου συναγαγεῖν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, καὶ ἀμβλυωπῆσαι αὐτὸν μὲν ἀπὸ τῆς τῶν ἀρετῶν θεωρίας, στερῆσαι δὲ τὸν κόσμον τῆς παρ' αὐτοῦ ὠφελείας. Πολλοὶ γοῦν τῶν κατερχομένων ἀρχόντων πλήθη χρημάτων προσφέροντες αὐτῷ, τὴν οἰκονομίαν τῶν μετ' αὐτοῦ ἀδελφῶν, καὶ τὴν προστασίαν τῶν πτωχῶν προεβάλλοντο· ὁ δὲ ὥσπερ σκύβαλα ἀποστρεφόμενος ταῦτα, ἔλεγε τοῖς ἄρχουσιν, ὅτι Οἱ μὲν ἀδελφοὶ παρὰ τοῦ Δαβὶδ μακαρίζονται, εἴπερ τοὺς πόνους τῶν χειρῶν αὐτῶν φάγωνται, καὶ ἀλλοτρίαις ἁμαρτίαις μὴ κοινωνήσωσιν. Οἱ δὲ πτωχοὶ καθ' ὑμῶν μὲν κεκράξονται, ὡς τὰ τούτων κατεχόντων· ἐμὲ δὲ θαυμάσονται, ὡς μηδὲν ἔχοντα, καὶ τὰ πάντα κατέχοντα. Εὐνοῦχος ὁ κοιτωνίτης εἰσελθών ποτε ἐν τῷ Ῥυσιάνῳ, καὶ ἰδὼν τὸν μακάριον μηδαμῶς αὐτῷ προσδραμόντα· ἠπίστατο γὰρ αὐτὸν ἐκ μόνης τῆς φήμης· ἔλεγε θαυμάζων πρὸς τοὺς παρόντας· Ποῦ κάθηται Νεῖλος, ὁ καλόγηρος; καὶ πῶς οὐ προσῆλθέ μοι μετὰ πάντων τῶν ἡγουμένων, ἀκούσας τὴν ἐμὴν ἄφιξιν; τοῦτο γὰρ μηδ' αὐτὸς ὁ πατριάρχης ἐτόλμησεν ἂν ἐμοὶ καυχήσασθαι, καὶ καταφρονῆσαι τῆς ἐμῆς ἐλεύσεως. Οἱ δὲ παρεστῶτες αὐτῷ ἀπεκρίναντο· Οὗτος, ὃν ἔφη ἡ σὴ ἐνδοξότης, Ὁ καλόγηρος, οὔτε πατριάρχης ἐστὶν, οὔτε πατριάρχην φοβεῖται, ἀλλ' οὐδ' αὐτὸν τὸν πᾶσι φοβερὸν βασιλέα. Κάθηται δὲ ἅμα ὀλίγοις μοναχοῖς ἐν τῷ ὄρει, μὴ δεόμενος τινὸς ἀντιλήψεως. Οὔτε γὰρ πλάτει ὁρίων συνέχεται, οὔτε πλήθει βοσκημάτων συνδέδεται. Διὸ οὐδ' ἀμφιβολίαν κέκτηται πρός τινα. Μονόκερως ἐστὶν οὗτος, ζῶον αὐτόνομον· καὶ εἰ θελήσῃς αὐτὸν μετ' ἐξουσίας ἀγαγεῖν οὐδέποτε δυνήσῃ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ κατιδεῖν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ κοιτωνίτης, καὶ ἐπὶ πλεῖον τὸν ἄνδρα θαυμάσας, γράφει αὐτῷ ἐπιστολὴν δυσωπητικὴν, συμπλέξας αὐτῇ καὶ ὅρκους φρικτοὺς, ἵνα εἴτε πρὸς αὐτὸν ἐξερχομένῳ μὴ ἀποκρύψῃ ἑαυτὸν ἀπ' αὐτοῦ, εἴτε καταξιώσῃ ἐν τῷ κάστρῳ εἰσελθεῖν καὶ εὐλογῆσαι αὐτὸν, καὶ πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ.

ξε'. Ὁ δὲ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος τὸ μὲν διὰ τοὺς γεγραμμένους ὅρκους, τὸ δὲ ἵνα πάλιν ὁ ἄρχων αὐτῷ ὑπακούσῃ ἐν τῇ περὶ τῶν πτωχῶν παρακλήσει, καταλαμβάνει τὸ κάστρον, καὶ πρὸς τὸν κοιτωνίτην εἰσῆλθεν. Ὁ δὲ θεασάμενος σχῆμα καὶ πρόσωπον προφητικὸν, μᾶλλον δὲ ἀγγελικὸν, προσεκύνησεν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ· καὶ κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρὸς, εἰσῆλθον ἅμφω ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ. Κελεύσας δὲ ἕνα τῶν πιστοτάτων αὐτῷ τὸ Εὐαγγέλιον ἐνεγκεῖν, λέγει τῷ μακαρίτῃ· Ἐπειδὴ, ἅγιε

[48] Psal. cxxvii, 2.

Joannis Clei notæ.

(51) Sirletus ex Græco κοιτωνίτης vertit *cœtonetes*, quod tamen cubicularium principis significat, ut varia apud Cangium exempla demonstrant. Eorum porro non parva erat dignitas auctoritasque, ut ibidem liquet.

Digitized by Google

Πάτερ, τῇ τοῦ ψεύδους ὑπολήψει τὸ ἄπιστον προσγίνεται τοῖς ἀνθρώποις, θέλω σοι ὀμόσαι πρὸς πληροφορίαν τῶν παρ' ἐμοῦ ἐπαγγελομένων σοι. Ὁ δὲ Πατὴρ πρὸς αὐτόν· Τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀποφαντικῶς ἐντελλομένου καὶ λέγοντος· Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως· ἔστω δὲ ὑμῶν ὁ λόγος, Ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ, Οὔ, οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν· διατί ἀπιστίας ὑπόθεσιν σπεύδεις περιθεῖναι τῇ σῇ ἐνδοξότητι, καὶ ἀπὸ παρανομίας τὴν συντυχίαν ἀπάρξασθαι; Πᾶς γὰρ ὁ ἕτοιμος εἰς ἐπιορκίαν, ταχὺς εἰς ψευδολογίαν, ὥσπερ καὶ τὸ ἀνάπαλιν. Ἀπεκρίνατο ὁ κοιτωνίτης· Δίκαιόν ἐστιν, ὁσιώτατε, μήτε ὑμῖν τοῖς τοῦ Θεοῦ δούλοις τινὰ ψεύδεσθαι, μήτε ἡμῖν ἀπιστεῖν τοῖς μετὰ πίστεως τὰ δόξαντα λέγουσιν. Λοιπὸν οὖν ἀκούων, παρακαλῶ, τοὺς λόγους μου πίστευε. Οὐκ ἔστι μοί τις προγενὴς ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἀφ' αἵματος, εἰ μὴ μόνον μήτηρ ἀδύνατος, τὸ εἰς ἐμὲ φίλτρον στέργουσα· ὑπάρχει δέ μοι πλοῦτος πολὺς καὶ κτῆσις ἄπειρος, ἀνδραπόδων πλῆθος, καὶ βοσκημάτων ἐσμὸς ἀναρίθμητος. Ἐλογισάμην οὖν ταῦτα πάντα τῷ Θεῷ προσηλῶσαι, μοναχῶν φροντιστήριον συστησάμενος, εἴπερ κατένυξεν ὁ Θεὸς τὴν ἀγιωσύνην σου, καὶ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει συνήρχου μοι, ὅπως διὰ τῶν ἁγίων σου χειρῶν ἐγώ τε καὶ ἡ τεκοῦσα τὸ ἀγγελικὸν σχῆμα ἐνεδυσάμεθα. Ἐποίουν δέ σε ὡς νῦν μετ' ἐμοῦ, οὕτω τοῖς ἁγίοις βασιλεῦσι συγκαθεστθῆναι.

A homini fidem non præstet, juramento tibi firmabo, quæ promissurus sum. Et sanctus Pater ad ipsum: Cum sacrum Evangelium certa sententia pronuntiet : « Ego autem dico vobis non jurare omnino : sit autem sermo vester, Est, est, Non, non [49]; » quod autem his abundantius est, a malo est : cur fide minus dignam excellentiam tuam ostendere studes et exordium colloquii nostri ponere iniquitatem? Omnis enim qui facilis est ad emittenda vera juramenta, velox etiam est ad mentiendum, et contra. Ad quem cubicularius : Justum est, beatissime vir, nec vobis Dei servis quemquam mentiri, nec vos fidem non habere iis qui fideliter dicunt, quod sibi videtur. Rogo igitur, ut audiens fidem meis verbis tribuas. Nullus mihi est consanguineus in hac vita, nisi mater invalida, quæ me materno affectu prosequitur. Divitiis porro multis et possessione abundo, plurima mancipiorum est mihi copia et jumentorum innumerabilis multitudo. Hæc igitur omnia Deo dicare cogitavi, ut sacram domum monachis construam, si Deus cor sanctitatis tuæ tetigerit et mecum Constantinopolim veneris, ut per sacras tuas manus ego et mater mea induamur angelico habitu (52). Facerem vero, ut sicut modo mecum, ita cum sacris consideres imperatoribus.

B

ξς'. Ταῦτα τὰ μέλιτος καὶ πίσσης ἀνάπλεα ῥήματα ὁ τῆς διακρίσεως λύχνος ἐκεῖνος ἀκούσας οὐ συνηρπάγη τοῖς ὑψηλοῖς ἐπαγγέλμασι τούτοις, ἀλλ' ἡσυχῇ τὴν χεῖρα βαλὼν ἐν τῷ στήθει, ὅπερ αὐτῷ ἀεὶ ἔθος ὑπῆρχε, καὶ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ποιησάμενος, τῷ κοιτωνίτῃ ἀπεκρίνατο· Ὁ μὲν σκοπὸς τῆς ὑμετέρας θεοφιλίας τε καὶ συνέσεως εὐκλεὴς, καὶ Θεῷ εὐαπόδεκτος. Πρὸς τοῦτον γὰρ ἐνάγων ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ, παραβολικῶς ἔφησεν, ὅτι « Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν ἀγρῷ, ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς ὑπάγει, καὶ πωλεῖ πάντα ὅσα ἔχει, καὶ ἀγοράζει τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον. » Ἐμοὶ δὲ ἀσύμφορόν ἐστι καταλείψαντα τὴν ἐρημίαν καὶ τοὺς συγκακοπαθοῦντάς μοι πτωχοὺς, ἀνὰ τὰς πόλεις ἁλᾶσθαι, καὶ ἀναδέχεσθαι φροντίδας πραγμάτων. Μὴ γὰρ ἐξέλιπεν ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως μοναχὸς καὶ ἡγούμενος, ἵνα δι' ἐμοῦ κουρευθῶσιν οἱ ἐκεῖσε ἀποτασσόμενοι; Εἰ δὲ καὶ ὅλως προτιμᾷς τὴν ἐμὴν εὐθενότητα, κατάλαβε τὴν ἐσχατιὰν ἐν ᾗ καθεζόμεθα, καὶ μεθ' ἡμῶν, τὴν τεθλιμμένην ὁδὸν διάνυε. Οὐδέποτε γὰρ δυνήσῃ πτωχὸς γενέσθαι τῷ πνεύματι, πρὶν παντελῶς πτωχεύσῃς τῷ σώματι· ὅπερ γινώσκων κατώρθωσεν ὁ ἐν ἁγίοις Ἀρσένιος. Τὰ δὲ σὰ πάντα κατάλιπε τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ φήσαντος·

C

66. Verba hæc mellis et picis plena cum audisset illa discretionis lucerna, non fuit illectus tam amplis promissis, sed manum quiete ad sinum admovens, ut semper illi moris erat, et signo crucis sese consignans, respondit cubiculario : Tuæ quidem pietatis prudentiæque intentio præclara Deoque pergrata est : ad hanc enim nos invitans Salvator, aiebat per parabolam : « Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo abscondit et præ gaudio vadit et vendit universa quæ habet, et emit agrum illum [50]. » Sed mihi non est utile relinquere solitudinem et pauperes, qui mecum asperam degunt vitam, et vagari per urbes et curas negotiorum suscipere. An forte Constantinopoli desunt monachi et hegumeni, ut a me tondeantur, qui ibi mundo

D

renuntiant? Quod si omnino tenuitatem meam præfers, confer te in secessum, in quo sedes nostra est et arctam confice nobiscum viam, non enim poteris fieri pauper spiritu, ni prius omnino fias pauper corpore : quod sciens angelorum nunc contubernalis Arsenius egregie præstitit. Tu vero omnia relinque potestati ejus, qui dixit : « Meum est argentum, et meum est aurum [51], » et : « Si quis non renuntiat omnibus quæ possidet, non

[49] Matth. v, 34 37. [50] Matth. xiii, 44. [51] Agg. ii, 9.

Joannis Clei notæ.

(52) Sciommarius Nota 12 ad Vitam B. Bartholomæi multis exemplis demonstrat, vulgare fuisse inter Græcos, habitum monachalem *angelicum* appellare.

Digitized by Google

potest meus esse discipulus [83]. » Ad hæc non acquiescente cubiculario, sed fieri, quod ipse volebat admitente, reliquit eum beatus Pater et abiit.

« Ἐμόν ἐστι τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον· » καί· « Ὅστις οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. Πρὸς ταῦτα τοῦ καταγνίτου ἐνισταμένου, καὶ τὸ ἴδιον θέλημα γενέσθαι φιλονεικοῦντος, καταλιπὼν αὐτὸν ὁ μακάριος ἐξῆλθεν.

CAPUT X.

Insidias a dæmone structas S. Nilus et episcopatum Rossanensem sibi destinatum fuga declinat : archiepiscopo consilio suo acquiescere nolenti mortem funestam prædicit : a dynasta Sarracenorum sua epistola famaque moto abductos tres monachos liberos cum variis insuper donis recipit.

67. Eunti igitur cum Davide propheta et ad suum revertenti monasterium, dum versiculum illum recitaret : « In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi [84], » obviam fit ei puella quædam sola (53-54) in media via, quæ præcurrens ante ipsum projecit se transversam, cum deflectere alio non liceret beato Patri. Tunc beatus vir spiritalem assumens fortitudinem et Satanæ dolum agnoscens, percutit quidem ipsam baculo, quem in manu habebat, acriter minatus : resiliit vero velociter nulla interposita mora, juxta proverbium, et abiit. Et ex eo tempore statutum habuit, ut nec sibi, nec fratrum cuipiam solis ire permitteret. Melius enim est, inquit, duos esse, quam unum : et : « Væ soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem se [85]. » In his omnibus contra adversarium beatus Pater noster Nilus cum se victorem per Deum, qui dilexit illum, et probatum pugilem præbuisset et in ferenda fame et in tentatione mutandorum lapidum in panes, necnon spernenda totius mundi gloria et pecunia, per quæ, qui labitur, tentatorem adorat, victorque non semel extitisset, sed sæpe et in aliis plurimis tentationibus, quas multifariam multisque modis passus est, oportebat sane illum in pinnaculo quoque templi postremo probari, si in eo se vellet deorsum mittere. In quo vide, quam bene Dominum ac magistrum sit imitatus. Per illud tempus defuncto Rossani præsule (55), quærebatur, qui ad succedendum idoneus esset. Ergo omnes, a parvo usque ad magnum, uno consensu conspirarunt, ut beatum Patrem, nihil tale opinantem, tenerent et per vim ecclesiastica in sede collocarent, quippe qui vitam ageret, quam sermo exprimere non valeat, et sermonem haberet vitæ respondentem. Cum hoc cepissent consilii, primoresque populi et clerici digniores tenderent, ut exsecutioni mandarent, quod statuerant, præcurrit quidam, remque Patri denuntiat : putabat enim, se illi gratum

ξζ. Καὶ δὴ πορευομένῳ σὺν Δαβὶδ τῷ προφήτῃ, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ὑποστρέφοντι μοναστήριον, ἐν τῷ λέγειν αὐτόν· « Ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ ἐπορευόμην, ἔκρυψαν παγίδα μοι· » ὑπαντᾷ αὐτῷ κατὰ μέσην τὴν ὁδὸν μία κόρη μοναχὴ ἥτις προσδραμοῦσα ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἔρριψεν ἑαυτὴν ἐν στενῇ διαβάσει, ἐν ᾗ οὐκ ἦν ἄλλοθεν διέρχεσθαι τὸν μακάριον. Τότε ὁ θεῖος ἀνὴρ πνευματικὴν ἀνδρίαν ἀναλαβών, καὶ τὸν δόλον τοῦ Σατανᾶ ἐπιγνούς, τύπτει μὲν αὐτὴν τῇ βακτηρίᾳ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἐμβριμησάμενος, ἀπεπήδησε δὲ ταχέως μὴ ἐγχρονίσας κατὰ τὴν παροιμίαν, καὶ ᾤχετο. Ἔκτοτε τοίνυν συνεῖδεν, μήτε ἑαυτῷ, μήτε οἱῳδήποτε τῶν ἀδελφῶν κατὰ μόνας ἐπιτρέπειν πορεύεσθαι. Ἀγαθοὶ γάρ, φησὶν, οἱ δύο ὑπὲρ τὸν ἕνα· καὶ, « Οὐαὶ τῷ ἑνὶ, ὅτι ἐὰν πέσῃ, οὐκ ἔστιν ὁ ἐγείρων αὐτόν. » Ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικήσας ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος τὸν ἀντικείμενον διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος αὐτὸν Θεοῦ, καὶ δόκιμος παλαιστὴς ἀναδειχθεὶς ἔν τε τῇ τῆς πείνης ὑπομονῇ, καὶ τῇ τῆς ἐκ λίθων ἀρτοποιήσεως προσβολῇ· πρὸς τούτοις τῇ τοῦ παντὸς κόσμου δόξῃ, καὶ τῇ τῶν χρημάτων ἀποστροφῇ, δι' ὧν τις πίπτων τῷ πειραστῇ προσκυνεῖ· καὶ ταῦτα οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις· καὶ ἐν ἑτέροις πλείστοις πειρασθεὶς καὶ νικήσας πολυμερῶς τε καὶ πολυτρόπως· ἔδει δὲ αὐτὸν καὶ ἐν τῷ πτερυγίῳ τοῦ ἱεροῦ ἀκολούθως δοκιμασθῆναι, εἴγε καταδέξοιτο διὰ τούτου καταβληθῆναι· ὅρα πῶς μιμητὴς ἀνεδείχθη κἀν τούτῳ τοῦ δεσπότου καὶ διδασκάλου. Ἐν ἐκείναις γὰρ ταῖς ἡμέραις τελευτήσαντος τοῦ ἀρχιερατεύοντος ἐν τῷ Ῥουσιάνῳ, ἑτέρου δὲ ζητουμένου τοῦ δυναμένου τὸν τόπον ἀναπληρῶσαι, μιᾶς γνώμης γεγόνασι πάντες, μικροί τε καὶ μεγάλοι, τοῦ ἀπροσδοκήτως περικρατεῖς γενέσθαι τοῦ θεσπεσίου Πατρὸς, καὶ βίᾳ τοῦτον τῷ θρόνῳ τῆς ἐκκλησίας ἐγκαθιδρῦσαι, ὡς ἅτε βίον ἔχοντα ὑπὲρ λόγον, καὶ τὸν λόγον ἐφάμιλλον κεκτημένον τῷ βίῳ. Τούτῳ τοίνυν βουλευσαμένων, καὶ ὁρμησάντων ἀρχόντων τε καὶ τῶν ἐξόχων τοῦ κλήρου πρὸς τὸ πληρῶσαι τὸ δόξαν, προλαμβάνει τις, καὶ τῷ Πατρὶ ἀναγγέλλει τὸ

[83] Luc. XIV, 33. [84] Psal. CXLI, 4. [85] Eccl. IV, 10.

Joannis Clei notæ.

(53-54) Sirleti versio habet *puella monacha* : μοναχὴ per *solam* tantum expressit Caryophilus ; non recte, ut videtur ; quippe quod hic *monacham* seu *solitariam* significat.

(55) Sirletus ἀρχιερατεύοντος interpretatur *archiepiscopo*, sed perperam ; etenim vox Græca passim pro primariis in sacerdotali ordine et episcopis sumitur, superiusque evidens est, tum temporis archiepiscopalem nondum fuisse sedem Rossanensem. Videri possunt, quæ circa hæc observavi ad Acta SS. Cypriani et Justinæ Comment. prævii § 6, num 76.

Digitized by Google

πράγμα, προσδοκῶν ἐν τούτῳ αὐτῷ προσαρέσκειν, καὶ τὰ μέγιστα χαρίσεσθαι, ὡς τοιούτῳ αὐτῷ πράγματος ἀγγέλου γεγενημένου.

ξη'. Καὶ μέντοιγε τοῦ σκοποῦ οὐ διήμαρτεν· ἐπευχαριστήσας γὰρ αὐτῷ ὁ μέγας καὶ τότε καὶ ὕστερον, ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ, κελεύσας αὐτῷ δοθῆναι καί τινα εὐλογίαν. Αὐτὸς δὲ μελετήσας τὸ ἐμφερόμενον ἐν τῷ ἁγίῳ Εὐαγγελίῳ τό· « Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι μέλλουσιν ἔρχεσθαι, καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν, ἵνα ποιήσωσι βασιλέα, ἀνεχώρησε μόνος εἰς τὸ ὄρος· » ἀναχωρεῖ γοῦν καὶ οὗτος ἐπὶ τὸ ἐνδότερον ὄρος μετὰ ἑνὸς ἀδελφοῦ καὶ μόνου, ἀποκρυβόμενος μικρὸν ὅσον, ἕως ἂν παρέλθῃ ἡ βουλὴ ἐκείνη. Καταλαβόντες δὲ τὸ μοναστήριον οἱ ἱερεῖς σὺν τοῖς ἄρχουσι, καὶ πολλὰ γυρεύσαντες καὶ ζητήσαντες, τὰ μέγιστα ἔστενον ἀστοχήσαντες τοῦ βουλεύματος. Ὡς δ' ἐπὶ πλεῖον καρτερήσαντες οὐδὲν ἤνυον· εὐκοπώτερον γὰρ μονοκέρωτος ἢ ἐκείνου περιγενέσθαι· ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια, ἑτέρῳ τὴν προστασίαν ἐγχειρισάμενοι. Ὁ δὲ ὅσιος ἀγαλλόμενος ἐπὶ τῷ Κυρίῳ σὺν τῷ προφήτῃ ἐμέλπεν· « Ἐκράτησας, λέγων, Κύριε τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου, καὶ ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με, καὶ μετὰ δόξης προσελάβου μου. Τί γάρ μοι ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ πλὴν σου τί ἠθέλησα ἐπὶ τῆς γῆς; Ἐναντίον σου γὰρ πᾶσα ἡ ἐπιθυμία μου, Κύριε· καὶ σὺ ἐπίστασαι, ὅτι ἡμέραν ἀνθρώπου οὐκ ἐπεθύμησα. » Τῷ τοιούτῳ γοῦν φρονήματι ὁ μακάριος παρεῖδε τὸ μικρὸν τοῦ βίου τούτου δοξάριον, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην τιμὴν ἐβδελύξατο· νυνὶ δὲ κατέστησεν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐπάνω δέκα πόλεων, ὡς ἀψευδῶς ἐπηγγείλατο. Οὐδὲ γὰρ διότι τὴν ἱερωσύνην οὐ κατεδέξατο, τὸ τάλαντον οὐκ ἐπολυπλασίασεν· πλείω γάρ εἰσιν οἱ σωθέντες διὰ τῆς διδασκαλίας τοῦ στόματος αὐτοῦ ἔν τε τῷ κοινοβίῳ, καὶ ἐν τῷ μαναδικῷ, ἢ οὕσπερ ἐκεῖνο τὸ ἄσυ συγκλείει οἰκήτορας. Ἐρχόμενός ποτε ὁ μητροπολίτης Βλάττων ἀπὸ Ἀφρικῆς μετὰ πολλῶν αἰχμαλώτων, διὰ τὸ προσκεῖσθαι αὐτῷ ἕως καιροῦ τὸν τῶν Σαρρακηνῶν βασιλέα, ἐν προφάσει τοῦ ἀδελφὴν αὐτοῦ εἶναι τὴν γαμετὴν ἐκείνου, ὅπερ οὐκ ἦν· παρέβαλε τῷ αἰγιαλῷ Ῥυσιάνου, καὶ δυσωπητικῶς τὸν μακάριον μετεπέμψατο, ἐπιθυμῶν ἀκοῦσαι παρ' αὐτοῦ τὰ δέοντα, καὶ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ καρπώσασθαι.

ξθ'. Μετὰ δὲ τὸ θαρρῆσαι αὐτῷ τὸν ἀρχιεπίσκοπον ἅπαντα τὰ αὐτοῦ ἐγκάρδια καὶ διαβούλια, λέγει αὐτῷ ὁ μακάριος· Ἄκουσόν μου, δέσποτα, τῆς συμβουλίας, καὶ μηκέτι ὑποστρέψῃς πρὸς τὰ τῶν ἐχιδνῶν γεννήματα. Μετὰ γὰρ τὸ λίαν κολακεῦσαί σε, τὸ

A fure et acceptissimum, si tantæ rei exisseret nuntius.

68. Nec certe illum fefellit opinio : gratiis enim illi magnus Pater actis et tunc et postea, dimisit in pace, jussitque illi dari quoddam munusculum. Ipse vero in mentem revocans, quod in sacro legitur Evangelio : « Cum cognovisset Jesus, quia venturi essent, ut raperent eum et facerent regem, fugit solus in montem [55,56] : » secedit pariter in interiorem montem cum uno tantum fratre, subtrahens se tantisper, dum laberetur illud consilium. At sacerdotes et viri nobiles profecti in monasterium, studiose perquirebant, et irritum vi- B dentes consilium, valde gemebant. Ut vero diuti. s expectantes nihil agebant, facilius enim erat unicornem, quam illum prehendere : reversi sunt domum et alium sibi præsulem elegerunt. At sanctus Pater exsultans in Domino, cum Propheta canebat : « Tenuisti manum dexteram meam, et in voluntate tua deduxisti me, et cum gloria suscepisti me. Quid enim mihi est in cœlo, et præter te quid volui super terram [58] ? nam ante te est omne desiderium meum, Domine, » et : « Tu scis, quia diem hominis non desideravi [57]. » Hoc sensu vir beatus contempsit parvam hujus vitæ gloriam et honorem humanum abominatus est, nunc autem constituit eum Deus super decem civitates, ut veraciter promisit. Neque enim, quia C non suscepit sacerdotium, non multiplicavit talentum : nam plures sunt, qui per doctrinam oris ejus in cœnobio et solitaria vita salutem consecuti sunt, quam cives, quos oppidum illud habet. Vlatto metropolita olim ex Africa veniens cum multis captivis, eo quod amicus illi esset quodam tempore Sarracenorum rex, prætextu quod regis uxor esset metropolitæ soror, licet revera non esset(56), appulit ad littus Rossani, et precibus egit, ut vocatus ad eum beatus Pater accederet ; cupiebat enim audire ab eo, quæ opus erant, et orationum ejus fructum percipere.

D 69. Ubi ergo archiepiscopus aperuisset ei cuncta sui cordis consilia, dixit ad eum Pater : Audi, reverendissime, consilium meum, nec amplius revertere ad viperarum genimina ; nam post multas blanditias et honores tuum cbibent sanguinem,

[55,56] Joan. vi, 15. [57] Psal. cxxii, 23, 24. [58] Psal. xxxvii, 10. [59] Jerem. xvii, 16.

Joannis Clei notæ.

(56) Diversa est hic versio apud Martenium, ubi sic legitur : « Blatton quandoque ab Africa revertens cum multis captivis, propterea quod ad tempus Sarracenorum rex illi adversatus fuerat, excusatione eo quod ejus soror illi nupserat ; quod ne quidquam verum erat, applicuitque ad littora Rossani, » etc. At hæc neque textum Græcum exprimunt, neque sensum reddunt, qui intelligi possit. Vlatto porro is sive Blatto, sedis in Calabria archipræsul fuit ; sed cujus ? An Cusentinæ, an Reghiensis, an S. Severinæ ? Nulla apud Ughellum in ecclesiarum illarum serie est ejus mentio : verum aliunde nihil obest, quominus illi alterive catalogo sub finem x sæculi, ad quem vacui tatis sunt, inseratur.

Digitized by Google

gladio te perimentes. De pace autem Calabriæ ne labores, nec preces effundas, hoc enim universorum Domino non placet. Tunc fratris metropolitæ filius: Vides, inquit, sancte Pater, quot animas reverendissimus liberavit? Respondit sanctus: Non animas, sed corpora liberavit. Prodest autem pluribus et corporum afflictio, quibus libertas multorum malorum sit ansa, quemadmodum furentibus prodest, quod medici illos occludant et fame crucient. Quod si hæc, quæ molesta videntur, ad multorum salutem nihil conferrent, certe a Deo non permitterentur. Oportet tamen a potentibus auxilium eis impendi, quoad ejus fieri possit. Metropolita cum hæc audisset et consilio Patris non paruisset, vaticinium in se adimplevit. At sanctus Pater noster Nilus tum nimio austerioris vitæ labore, tum ingravescente jam ætate, nam fere sexagesimum agebat annum, deficientibus viribus, non valebat amplius longis itineribus pedester se committere sine periculo: itaque utebatur equo ad subsidium magnæ imbecillitatis: nam majorem hineris partem studio servandæ continentiæ, qua virtutes continentur, equum trahens ipse ibat. Quem, dum sanctus Pater cum archiepiscopo sermonem conferret, suggerente diabolo, furatus est quidam et abiit. Cum vero, eunte illo, coortus esset turbo, ex equo descendens sub quadam arbore stabat, exspectans serenitatem aeris, et fulgur e cœlo lapsum percussit miserum et orco transmisit, quod non audiverit dicentem: « Damnum inferre Justo non est bonum [40]; » et: «Qui furabatur, jam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, ut habeat, unde tribuat necessitatem patienti [41]. » Et ille quidem infelix peccavit, frustra operatus iniquitatem: postridie vero quidam illac transeuntes agnoverunt equum, qui ibi pascebatur, et in monasterium deduxerunt, viroque justo quod suum erat, reddiderunt.

70. Alio quoque tempore miles quidam profectus est animo furandi equum e monasterio, et cum sol fere jam occideret et ille e regione monasterii staret, illudque oculis prospiceret, noctem exspectans, ut nocturno tempore tenebrarum opus efficeret. Cum vero tota illa nocte perambulasset, nunquam potuit monasterio propinquare, sed incidens in prærupta et rupes inaccessas, satis pœnarum et laboris passus est: ubi vero illuxit, monasterium ante se vidit. Itaque vehementer obstupefactus miraculo, adiit pœnitentiam agens et palam enuntians sui consilii pravitatem. Per illud tempus impiorum Agarenorum incursione devastante Calabriam et omnia deprædante, sanctus Pater Nilus in arcem se contulit cum fratribus ibique tuto morabatur; tres vero segregati ab illis manserunt in monasterio, captique sunt a Sarracenis et abducti in Siciliam. Quos tamen beatus

A αἵμά σου πίονται μαχαίρᾳ σὲ θανατώσαντες. Καὶ περὶ τῆς εἰρήνης τῆς Καλαβρίας μὴ κοπιᾷ, μηδ' ἀξίου, οὐ γὰρ εὐδοκεῖ ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης ἐν τούτῳ. Λέγει δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἀνεψιὸς τοῦ μητροπολίτου· Ὁρᾷς, Πάτερ ἅγιε, πόσας ὁ δεσπότης ψυχὰς ἠλευθέρωσεν; Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ ὅσιος· Οὐ ψυχὰς ἠλευθέρωσεν, ἀλλὰ σώματα. Λυσιτελεῖ δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ ἡ τῶν σωμάτων κάκωσις, ὅσοις τὸ ἐλευθεριάζειν πολλῶν κακῶν αἴτιον γίνεται. Ὥσπερ αἱ παρὰ τῶν ἰατρῶν τοῖς μαινομένοις συγκλείσεις τε καὶ λιμαγχονίαι. Εἰ δὲ μὴ ταῦτα δοκοῦντα λυπηρὰ τῇ τῶν πολλῶν σωτηρίᾳ συνέβαλεν, οὐκ ἂν πρὸς τοῦ Θεοῦ συνεχωρήθησαν γίνεσθαι. Δεῖ δὲ ὅμως τοὺς δυναμένους βοηθεῖν τοῖς τοιούτοις, ὅσον ἐκδέχεται. Ταῦτα ὁ μητροπολίτης ἀκούσας, καὶ τῇ τε Πατρὸς
B συμβουλίᾳ μὴ ὑπακούσας, τὸ προφητευθὲν αὐτῷ ἐπ' αὐτὸν ἐτελέσθη. Ὁ δὲ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος τὸ μὲν ἐκ τοῦ πολλοῦ τῆς ἀσκήσεως πόνου, τὸ δὲ ἐκ τῶν χρόνων ἱκανῆς περιόδου· περὶ γὰρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη ὑπῆρχεν· ἀδυνατήσας λοιπὸν, καὶ μηκέτι ἰσχύων τὰς μακρὰς ὁδοὺς ἀκινδύνως πεζοπορεῖν, ἐκέχρητο ἵππῳ πρὸς θεραπείαν τῆς πολλῆς ἀτονίας· ἐν γὰρ τῷ πλείονι τῆς ὁδοῦ μέρει, λόγῳ τῆς περιεκτικῆς ἐγκρατείας ἐπισύρων αὐτὸν ἐπορεύετο. Τοῦτον τὸν ἵππον ἐν τῷ τὸν ὅσιον τυγχάνειν μετὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου, ὑποβληθείς τις ὑπὸ τοῦ διαβόλου, κλέψας ἀνεχώρησεν. Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν χειμῶνος αὐτῷ ἐπελθόντος, ἀποβὰς τοῦ ἵππου ἵστατο ὑφ' ἑνὶ τῶν δένδρων ἐνδεχόμενος παρελθεῖν τὴν σφοδρότητα τοῦ
C ἀέρος. Βροντὴ δὲ οὐρανόθεν ἐλθοῦσα ἐπάταξε τὸν ταλαίπωρον, καὶ τῷ ᾅδῃ παρέπεμψε, μὴ πεισθέντα τῷ λέγοντι· «Ζημιοῦν ἄνδρα, οὐ καλόν.» Καί· « Ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω, ἀλλὰ κοπιάτω ἐργαζόμενος ταῖς ἰδίαις χερσὶν, ἵν' ἔχῃ μεταδοῦναι τῷ χρείαν ἔχοντι.» Καὶ ὁ μὲν ἄθλιος ἐκεῖνος ἥμαρτεν ἀνομήσας διακενῶς· τινὲς δὲ τῇ ἐπαύριον τὴν ὁδὸν διερχόμενοι, καὶ τὸν ἵππον γνωρίσαντες ἐπὶ τοῦ τόπου νεμόμενον, πρὸς τὸ μοναστήριον διεσώσαντο καὶ ἀπέδοντο τῷ δικαίῳ τὸ ἴδιον.

ο'. Ἄλλοτε πάλιν τῶν στρατιωτῶν τις ὁρμήσας πρὸς τὸ τὸν ἵππον ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου συλῆσαι, καὶ περὶ δυσμὰς ἡλίου ἐλθὼν τῆς μονῆς ἐξ ἐναντίας, ὥστε καὶ ὀφθαλμοφανῶς αὐτὸ βλέπειν, περιέμενε τὴν νύκτα, ἵνα ἐν σκότει ποιήσῃ τὸ ἔργον τοῦ σκότους. Περιπατήσας δὲ πᾶσαν τὴν νύκτα ἐκείνην οὐδόλως ἴσχυσε τῇ μονῇ προσεγγίσαι, ἀλλὰ φάραγξι καὶ χρημνοῖς ἐντυχὼν ἀβάτοις, ἀρκούντως ἐταριχεύθη. Ἡμέρας δὲ γενομένης ἔμπροσθεν αὐτοῦ τὸ μοναστήριον εἶδεν· καὶ τῷ θαύματι σφόδρα καταπλαγείς, εἰσῆλθε μετανοῶν, καὶ τὴν οἰκείαν ἐξομολογούμενος κακοβουλίαν. Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπιδραμόντων τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν τῷ θέματι τῆς Καλαβρίας, καὶ πάντα λῃζομένων, ὁ μὲν ὅσιος Πατὴρ τὸ φρούριον κατελαβὼν σὺν τοῖς ἀδελφοῖς διεσώζετο· τρεῖς δὲ ἐξ αὐτῶν ἰδιορρύθμως προσκαρτερήσαντες τῷ μοναστηρίῳ ὑπὸ τῶν Σαρρακηνῶν ἐκρατήθησαν, καὶ ἐν Σικελίᾳ ἀπήχθησαν. Ἔκρινε γοῦν ὁ μακάριος μὴ

[40] Prov. xvii, 26. [41] Ephes. iv, 28.

Digitized by Google

παρεωραθῆναι τούτους, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα μέλη ζητηθῆναι, καὶ εἰς ἴδιον τόπον ἀποκατασταθῆναι. Ἐπισυνάξας οὖν ἀπό τε σίτου καὶ οἴνου καὶ καρποῦ ἑτέρου μέχρι τῶν ἑκατὸν χρυσίνων, καὶ βορδόνιον, ὃ ἦν αὐτῷ δεδωκώς· Βασίλειος ὁ στρατηγὸς Καλαβρίας, καὶ δοὺς αὐτά τινι τῶν ἀδελφῶν λίαν δοκιμωτάτῳ, ἀπέστειλεν αὐτὸν ἐν Πανόρμῳ, γράψας ἐπιστολὴν πρὸς τὸν νοτάριον τοῦ ἐκεῖσε φυλάρχου Χριστιανώτατον καὶ φιλευσεβῆ τυγχάνοντα.

A Pater non negligendos existimavit, sed requirendos ut propria membra et suo loco restituendos. Collectos igitur ex frumento, vino et aliis frugibus nummos aureos usque ad centum, dedit cuidam fratri probatissimæ fidei cum jumento, quod acceperat a Basilio Calabriæ stratego, misitque Panormum cum epistola ad notarium dynastæ ibi morantis Christianissimum et maxime pium.

οα'. Ὅστις νοτάριος, ὑποδείξας τῷ λεγομένῳ Ἀμηρᾶ τὰ παρὰ τοῦ ὁσίου σταλέντα, ἑρμηνεύσας δὲ αὐτῷ καὶ τὴν θαυμασίαν ἐκείνην ἐπιστολήν, κατεπλάγη ἐπὶ τῇ σοφίᾳ τε καὶ συνέσει τοῦ μακαριωτάτου, ἐπιγνοὺς αὐτὸν φίλον τοῦ Θεοῦ ὄντα, καὶ ἀνάπλεων πάσης ἀγαθωσύνης. Ἐπειδὴ τοίνυν οἶδεν ἀρετὴ αἰδεῖσθαι καὶ παρὰ πολεμίοις, ἀγαγὼν τοὺς μοναχοὺς καὶ φιλοφρονησάμενος πρεπόντως, κατασχών τε δι' ὑπόμνησιν καὶ καύχημα τὸ βορδόνιον, ἀπέλυσεν αὐτοὺς σὺν τοῖς ταρίοις· προσθεὶς καὶ ἱκανὰ δέρματα ἐλάφων, καὶ μηνύσας τῷ Πατρὶ τοιάδε· Σὸν τὸ πταῖσμα ἐστὶν ὑπὲρ τοῦ κολασθῆναι τοὺς σοὺς μοναχούς, ἐπειδὴ οὐκ ἐγνώρισάς μοι ἐν πρώτοις σαυτόν· εἰ γὰρ τοῦτο ἐγίνετο ἀπέστελλον ἂν σοι τὸ σημεῖον τὸ ἐμόν, ὅπερ εἰ ἐκρέμνας ἔξω ἐν τῇ πλατείᾳ, οὐκ εἶχες ἀνάγκην οὐδεμίαν τοῦ σαλευθῆναι ἀπὸ τῆς μονῆς σου, οὐδὲ ποσῶς ταραχθῆναι· εἰ δὲ καὶ ἠξίους πρός με παραγενέσθαι, εἶχες ἂν ἐξουσίαν ἐν πάσῃ μου τῇ περιχώρῳ κατασκηνῶσαι, καὶ πολλῆς ἀπήλαυες τῆς παρ' ἡμῶν τιμῆς τε καὶ εὐλαβείας. Ταῦτα ἀκούσας ὁ θεσπέσιος Νεῖλος, καὶ θαυμάσας τὴν ἐπ' αὐτῷ τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν, τὸ τοῦ Σαμψὼν ἐφθέγξατο πρόβλημα· Ὅτι ὄντως νῦν ἀπὸ ἐσθίοντος ἐξῆλθε βρῶσις, καὶ ἀπὸ μισανθρώπου φιλανθρωπία· προσθεὶς καὶ τοῦτο πρὸς τὰς τοῦ ἀμηρᾶ ἐπαγγελίας, ὅτι « Ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. » Ὁ δὲ συνετώτατος καὶ ἐσκεμμένος τῷ νοῒ Βασίλειος ὁ στρατηγὸς, ὃς τοσαύτην πίστιν καὶ ἀγάπην ἔδειξε πρὸς τὸν Πατέρα, ὅσην ὁ ἑκατόνταρχος πρὸς τὸν Σωτῆρα· προσήνεγκεν αὐτῷ μέχρι τῶν πεντακοσίων χρυσίνων, ὁμνύων καὶ λέγων, ὅτι, Οὐκ εἰσί μου ταῦτα ἐξ ἀδικίας, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἐμοῦ σπαθίου. Ἠνίκα γὰρ ἐγκρατήσαμεν τῆς Κρήτης μετὰ τοῦ μακαριωτάτου Νικηφόρου ἀκμὴν οὐκ ὄντος βασιλέως, εὑρήκαμεν παρά τινι πρεσβυτέρῳ ἐπ' ἀληθείας τὸ ἔνδυμα τοῦ Προδρόμου, ἐκ τριχῶν καμήλου τυγχάνον, καὶ περὶ τὸν τράχηλον ἡμαγμένον· ὅπερ λαβὼν ὁ μακάριος ἐκεῖνος, ἅπαν τὸ χρυσίον ἐμοὶ παρεχώρησεν. Ἐξ αὐτῶν οὖν τυγχάνοντα ταῦτα δέξαι διὰ τὸν Κύριον, καὶ εὔξαί μοι.

71. Is vero legit epistolam dynastæ, quem vocant Amiram (57), et cum interpretationem quoque addidisset admirabilis epistolæ, obstupuit ille beatissimi viri sapientiam et prudentiam, agnovit enim illum Dei amicum et omnis probitatis plenum. Quoniam igitur virtus etiam apud ipsos hostes veneration est, produxit monachos et honorifice tractavit ; jumentum tamen retinuit ad rei memoriam, de qua posset gloriari, dimisitque eos cum pecunia, insuper largitus multas cervinas pelles, addensque epistolam ejusmodi ad Patrem. Quod monachi tui male habiti fuerint, erratum est tuum, cum tu mihi ab initio non innotueris ; quod si fecisses, ego tibi meam tesseram misissem, quam si foris appendisses in platea, nulla tibi fuisset necessitas recedendi e tuo monasterio, aut quamvis minimam pati turbationem. Quod si etiam non dedignareris ad me venire, posses libere in provincia mihi subjecta habitare, multoque apud nos honore et veneratione fruereris. His auditis, beatus Nilus Dei providentiam de se admiratus problema Sampsonis commemoravit. Revera nunc de comedente exivit cibus et ab inhumano humanitas. Addidit etiam ad Sarraceni promissa illud : « Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me [62]. » At vero prudentis menteque acerrima præditus Basilius strategus, tanta fide et amore affectus erga Patrem, quanta centurio prosequebatur Salvatorem, obtulit illi usque ad quingentos nummos aureos, jurans dicensque : Hæc ego injuste non possideo, sed meo sum adeptus gladio. Nam quando obtinuimus Cretam cum beatissimæ memoriæ Nicephoro (58), tunc temporis nondum ad imperium evecto, apud quemdam presbyterum invenimus ipsum verum Præcursoris operimentum, e pilis cameli confectum et circa cervicem cruentatum. Quod ille beatæ memoriæ sibi sumens, totum aurum mihi concessit. Inde igitur cum hæc mihi sint, accipe propter Dominum, et pro me ora.

[62] Matth. IV, 9.

Joannis Clei notæ.

(57) Amira non videtur proprium viri nomen, sed muneris esse. Ortum habet ab *amir*, quod Arabibus *dominum* significat, a quibus ad Saracenos et Turcas transiit, apud quos urbium provinciarumque præfecti sic appellati fuerunt. Hinc Anastasius Bibliothecarius ad synod. VIII, actione 1 : « Hamiram Græci vocant principem Saracenorum. Interpretatur autem, ut ferunt, lingua eorum præpositus. »

(58) De Nicephoro Phoca viro fortissimo, qui per plures victorias ad imperii solium sibi viam fecit, hic agitur. Expeditionem ejus contra Cretam a Sarracenis occupatam, habes narratam a Cedreno ad annum mundi 6468, hujusque ad annum Christi 961 in Annalibus suis meminit Baronius.

Digitized by Google

72. Cæterum terrenorum revera contemptor sanctus Pater noster Nilus ne respicere quidem illa dignum arbitratus, respondit, quasi mortem timens, in hunc modum : Vis, ut ob hæc stercora insidietur mihi quispiam et interficiat, et amicum tu perdas ? Et ille ; Sine me sanctuarium ornare pretiosis velamentis. Et magnus Pater ad eum : Vade et da cathedrali ecclesiæ oppidi, ubi asservabuntur, nec erit, qui inde illa furetur. Et ille : Permitte, inquit, ut oratorium construam maximum et pulcherrimum ; neque enim æquo animo fero videns illud e luto factum. Et Pater : Jam, inquit, nec me videre poteris, quoniam de luto compactus sum. De oratorio vero laborem noli suscipere, futurum quippe est, ut illud impii Agareni demoliantur : quin et universa Calabria manibus illorum tradetur. Hoc videns beatus Pater noster Nilus præsago suo oculo, volensque iræ Dei cedere, noluit abire in Orientis partes, veritus opinionem, quam apud Orientales habebat (nam et ad ipsos etiam Dei amantes nostros imperatores (59) de virtute ejus fama pervenerat) fugiensque honorem, in quo apud illos fuisset : sed maluit degere inter Latinos, quippe ut illis ignotus et nequaquam apud eos in honore habitus. Verum quo majore ipse studio devitabat honores, eo celebrior et ornatior cœlesti favore fiebat et ab omnibus tanquam unus e numero apostolorum suscipiebatur et reverentia illi passim exhibebatur. Nam cum venisset Capuam, ut retroacta omittam, quia permulta sunt, acceptusque esset honorifice a Pandulfo (60) tunc temporis principe et nobilibus viris, ita ut de eo in episcopum sibi eligendo cepissent consilium, quod etiam successisset, nisi princeps morte præventus esset : tunc vocato illi ad sese S. Benedicti præposito montis Cassini (sanctissimus hic erat Haligernus [61]) injunxerunt, ut beato viro concederet monasterium, quodcunque ipse vellet, e monasteriolis sancti Patris nostri Benedicti.

οβ'. Ὁ δὲ ὄντως ὑπερόπτης τῶν ἐπιγείων Πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος μὴ καταδεχόμενος πρὸς αὐτὰ ἐπιβλέψαι, λέγει πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐν προφάσει δῆθεν τοῦ φοβεῖσθαι τὸν θάνατον· Θέλεις, ἵνα διὰ τὰ σκύβαλα ταῦτα ἐνεδρεύσας τις ἀποκτείνῃ με, καὶ ἀπολέσῃ; τὸν φίλον σου ; Ὁ δὲ πάλιν εἶπεν· Ἄφες με ἀμφιάσαι τὸ θυσιαστήριον ἐνδύμασι πολυτίμοις. Λέγει αὐτῷ ὁ μέγας· Ἀπελθὼν βάλε αὐτὰ ἐν τῇ καθολικῇ τοῦ κάστρου, ὅπου φυλάττονται, ἐπεὶ ἐκεῖθεν οὐ κλέπτονται. Καὶ ἔασόν με, φησὶν, οἰκοδομῆσαι τὸ εὐκτήριον μέγιστον καὶ τερπνότατον· οὐ γὰρ ἀνέχομαι πήλινον θεωρεῖν αὐτό. Καὶ ὁ Πατήρ· Ὥρα σοι, φησὶ, μηδὲ ἐμὲ ἀνέχεσθαι θεωρεῖν, ὅτι ἐκ πηλοῦ τὴν ὑπόστασιν κέκτημαι. Περὶ δὲ τοῦ εὐκτηρίου μηδὲν κοπιάσῃς, ὑπὸ γὰρ τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν ἀφανισθήσεται· καὶ πᾶσα δὲ ἡ Καλαβρία ταῖς χερσὶν αὐτῶν παραδοθήσεται. Τοῦτο δὴ γνοὺς ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος τῷ προορατικῷ αὐτοῦ ὄμματι, καὶ βουληθεὶς τόπον δοῦναι τῇ ὀργῇ τῇ θείᾳ, οὐκ εὐδόκησεν ἀπελθεῖν πρὸς τὰ ἑῷα μέρη τὴν ὑπόληψιν ὑφορώμενος τὴν περὶ αὐτοῦ τῶν ἐκεῖσε· καὶ μέχρι γὰρ αὐτῶν τῶν φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων ἡ ἐνάρετος αὐτοῦ φήμη διῆλθε· καὶ τὴν τιμὴν τὴν παρ' αὐτῶν ἀποφεύγων· ἐξελέξατο δὲ τὴν μετὰ τῶν Λατίνων ἀναστροφὴν, ὡς ἄγνωστος ὢν παρ' αὐτοῖς, καὶ μηδαμῶς παρ' αὐτῶν τιμώμενος. Ὅσον δὲ αὐτὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν ἀποδιδράσκειν ἐσπούδαζεν, τοσοῦτον ἡ οὐράνιος εὔκλεια αὐτὸν περιέστειλεν· καὶ πάντες ὡς ἕνα τῶν ἀποστόλων αὐτὸν ὑπεδέχοντο, καὶ τὸ σέβας ὁμοίως ἀπένεμον. Ἐλθὼν γὰρ ἐν Καπούῃ, ὅσα τὰ ὄπισθεν ἐάσω διὰ τὸ πλῆθος, καὶ παρ' ἁπάσης μείζονος τυχὼν παρά τε τοῦ πρίγκιπος Παν-δόλφου καὶ τῶν ἀρχόντων, ὥστε βουλεύσασθαι αὐτοὺς ἐπίσκοπον αὐτὸν ἑαυτοῖς καταστῆσαι· καὶ προσχώρησεν ἄν, εἰ μὴ ὁ θάνατος τὸν πρίγκιπα περιέκοψεν. Τότε δὴ καλέσαντες τὸν τοῦ ἁγίου Βενεδίκτου ἡγούμενον τοῦ ὄρους Κασσίνου· Ἁλιγέρνος οὗτος ἦν ὁ ὁσιώτατος· παρήγγειλαν αὐτῷ τοῦ δοῦναι τῷ μακαρίτῃ μοναστήριον, οἷον ἂν θέλῃ ἐκ τῶν ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Βενεδίκτου μετοχίων.

CAPUT XI.

Ad monasterium Casinense, Sarracenorum incursiones declinans, profectus, festive ab abbate Aligerno excipitur, monachosque ibidem animæ et corporis infirmitatibus liberat, et piis doctisque exhortationibus imbuit.

73. Cum vero profectus esset sanctus Pater ad visendum inclytum illud monasterium, processit illi obviam usque ad radices montis tota monachorum caterva, sacerdotibus et diaconis eorum sacro habitu indutis, ut fit diebus festis, cereos et thuribula manu ferentibus : et hujusmodi pompa

ογ'. Πορευθεὶς δὲ ὁ ὅσιος Πατὴρ πρὸς τὸ θεάσασθαι τὸ λεχθὲν περίδοξον μοναστήριον, ὑπήντησεν αὐτῷ ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μοναχῶν ἕως τῶν θεμελίων τοῦ ὄρους, οἵ τε ἱερεῖς αὐτῶν καὶ διάκονοι τὰς ἱερὰς στολὰς ὡς ἐν ἑορτῇ περιβεβλημένοι, κηρούς τε καὶ θυμιατήρια μετὰ χεῖρας φέροντες οὕτω τὸν

Joannis Clei notæ.

(59) Imperarunt una in Oriente ab anno 976 usque 1024 Basilius et Constantinus fratres, de quibus hic sermo est.

(60) Pandulfus is obiit anno 981, circa quem proinde hæc contigerunt. Irruptio autem Sarracenorum, de qua paulo supra, anno 986 figitur, ad quem in Chronico Lupus Protospatha : « Comprehenderunt Sarraceni sanctam Chiriaci civitatem, et dissipaverunt Calabriam totam. »

(61) Haligerno seu Aligerno, ut venerabili, locum dedit Mabillonius in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti sæculo 5, parte 1, pag. 645 et seqq., ubi etiam non pauca ex Vita S. Nili huc spectantia habes excerpta. Initia abbatiæ Aligerni anno 949, obitum vero 986, affigit Mabillonius.

Digitized by Google

μακάριον εἰς τὸ μοναστήριον ἀνήγαγον· οὐδὲν ἄλλο A beatum virum ad monasterium deduxerunt, nihil
δοκοῦντες ἀκούειν καὶ βλέπειν, ἢ ὅτι ὁ μέγας Ἀντώ- aliud se putantes audire et videre, quam adveni-
νιος ἀπὸ Ἀλεξανδρείας πρὸς αὐτοὺς παρεγένετο, ἢ entem Alexandria magnum Antonium, vel excitatum
ἐκ νεκρῶν ἠγέρθη ὁ μέγας Βενέδικτος, ὁ θεῖος a mortuis magnum Patrem Benedictum, sacrum
νομοθέτης αὐτῶν καὶ διδάσκαλος. Καί γε ὀρθῶς legislatorem et magistrum eorum. Et sane recte
ἐλογίζοντο, καὶ τοῦ σκοποῦ οὐ διήμαρτον. Ἅπαντες judicabant, nec fefellit eos opinio. Nam quotquot
γὰρ αὐτῶν οἵ τε σωματικοῖς, οἵ τε ψυχικοῖς συνεχό- inter ipsos aut corporis aut animi morbo labora-
μενοι πάθεσιν ἐθεραπεύθησαν, καὶ πάντες τὰ πρόσ- bant, omnes curati sunt et congruentia omnes ac-
φορα παρ' αὐτοῦ ἐκομίζοντο· οἱ ἐν λόγῳ τὴν cipiebant ab eo : studiosi doctrinam, actuosi du-
διδασκαλίαν, οἱ ἐν ἔργῳ τὴν ποδηγίαν, οἱ ἐν catum, peccatores emendationem, virtute prædili
ἁμαρτίαις τὴν διόρθωσιν, οἱ ἐν ἀρεταῖς τὴν παρά- adhortationem, incolumes continentiam, ægrotantes
κλησιν, οἱ ἐν ὑγείᾳ τὴν ἐγκράτειαν, οἱ ἐν ἀῤῥωστίᾳ medelam, atque, ut uno verbo dicam, sicut olim
τὴν ἴασιν. Καὶ συντόμως εἰπεῖν, ὥσπερ ποτὲ τοῖς manna Israelitis ad corporis cujusque habitudinem
Ἰσραηλίταις τὸ μάννα ἑκάστῳ πρὸς τὴν κρᾶσιν καὶ et appetitum transmutabatur, quapropter in eorum
τὴν ὄρεξιν μετεβάλλετο, διὸ καὶ οὐκ ἦν ταῖς φυλαῖς tribubus non erat infirmus, ita his etiam vir ad-
αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν, οὕτω κἀν τούτοις ὁ θαυμαστὸς B mirabilis se accommodabat. Itaque illis a Deo missa
διεγίγνετο. Ἀποθεραπεύσας τοίνυν αὐτοὺς τῇ θεο- sua præsentia perfecte sanatis, spiritalique lætitia
πεμπεῖ αὐτοῦ παρουσίᾳ, καὶ πληρώσας εὐφροσύνης repletis, cum et ipse vicissim admiratus esset
πνευματικῆς, πάνυ δὲ καὶ αὐτὸς ἀγασθεὶς ἐπὶ τῇ egregiam illorum disciplinam et bene ordinatam
εὐταξίᾳ καὶ πεπαιδευμένῃ καταστάσει αὐτῶν, καὶ vivendi normam, collaudasseque instituta eorum
θαυμάσας τὰ αὐτῶν ὑπὲρ τὰ ἡμῶν, προεπέμπετο plusquam nostra, deducebatur rursus ab abbate
πάλιν ὑπό τε τοῦ ἀββᾶ καὶ τῶν ἐν ἐξοχῇ ἀδελφῶν præcipuisque fratribus ad monasterium, in quo
εἰς τὸ μοναστήριον, ὅπου ἔδει σὺν τοῖς τέκνοις αὐτοῦ cum suis filiis ipse commoraturus erat. Sancti
καθεσθῆναι. Ὁ Ἀρχιστράτηγος δὲ τοῦτο ἦν τὸ καλού- Michaelis (62) id erat, nomine Vallelucium. Tum
μενον Βαλλελούκιον. Παρεκάλεσαν δὲ αὐτὸν ὅ τε ἡγού- præpositus et fratres rogarunt, ut una cum suis
μενος καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ σὺν πάσῃ τῇ ὑπ' αὐτὸν ἀδελφό- fratribus universis ascenderet in maximum mona-
τητι ἐλθεῖν ἐν τῷ μείζονι μοναστηρίῳ, καὶ τῇ Ἑλλάδι sterium et Græco sermone officium caneret in
φωνῇ ἐν τῇ αὐτῶν ἐκκλησίᾳ τ' ν κανόνα πληρῶσαι, ἵνα ecclesia eorum, ut fiat, inquit, Deus omnia in
γένηται, φησὶν ὁ Θεὸς, τὰ πάντα ἐν πᾶσιν· ὅπερ καὶ ὁ omnibus [62]. De quo etiam Propheta vaticinatus
προφήτης προαναφωνῶν ἔλεγεν· Ὅτι λέων καὶ βοῦς C erat, « Leo et bos simul pascentur et catuli eorum
ἅμα βοσκηθήσονται καὶ ἅμα τὰ παιδία αὐτῶν ἔσονται. » simul erunt [63]. »

οδ'. Ὁ δὲ θεσπέσιος Νεῖλος τὰ μὲν πρῶτα οὐκ 74. At venerabilis Nilus primo quidem abnuere
ἐπένευσεν ἀπὸ ταπεινοφροσύνης λέγων· « Πῶς ᾄσομεν præ humilitate, dicens : « Quomodo cantabimus
τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας, » οἱ σήμερον canticum Domini in terra aliena [64], » qui nunc hu-
ταπεινοὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν miles sumus in universa terra propter peccata
ὑπάρχοντες ; Ὅμως διὰ τὸ συμπαρακληθῆναι ἐν τῇ nostra ? Ut simul tamen consolatio susciperetur per
ἀλλήλων πίστει, καὶ τὸ μέγα ὄνομα τοῦ Χριστοῦ eam, quæ communis est, fidem et magnum Christi
δοξασθῆναι, κατεδέξατο αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι. Καὶ nomen glorificaretur, tandem assensus est, et
τυπώσας ἀπὸ καρπῶν χειλέων αὐτοῦ ὑμνῳδίαν πρὸς compositis hymnis de fructu labiorum suorum in
τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν Βενέδικτον, περιέχουσαν sanctum Patrem nostrum Benedictum, quibus
πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ αὐτοῦ τεράστια γεγραμμένα· cuncta vitæ ejus admiranda opera comprehende-
παραλαβών τε πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, ὑπὲρ τοὺς bantur (63), et convocatis universis fratribus,
ἑξήκοντα ὄντας, ἀνῆλθεν ἐν τῷ μοναστηρίῳ Κασσί- (erant autem supra sexaginta), in monasterium
νου, καὶ τὴν ἀγρυπνίαν ἐτέλεσε παναρμονίως. Εἶχε Cassini ascendit et pernoctavit egregie modulando.
γὰρ ἀδελφοὺς μεθ' ἑαυτοῦ συνετοὺς, καὶ ἱκανοὺς ἔν τε D habebat enim apud se fratres acris ingenii, apte
ἀναγνώσει καὶ ψαλμῳδίᾳ, οὓς αὐτὸς κατ' ἀμφότερα legentes et canentes, quos ad utrumque ipse satis
ἐξεπαίδευσεν. Μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ κανόνος instruxerat. Peracto officio, convenerunt ad ipsum
συνῆλθον πρὸς αὐτὸν ἅπαντες οἱ μοναχοὶ μετὰ παρα- omnes monachi, abbate suo permittente, nam ad
θέσεως τοῦ ἀββᾶ αὐτῶν· καὶ γὰρ μέχρι τούτου τὴν εὐ- hoc usque disciplinam servant : et admirantes
ταξίαν φυλάττουσι· καὶ θαυμάζοντες ἐπὶ τῇ αἴγλῃ fulgorem spiritus de vultu ejus emicantem, cupie-

[62] I Cor. xv, 28. [63] Isa. lxv, 25. [64] Psal. xxxvi, 24.

Joannis Clei notæ.

(62) Ἀρχιστράτηγος vertit Caryophilus S. Michaelis, et recte, ut liquet apud Cangium in Glossario Græco-barbaro, ubi exempla profert probatque, voce illa sanctum archangelum illum sæpius designari : tacite præteriit Sirletus. Monasterium porro illud modo Vallem-Lucii, modo Vallilucium appellat Mabillonius.

(63) Hymnum illum seu canonem cum Latina interpretatione ad calcem Vitæ B. Bartholomæi excudit Sciommarius, apud quem illum, si lubet, vide. Unicus superest ex pluribus, quos Sanctus composuit, estque compendium Vitæ S. Benedicti a Gregorio scriptæ.

Digitized by Google

bant verba quoque audire de ore ejus. Exinde illi quæsita hujusmodi continuata serie proponebant. Dicito nobis, Pater sancte, quod est opus monachi et quomodo misericordiam consequemur? Aperiens autem beatus Pater os suum, Latine dixit : Monachus est angelus, opus autem ejus est misericordia, pax, sacrificium laudis. Nam quemadmodum sancti angeli Deo quidem perpetuum offerunt sacrificium laudis, inter se vero mutua charitatis pace conjuncti sunt et miserantur homines, opemque illis ferunt quasi minoribus fratribus, ita et verus monachus debet in minores et advenas fratres esse misericors, amare æquales in pace, proficientibus non invidere, fidemque minime fictam et spem habere in Deum et in spiritalem Patrem. Hæc tria qui possidet, vitam agit in terris angelicam : contraria qui habet, hoc est incredulitatem, odium et inhumanitatem, omnium malorum fit habitaculum et plane in dæmonem transit.

75. Nam ubi quis monachi habitum induerit, non amplius in eo est, ut sit homo, sed duorum alterum, aut angelus, aut dæmon videbitur. De vobis autem, fratres, confido meliora et viciniora saluti. Hæc et alia, quæ scriptis mandare nimium esset, cum vir sanctus disseruisset, compuncti sunt corde. Respondens autem quidam ex iis : Cur, inquit, dictum a Davide est : Cum sancto sanctus eris, et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris [66] ? » Et magnus Pater : Hoc dixit Propheta cum Deo loquens, non cum homine : nam quod sequitur, Deo convenit, non homini : « Quoniam tu populum humilem salvum facies et oculos superborum humiliabis [67].» Audiverat enim David dicentem Deum : « Vivo ego Dominus, si recte mecum ambulaveris, et ego recte ambulabo tecum [68]. » Et rursus scriptum est ad obliquos (perinde enim est ac dicere perversos) : « Obliquas vias mittet Dominus, et non homo. » Cæterum hominibus præceptum est, ut inimicos diligant ; benefaciant iis qui oderunt eos, et malum pro malo non reddant. Deinde interrogavit alius : Quid sibi velint illa Habacuc prophetæ verba : «Requiescam in die tribulationis meæ, ut ascendam ad populum peregrinationis meæ [69]. » Respondit vir sanctus : Cum Apostolus dicat, « Hæc autem omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correptionem nostram [70] : » ergo totam Scripturam in me ipsum interpretor. Audiens quippe Adam et Cain et Lamech, et omnes, qui peccando Deum offenderunt, existimo illum me esse, et non alium. Hoc igitur prophetæ dictum viro cordato congruit, sedenti in his inferioribus, in sæculi fæce, secumque cogitanti, ac dicenti : « Quousque Deum oro, nec intelligo, quæ loquor ? » Tumque infert : « Observavi et conturbatum est cor meum [71], » hoc est,

A τοῦ πνεύματος ἐκπεμπομένῃ ἀπὸ τῆς ἰδέας αὐτοῦ, ἐγλίχοντο καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐνωτίζεσθαι. Διὸ καὶ προβλήματα συνεχῆ προσῆγον αὐτῷ λέγοντες. Εἰπὲ ἡμῖν, ἄγιε Πάτερ, τί ἐστι τὸ ἔργον τοῦ μοναχοῦ, καὶ πῶς εὕρωμεν ἔλεος; Ὁ δὲ μακάριος ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ τῇ ῥωμαϊκῇ γλώσσῃ ἔφη· Μοναχός ἐστιν ἄγγελος· τὸ δὲ ἔργον αὐτοῦ ἐστιν ἔλεος, εἰρήνη, θυσία αἰνέσεως. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἅγιοι ἄγγελοι τῷ μὲν Θεῷ ἀδιαλείπτως θυσίαν αἰνέσεως προσφέρουσιν, ἐν ἀλλήλοις δὲ εἰρήνην ἀγαπητικῶς κέκτηνται, ἐλεοῦσι δὲ καὶ ἀντιλαμβάνονται τῶν ἀνθρώπων ὡς μικροτέρων ἀδελφῶν, οὕτω δεῖ καὶ τὸν ἀληθῆ μοναχὸν ἔλεος μὲν ἐπιδείκνυσθαι πρὸς τοὺς ἐλαχιστοτέρους καὶ ξένους τῶν ἀδελφῶν, ἀγαπᾷν δὲ ἐν εἰρήνῃ τοὺς ἰσοτίμους, τοῖς δὲ προκόπτουσι μὴ φθονεῖν· πίστιν δὲ ἄδολον καὶ ἐλπίδα ἔχειν πρός τε τὸν Θεὸν, καὶ τὸν ἐν πνεύματι Πατέρα. Ὁ κεκτημένος τὰ τρία ταῦτα ἀγγελικὸν βίον ἐπὶ γῆς διάγει· ὁ δὲ τἀναντία, τουτέστιν ἀπιστίαν, καὶ μῖσος, καὶ ἀσπλαγχνίαν, παντὸς κακοῦ καταγώγιον γίνεται, καὶ δαίμων προφανῶς ἀναδείκνυται.

οε'. Ἀφ' οὗ γάρ τις μονάσῃ, οὐκέτι διαμένει τοῦ εἶναι ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐκ τῶν δύο ἕν, ἢ ἄγγελος, ἢ δαίμων φανήσεται. Πέπεισμαι δὲ περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ, τὰ κρείττονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας. Ταῦτα καὶ ἕτερα ὑπὲρ συγγραφὴν διαγορεύσαντος τοῦ ἁγίου, κατενύγησαν ταῖς καρδίαις αὐτῶν· καὶ ἀποκριθείς τις ἐξ αὐτῶν εἶπε· Διατί λέγει ὁ Δαβίδ· Μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις; Λέγει αὐτῷ ὁ μέγας· Τοῦτο πρὸς τὸν Θεὸν ἐλάλησεν ὁ προφήτης, οὐ πρὸς ἄνθρωπον, καὶ γὰρ Θεῷ πρέπει τὸ ἀκόλουθον, οὐκ ἀνθρώπῳ, τό· « Ὅτι σὺ λαὸν ταπεινὸν σώσεις, καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπηρηφάνων ταπεινώσεις.» Ἤκουσε γὰρ ὁ Δαβὶδ τοῦ Θεοῦ λέγοντος, ὅτι, «Ζῶ ἐγὼ Κύριος, ἐὰν ὀρθῶς πορεύσῃ μετ' ἐμοῦ, ὀρθῶς πορεύσομαι κἀγὼ μετὰ σοῦ.» Καὶ πάλιν γέγραπται πρὸς τοὺς σκολιοὺς, ταὐτὸν δέ ἐστι καὶ ὁ στρεβλός·» Σκολιὰς ὁδοὺς ἀποστελεῖ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος.» Ἀνθρώποις δὲ νενομοθέτηται τὸ ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθροὺς, τὸ καλῶς ποιεῖν τοῖς μισοῦσι, καὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινι μὴ ἀποδοῦναι. Πάλιν ἠρώτησεν ἕτερος· Τί ἐστιν ὃ λέγει Ἀββακοὺμ ὁ προφήτης· « Ἀναπαύσομαι ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου, τοῦ ἀναβῆναί με εἰς λαὸν παροικίας μου;» Ὁ δὲ ὅσιος ἀπεκρίθη· Τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι « Ταῦτα πάντα τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ πρὸς τὴν ἡμῶν νουθεσίαν·» ἐγὼ πᾶσαν τὴν Γραφὴν εἰς ἐμαυτὸν ἑρμηνεύω. Τὸν γὰρ Ἀδὰμ ἀκούων, καὶ τὸν Κάϊν, καὶ τὸν Λάμεχ, καὶ πάντας τοὺς τῷ Θεῷ ἐπταικότας, ἐνθυμοῦμαι, ὅτι κἀγώ εἰμι ὁ τοιοῦτος, καὶ οὐχὶ ἄλλος. Τοῦτο τοίνυν τὸ ῥητὸν τοῦ προφήτου ἀνθρώπῳ πρέπει συνετῷ, καθημένῳ κάτω εἰς τὴν ὕλην τοῦ κόσμου, λογιζομένῳ τε καθ' ἑαυτὸν καὶ λέγοντι· « Ἕως πότε προσεύχομαι, καὶ ἃ λέγω οὐ νοῶ;» Τότε ἐπάγει λέγων· « Ἐφυλαξάμην,» τουτέστιν ἐσκόπησα, καὶ ἐσκεψάμην τὴν προσευχὴν τῶν χειλέων μου· εὔχομαι δὲ, ὅτι Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς

[66] Psal. xvii, 27. [67] ibid. 28. [68] Levit. xxvi, 3, 12. [69] Habac. iii, 16. [70] I Cor. x, 11. [71] Habac. iii, 16.

Digitized by Google

ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά, » πείσομαι τόδε καὶ τόδε. Καί· Κρίνόν με, Κύριε, κατὰ δικαιοσύνην μου, καὶ κατὰ τὴν ἀκακίαν μου, ὁ Θεός. » Καὶ ὅτι Ἐμφανῶς ὁ Θεὸς ἥξει· » καί· « Οὐ παρασιωπήσεται· πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. »

ος'. Ταῦτα καὶ τὰ ὅμοια τούτοις ἐννοήσας ἐξερχόμενά μου τῶν χειλέων, κατανοήσας δὲ ἐμαυτὸν τὰ ἐναντία πράττοντα τούτων, ἐφοβήθη μου ἡ καρδία, καὶ ἐτρόμαξαν τὰ ὀστᾶ μου, ἡ δὲ ἰσχὺς τῶν γονάτων μοῦ ὑποκάτω μου ἐταράχθη, ὥστε στῆναι μὴ δύνασθαι. Ἐν ταύτῃ τοίνυν τῇ τῆς θλίψεώς μου ἡμέρᾳ οὐκ ἄλλως ἔγνων ἀναπαῆναι καὶ ἀπαλλαγῆναι τοῦ τρόμου τε καὶ τοῦ φόβου, εἰ μὴ ἐν τῷ ἀναβῆναί με ἔνθα ὁ λαὸς τῆς ξενιτείας μου· ὅπου εἰσὶ πάντες ξένοι καὶ παρεπίδημοι, καὶ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ἔχοντες· οἱ μηδὲν ἔχοντες ἴδιον, καὶ πάντα κατέχοντες· διότι ἡ συκῆ μου, καὶ ἡ ἐλαία μου, καὶ ἡ ἄμπελος, καὶ τὰ κτήνη μου οὐδέν με ὠφελήσουσιν ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, οὐδὲ μετὰ θάνατόν μοι καρποφορήσουσι. Εἰ δὲ ποιήσω ὃ ἐβουλευσάμην, ἀγαλλιάσομαι τότε ἐν τῷ Κυρίῳ, χαρήσομαι ἐπὶ τῷ Θεῷ Σωτῆρί μου. Τούτου δὲ οὕτως ἑρμηνευθέντος κατὰ τὴν τοῦ ἡθικοῦ τροπολογίαν, λέγει πρὸς τὸν ὅσιον ἄλλος· Ἰδοὺ, τίμιε Πάτερ, ἀποστέλλομαι παρὰ τοῦ ἀββᾶ εἰς διακονίαν, ἐξ ἧς οὐ μικρὰν βλάβην ὑπομένω· ὁ δὲ κανὼν παραγγέλλει ὑπακοὴν ἀδιάκριτον ἔχειν. Τί οὖν προτιμῆσαι τῶν ἀμφοτέρων οὐκ οἶδα. Ὁ δὲ Πατὴρ ἔφη· Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε, αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες, φησὶν ὁ Ἀποστόλος. Τοίνυν ἡμεῖς πάντα τὰ τῆς καρδίας ὑμῶν τῷ ἀββᾷ ἐξομολογησάμενοι, τῷ κρίματι αὐτοῦ τὸ πᾶν καταλείψομεν. Πάλιν οὖν ἕτερος εἶπεν· Ἐὰν ἅπαξ τοῦ ἔτους συγκαταβῶ τῷ σώματί μου καὶ κρεωφαγήσω, μή τί ποτε ἐστίν; Ὁ ὅσιος ἀπεκρίθη· Καὶ εἰ πάντα τὸν χρόνον ὑγιαίνων, ἐν μιᾷ ὥρᾳ κρημνισθεὶς κατεάξῃς τὸ σκέλος, τί κακόν ἐστιν; Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων ἀπὸ Γραφῶν προβαλόντες, ἠρώτησαν καὶ περὶ τῆς τοῦ Σαββάτου νηστείας. Ὁ δὲ σύντομον ἀπόκρισιν δεδωκὼς αὐτοῖς, ἀπαλλάγη εἰπών· « Ὁ ἐσθίων τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω, καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω, ὁ Θεὸς γὰρ ἀμφοτέρους προσελάβετο. » Σὺ δὲ διατί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; Εἴτε οὖν ἐσθίομεν ἡμεῖς, εἴτε ὑμεῖς νηστεύετε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιοῦμεν.

οζ'. Εἰ δέ τι ἐπιλαμβάνεσθε ἡμῶν, διότι τὸ Σάββατον οὐ νηστεύομεν, βλέπετε μή πως εὑρεθῆτε τοῖς

considéravi et meditatus sum orationem labiorum meorum. Oro autem hoc pacto : « Si reddidi retribuentibus mihi mala [72], » hæc et hæc patiar · et : « Judica me, Domine, secundum justitiam meam et secundum innocentiam meam, Deus [73] : » et : « Deus manifeste veniet et non silebit ; ignis in conspectu ejus exardescet et inflammabit in circuitu inimicos ejus [74]. »

76. Hæc et similia dum proferri per os meum considero, et a me fieri contraria video, timuit cor meum et contremuerunt ossa mea et robur genuum meorum subter conturbatum est, ita ut stare non queam. In hac igitur afflictionis meæ die video, non alia ratione me posse quiescere, tremoreque ac timore liberari, nisi ascendendo illuc, ubi est populus peregrinationis meæ, ubi sunt omnes advenæ et peregrini, quorum conversatio in cœlis est, qui proprii nihil habent et omnia possident. Nam ficus mea et olea mea, et vinea et jumenta mea nihil mihi proderunt in die afflictionis, neque post mortem mihi fructum afferent. Porro si faciam, quod cogitavi, tunc in Domino gaudebo et exsultabo in Deo salutari meo. Hac morali et tropologica explanatione data (64), sanctum virum interrogavit alius : Si me mittat, venerande Pater, abbas ad ministerium, ex quo non mediocri læsione afficior, jubente regula, parendum esse nihil dijudicando, nescio, utrum mihi præferendum sit. Respondit Pater : « Obedite, inquit Apostolus, præpositis vestris, et subjacete eis, ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri [75]. » Vos igitur, ubi vestro abbati aperueritis omnia cordis vestri arcana, judicio ejus totum permittatis. Post hæc alius dixit : Si semel per totum anni curriculum indulsero corpori meo, et carnem comedero, quid tandem hoc erit ? Et sanctus Pater : Et si per totum tempus bona utens valetudine, una hora præceps cadas et crus frangas, quid mali erit ? Hæc et plura de Scripturis cum quæsivissent, interrogarunt etiam de jejunio Sabbati (65). Ille vero brevi responsione contentus, hoc modo se expedivit. « Qui manducat, non manducantem non spernat ; et qui non manducat, manducantem non judicet ; Deus enim utrosque assumpsit [76]. » Tu autem quare judicas fratrem tuum ? Sive igitur comedimus nos, sive jejunatis vos, omnia in Dei gloriam agimus.

77. Quod si adhuc reprehenditis, quod Sabbato non jejunamus, cavete, ne sanctis Patribus adver-

[72] Psal. VII, 5. [73] Ibid. 9. [74] Psal. XLIX, 3. [75] Hebr. XIII, 17. [76] Rom. XIV, 3.

Joannis Clei notæ.

(64) **Tropologica illa interpretatio est sane paulo longius accersita.**

(65) **Antiqua admodum est in Ecclesia de jejunio Sabbati inter Orientales et Occidentales controversia contrariaque in diversis ecclesiis observantia, ut ex SS. Ambrosii et Augustini variis locis liquet. Vigebat in Ecclesia Romana consuetudo die illo jejunandi jam a S. Ambrosii tempore, quo non erat observata in Mediolanensi, ut testatur S. Augustinus epist. 118 ad Januarium. Videre ad hæc possunt, quibus opus est, quæ disputat Quesnellus Dissertatione VI ad Opera S. Leonis Magni.**

Digitized by Google

sari videamini Ecclesiæ columnis Athanasio, A Basilio, Gregorio et Joanni Chrysostomo, aliisque innumeris et sacris conciliis, a quibus, quod non observatum, nec etiam lege cautum est. Quin etiam Ambrosio doctori vestro, de quo legitur in ejus Vita, tota hebdomada jejunare solitum excepisse Sabbatum ac diem Dominicum. Ego vero nec ipsum sanctum Silvestrum arbitror jejunium hoc sanxisse præter consuetudinem sanctorum Patrum, nec enim potestis de hoc proferre rationem, aut canonem, nisi tantum ejus Vitæ scriptorem, cui facile nemo crediderit, quia nihil affert, unde demonstret (66). At nos omissa verbositate, jejunare enim malum non est, dicamus illud apostolicum: « Quod esca nos Deo non commendat [77], » et quæ sequuntur. Utinam vero miseri quoque B Judæi crucifixum Dominum adorarent et vel ipsis diebus Dominicis jejunarent, nihil mihi curæ de hoc esset. Dixerunt illi: Et die Dominico jejunare non est peccatum? Respondit: Et si peccatum est, quomodo sanctus Benedictus diebus quoque Dominicis et festis jejunans, ignorabat etiam, quo die Pascha esset? Unde pro certo habendum, omne, quod fit propter Deum, bonum esse et non improbandum, nec ipsam occisionem hominis (67), ut Phinees et Samuel ostenderunt.

78. Et nos igitur bene facimus Sabbato non jejunantes in detestationem abominabilium Manichæorum eo die lugentium et calumniantium vetus Testamentum, quasi a Deo non datum; non tamen abstinemus ab operibus, ne fiamus similes Dei interfectoribus impiis Judæis. Et vos necessario jejunatis, præpurgantes vos ad sanctum Resurrectionis diem. Illis et pluribus aliis monachi utilitatem et voluptatem capientes, omnes stupebant et mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ejus, ac dicebant: Nunquam vidimus hominem Scripturas perinde explicantem. Et profecto verum opinabantur et rectissime loquebantur. Cum enim haberet ille mentem devictis cunctis affectibus purgatissimam et cœlesti lumine illustratam, sermonem quoque fundebat lepidum semper et sale conditum, qui segnioribus et infirmis calcar esset et auxilium; audacibus vero et temere prosilientibus frenum et retinaculum, iis vero, qui extrema utraque declinarent, apteque et juste incederent, libra perfecta et accommodata vivendi regula. Omnes, qui ad ipsum pergebant, longe prospiciens, intelligebat, prædicebatque causam adventus eorum, rerumque exitus ratam ostendebat prædictionem.

[77] 1 Cor. VIII, 8.

ἁγίοις Πατράσιν ἐναντιούμενοι, τοῖς στύλοις τῆς Ἐκκλησίας, Ἀθανασίῳ, Βασιλείῳ, καὶ Γρηγορίῳ, καὶ Ἰωάννῃ τῷ Χρυσοστόμῳ, καὶ ἄλλοις μυρίοις, καὶ ταῖς ἁγίαις συνόδοις, οἵτινες ὁ οὐκ ἐποίησαν, οὐδὲ ἐνομοθέτησαν· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ Ἀμβροσίῳ τῷ ὑμῶν διδασκάλῳ, περὶ οὗ γέγραπται ἐν τῷ αὐτοῦ Βίῳ, ὅτι πᾶσαν τὴν ἑβδομάδα ἐνήστευεν ἐκτὸς Σαββάτου καὶ Κυριακῆς. Ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸν τὸν ἅγιον Σίλβεστρον εἶναι ἐναντιούμενον τοῖς ἁγίοις Πατράσι ταύτην τὴν νηστείαν νομοθετῆσαι· οὐδὲ γὰρ δύνασθε ἀποδεῖξαι λόγον ἢ κανόνα περὶ τούτου, εἰ μὴ μόνον τὸν συγγραψάμενον τὸν ἐκείνου Βίον, ᾧ οὐδεὶς εὐχερῶς πιστεύει διὰ τὸ ἀναπόδεικτον. Ὅμως ἡμεῖς ἐάσαντες τὰς λογολεσχίας· οὐδὲν γὰρ κακὸν ἡ νηστεία· εἴπωμεν τὸ τοῦ Ἀποστόλου· « Ὅτι βρῶμα ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ Θεῷ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Εἴθε δὲ καὶ οἱ ταπεινοὶ Ἰουδαῖοι προσεκύνουν τὸν ἐσταυρωμένον Δεσπότην· καὶ εἰ ἐνήστευον καὶ αὐτὰς τὰς Κυριακάς, οὐδέν μοι ἔμελεν περὶ τούτου. Λέγουσιν αὐτῷ ἐκεῖνοι· Καὶ οὐκ ἔστιν ἁμαρτία τὸ τὴν ἁγίαν Κυριακὴν νηστεῦσαι; Ἀπεκρίθη· Καὶ εἰ ἁμαρτία ἐστὶ, πῶς ὁ ἅγιος Βενέδικτος τὰς Κυριακὰς καὶ τὰς ἑορτὰς νηστεύων οὐδ' αὐτὸ τὸ Πάσχα ἠπίστατο πότε ἐστίν; Ὅθεν γνωστέον, ὅτι πᾶν πρᾶγμα διὰ Θεὸν γινόμενον, καλὸν καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, οὐδ' αὐτὸ τὸ φονεῦσαι, ὡς ὁ Φινεὲς καὶ ὁ Σαμουὴλ ἔδειξαν.

οη'. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν καλῶς ποιοῦμεν τὸ Σάββατον μὴ νηστεύοντες, ἐναντιούμενοι τοῖς βδελυκτοῖς C Μανιχαίοις, πενθοῦσιν ἐν τούτῳ, καὶ διαβάλλουσι τὴν παλαιὰν Διαθήκην, ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ μὴ δοθεῖσαν· οὐ σχολάζομεν δὲ πάλιν ἀπὸ τῶν ἔργων, ἵνα μὴ ἐξομοιωθῶμεν τοῖς θεοκτόνοις καὶ ἀσεβέσιν Ἰουδαίοις· καὶ ὑμεῖς ἀναγκαίως νηστεύετε, προκαθαίροντες ἑαυτοὺς τῇ ἀναστασίμῳ καὶ ἁγίᾳ ἡμέρᾳ. Ἐν τούτοις καὶ πλείοσιν ἄλλοις οἱ μοναχοὶ ὠφεληθέντες καὶ ἡδυνθέντες, ἐξίσταντο πάντες καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἔλεγον· ὅτι Οὐδέποτε εἴδομεν ἄνθρωπον τὰς Γραφὰς ἑρμηνεύοντα ὡς τοῦτον τὸν ὅσιον. Καίγε ἀληθῶς ὑπελάμβανον, καὶ ὀρθότατα ἔλεγον. Πάντων γὰρ τῶν παθῶν τὸν νοῦν καθαρώτατον κεκτημένος, καὶ τῷ οὐρανίῳ φωτὶ λελαμπρυσμένον, ὁ λόγος αὐτοῦ ἦν πάντοτε ἐν χάριτι ἅλατι ἠρτυμένος· τοῖς μὲν ῥᾳθύμοις καὶ ἀσθενέσι κέντρον καὶ βοηθὸς χρηματίζων, τοῖς δὲ θρασέσι καὶ ὑπεραλλομένοις χαλινὸς καὶ φορβέα· τοῖς δ' ἀμφοτέρωθεν ἀποκλινομένοις, εὐρύθμως τε βαδίζουσι καὶ δικαίως, ζυγὸς ἀγαθὸς, καὶ εὔχρηστος ὁδηγία. Ἅπαντας τοὺς πρὸς αὐτὸν ἐρχομένους βλέπων μακρόθεν, ἐνενεύει καὶ προὔλεγε τὴν αἰτίαν τῆς τούτων ἀφίξεως· καὶ ἡ ἔκβασις τῶν πραγμάτων ἐβεβαίου τὴν πρόρρησιν.

Joannis Clei notæ.

(66) Antiquitas hujus consuetudinis ab apostolica traditione jam olim repetita fuit, ut testantur S. Augustinus et Joannes Cassianus apud Quesnellum laudati, ubi etiam discussa habes, quæ de institutione per S. Silvestrum a Petro Damiano aliisque tradita fuere.

(67) Quando scilicet manifesta et indubitata sunt, Dei, supremi vitæ Domini, jubentis mandata.

Digitized by Google

CAPUT XII.

Abaræ Pandulphi ducis Capuani viduæ, impositam pro machinato homicidio pœnam implere recusanti, filii mortem ducatusque amissionem vaticinatur : nepotem suum, qui erga rem sacram irreverentem se præbuerat, videre usque ad mortem renuit ; malum bono remunerat · dissolutæ vitæ monachis imminentes pœnas minatur.

οθ'. Οἶδα καὶ πέπεισμαι τοῦτο, ὅτι εἴγε συνήρχοντο πάντες οἱ ζῶντες ὑπὸ τὸν ἥλιον, αἰτούμενοι παρ' αὐτοῦ συμβουλίαν τὴν πρόσφορον, οὐκ ἂν τοῦ συμφέροντος ἡμοίρησαν· ἦν γὰρ ἡ βουλὴ αὐτοῦ ὡς βουλὴ Θεοῦ, μεστὴ πάσης συνέσεως καὶ ὠφελείας· φυλαττομένη μὲν, εἰς τέλος εὐκλεὲς καταντῶσα· παραλογιζομένη δὲ, κίνδυνον ψυχῆς καὶ ζημίαν σωματικὴν προξενοῦσα. Καὶ εἶχον πάμπολλα κεφάλαια περὶ τούτου συντάξαι, εἴγε μὴ εἰς ἄπειρον τέλος ἐπεκτείνετο ὁ λόγος, καὶ φορτικὸς ἐγεγόνει. Ἐν δὲ τῶν πολλῶν ὑπάρχει καὶ τοῦτο, Τοῦ προῤῥηθέντος τελευτήσαντος Πανδόλφου, ὃς ἦν ἄρχων Καπούης, ἡ τούτου γαμετὴ, καλουμένη Ἀβάρα, οὐκ ἔλαττον ἢ μετὰ τοῦ ἀνδρὸς πάσης τῆς χώρας ἐκείνης ἦρξε καὶ κατεκράτησεν. Αὕτη ζηλοτυπίᾳ τῆς ἀρχῆς, μᾶλλον δὲ φθόνῳ σατανικῷ κρατουμένη, ὑποβάλλει τοὺς καταλειφθέντας αὐτῇ δύο υἱοὺς δόλῳ φονεῦσαι, ἵνα τῶν κομήτων ἀνεψιὸν αὐτῆς ὄντα, ὡς παρευδοκιμοῦντα τῷ κράτει, καὶ παρὰ πάντων τιμώμενον· ὃ καὶ πεποιήκασιν. Ἡ γὰρ τούτων ὁμαίμων μεταπεσαμένη ἐκεῖνον εἰς συντυχίαν, καὶ εἰσελθόντος πρὸς αὐτὴν ἀπονήρως, πρόφασιν εὔλογον οἱ ταύτης ἀδελφοὶ εὑρηκότες ἐπέθησαν αὐτῷ, καὶ μαχαίρᾳ κατέσφαξαν. Τούτων ἡ μήτηρ μετάνοιαν ἐπίπλαστον, οὐκ ἀληθῆ προσποιουμένη μεταστέλλεται δεητικῶς τὸν μακάριον Πατέρα πρὸς αὐτὴν, ὡς παρ' αὐτοῦ δεξομένη τὸ ἀντίρροπον τοῦ πταίσματος ἐπιτίμιον, εἴξαντος δὲ τοῦ ὁσίου τῇ παρακλήσει, καὶ τὸ ἄστυ καταλαβόντος, ἔτρεχον ἅπαντες κατὰ τὰς λεωφόρους τοῦ θεάσασθαι τὸν τίμιον αὐτοῦ χαρακτῆρα, καὶ μετασχεῖν τῆς αὐτοῦ εὐλογίας. Ἐν οἷς μία διάκονος, ἡγουμένη μοναστηρίου σὺν τῷ ἑαυτῆς πρεσβυτέρῳ νέῳ ὄντι καὶ σφριγῶντι τῇ ἡλικίᾳ· συναγαγοῦσα δὲ καὶ τὰς ὑπ' αὐτὴν παρθένους ἐξῆλθεν εἰς ἀπάντησιν τοῦ ὁσίου. Ὁ δὲ μακάριος προσφατικῷ ὄμματι θεασάμενος τὰ κατ' αὐτὰς, οὐκ ἠδέσθη τὴν ἀπάντησιν αὐτῶν, ἀλλ' ὑπήντησεν αὐταῖς ὡς φλογίνη ῥομφαία, αὐστηρᾷ τῇ φωνῇ καὶ δριμεῖ τῷ βλέμματι λέγων πρὸς αὐτάς· Τί ὑμῖν καὶ τῷ νέῳ τούτῳ, ὑμεῖς αἱ δοκοῦσαι εἶναι παρθένοι τοῦ συνδιάζειν μετ' αὐτοῦ; οὐ γινώσκετε ὅτι ἀνὴρ

79. Scio plane et exploratum habeo, si omnes, quot sub sole sunt homines, convenissent ad petendum ab ipso opportunum consilium, futurum fuisse, ut illorum utilitati prospectum esset. Erat quippe consilium ejus quasi Dei consilium, omnis prudentiæ et utilitatis plenum : quod plane acceptum perducebat ad finem prosperum, minus vero executioni mandatum animæ, periculum et corpori damnum creabat. Hujus rei exempla possem afferre plurima, nisi immensum hoc esset et longus sermo fastidium pareret. Unum e multis hoc erit. Pandulpho Capuæ principe, de quo supra diximus, vita functo, uxor ejus, nomine Abara, non minus quam vir ipse, totius regionis illius potiebatur. Hæc zelotypia principatus, vel potius livore satanico ducta subjicit duobus, qui sibi remanserant, filiis (68), ut unum e comitibus agnatum ipsius per dolum occiderent, quasi populo magis acceptum ad principatum et apud omnes honoratum, quod et fecerunt. Nam vocatus ille a sorore eorum ad colloquium, profectus est non malo animo. At fratres ejus prætextum nacti congruentem, adorti sunt illum et gladio trucidarunt. Horum mater pœnitentem simulans, beatum Patrem ad se supplex accersit, quasi ab eo susceptura pœnæ irrogationem, quæ admissum crimen compensaret. Cum vir sanctus precibus annuisset et oppidum ingressus esset, currebant omnes per vias, ut venerandum ejus vultum inspicerent et fierent benedictionis ejus participes. Inter illos fuit diaconissa quædam monasterio præposita, cum suo presbytero juvene et robore floridæ ætatis vigente, quæ virgines sibi subditas convocaverat, et egressa erat obviam viro sancto. At beatus vir prophetico intuitus oculo statum illarum, non est veritus, quod obviam illi prodiissent, sed occurrit illis tanquam ignea rhomphæa, voce aspera et oris atrocitate dicens : Quid vobis et juveni huic, ut vos, quæ virgines esse videmini, versemini cum isto ? At nescitis, hunc esse virum et nescit ipse, vos esse mulieres ? Si Deum non timetis, saltem homines non re-

Joannis Clei notæ.

(68) Pandulphus, Beneventi et Capuæ princeps celeberrimus, cui agnomen fuit Caputferreus, obiit Capuæ anno 981. Uxorem habuit Aloaram seu Aloariam, hic Abaram, apud Sirletum vero Avaram appellatam, Petri comitis filiam, quæ obiit anno 992. Filios plures ex illa susceperat Pandulfus : Landulfum scilicet, Pandulfum, Atenulfum, Landenulfum, Gisulfum et Laidulfum. Ex his post annum 991, quo Gisulfus obiit, duo tantum supererant, Landenulfus et Laidulfus, de quibus hic. Etenim Landulfus IV primogenitus cum fratre Atenulfo sex mensibus post mortem patris in prælio contra Saracenos interiit, nec multo pluribus illi supervixit secundo loco genitus Pandulfus, qui a principe Gisulpho I adoptatus, principatum Salernitanum obtinuerat. Successit cum matre Aloara Ottonis II placito Landenulphus, et mensibus sex usque ad 12 Kalendas Maii anni 993, quo occisus est, matri supervixit. Tandem postremo natus Laidulphus fratrum principatum occupavit usque ad annum 999, quo ab Ottone III in exsilium relegatus est, in eoque semen Aloaræ, suffecto Ademaro, principatum Capuanum amisit. Vide, si plura de hisce desideras, Muratorium, tom. II *Scriptorum rerum Italicarum*, pag. 303 et seqq.

Digitized by Google

veremini ? Vere in vobis non video justitiæ fructum

ιγ'. Εἰ δὲ καὶ ὅλως εἰσὶ μοναχοὶ οἱ μετ' ἐμοῦ ἀδελφοὶ, καὶ φυλάξουσι κατὰ δύναμιν τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ, αὐτὸς ὁ οἰκονομήσας αὐτοὺς ἕως τοῦ νῦν μετ' ἐμοῦ, πολλῷ μᾶλλον φροντίσει αὐτῶν καὶ ἄνευ ἐμοῦ· ὃς οὐκ ἐν τῇ δυναστείᾳ τοῦ δυνατοῦ, οὐδὲ ἐν ταῖς κνήμαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκεῖ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Τούτων καὶ ἑτέρων πολλῶν λαληθέντων ἀνέστη ὁ βασιλεὺς ἀναχωρῆσαι. Καὶ πάλιν ἐπιστραφεὶς πρὸς τὸν γέροντα εἶπεν· Αἴτησόν με ὡς τέκνον σου, εἴ τι ἂν βούλῃ, καὶ μετὰ πάσης προθυμίας πληρώσω σοι. Ὁ δὲ μακάριος ἐκτείνας τὴν χεῖρα πρὸς τῷ στήθει τοῦ βασιλέως, εἶπεν· Οὐδὲν ἄλλο δέομαι τῆς σῆς βασιλείας, ἀλλ' ἢ τὴν σωτηρίαν τῆς ψυχῆς σου· κἂν γὰρ βασιλεὺς τυγχάνῃς, ἀλλ' ὡς εἷς τῶν ἀνθρώπων τελευτῆσαι ἔχεις, καὶ εἰς κρίσιν παρασταθῆναι, καὶ λόγον δοῦναι ὧν ἔπραξας πονηρῶν τε καὶ καλῶν ἔργων. Καὶ ὁ βασιλεὺς ταῦτα ἀκούων σταγόνας δακρύων προέχεεν ἀπὸ τῶν ὀμμάτων. Εἶτα τὸν στέφανον κλίνας ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ ἁγίου, καὶ εὐλογηθεὶς παρ' αὐτοῦ σὺν πᾶσι τοῖς μετ' αὐτοῦ, ἐπορεύετο τὴν ὁδόν. Ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἐξέφυγεν τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων τὸ πέρας. Εὐθέως γὰρ ἐλθὼν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ στάσεως αὐτῷ γενομένης, ἀνεχώρησε φεύγων, καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἐτελεύτησεν. Οἱ δὲ Πατέρες διεγόγγυζον κατὰ τοῦ γέροντος ὡς μὴ δεξαμένου τὴν πρὸς τοῦ βασιλέως χάριν, μοναστήριον αὐτοῖς δωρήσασθαι βουλομένου. Ὁ δὲ Πατὴρ πρὸς αὐτοὺς ἔφη· Ἐγὼ μὲν ὥσπερ ἄφρων ἐλάλησα ἅπερ εἶπον, ὑμεῖς δὲ μετ' ὀλίγον γνώσεσθε ἃ φρονεῖτε. Μετὰ ταῦτα γοῦν ἀκούσαντες τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως, ἐθαύμασαν τὴν τοῦ μεγάλου οἰκονομίαν.

nus, ait, noster Jesus Christus quandiu fuit cum apostolis, mandabat eis, ne peram, ne virgam, neque duas tunicas possiderent [86]. Cum vero ad passionem ibat, rursus aiebat : « Sed nunc qui habet sacculum, tollat et peram [87]. » Ergo tu quoque cum jam senueris et vicina tibi sit migratio ad regnum cœlorum, suscipe curam tuorum filiorum, ne forte in angustias redacti, quando non eris, ob loci difficultatem recedentes dispergantur Nos dabimus monasterium et proventus, ubicunque tibi collibuerit per totam ditionem nostram. Ad quæ vir sanctus : Audivi dicentem David : « Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum [88]; » præterea : « Non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum [89]. »

93. Quod si fratres, qui mecum sunt, omnino monachi sunt et mandata Christi pro viribus curaverint, ipse, cui de illis curæ fuit usque adhuc me superstite, multo magis et sine me cura eos sua complectetur, cui non in potentia potentis, nec in tibiis viri beneplacitum est, sed in eis qui sperant super misericordia ejus. Hæc et multa alia cum essent collocuti, in viam se imperator dedit et conversus iterum ad senem dixit : Pete a me perinde ac filio quidquid volueris, et præstabo cum omni alacritate. Et vir sanctus, extensa manu ad pectus imperatoris, dixit : Nihil aliud rogo ab imperio tuo, nisi animæ tuæ salutem : nam licet imperator sis, tamen ut mortalis homo moriturus es et judicio sistendus, rationemque redditurus eorum quæ, sive bona, sive mala egeris. Quæ imperator audiens, lacrymarum guttas fundebat ex oculis : deinde corona demissa in manus beati viri et benedictione percepta, cum toto suo comitatu commisit se viæ. Nec tamen effugit judiciorum Dei exitum : nam ubi primum Romam pervenit, seditio in ipsum coorta est, quam fugiens in itinere defunctus est (79). At vero Patres de sene conquerebantur, quod rejecisset munus imperatoris monasterium illis largiri volentis. Et Pater ad eos : Ego quidem, quæ dixi, ut insipiens locutus sum : vos autem non multo post intelligetis, quis vester sit sensus. Itaque cum audissent de imperatoris morte, admirati sunt eximii viri prudentiam.

CAPUT XIV.

Stephani pius obitus. S. Nilus, ne sibi honores deferantur, studiose cavet et monasterium ideo relinquens Romam tendit; at in monasterio S. Agathæ subsistens, nactus ab agri Tusculani domino locum construendo monasterio, dum hoc parat, sancte moritur et a suis cum magno luctu sepelitur.

ιδ'. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἠῤῥώστητο ὁ μα-

94. Per illos dies incidit in morbum beatus Ste-

[86] Matth. x, 10. [87] Luc. xxii, 36. [88] Psal. xi, 2, 3. [89] Psal. xiii, 3.

Joannis Clei notæ.

(79) Hæc etiam ex rumore, et quidem falso, accepisse videtur biographus. Certe jam pacem rogarant Romani, nec in fuga obiit Otto, sed in territorio civitatis Castellanæ, lenta febri haustoque, ut conjicitur, veneno, tranquille exstinctus est. Vide Muratorium laudatum ad annos 1001 et 1002.

Digitized by Google

phanus (80), ex quo non convaluit. Animam igitur agenti senex assidebat, convenerantque fratres omnes et circumstabant. Tumque magnus Pater : Frater, inquit, Stephane. Ille vero sese statim erigens sedit, colligatisque manibus, beatum virum attente intuebatur. Et Pater, Benedicito fratribus, quia jam deficis. Ille vero manus expandens et bene illis precatus, quod jussus erat, exsequebatur. Tumque iterum magnus Pater : Quiesce jam, inquit, quia vires te deficiunt. Et ille decumbens quievit, servato obedientiæ studio in ipso mortis articulo. Postquam vero animam efflavit, lugebat illum senex in hæc verba : O bone mi commilito et comes laborum Stephane, post tot annos disjungimur et alter altero orbamur : et tu quidem ad requiem, quam tibi præparasti, migras, ego vero in pœnis remansi : tu athleta es et martyr, ego enim tortor tibi eram. Hoc autem dicebat senex, quia in senectute etiam colaphos illi infligebat : sciebat quippe, illum certatorem esse et pugilem, illoque utebatur tanquam dolabra, aut simili instrumento in contumaces et impatientes. Nam si quando in ecclesia fratrum quempiam complexus esset somnus et sterteret, dum lectio haberetur et magnus Pater exponeret, ipse beatus quasi ignorans aiebat : Qui stertit, procul dubio Stephanus est : ejicite eum foras, ne nos doceat pravam consuetudinem. Sæpe etiam e mensa illum pepulit cum probris et contumeliis tanquam incondite comedentem ; eos corrigens, qui id peccabant. Denique quidquid delicti fiebat per universam fraternitatem, Stephanus increpabatur, quasi omnium reus. Nec satis hoc erat, sed etiam quando cum fratribus ad operam laboremque se conferebat senex ipse et septuagenario major et incurvatus præ senio variisque morbis, non se erigebat in messe aut in area per totum diem, et sordidissimum quodque aut laboriosissimum opus per illum fiebat : sane quietem, aut relaxationem toto vitæ suæ curriculo quacunque in re non est expertus.

95. Postquam vero beatam æternamque nactus est requiem, præcepit Pater duplex præparari sepulcrum, ut et ipse, cursu consummato, una sepeliretur. Id cum Cajetæ princeps (81), vir admodum religiosus, magnamque de sanctitate Patris opinionem habens, rogasset et sepulturæ causam rescivisset, ad præsentes dixit : Ergo si Pater decesserit, hic ego illum relinquam et non transferam in meam urbem, ut illi sit turris instar inconcussæ ? Quod postea quam perlatum est ad beatum senem, vehementer tristatus est, et de mutando domicilio cogitavit, ut eo secederet, ubi

A κάριος Στέφανος τὴν ἐπιθανάτιον ἀῤῥωστίαν· ψυχορ-
ραγοῦντος οὖν αὐτοῦ, καὶ τοῦ γέροντος αὐτῷ παρα-
καθημένου συνήχθησαν οἱ ἀδελφοὶ ἅπαντες κύκλῳ,
καὶ λέγει ὁ μέγας· Ἀδελφὲ Στέφανε, ὁ δὲ εὐθέως
ἀνακαθίσας ἔδησε τὰς χεῖρας καὶ προσεῖχε τῷ μα-
καρίῳ. Εἶτα λέγει πρὸς αὐτόν· Εὐλόγησον τοὺς
ἀδελφούς, ὅτι ἐκλείπεις. Ὁ δὲ ἁπλώσας τὰς χεῖρας
καὶ ἐπευξάμενος, τὸ κελευσθὲν αὐτῷ ἐποίει. Καὶ
πάλιν λέγει αὐτῷ ὁ μέγας· Ἀναπαύου λοιπόν, ὅτι
οὐκέτι ἰσχύεις· καὶ ἀνακλιθεὶς ἀνεπαύετο, πληρώσας
τὸν τῆς ὑπακοῆς ὅρον ἐν τῷ θανάτῳ. Μετὰ δὲ τὸ αὐτὸν
ἀποπνεῦσαι ἐθρήνει ὁ γέρων ἐπ' αὐτῷ λέγων· Ὦ
καλέ μου συναγωνιστὰ καὶ σύμπονε Στέφανε, μετὰ
τοσαῦτα ἔτη χωριζόμεθα, καὶ ἀλλήλων ἀποστερού-
μεθα. Καὶ σὺ μὲν ἀπέρχῃ πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν, ἣν
B σεαυτῷ ἡτοίμασας· ἐγὼ δὲ ἐναπέμεινα εἰς τὴν κόλα-
σιν. Σὺ ἀθλητὴς καὶ μάρτυς τυγχάνεις, ἐγὼ γάρ σοι
γέγονα δήμιος. Τοῦτο δὲ ἐλάλει ὁ γέρων, ἐπειδὴ
μέχρι γήρως οὐ διέλιπεν αὐτὸν κολαφίζων, ἀγωνι-
στὴν αὐτὸν ἐπιστάμενος καὶ πύκτην. Καθάπερ γὰρ
ξυστῆρα αὐτὸν εἶχεν, ἢ ἄλλο τι ἐργαλεῖον πρὸς
τοὺς ἀδαστάγους καὶ ἀνυπομονήτους. Ὁπηνίκα γοῦν
εἰς τὴν ἐκκλησίαν τις τῶν ἀδελφῶν κοιμώμενος
ἔῤῥεγχεν ἐν τῇ ἀναγνώσει τοῦ μεγάλου διερμηνεύον-
τος, ἔλεγεν αὐτὸς ὁ μακάριος ὡς ἀγνοῶν· Οὗδείς
ἐστιν ὁ ῥέγχων εἰ μὴ ὁ Στέφανος· ἐκβάλετε αὐτὸν
ἔξω, μήπως διδάξῃ ἡμᾶς κακὴν συνήθειαν. Πολλάκις
δὲ καὶ ἐκ τῆς τραπέζης αὐτὸν μετὰ ὕβρεων καὶ
ὀνειδισμῶν ἐξήγαγεν, ὡς ἀπαιδεύτως ἐσθίοντα, διορ-
C θούμενος τοὺς αὐτὸ πράττοντας. Καὶ ἁπλῶς εἴ τι
ἂν πταῖσμα ἐγίνετο ἐν πάσῃ τῇ ἀδελφότητι, ὁ Στέ-
φανος ἐπετιμᾶτο ὡς τῶν πάντων ὑπαίτιος. Καὶ οὐκ
ἤρκει αὐτῷ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν ἀδελφῶν
ἐργαζόμενος γέρων ὢν πλέον ἢ περὶ τὰ ἑβδομήκοντα
ἔτη, καὶ πάνυ κυρτωθεὶς ἐκ τοῦ γήρως καὶ τῶν
πολλῶν νοσημάτων, οὐκ ἀνένευεν ἐν τῷ θέρει ἢ ἐν
τῇ ἄλωνι ὅλην τὴν ἡμέραν. Καὶ ὅπου δ' ἂν ἦν ῥυ-
παρώτερον ἔργον ἢ κοπωδέστερον, ἐκεῖ εὑρίσκετο.
Ὅλως δὲ οὐκ οἶδεν ἀνάπαυσιν ἢ ἄνεσιν πάσας τὰς
ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἐν οἱῳδήποτε πράγματι.

ιε'. Ὅτε οὖν ἀνεπαύσατο τὴν μακαρίαν ἀνάπαυ-
σιν, διετάξατο ὁ Πατὴρ τὸν τάφον διπλοῦν γενέσθαι,
ἵνα καὶ αὐτὸς τελειώσας τὸν δρόμον συνταφῇ τῷ
D μακαρίτῃ Στεφάνῳ. Ὁ δὲ ἄρχων Γαΐτας λίαν φιλό-
θεος ὤν, καὶ πίστιν πολλὴν ἔχων εἰς τὸν ὅσιον Πα-
τέρα, ἐρωτήσας καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν τοῦ τάφου,
εἶπε πρὸς τοὺς παρόντας· Λοιπὸν ἐὰν ὁ Πατὴρ
τελευτήσῃ, ὧδε αὐτὸν καταλείψω, ἀλλ' οὐκ ἀπαγα-
γὼν ἐν τῇ πόλει μου καταθήσω, ἵνα ἔχῃ αὐτὸν καθά-
περ ἄσειστον πύργον ; Τοῦτο τοίνυν μαθὼν ὁ μα-
κάριος γέρων, καὶ σφόδρα λυπηθείς, ἐβουλεύσατο
πάλιν μετοικῆσαι ἐκεῖθεν, καὶ ἀπελθεῖν ὅπου οὐδείς

Joannis Clei notæ.

(80) De Stephano, cujus obitus hic cum elogio narratur, aliqua diximus ad caput 4 (not. 25). Chronotaxim aliquam vitæ ejus secundum chronotaxim gestorum S. Nili vide Commentarii prævii num. 7 et 8.

(81) Sub finem vitæ sancti Patris et sæculi XI initium quis Cajetæ princeps fuerit, mihi non innotuit.

Digitized by Google

ἐστιν ὁ γινώσκων. Προῃρεῖτο γὰρ ἀποθανεῖν κακῶς, ἢ ὑπόληψιν σχεῖν ἁγίου παρά τινος τῶν ἀνθρώπων· τοὐναντίον μὲν οὖν ἠγωνίζετο παρὰ τοῖς πολλοῖς θυμώδη, καὶ ὑβριστὴν, καὶ πάντων τῶν ἄλλων παθῶν μέτοχον ἀποδεῖξαι· πολλοὶ δὲ ἀνόητοι καὶ ἐσκανδαλίσθησαν· ἡμεῖς δὲ, οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ ἀναξίως, πεπείσμεθα καὶ πεπληροφορήμεθα, καὶ ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀγγέλων ὁμολογήσομεν, ὅτι ἅγιός ἐστιν ὁ μακάριος Νεῖλος, ὡς εἷς τῶν θεοφόρων Πατέρων καὶ ὑπερβάλλων πάντας τοὺς ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ ἀνθρώπους ἄν τε σημεῖα ποιήσῃ, ἄν τε μή· καὶ ὅπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἀσυνέτων ἐπηρωτῶσι, τοῦ αὐτῶν βίου μηδένα ποιούμενοι λόγον· ὅπερ καὶ ἐν πολλοῖς τῶν κακοδόξων εὑρέθη. Τοῦτο δὲ εἶπον, οὐχ ἵνα τὴν αὐτοῦ χάριν ἄπορον θαυμάτων ἐλέγξω· βλέπουσι γὰρ ἀεὶ τὴν αὐτῆς δύναμιν οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχοντες· ἀλλ' ἵνα τὴν ἄκαιρον καὶ ἀνόητον ἐρώτησιν ἀνατρέψω. Πᾶν γὰρ τὸ ζητούμενον ὁ βίος τυγχάνει· θαυμάτων δὲ πλῆθος καὶ δύναμις στεργομένη μὲν συνεκλάμπουσα, περιφρονουμένη δὲ μὴ συνάδουσα. Ἐπὶ τὴν νύσσαν τοίνυν ἐπανακάμψωμεν. Βουληθεὶς οὖν ὁ μισόδοξος Πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος καταλιπεῖν τὸ μοναστήριον, ὅπερ λέγεται Σέρπεριος, ἐν ᾧ ἤσκησε περὶ τὸν δέκατον χρόνον, μόλις ἐπικαθίσας διὰ τὸ γῆρας ἵππῳ, ᾤχετο ἐπὶ τὴν Ῥώμην. Ἔλεγε δὲ τοῖς ἀδελφοῖς ἐποδυρομένοις τῷ χωρισμῷ αὐτοῦ· Μὴ λυπεῖσθε, ὦ Πατέρες καὶ ἀδελφοί· πορεύομαι γὰρ ἑτοιμάσαι τόπον καὶ μοναστήριον, ἔνθα συναγάγω πάντας τοὺς ἀδελφούς, καὶ τὰ διεσκορπισμένα τέκνα μου.

ις'. Ἐκεῖνοι δὲ μὴ νοοῦντες τίνα ἦν ἃ ἔλεγεν αὐτοῖς, παρεμυθοῦντο. Τοῦ τοίνυν Θεοῦ καθοδηγοῦντος αὐτὸν ἐπὶ τὸν προωρισμένον τῆς ταφῆς αὐτοῦ τόπον, κατὰ τὸν προεγνωσμένον θεϊκῶς αὐτῷ τρόπον, καταλαμβάνει κώμην τινὰ καλουμένην Τουσχολάναν, ἀπέχουσαν δώδεκα μίλια ἀπὸ Ῥώμης· περὶ ἣν ἵδρυται μοναστήριον ὀλίγων ἀδελφῶν ὁμοφύλων ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Ἀγάθης. Κἀκεῖσε καταλύσας ὁ ἅγιος γέρων, καὶ τὸ, « Αὕτη ἡ κατάπαυσίς μου, εἰρηκὼς, εἰς αἰῶνα αἰῶνος, » οὐκέτι τοῦ λοιποῦ ἴσχυσέ τις αὐτὸν ἀνασπάσαι ἐκεῖθεν, καίτοι καὶ τῶν συνόντων αὐτῷ ἀδελφῶν ἐνοχλούντων, καὶ τῶν τῆς Ῥώμης μεγιστάνων πρὸς αὐτὸν παραγενομένων, καὶ δυσωπούντων τοῦ εἰσελθεῖν ἐν τῇ Ῥώμῃ κἂν διὰ τοὺς πρώτους τῶν ἀποστόλων. Ἀπεκρίνετο δὲ

A nulli cognitus esset. Malebat enim misere mori, quam apud quemquam hominum esse in opinione sanctitatis. Contra potius nitebatur videri multis iracundus, contumeliosus, cunctisque animi morbis oppletus. Nec defuere insipientes multi, qui passi sint scandalum. Sed nos, qui indigne manducavimus et bibimus cum illo (82), pro certo et explorato habemus, et coram Deo et angelis fatebimur, beatæ memoriæ Nilum esse sanctum, æque ut unum ex deiferis Patribus, et cunctis hujus generationis hominibus illum præstare, sive ediderit, sive non ediderit miracula, quod multi imperite quærunt, qualis acta sit vita, non curantes, cum illud et apud homines orthodoxa fide carentes fuerit. Hoc autem dixi, non ut ejus gra-
B tiæ miracula deesse ostenderem (vident enim semper ejus vires ii quibus oculi sunt in capite eorum) sed ut ineptam hanc et fatuam interrogationem rejiciam. Totum quod quæritur, vita est, miraculorum vero copia et magnitudo probata quidem est, si simul eluceat, neglecta vero, si minus sit consona. Sed ad propositum redeamus. Cum ergo statuisset honorum contemptor Pater noster Nilus desercre monasterium, quod Serperis (83) vocatur, in quo ad annos decem monasticam duxerat vitam, vix præ senio potuit equum conscendere, ut Romam iret. Dicebat autem fratribus discessum ejus lugentibus : Ne doleatis, o Patres et fratres : eo quippe ad parandum locum et monasterium,
C quo omnes fratres et dispersos filios meos congregem.

96. Illi vero non intelligentes, quæ dicebantur, solatium habebant. Itaque, Deo duce illum dirigente ad locum sepulturæ suæ destinatum eum in modum, quem Deo revelante cognoverat, pervenit in quoddam oppidum, cui nomen Tusculum (84), duodecim millia passuum ab Urbe distans. Prope illud situm erat monasterium paucorum fratrum nationis nostræ Græcorum, nomine S. Agathæ, in quod sanctus senex divertit : « Hæc, inquiens, requies mea in sæculum sæculi. » Nec inde potuit a quo-
D quam divelli, licet sæcii fratres molesti essent et optimates Romani accedentes rogarent, ut Romam se conferret, saltem propter principes apostolorum. At ille respondens aiebat omnibus : Celeberrimis et revera ter beatissimis apostolorum Cory-

Joannis Clei notæ.

(82) En testimonium manifestissimum, quod biographus non solum sancto contemporaneus fuerit, sed etiam intima consuetudine fuerit conjunctus.

(83) De monasterio hoc ita fere Sciommarius nota 18 ad Vitam B. Bartholomæi : « Situm erat prope mare in loco, qui vocabatur Serapo, non longe a porta, quæ Terrestris dicitur, ad sinistram. Invenerat ibi S. Nilus exiguum solitariumque habitaculum, ibique brevi tempore monasterium exstruxit, quod Serperi, seu Serperis vocatum fuit ab eo, quod eo loco esset, ubi olim Serapis seu Serapidis, numinis Ægyptiaci, fanum fuerat. Addit Sciommarius, ex Petri Roselli *Descriptionis Cajetæ*, discurs. 2, locum, ubi fuit Serapidis templum et Serperis monasterium, determinatius cognitum non esse, verisimiliter tamen exstitisse, ubi hodie visitur diva, quæ a Catena appellata est, in qua ecclesia tumulatus est Stephanus.

(84) Et hoc verisimiliter monasterium penitus destructum est; tertio milliari distabat ab eo loco, ubi hodie Cryptæ-Ferratensis abbatia est. Tusculanam porro civitatem anno 1190 a Romanis penitus excisam esse, tradit Sciommarius sæpe laudatus nota 30. De translatione corporis S. Nili ex hoc cœnobio ad abbatiam Cryptæ-Ferratensem vide not. 88.

Digitized by Google

phæis licet hinc etiam fidem habentibus sicut granum sinapis, venerationem deferre : quamvis ego indignus sim, qui vel solo nomine eos appellem, in hunc porro tenuem deveni locum non alterius rei causa, quam ut diem meum obeam. Porro autem illius oppidi dominus, Gregorius (85) nomine, tyrannide quidem et nequitia insignis, sed sagacitate ornatus et prudentia, descendit et prostratus ad sancti viri pedes ita dicebat : Ego quidem, serve Dei altissimi, ob multa peccata mea dignus non sum, ut intres sub tectum meum, et unde mihi hoc, ut sanctus Domini mei veniat ad me ? Sed quando Magistri et Domini tui exemplo me peccatorem justis prætulisti, ecce domus mea, totumque cum suo agro oppidum ante te est. Quidquid de iis libuerit, jubeto.

λὸν τῶν δικαίων, ἰδοὺ ὁ οἶκός μου, καὶ ἅπαν σὺν τοῖς περιχωρίοις αὐτοῦ τὸ καστέλλιον πρὸ προσώπου σου· εἴ τι κελεύεις περὶ αὐτῶν, πρόσταξον.

πᾶσι καὶ ἔλεγεν, ὅτι Τοὺς πανευφήμους καὶ ὄντως τρισμακαρίστους καὶ κορυφαίους τῶν ἀποστόλων καὶ ἐντεῦθεν δυνατὸν τοῖς πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως κεκτημένοις αὐτοὺς προσκυνῆσαι, εἰ καὶ ἐγὼ ἀνάξιος καὶ τοῦ μόνον αὐτοὺς ὀνομάσαι. Ἐν μέντοι τῷ εὐτελεῖ τόπῳ τούτῳ δι' οὐδὲν ἄλλο ἐλήλυθα, εἰ μὴ μόνον διὰ τὸ τελευτῆσαι. Ὁ δὲ ἄρχων τῆς κώμης ἐκείνης Γρηγόριος τῷ ὀνόματι, περιδόητος ἐν τυραννίδι καὶ ἀδικίᾳ τυγχάνων, λίαν δὲ ἀγχίνους καὶ συνέσει κεκοσμημένος, κατελθὼν καὶ προσπεσὼν τοῖς ποσὶ τοῦ ἁγίου ἔλεγε ταῦτα· Ἐγὼ μέν, δοῦλε τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, διὰ τὰς πολλάς μου ἁμαρτίας οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς· καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ὁ ἅγιος τοῦ Κυρίου μου πρός με; Ἐπειδὴ δὲ μιμούμενος τὸν σὸν διδάσκαλον καὶ Δεσπότην προετιμήσω με τὸν ἁμαρτωλὸν

97. Respondit beatus Pater : Benedicat Dominus et tibi et tuis et domui tuæ et oppido tuo. Particulam in ditione tua nobis concede, ut quietem in ea nacti Deum pro peccatis nostris propitium reddamus et pro salute tua preces fundamus. Gregorius autem magna alacritate implebat, quod jussum erat. At vero fratres, qui in monasterio remanserant, post bimestre spatium, audito, quod Pater non reverteretur amplius, recesserunt asportantes secum melotas, succinctoria et reliqua, perveneruntque ad locum, construendi monasterii nomine a principe illis dicatum. Quod ubi cognovit vir beatissimus, nimirum advenisse illos, exsultavit spiritu, significavitque illis hæc per nuntium : Sufficit mihi, Patres et fratres, quod ob Dei meique amorem laborem ceperitis, ut isthuc veniretis. Nunc igitur charitatem vestram rogo, ut exspectetis, donec et ipse veniam ad vos. Dum igitur parat se ad solvendum promissum suis pedibus (aberant enim fratres tria fere millia passuum), convocatis ad se fratribus, qui secum erant, una cum hegumeno Paulo (86), cui præfecturam commiserat ante multos dies, viro et prudentia et ætate et exercitatione vitæ monasticæ et philosophiæ studiis antiquo, distribuit illis pauca pannorum frusta, (nihil enim mundani plane illi erat), vel unum æs minutum, tumque dari sibi jussit sumenda vivifica Christi mysteria. Deinde hegumeno et fratribus : Obsecro, inquit, vos, ut si e vita excessero, sine mora corpus meum terra contegatis,

ιζ'. Ὁ δὲ μακάριος ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτόν· Εὐλογῆσαι Κύριος καὶ σὲ καὶ τοὺς σὺν τῷ οἴκῳ σου, καὶ τῇ κώμῃ σου. Μέρος δὲ ὀλίγον ἐν τῷ κράτει σου ἡμῖν διαχώρισον, ὅπως ἐν αὐτῷ ἡσυχάσαντες τὸν Θεὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐξιλεωσώμεθα, καὶ ὑπὲρ τῆς σῆς σωτηρίας εὐξώμεθα. Τότε ὁ Γρηγόριος μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας ἐξεπλήρου τὸ κελευόμενον. Οἱ δὲ ἐναπομείναντες ἐν τῇ μονῇ ἀδελφοὶ μετὰ δύο ἡμέρας μηνῶν μαθόντες, ὅτι οὐκ ἀποστρέφει πρὸς αὐτοὺς ὁ Πατὴρ, ἀπάραντες τοῖς μηλωταρίοις καὶ περιβολαίοις καὶ τοῖς λοιποῖς, κατέλαβον τὸν ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος ἀφιερωθέντα τόπον αὐτοῖς ἐν λόγῳ μονῆς· μαθὼν τοίνυν ὁ παμμακάριστος Πατὴρ τὴν ἄφιξιν αὐτῶν, ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι, καὶ δεδήλωκεν αὐτοῖς· Ἀρκετόν μοι, ὦ Πατέρες καὶ ἀδελφοί, ὅτι διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγάπην καὶ τὴν ἐμὴν ἐσκύλητε ἕως αὐτοῦ. Νῦν οὖν παρακαλῶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν, ἵνα περιμείνητε μέχρις ἂν καὶ αὐτὸς ἐλεύσωμαι πρὸς ὑμᾶς. Ἐν τῷ οὖν ἑτοιμάζεσθαι αὐτὸν τοῦ ἀποπληρῶσαι αὐτομάτοις ποσὶ τὴν οἰκείαν σύνταξιν· ἦσαν γὰρ οἱ ἀδελφοὶ ὡς ἀπὸ μιλίων τριῶν· συγκαλεσάμενος τοὺς προσκαρτεροῦντας αὐτῷ ἀδελφοὺς σὺν τῷ ἡγουμένῳ Παύλῳ, ᾧ ἦν πρὸ πολλῶν προχειρισμένος ἡμερῶν τὴν ἡγεμονίαν, ἀνδρὶ παλαιῷ καὶ τὴν φρόνησιν, καὶ τὴν ἡλικίαν, καὶ τὴν ἄσκησιν, καὶ τὴν φιλοσοφίαν· τούτοις διαμερίσας τὰ μικρὰ ῥάκια αὐτοῦ (οὐ γὰρ ἄλλο τί ποτε ἦν αὐτῷ τοῦ κόσμου), ἕως καὶ τοῦ ἐσχάτου λεπτοῦ, ἐκέλευσε μεταλαβεῖν τῶν ζωοποιῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων. Ἔπειτα λέγει τῷ ἡγουμένῳ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς· Δέο-

Joannis Clei notæ.

(85) Observat idem Sciommarius nota 17, Gregorium hunc Tusculanum comitem, fuisse duorum Romanorum Pontificum, Benedicti scilicet VII, alias VIII, et Joannis XIX, alias XX, patrem, necnon avum Benedicti VIII, alias IX. Consule, si libet, Kircheri nostri Historiam Eustathio-Marianam, parte II, cap. 4, ubi de comitum Tusculanorum stirpe et propagine fusius tractat ex Zazara aliisque.

(86) Recusante abbatis et hegumeni titulum S. Nilo, hoc nomine jam aliquo tempore ante sanobitum præfuit Paulus : at quanto illi supervixerit, non satis constat. In serie abbatum Cryptæ-Ferratensium inter Paulum et B. Bartholomæum adhuc medius est Cyrillus. Computante Sciommario, vix quinque annos una impleverunt; nam nota 20 tradit, B. Bartholomæum annos tantum natum fuisse viginti, quando collata fuit Paulo prælatura, eumque illam tantum admisisse post Cyrillum, cum jam ætatis annum ageret 25 : quæ omnia ad Vitam B. Bartholomæi discuti poterunt.

Digitized by Google

μαι ὑμῶν, ἐὰν ἀποθάνω, μὴ βραδύνητε τοῦ κατακρύψαι τῇ γῇ τὸ σῶμά μου· μήτε ἐν οἴκῳ κυριακῷ κατάθησθε· μηδὲ θελήσητε ποιῆσαι καμάραν ἐπάνω μου, ἢ ἄλλον τινὰ κόσμον οἷον δήποτε. Εἰ δὲ ὅλως βούλεσθε ποιῆσαί τι σημεῖον διὰ τὸ γνωρίζειν, ποῦ τεθείκατέ με, ὁμαλὸν ἔστω ἐπάνωθεν, ἵνα οἱ ξένοι ἐκεῖ ἐπαναπαύωνται· καὶ γὰρ κἀγὼ ξένος ἐγενόμην πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου· καὶ μνημονεύετέ μου ἐν ταῖς ἁγίαις ὑμῶν εὐχαῖς. A nec me in templo sepeliatis, nec supra tumulum fornicem mihi exstruatis, aut quodvis ornamentum adjiciatis. Quod si omnino vultis signum aliquod ponere ad cognoscendum, ubi fuerim humatus, planum esto, ut quiescere in eo peregrini possint, nam et ego peregrinus fui cunctis diebus, quibus vixi, et mementote mei in sanctis vestris orationibus.

ιη'. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ εὐλογήσας αὐτοὺς, ἐπευξάμενός τε πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς, ἐξῆρε τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἥπλωσεν ἑαυτὸν ἐν τῷ κοιταρίῳ αὐτοῦ. Ἐποίησεν δύο ἡμέρας μὴ συντυγχάνων, μηδὲ ἀνοίγων τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμαζον οἱ ὁρῶντες αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἦν ὡς ψυχορραγῶν, ἀλλ' ὡς ἀναπαυόμενος· μόνον δὲ τὰ χείλη κινῶν, καὶ τῇ δεξιᾷ χειρὶ κατασφραγιζόμενος, ἐγνωρίζετο τοῖς παροῦσιν ὡς προσευχόμενος. Καί τις τῶν ἀδελφῶν προσεγγίσας τῷ ὠτίῳ πρὸς τῷ στόματι αὐτοῦ, τοῦτον μόνον τὸν στίχον ἐνενόησε λέγοντος· « Τότε οὐ μὴ αἰσχυνθῶ, ἐν τῷ με ἐπιβλέπειν ἐπὶ πάσας τὰς ἐντολάς σου. » Ἀκούσας δὲ καὶ ὁ ἄρχων Γρηγόριος τὰ περὶ αὐτοῦ, δρομαῖος κατῆλθεν ἀπὸ τοῦ καστελλίου αὐτοῦ, φέρων καὶ τὸν ἰατρὸν Μιχαὴλ μετ' αὐτοῦ, ὃς ἦν ἐμπειρότατος. Καὶ ἐπιπεσὼν τῷ μακαρίῳ, ἔκλαιε πικρῶς καὶ ἔλεγεν· Ὦ Πάτερ, Πάτερ, διατί οὕτω ταχέως με ἐγκατέλιπες; διατί ἐβδελύξω τὰς ἁμαρτίας μου, καὶ ἀφεῖς με; Καταφιλῶν δὲ τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἔλεγεν· Ἰδοὺ οὐκέτι κωλύεις με τοῦ φιλῆσαι τὰς χεῖράς σου, καθὼς ἐποίεις τὸ πρότερον, λέγων ὅτι Οὐκ εἰμὶ ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, οὔτε διάκονος, ἀλλὰ μόνον καλογήριον μικρόν· διατί οὖν θέλεις φιλῆσαι τὴν χεῖρά μου; Ταῦτα δὲ λέγων τοσοῦτον ἐδάκρυεν, ὥστε πάντας τοὺς παρεστῶτας διεγεῖραι πρὸς δάκρυα. Κρατήσας δὲ καὶ ὁ ἰατρὸς τὸν σφυγμὸν αὐτοῦ, διισχυρίζετο λέγων, ὅτι Οὗτος οὐκ ἀποθνήσκει· οὐ γάρ ἐστιν ἐν αὐτῷ πυρετὸς, οὔτε μὴν ἄλλο τι σημεῖον θανάτου· καὶ γὰρ οὕτως εἶχεν. Ἀναχωρησάντων τοίνυν ἐκείνων, καὶ τῆς ὥρας τοῦ λυχνικοῦ καταλαβούσης (ἦν δὲ καὶ ἡ μνήμη τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου καὶ θεολόγου), ἔδοξε τοῖς ἀδελφοῖς ἀπαγαγεῖν τὸν ὅσιον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐμνήσθησαν γὰρ τοῦ πόθου καὶ τοῦ φίλτρου αὐτοῦ, οὗπερ εἰς τὰς μνείας τῶν ἁγίων ἐδείκνυτο· καὶ ὡς ἀεὶ ἔλεγεν, ὅτι δεῖ τὸν μοναχὸν, ἐκτὸς πάσης ἀνάγκης, ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τελευτῆσαι. B C D

98. Hæc dixit, deinde benedixit eis, et bene precatus est cunctis fratribus attollensque pedes, extendit se in lectulo suo. Biduum vero jacuit nec loquens, nec aperiens oculos, et qui videbant illum, mirabantur, non enim erat similis agenti animam, sed quiescenti, movebat solum labia et dextera se signo crucis consignabat, per quæ in oratione defixum præsentes intelligebant. Et quidam frater, admota ad os ejus aure, hunc versiculum tantummodo ab eo distincte audivit : « Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis. » Gregorius quoque loci dominus cum hæc audisset, suo ex oppido currens descendit, secum et Michaelem adducens peritissimum medicum, ruensque super beatum virum flebat ubertim, ac dicebat : O Pater, Pater, cur tam cito me deseruisti ? Cur abominatus es peccata mea et relinquis me ? Deosculando autem manus ejus : En me jam non prohibes, aiebat, quin tuas manus osculer, ut solebas antea, dicendo : Non sum episcopus, aut presbyter, aut diaconus, sed humillimus monachus : utquid igitur manum meam osculari vis ? Hæc dicens tantam lacrymarum vim profundebat, ut astantes omnes invitaret ad fletum. Medicus autem, attrectato pulsu, asseverabat, illum non moriturum, quod nec febris esset in eo, nec aliud mortis signum : ita enim res habebat. Cum vero illi discessissent et advesperasceret, agebatur porro etiam memoria Joannis apostoli et evangelistæ (87), visum est fratribus, deferre sanctum Patrem in ecclesiam : recordati enim sunt, quo affectu, quo studio sanctorum memorias prosequeretur, et semper dicere solitum, oportere monachum citra omnem necessitatem, in oratorio mori.

ιθ'. Τοῦτο δὲ γενομένου, καὶ τοῦ ἑσπερινοῦ ὕμνου τέλος λαβόντος, ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς παρέδωκε τὸ πνεῦμα· καὶ ἔδυ ἀληθῶς εἰπεῖν ὁ ἥλιος μετὰ τοῦ ἡλίου· καὶ ἐξέλιπε φῶς ἀπὸ τῆς γῆς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ λύχνος ἀπὸ προσώπου ὁρώντων. Ἦ γὰρ καὶ αὐτὸς οὐ προέγνω τὴν παροῦσαν σκοτόμαιναν, καὶ ἀπόλειψιν τῶν φωτιζόντων

99. Quo facto, et vespertino peracto officio, sol cognovit occasum suum et ipse tradidit spiritum : et occidit revera cum sole sol, defecitque die illa lumen de terra et lucerna a facie videntium. An non prævidit et ipse densissimas hujus temporis tenebras, defectumque sanctorum illuminantium, cæterosque docentium ? Et ubinam alterum reperit

Joannis Clei notæ.

(87) Memoria S. Joannis theologi seu evangelistæ hoc die solemni Officio agitur apud Græcos, ut monitum est inter prætermissos ad hunc diem. In Anthologio Græcorum recentissimo Officio memorato subjecta est rubrica, quæ monet, in abbatia Cryptæ-Ferratensi hoc die agendam S. Nili memoriam.

Digitized by Google

solatium nostra ætate mundus, quale illa die amisit? Sane multos invenies continentiæ deditos, sed qui utilitatem hac sola terminent, doctrina non valeant. Multos e contrario studia colentes, sed vacuos actione virtutis. Ille vero in utrisque adeo excelluit, ut in omnibus ambidexter esset et utroque oculo perfectissimus : idque si cum antiquis etiam conferas; ut de nostræ tempestatis hominibus taceam, penitus cæcitate laborantibus, non altero tantum utentibus oculo et versantibus in maximis tenebris. Quod ipsi quoque omnium prospicientissimo veluti per extasin fuit revelatum. Videbat enim omnes homines et cuncta animalia et universa, quæ serpendo moventur in terra, cæcitate lucisque orbatione teneri, noctem vero profundissimam et caliginem densissimam tota terra circumfusam. Sed hoc quidem olim : nunc vero quando, relictis hisce terrenis, cœlos incolit æternæ memoriæ viri spiritus, totam quidem illam noctem egimus in psalmis et hymnis funebribus. Mane vero deferentes feretrum cum cereis et thure et psalmodia, portavimus cadaver in locum, in quo fratres beatum virum præstolabantur.

160. Ut ventum est in conspectum eorum et audivere psalmodiam, cuncti prodiere nobis obviam senes et juvenes, parvi et magni, vi lacrymarum omnes perfusi et miserrime lugentes. Ergo posito feretro et intermisso cantu, simul omnes communem deflebamus jacturam, orbitatem, Patrisque amissionem. Nec aliud videre tunc erat, aut expressius intueri, quam quod de Jacob scriptum est, quando profecti sunt filii ejus ad aream Atad, quæ sita est trans Jordanem, et planctu magno ac vehementi celebrarunt exsequias : nam parvula et nos habebat area (88) et novus Jacob jacebat in feretro, et filii Israel plangebant. Regionis autem habitatores, quotquot aderant cum principe Gregorio, non modo spectatores erant, sed prosequentes etiam funus, luctum suum cum nostro miscebant, nec prius abscessere, quam deportatum fuit a nobis cadaver, depositumque constituto in loco, sicut ipse sanctissimus Pater præscripserat. Permansit autem ad tumulum universa fraternitas cum memorato hegumeno, suam operam ponens et in patientia laborans, eo quod locus esset minus instructus, ad comparandum panem quotidianum, qui et animæ congruens et corpori satis esset. Complures etiam e filiis sancti viri, qui dispersi

A ἁγίων καὶ διδασκόντων τοὺς ἄλλους; Καὶ ποῦ εὔρατο ἄλλην παραμυθίαν ὁ κόσμος, τῶν καθ' ἡμᾶς λέγω, οἵαν ἀπώλεσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ; Πολλοὺς μὲν γὰρ εὑρήσεις ἐγκράτειαν ἀσκοῦντας, οἳ μέχρις αὐτῆς τὴν ὠφέλειαν διιστῶσι, λόγου δὲ ἀμοιροῦσι· πλείστους δὲ πάλιν καὶ τοῦ λόγου μὲν ἐπιμελουμένων, ἔργου δὲ ἀμελούντων· ὧν ἐκεῖνος ἀμφοτέρων πλεονεκτούντων κατὰ πάντα, περιδέξιος ὄντως ὑπῆρχε καὶ ἀμφοτερόφθαλμος. Καὶ ταῦτα καὶ πρὸς τοὺς ἀρχαίους, ἵνα μὴ λέγω τὴν καθ' ἡμᾶς γενεάν, ἑλότυφλον μᾶλλον ἢπερ μονότυφλον οὖσαν, καὶ ἐν σκοτομήνῃ διάγουσαν. Ὅπερ καὶ αὐτῷ τῷ προβλεπτικωτάτῳ ὡς ἐν ἐκστάσει ἀπεκαλύφθη· ἐώρα γάρ, ὡς πάντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ πάντα τὰ ζῶα, καὶ πᾶν ἑρπετὸν κινούμενον ἐπὶ τῆς γῆς τυφλώσει τε καὶ
B ἀβλεψίᾳ κατείχοντο· ζόφος δὲ βαθύτατος, καὶ γνόφος ἀμύθητος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν περιεκέχυτο. Καὶ τοῦτο μὲν πρότερον· νῦν δὲ ὅτε καταλιπὼν τὰ ἐπίγεια, τῷ πνεύματι τοὺς οὐρανοὺς ἐμβατεύει ὁ ἀείμνηστος, πᾶσαν μὲν τὴν νύκτα ἐκείνην ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις ἐπιταφίοις διήλθομεν· πρωΐας δὲ γενομένης διαβαστάσαντες τὴν κλίνην μετὰ κηρῶν καὶ θυμιαμάτων καὶ ψαλμῳδιῶν, ἀπηγάγομεν τὸ λείψανον ἔνθα οἱ ἀδελφοὶ ἀπεκδέχοντο τὸν μακάριον.

ρ'. Ὅτε δὲ ἐξ ἐναντίας αὐτῶν ἐγενήθημεν, καὶ τῆς ψαλμῳδίας ἀκηκόασιν, ἐξῆλθον καὶ ὑπήντησαν ἡμῖν ἅπαντες, νέοι τε καὶ γέροντες, μικροί τε καὶ μεγάλοι, ὅλοι συμπεφυρμένοι τοῖς δάκρυσι, καὶ πικρῶς ὀδυρόμενοι. Θέντες τοίνυν ἐπὶ τὴν γῆν τὸ κλι-
C νίδιον καὶ τὸ ψάλλειν ἐάσαντες, πάντες ὁμοῦ ἐθρηνοῦμεν τὴν κοινὴν ζημίαν καὶ ὀρφανίαν, καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς στέρησιν. Οὐδὲν δὲ ἄλλο ἦν ἰδεῖν καὶ εἰκάσαι, ἢ ὅπερ περὶ τοῦ Ἰακὼβ γέγραπται, ὅτε παρεγένοντο οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἐφ' ἅλωνα Ἀτάδ, ἣ ἦν ἐπιπέραν τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ἐκόψαντο κοπετὸν μέγαν καὶ ἰσχυρὸν σφόδρα. Καὶ γὰρ ἡμᾶς μικρὸν ἁλώνιον περιεῖχε, καὶ ὁ νέος Ἰακὼβ νεκρὸς ἔκειτο ἐν τῷ σκιμποδίῳ, καὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐπεθρήνουν. Καὶ οἱ κάτοικοι τῆς χώρας, ὅσοι εὑρέθησαν σὺν τῷ ἄρχοντι Γρηγορίῳ, οὐ μόνον τὰ γινόμενα ἐθεώρουν, ἀλλὰ καὶ συνεπένθουν ἀκολουθοῦντες· καὶ οὐ πρότερον ἀνεχώρησαν, ἕως οὗ τὸ λείψανον ἀπηγάγομεν, καὶ ἐν τῷ προωρισμένῳ αὐτοῦ τόπῳ κατεθέμεθα,
D καθὼς αὐτὸς ὁ τρισόσιος διετάξατο. Παρέμεινε δὲ τῷ τάφῳ πᾶσα ἡ ἀδελφότης σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ προλεχθέντι, ἐργαζομένη καὶ ἐν ὑπομονῇ κοπιῶσα διὰ τὸ ἀκατάσκευον εἶναι τὸν τόπον, τὸν ἐπιούσιον ἄρτον, τόν τε τῇ ψυχῇ ἁρμόδιον, καὶ τῇ σαρκὶ αὐτάρκη. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν τέκνων τοῦ ἁγίου τῶν

Joannis Clei notæ.

(88) Ubinam fuerit area illa, ubi depositæ fuerunt primum ex mandato ejus S. Nili exuviæ, non satis distincte assequor. Non videntur tamen a monasterio S. Agathæ, ubi discesserat, longius abfuisse. At quid igitur de congregatis post ejus mortem eo loco monachis fixoque domicilio seu potius cœnobio? An forte prope abbatiam Cryptæ-Ferratæ erat illa area, quam a Tusculano comite sanctus acceperat, et de illius abbatiæ initiis hic sermo? Sciommarius sæpe laudatus nota 25, ubi describit ornatum sacelli S. Nili, quod ecclesiæ abbatiæ adhæret et a Græcis Παρεκκλησία vocatur, tradit, in exquisitissimi operis pictura exhiberi ibidem translationem corporis ejusdem sancti ex monasterio S. Agathæ ad Cryptæ-Ferratense : at hæc quandonam contigerit, apud ipsum non invenio. Cæterum monet, reliquias sancti in festo ejus cum solemni pompa circumferri.

Digitized by Google

διεσκορπισμένων συνήχθησαν τῇ ἐκείνου πρεσβείᾳ, καὶ κεκοίμηνται περὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ, ἄνδρες ἀληθῶς εἰπεῖν ἐπιθυμιῶν τῶν τοῦ πνεύματος, καὶ πλήρεις χάριτος καὶ δυνάμεως. Ὧν πάντων πρεσβείαις ἀξιωθείημεν καὶ ἡμεῖς, οἵ τε ἀναγινώσκοντες καὶ οἱ ἀκροώμενοι τῶν ἐνθέων καὶ ἐναρέτων πόνων αὐτῶν, κοινωνοὶ γενέσθαι αὐτῶν καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A erant, precibus ejus adjuvantibus, convenere et circa sepulcrum ejus conditi requiescunt, viri plane desideriorum spiritus et gratiæ virtutisque pleni. Quorum omnium precibus et nos et qui legunt et qui audiunt divinos et præclaros eorum sudores, digni efficiamur eorum quoque consortio in regno cœlorum in Christo Jesu Domino nostro : cui gloria cum Patre et Spiritu sancto nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ANNO DOMINI MIV.

THEODORUS ICONIENSIS EPISCOPUS

—

MONITUM. De Theodoro Iconii episcopo nihil dixit in diatriba de Theodoris Allatius, sed tamen in illa de Simeonibus p. 91, non reticuit. Porro cur ille scripti, quod mox subtexemus, hoc posuerit initium : Ἐπείπερ τῷ καλῷ σπέρματι, ea causa fuit, quod in codice alio Vaticano s riptum idem paulo contractius, incipit ab illis verbis, quæ sunt in plenlore Ottobonlano paulo infra. Jam vero exstat quidem hæc praclara Theodori lucubratio, de MM. Ciryco et Julitta, in martyrum Triumpho Fr. Combefisii, sed non sine mendis ac varietatibus, et quidem haud paucis in primo articulo omissis versiculis, et alibi etiam minoribus commatibus desideratis. Porro Combefisii sic affectam editionem Bollandiani recuderunt in Junii tomo tertio, die 16. Codicis Ottobonlani ætas patet in calce ut i legitur: ἐγράφη ἡ παροῦσα βίβλος χειρὶ Θεοφάνους ταπεινοῦ μοναχοῦ καὶ ἐπληρώθη μηνὶ αὐγούστῳ, ἰνδ. β', ϛφιβ' : *Scriptus fuit præsens liber manu Theophanis humilis monachi, absolutusque mense Augusto, indictione secunda, anno* 6512, (id est Christi 1004). Habemus igitur in hoc codice certum Græcæ scripturæ exemplum incipientis sæculi undecimi. — Mai *Bibl. Nov. PP.* VI, 416.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ

ΕΙΣ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΚΗΡΥΚΟΥ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΤΤΗΣ.

—

THEODORI ICONIENSIS EPISCOPI

IN MARTYRIUM SANCTORUM CIRYCI ET JULITTÆ.

—

α'. Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ συλλειτουργῷ καὶ συνεπισκόπῳ Ζωσίμῳ, Θεόδωρος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος Ἰκονίου, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Πεμψαμένη ἡ σὴ τιμιότης διὰ προσκυνουμένων συλλαβῶν πρὸς τὴν ἡμετέραν ταπείνωσιν, τὸ παρὰ πολλοῖς θρυλλούμενον μαρτύριον, λέγω δὴ Κηρύκου καὶ τῆς τούτου μητρὸς Ἰουλίττης, εἴ γε καὶ ἐν τῇ Ἰκονιέων πόλει ὅθεν ὥρμητο ἡ καλλίνικος μάρτυς Ἰουλίττα καὶ ὁ ταύτης ἐπίδοξος υἱὸς Κήρυκος, τὸ αὐτὸ μαρτύριον παρείληπται, διά τό τινα ἐμφέρεσθαι ἐν αὐτῷ ὑπέρογκα ῥήματα καὶ ξένα τῆς τῶν Χριστιανῶν ἐλπίδος περιέχειν βαττολογήματα· καὶ εἰ ἔστιν εὑρεῖν τὸ κατὰ ἀλήθειαν αὐτῶν μαρτύριον, τοῦτο σταλῆναι τῇ σῇ ὁσιότητι. Ἐπείπερ τῷ καλῷ σπέρματι εἰώθεν ἐπισπείρειν ὁ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐχθρὸς τὰ ζιζάνια, δέον ἐστὶν τοὺς τῆς Ἐκκλησίας προφήμους ἐπαγρυπνεῖν καὶ φυλάττειν ἀνεπίμικτον πάσης ἀκαθάρτου ἐννοίας, τὸν, τῆς εὐσεβοῦς πίστεως σπόB

1. Dilecto fratri comministro et coepiscopo Zosimo, Theodorus Dei miseratione episcopus Iconii, salutem in Domino. Cum quæsiverit nobilitas tua per venerandas litteras ad nostram humilitatem perlatas, de martyrio ab omnibus celebrato, Ciryci, inquam, et matris ejus Julittæ, ut, si in urbe Iconio, unde exiit illustris mater Julitta et ejus gloriosus filius Cirycus, illorum martyrium memoretur, ob quædam de illo ampullata verba circumlata, et extrancas nugacitates de spe Christianorum pervulgatas, et si inveniri possit veram martyrii eorum narrationem, tuæ sanctitati mittatur. Quoniam intra bonum semen assuevit superseminare humanæ naturæ inimicus zizania, necesse est Ecclesiæ dominos vigilare et custodire absque C mistione omnis impuræ cogitationis piæ fidei semen, ut germinans et in Deo crescens, multiplicem reddat Domino fructum. quo nutriantur piorum

Digitized by Google

mentes, qui sanctorum vestigia insequi studuerunt.

2. Hæc tua divina scripta cum recepissem, et multam de tuo mandato curam egissem, cumque concordi studio martyrium sanctorum Ciryci et matris ejus Julittæ in manibus cepissem et legissem cum attentione multa, veritatis te studiosissimum inveni, sanctissime Patrum et sacerdotum illustrissime. Ranarum enim et picarum hos garritus merito aliquis dixerit; sunt enim Manichæorum vel aliorum hæreticorum, ut reor, artificia, irridentium et ludibrium stultitiamque habentium magnum pietatis mysterium. Sed cum, disquirens et explorans quantum potui, interrogarem accurate homines terræ hujus jam morti proximos, ab iis quoque percontabar qui e primis Isaurorum gentis oriri gloriantur ut possem quamdam patriæ traditionis seriem deprehendere, quæ mihi sanctorum martyrum certamen patefaceret.

3. Marcianus igitur vir Christianus, qui tribunotarius et cancellarius factus fuit Justiniani imperatoris quando castrensi potestati principium dedit, et Zeno sapientissimus vir, factus etiam tunc temporis collega illius, hæc de sanctis istis narraverunt traditionaliter a majoribus audientes: ipsis scilicet cognatam exstitisse e primo Lycaoniæ sanguine memorabilem martyrem Julittam, irreprehensibilem vitam duxisse, et Christum fideliter coluisse, ita ut ejus memoriam quotannis celebrarent, præcipue id oræ cæteris agentes ob cognationem.

4. Illa autem regia stirpe oriunda, suscitata persecutione contra Christianos sub Domitiano comite martyrum sanguinis effundendi avido, fugam cepit cum duabus ancillulis et trium annorum puero, illustri, inquam, martyre Ciryco, ex Iconiorum urbe unde originem sumpserat; opes quidem suas amplas satis derelinquens Seleuciam pergit; ibi autem majorem Christianorum persecutionem inveniens, Alexandro quodam, sub Diocletiano impio imperatore, urbis Seleuciæ præfecto, qui recens imperatorium acceperat edictum jubens omnino castigari eos qui idolis non immolaverint, quos deos appellabant, dum dii non essent, ista beata mulier, reputans quod in divina Scriptura dicitur: *Date locum iræ*[1], ne periculis objiciamini, indeque fugiens, ubiit Tarsum, quæ est metropolis primæ Cilicum eparchiæ.

5. Verum per quoddam mandatum in hanc urbem translato crudeli et ferissimo Alexandro, multum nequitia Domitianum superante, comprehenditur illustris martyr Julitta, suum filium in ulnis amplectens, parvulum adhuc. Cum autem

[1] Rom. xii, 19.

ρον, ὅπως, βλαστάνων καὶ κατὰ θεὸν αὔξων, πολύφορον ἀποδίδωσι τῷ Κυρίῳ τὸν καρπὸν, τρέφοντα τὰς τῶν εὐσεβούντων ψυχὰς τῶν τοῖς ἴχνεσι τῶν ἁγίων συνακολουθεῖν ἐσπουδακότων.

β'. Ταῦτά σου τὰ θεῖα γράμματα δεξάμενος, καὶ σφόδρα τοῦ σου φροντίσας ἐπιτάγματος, καὶ μετὰ συντόνου σπουδῆς τὸ μαρτύριον τῶν ἁγίων Κηρύκου καὶ Ἰουλίττης τῆς αὐτοῦ μητρὸς μετὰ χεῖρας λαβὼν, καὶ ἀναγνοὺς ἐν πολλῇ ἀκριβείᾳ, ἐπαληθεύοντά σε εὗρον, ὁσιώτατε Πατέρων καὶ ἱερέων εὐδοκιμώτατε· βατράχων γὰρ καὶ κολοιῶν ἁπτήματα δικαίως ἄν τις ταῦτα καλέσειεν· Μανιχαίων γὰρ ἢ καὶ ἑτέρων αἱρετικῶν τινων ὑπάρχει, ὡς οἶμαι, τεχνολογήματα τῶν δικαπαιζόντων, καὶ χλεύην, καὶ μωρίαν ἡγουμένων τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Ἀλλ' ἐπειδὴ, πολλὴν ζήτησιν καὶ ἔρευναν κατὰ δύναμιν ἡμετέραν ποιούμενος, ἐπυνθανόμην πολυπραγμονῶν τοὺς ἐν τέλει ἐπιχωρίους, καὶ τοὺς τὰ πρῶτα τοῦ τῶν Ἰσαύρων γένους αὐχῶντας διερωτῶν, ὅπως ἂν δυνηθείην τινὰ ἐκ πατροπαραδόσεως εἰρμὸν λαβεῖν, δηλοῦντα τὴν τῶν ἁγίων μαρτύρων ἄθλησιν.

γ'. Μαρκιανὸς τοιγαροῦν ἀνὴρ φιλόχριστος, τριβουνοτάριος καὶ καγκελλάριος γενόμενος Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως, ἡνίκα ἦρχε τῆς στρατοπεδαρχικῆς ἀρχῆς, καὶ Ζήνων ὁ σοφώτατος καὶ αὐτὸς γενόμενος αὐτοῦ τηνικαῦτα σύνεδρος, ταῦτα περὶ τῶν ἁγίων διῆλθον πατροπαραδότως παρὰ τῶν εὐπατριδῶν ἀκηκοότες· ὅτι προσγενὴς αὐτῶν ὑπῆρχε πρώτου αἵματος τῆς Λυκαονίας ὑπάρχουσα ἡ ἀείμνηστος μάρτυς Ἰουλίττα, βίου ἀνεπιλήπτου τυγχάνουσα, καὶ τῷ Χριστῷ γνησίως λατρεύουσα, ὥστε μνείαν αὐτῆς ἐπιτελεῖν κατ' ἔτος ἕκαστον, ἐξαιρέτως τοῦτο παρὰ τοὺς ἄλλους πράττοντας διὰ τὴν συγγένειαν.

δ'. Αὕτη δὲ βασιλικοῦ αἵματος καταγομένη, διωγμοῦ πνεύσαντος κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ἐπὶ Δομετιανοῦ κόμητος ἐπιστάντος τῇ τῶν μαρτυρικῶν αἱμάτων ἐκχύσει, φυγὰς αὐτὴ γέγονε μετὰ δύο θεραπαινίδων καὶ τριετοῦς παιδὸς, φημὶ δὴ τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Κηρύκου, ἐκ τῆς Ἰκονιέων πόλεως, ἐξ ἧς καὶ ὡρμᾶτο, τὴν μὲν οὐσίαν αὐτῆς ἱκανὴν οὖσαν καταλιποῦσα, καταλαμβάνει τὴν Σελεύκειαν· καὶ ἐπὶ ταύτην δὲ πλείονα τάραχον τῶν Χριστιανῶν εὑροῦσα, Ἀλεξάνδρου τινὸς ὑπὸ Διοκλητιανοῦ τοῦ ἀσεβεστάτου βασιλέως, καταστάντος ἐν τῇ Σελευκείων πόλει, καὶ πρόσφατον δεξαμένου βασιλικὸν διάταγμα παρακελευόμενον παντοίως τιμωρεῖσθαι τοὺς μὴ θύοντας τοῖς εἰδώλοις, οὓσπερ θεοὺς ἐπεγράφοντο, μὴ ὄντας θεούς· λογισαμένη ἐκείνη ἡ μακαρία τὸ τῇ θείᾳ Γραφῇ περιεχόμενον· *Δότε οὖν τόπον τῇ ὀργῇ*, ὡς ἂν μὴ ἐπιδοίητε τοῖς κινδύνοις· ἀνεχώρησεν φυγοῦσα ᾤχετο κατὰ τὴν Ταρσὸν, ἥτις ἐστὶ μητροπόλις τῆς πρώτης Κιλίκων ἐπαρχίας.

ε'. Ὥσπερ δὲ ἐξ ἐπιτάγματός τινος, μεταναστάντος ἐν αὐτῇ τοῦ ἀπηνοῦς καὶ ἐμβριθεστάτου Ἀλεξάνδρου, κατὰ πολὺ τὸν Δομετιανὸν τῇ κακίᾳ ὑπεραντοῦντος, συλλαμβάνεται ἡ καλλίνικος μάρτυς Ἰουλίττα, τὸν ἑαυτῆς υἱὸν ταῖς οἰκείαις ἀγκάλαις περι-

Digitized by Google

ἐχουσα, πάνυ νήπιον ὄντα· ὡς δὲ ταύτην οἱ δήμιοι συνέσχον, αἱ θεράπαιναι αὐτῆς καταλιποῦσαι αὐτὴν, ἀπῆλθον ἀποδράσασαι· ἔξωθεν δὲ ἱστάμεναι, θεωροὶ τῶν εἰς αὐτὴν πραττομένων ἐγίνοντο· εἶτα, φησὶ, παραστάσης αὐτῆς τῷ τοῦ Ἀλεξάνδρου βήματι, διηρώτα ἐκεῖνος αὐτὴν ἐξειπεῖν προσηγορίαν τε καὶ τύχην καὶ τὴν ἐνεγκαμένην πατρίδα· ἡ δὲ παῤῥησιαζομένη πρὸς τὸν δικαστὴν, τὸ τοῦ Κυρίου Χριστοῦ ὄνομα ἐπεγράφετο, λέγουσα, Χριστιανή εἰμι.

ς'. Θυμομαχήσας δὲ ὁ Ἀλέξανδρος, ἐκέλευσεν ἀφαιρεθῆναι μὲν ἀπ' αὐτῆς τὸν παῖδα Κήρυκον, καὶ προσάγεσθαι αὐτῷ, οἷα δὴ καὶ ἀστεῖον ὄντα, καὶ μηδὲν τῶν κατὰ πρόσεσιν εἰδότα· ταύτην δὲ σχηματισθεῖσαν καὶ τανυσθεῖσαν ὠμοῖς βουνεύροις τύπτεσθαι ἀφειδῶς ἐπέτρεπεν· ὡς δὲ τὸν παῖδα βίᾳ ἐκ τῶν τῆς μητρὸς ἀγκαλῶν οἱ δήμιοι ἀφείλκυσαν κλαυθμυρίζοντα ἄγουσι τῷ ἡγεμόνι, πρὸς τὴν μητέρα ἀτενῶς ἀνορῶντα, καὶ τὸ ἐκείνης ὄνομα ἐπιφθεγγόμενον, τὴν δέ γε μάρτυρα κατὰ τὸ αὐτοῖς προσταχθὲν ἀνιλεῶς ἔτυπτον τοῖς βουνεύροις, ἐκείνης ὡς ἀνδριάντος τινὸς ἀψύχου ταῖς πληγαῖς ξαινομένης, καὶ μηδὲν ἕτερον φθεγγομένης, ἢ τὴν σεπτὴν ἐκείνην φωνὴν ἀπαύστως βοώσης, Χριστιανή εἰμι καὶ δαίμοσιν οὐ θύω.

ζ'. Ὁ οὖν ἡγεμὼν ταῖς χερσὶ λαβόμενος τὸ παιδίον, θωπείαις ἐπειρᾶτο δυσωπεῖν μὴ ἀποκλαίεσθαι, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ γούνασιν ἐπετίθει, καὶ φιλεῖν ἐπεχείρει. Τὸ δὲ πρὸς τὴν μητέρα ἀτενῶς ἀποβλέπον, ἀπεσείετο μὲν τὸν ἡγεμόνα, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀφίστα κεφαλὴν, ταῖς χερσὶ δὲ ἀντιβαῖνον, τοῖς ἰδίοις ὄνυξιν ἔπληξε τὴν τοῦ ἡγεμόνος ὄψιν· καὶ ὡς τῆς σώφρονος τρυγόνος νεοσσὸς νηπιώδει ψελλίσματι φωνὴν καὶ αὐτὸς ὁ ἅγιος Κήρυκος ἀπεφθέγγετο, ἣν παρὰ τῆς μητρὸς δεδίδακται καὶ ἐπιβοωμένην ἤκουε, Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι· οὕτως δὲ καὶ αὐτὸς τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα ἀνακαλούμενος ἀπαύστως καὶ λὰξ τῷ δικαστῇ ἐναλλόμενος κατὰ τοῦ πλευροῦ, φιλεῖ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ ἡ νηπιάζουσα φύσις ἐν τοῖς τοιούτοις σχήμασι κινεῖσθαι, εἰς θυμὸν ἐκίνησε τὸν ἄγριον ἐκεῖνον θῆρα· οὐ γὰρ ἄνθρωπον αὐτὸν προσαγορευτέον, μὴ συγγνώμονα τῆς ἀδαοῦς πράξεως καταστάντα· ἐκ τοῦ ποδὸς τοίνυν λαβόμενος τὸν ἀοίδιμον παῖδα, ἔῤῥιψεν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ ὕψους τοῦ βήματος ἐπὶ τὴν γῆν κάτω. Τοῦ δὲ κρανίου τοῦ καλλινίκου μάρτυρος ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ὁμολογίᾳ κατὰ τῆς τῶν βαθμίδων γωνίας προσραγέντος, καὶ τῷ ὀξεῖ τῇ; ὀντιτυπίας κατατριβέντος, χεῖρας δὲ Θεοῦ ἀπεδίδου τὸ πνεῦμα τὸ θεότευκτον

η'. Τοῦτο οὖν θεασαμένη ἡ ἁγία Ἰουλίττα καὶ χαρᾶς πληρωθεῖσα, Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε, ἔλεγεν, ὅτι κατηξίωσας τὸν ἐμὸν υἱὸν πρὸ ἐμοῦ τελειωθέντα τοῦ ἀμαράντου τυχεῖν στεφάνου. Σχετλιάσαντος δὲ καὶ πρὸς τοῦτο τοῦ δικαστοῦ, κελεύει ἀρμενταρίῳ ἀναρτηθεῖσαν αὐτὴν ἐντόνως ξέεσθαι, καὶ ἀπὸ τοῦ λέβητος ἀντλεῖσθαι πίσσαν κοχλάζουσαν, καὶ τοῖς ποσὶν αὐτῆς ἐπιχέεσθαι· προσέταξε δὲ καὶ κήρυκα ἐπιβοᾶν αὐτῇ καὶ λέγειν· Ἰουλίττα, ἐλέησον σεαυτὴν, καὶ θῦσον τοῖς θεοῖς, καὶ ἀπαλλάγηθι τῶν βασάνων, ἵνα μὴ καὶ σὺ κακῶς ἀπολῇ, ὥσπερ ὁ σὸς

A illam lictores detinuissent, ancillæ ejus eam deserentes, fugientes abierunt: foris autem stantes, testes eorum quæ in illam gesta sunt exstiterunt. Deinde, dicitur, illa sistitur ante Alexandri tribunal, interrogat iste ut narret illa nomen, fortunam et quam obtinuit patriam. Illa vero cum libertate ante judicem Christi Domini nomen confessa est, dicens, Christiana sum.

6. Iratus autem Alexander jussit ab illa abripi puerum Cirycum, et ad se afferri, tanquam venustum, et nihil eorum quæ agebantur scientem; illam autem nudutam et vi extensam crudis boum nervis percuti crudeliter imperavit. Ut vero puerum vi e matris ulnis carnifices abripuerunt multa B lacrymantem adducunt ad præfectum, indesinenter matrem intuentem, et ejus nomen vocitantem, martyrem autem ipsam secundum quod sibi mandatum fuerat carnifices boum nervis dire cædebant, quæ velut statua quædam insensibilis plagis laniata, nihil aliud sonabat, quam hanc egregiam vocem sine intermissione edendo, Christiana sum et dæmonibus non sacrifico.

7. Præfectus igitur manibus puerum accipiens blanditiis tentabat adducere ne lacrymaretur, et suis genibus imponebat, oscularique conabatur; ille autem matrem indesinenter intuens, præfectum quidem arcebat, caputque suum retrahebat manibus autem renitens, ungulis cædebat præfecti C vultum; et tanquam castæ turturis pullus infantile balbutiens vocem et ipse sanctus Cirycus edebat quam a matre didicerat clamantem audiens, Et ego Christianus sum. Ita ipse quoque Christi, nomen invocans, et calce judicis latus impetens, amat enim quam sæpissime infantilis indoles talibus motibus agitari, ad iram incitavit crudelem hanc feram. Non enim homo iste vocandus est, qui ignoscere intrepidæ actioni noluit. Pede igitur egregium puerum apprehendens, projecit e summo tribunali in terram: cranio autem illustris martyris talem confessionem edentis in graduum angulos projecto, et acutis et dyris gradibus contrito, cruore implentur quæ circum tribunal jacent, et D in manus Dei spiritum immittit Deo acceptabilis infans; animæ enim justorum in manu Dei sunt. αἱμάτων μὲν πληροῦται τὰ πρὸ τοῦ βήματος, εἰς βρέφος· ψυχαὶ γὰρ δικαίων ἐν χειρὶ Θεοῦ.

8. Id ergo aspiciens sancta Julitta, et gaudio exsultans: Gratias ago tibi, Domine, dixit, quia dignum præstitisti filium meum ante me morientem qui coronam immortalem obtineat. Sed in hoc iratus judex jubet armentario suspensam illam dire dilacerari, et e lebete hauriri picem liquefactam, et in pedes ejus effundi; jussit autem præconem clamare dicere que illi: Julitta, miserere tui ipsius et sacrifica diis, et exime te supplicils, ne te male perdas, ut tuus filius. Generosa autem martyr fortiter supplicia perferens, exclamavit

Digitized by Google

dicens : Ego dæmonibus non sacrifico, Christum vero adoro unigenitum Dei Filium, per quem fecit omnia Pater ; et ardenter cupio filium meum assequi, ut cum illo digna efficiar regni cœlorum. Cum vero videret atrox iste omnes furore vincens judex firmam martyris constantiam, contra illam pronuntiat, gladio quidem caput ejus amputari jubens, corpus autem ejus et filii in locum condemnatis assignatum projici.

9. Carnifices igitur capistrum ori ejus alligantes, duxerunt eam ad locum assuetum ut mandatum complerent. Julitta vero paululum carnifices ut orari rogavit, donec solum bonum Deum oraverit ; iisque annuentibus, et paululum temporis concedentibus, genibus flexis illa oravit dicens ; Gratias ago tibi, Domine, qui advocasti ante me filium meum, et præstitisti per nomen tuum sanctum et terribile ut præsentem hanc et inanem vitam deseram, et in æternam vitam cum sanctis tuis admittatur. Me quoque indignam ancillam tuam, magni hujus boni hac participem, et numerari merear inter castas virgines quæ dignæ fuerunt ut intrarent in æternum tuum et immaculatum thalamum ; et benedicat spiritus meus tuum Patrem omnipotentem et creatorem omnium, et te Filium ejus unigenitum, et Spiritum sanctum in sæcula, amen. Ut autem amen complevit sancta martyr, gladium speculator immittens, amputavit generosum ejus collum extra urbem ; corpus vero ejus projecit in locum condemnatorum, secundum quod mandatum erat ab impio judice. Ibi etiam inclyti martyris Ciryci ejus filii corpus depositum est.

10. Consummatur autem Christi gratia et virtute generosa martyr Julitta, et illius inclytus filius Cirycus quintodecimo die mensis Julii. Die igitur sequenti duo ejus ancillæ cum corpora noctu tulissent, et longe abduxissent, sepeliverunt abscondentes ea in quadam spelunca regionis illius quæ Tarsorum limitibus continetur. Usque ad tempus Constantini pii imperatoris una ex ancillis vitam ducens, quando veritas in lucem adducta est, et Ecclesiæ Dei libertatem per ejus gratiam acceperunt, locum manifestat ; et quisque fidelium accurrens studebat aliquid sumere a venerandis illis reliquiis, in tutamen et protectionem suæ vitæ, et gloriam boni nostri Dei.

11. Hæc igitur in veritate ut acta sunt patefeci Deo dilectæ tuæ animæ, quæ fidelibus præbe, quicunque apti erunt ad docendum et persuadendum alios, neque fabulosis aperte commentis exornantes, sed ipsa veritate persuadentes, in Christo Jesu Domino nostro, quocum Patri cum Spiritu sancto gloria, honor, potestas, nunc et semper et in sæcula.

A υἱός. Ἡ δὲ γενναία μάρτυς καρτερῶ ὑπομένουσα τὰς βασάνους, ἔκραξε λέγουσα· Ἐγὼ δαίμοσιν οὐ θύω, Χριστὸν δὲ σέβομαι τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐποίησεν ὁ Πατήρ· καὶ ἐπείγομαι καταλαβεῖν τὸν ἐμὸν υἱόν, ἵνα σὺν αὐτῷ καταξιωθῶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Ὡς δὲ ἐώρα ὁ πάντας μανίᾳ ὑπεραίρων ἀνήμερος δικαστὴς τὴν τῆς μάρτυρος ἐπίμονον ἔντασιν, ἀποφαίνεται κατ' αὐτῆς ξίφει μὲν τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ἀποτμηθῆναι προστάξας, τὸ δὲ λείψανον αὐτῆς καὶ τοῦ ταύτης υἱοῦ εἰς τὸν τῶν καταδίκων τόπον ῥιφῆναι.

B θ'. Οἱ οὖν δήμιοι, χάμον κατὰ τοῦ στόματος αὐτῆς ἐπιδήσαντες, ἀπήγαγον εἰς τὸν ἠθισμένον τόπον πληρῶσαι τὸ προσταχθέν. Ἰουλίττα δὲ μικρὸν τοὺς δημίους ἐπισχεῖν παρεκάλει, ἕως ἂν προσεύξηται τῷ μόνῳ ἀγαθῷ Θεῷ· καὶ τῶν δημίων ἐπικαμφθέντων, καὶ πρὸς ὀλίγον ἐνδεξωκότων, κλίνασα τὰ γόνατα προσηύξατο λέγουσα· Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε, προσκαλεσαμένῳ πρὸ ἐμοῦ τὸν ἐμὸν υἱόν, καὶ ἀξιώσαντι διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον καὶ φοβερὸν, τὴν παροῦσαν ταύτην καὶ ματαίαν καταλιπεῖν ζωὴν, καὶ τῇ αἰωνίῳ ζωῇ μετὰ τῶν ἁγίων σου συναφθῆναι· κἀμὲ δὲ τὴν ἀναξίαν δούλην σου, τοῦ μεγάλου ἀγαθοῦ ποίησον ἐπιτυχεῖν, ἵνα ἐναρίθμιος γένωμαι τῶν φρονίμων παρθένων ἀξιωθεισῶν εἰσελθεῖν εἰς τὸν αἰώνιον καὶ ἄφθαρτόν σου νυμφῶνα· καὶ εὐλογείτω τὸ πνεῦμά μου τὸν σὸν Πατέρα τὸν παντοκράτορα καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων, καί σε τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. Ὡς δὲ τὸ Ἀμὴν ἐπλήρωσεν ἡ ἁγία, παραθήξας ὁ σπεκουλάτωρ τὸ ξίφος, ἀπέτεμεν τὸν γενναῖον αὐτῆς τράχηλον ἔξω τῆς πόλεως· τὸ δὲ ταύτης σῶμα ἔῤῥιψεν ἐν τῷ τῶν καταδίκων τόπῳ, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ ἀσεβοῦς ἑκάστου πρόσταγμα· ἔνθα δὴ καὶ τὸ τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Κηρύκου τοῦ ταύτης υἱοῦ ἐναπέθεντο λείψανον.

C ι'. Τελειοῦται δὲ τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι καὶ δυνάμει ἥ τε ἀθλοφόρος μάρτυς Ἰουλίττα, καὶ ὁ ταύτης ἐπίδοξος υἱὸς Κήρυκος τῇ πέντε καὶ δεκάτῃ τοῦ Ἰουλίου μηνός. Τῇ οὖν ἑξῆς ἡμέρᾳ αἱ ταύτης δύο θεραπαινίδες ἀνελόμεναι τὰ σώματα ἐν νυκτὶ, καὶ πόῤῥω ταῦτα ἀπαγαγοῦσαι ἀπέθεντο κατακρύψασαι ἔν τινι σπηλαίῳ εἰς τὴν γῆν ἐν τῇ Ταρσέων ἐνορίᾳ. Μέχρι δὲ τῶν χρόνων Κωνσταντίνου τοῦ εὐσεβῶς βασιλεύσαντος, ἡ μία τῶν θεραπαινίδων ἐπιβιώσασα, ὅτ' ἂν ἡ ἀλήθεια εἰς φῶς ἦχθη, καὶ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ παῤῥησίαν διὰ τῆς αὐτοῦ χάριτος ἔλαβον, ἐκφαίνει τὸν τόπον· καὶ πᾶς τις τῶν πιστῶν ἔσπευδε παραγενόμενος λαβεῖν τι ἐκ τῶν τιμίων ἐκείνων λειψάνων, εἰς φυλακτήριον μὲν καὶ σύστασιν τῆς ἰδίας ζωῆς, εἰς δόξαν δὲ τοῦ ἀγαθοῦ ἡμῶν Θεοῦ.

D ια'. Ταῦτα τοίνυν ἐν ἀληθείᾳ πραχθέντα ἐσήμανα τῇ φιλοθέῳ σου ψυχῇ, ἅτινα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι καὶ πληροφορῆσαι· μὴ τοῖς προδήλως μυθώδεσι συγγράμμασι συμπεριφέρεσθαι, ἀλλ' αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ πείθεσθαι· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ Πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, τιμὴ, κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς αἰῶνας.

Digitized by Google

ANNO DOMINI MVI.

LEONIS PRESBYTERI

PROLOGUS

AD PASSIONEM SS. RUFI ET RESPICII.

(Mai, Spicileg. Rom. tom. IV, p. 290.)

Non enim (1) insignes antiquorum Patrum titulos infirmare conamur, neque generosa illorum monumenta suggillare nitimur; quin potius laudamus, atque laudando roboramus; sed ea quæ per incuriam et temeritatem, ut simplicium scriptorum, depravata videntur, in quantum divinæ Providentiæ sors dederit, emendare satagimus, ne apud sobrios et grammatico sale conditos lectores veritas gestorum ipsa corruptione vilescat, ac pius labor piorum omnium sputo obnoxius judicetur. Est autem et alia causa hujusce renovationis non minima, quæ nos tam annosum ac neglectum opus comminare (*ita cod.*) cogit in melius, quia sine titulo auctoris amphibolium est thema subsequentis operis, et ideo verendum ne inter apocrypha jure censeatur. Quod igitur ad publicas aures ob multorum ædificationem proficisci oportet, necesse est ut grammaticæ diligentiæ cribro ab omni prius vitiorum lolio purgetur. Dixit namque Isidorus, abrade titulum ut muta sit pagina. Ergo ne tantæ calumniæ ansa nostram parvitatem aliquo modo innodare videatur, sanandi ac medicandi operis prodendus est medicus, ut cum probata persona omnibus in notitiam venerit, ejus opuscula, divina veritate subnixa, nemo fidelium refutare permittatur, sed potius contra omnes æmulos divinæ protectionis vis bene defensare comprobetur. Est nempe Theodoricus ille monachus ac sacerdos peregrinus, atque diutius viscerum cruciatibus confectus qui ante varios [*cod.* raros] annos vitam composuit beati Martini PP. jucundius, necnon et alia opuscula in hac urbe Romana positus conscripsit diligentius; qui cum fratrum rogatu aliquid dignum scriptitasset commendandum, haud fuco aliquo usus dicendi, nec phalera pretiosorum verborum, sed humillimo narrationis genere, quod Græci ταπείνωσιν vocant, ob commune auditorum atque lectorum commodum subulco prosecutus est stylo. Scripsit quoque, ut multorum fatetur auctoritas, elegantissimum et omni veneratione dignum de sanctis quadraginta martyribus sermonem. Compinxit præterea passionem beatorum martyrum Anthimi sociorumque ejus hexametris intersertam versiculis. Memoriam quoque nuperrime haudquaquam vilipendendam edidit, qualiter caput eximium martyris Damiani Romanis illatum est septulis. Ilis addendum non superfluum videtur, quod et rusticano sermone translationem patefecit sanctorum Christi athletarum Basilidis, Tripodis, et Magdalis. Ego quoque Leo, quanquam minus idoneus, superna tamen favente clementia presbyter et sacerdos, memoratum monachum cœpi pro Christo amare ardentius, non ob hoc tantum quod videbatur sciolus, quinimo quia testimonium habuit bonum ab omnibus, quod esset hujus sæculi inimicus, et mundus illi esset crucifixus. Nam ejus infirmitati assidue compassus, hospitio illum recepi omnium nostrorum primus, ejusque me interesse disputationibus gavisus sum sedulo. Cumque illi compertum foret, quod essem etiam quotidianus beati triumphatoris Christi Respicii titularius, ejusque servitor indefessus, cœpit a me disquirere utrumnam beatus martyr suæ passionis esset insignitus memorialibus [*cod.* memorilibus], an fæculentia ruitura præ manibus mundi historia, omnino chronographis deficientibus, careret. Cum beatum Christi pugillatorem proprios responderem habere titulos; Velim, ait ille, videre, styli probandi gratia. Qui cum citius primæ pagellæ campos percurreret, Habemus nactam, inquit, occasionem, qua de agresti atque insulso pulmento fas nobis sit laceratum tacere cibum. Nam amarissimas projiciamus colocynthidas, et mellifluas pro illis inseramus herbas, ut sicut indocti scriptores de bono fecerunt malum, sic et nos de malo nitamur facere bonum, ipsius fulti levamine, sine quo nihil possumus facere.

Explicit prologus, incipit passio.

Sæpe divina consuevit clementia in tenera adhuc parvaque ætate, *etc.*

(1) *Enim* apud sequiores præsertim auctores significat *sane, profecto, utique.* Quin adeo apud Julium Valerium primam quoque sedem in periodo occupat.

Digitized by Google

MONITUM.

(Mai, Spicilege Rom. tom. V, p. 153.)

Leonis clerici, patria Romani, dignitate presbyteri, prologum eruditum in hoc Spicilegio jam edidimus t. IV, ubi ipse, pag. 292 titularium se appellat S. Respicii martyris, de cujus antiqua ecclesia et sacra statione loquitur Carolus Barth. Platea in Hemerologio Romano, p. 672. Nihil tamen nos diximus in prædicto tomo de Leo se Theodoricum monachum peregrinum et infirmum hospitio recepisse, habemus jam exploratum Leonis ævum : etenim Theodoricus (qui fuit patria Trevirensis et morbo podagricus) monachatui se nomen dedisse anno Christi 1006, narrat ore proprio apud Mabillonium in *Annalibus Bened.* t. IV, p. 174; quo loco miror Maurinum doctissimum vix unam commemorare Theodorici lucubratiunculam de vita et miraculis S. Celsi episcopi, cum apud nos loco prædicto tot alia Leo enumeret Theodorici scripta; quibus adde illa quæ recenset Trithemius, itemque Bollandus t. III, Martii die 21, p. 199 et 200, quorum nonnulla in Vaticanis quoque codicibus conservantur.

Nunc ad Leonem ut redeam, novam ejus aspexi in reginæ Svecæ codice lucubrationem, vitam scilicet S. Joannis Chrysostomi, quam ego lectitans statim comperi, eam de Græco Metaphraste potissimum a Leone ejusque adjutore Christophoro fuisse derivatam; quæ cum apud Surium exstet Latino, etsi aliis verbis, nihil erat causæ, cur Leonis compilationem in vulgus emitterem. Hunc adeo verbosiorem quoque illam multoque prolixiorem Chrysostomi historiam, quam a Christophoro interprete sibi exhibitam dicit Leo, in alio Vaticano codice offendi, quam item consulto prætermisi. Igitur ex universa Leonis lucubratione prologum tantummodo ineditum, seu potius præviam ad quemdam Lupum epistolam retinui, adjecta etiam brevi operis clausula. Sane quia Romæ versor, et quia Romani cleri studiis apprime faveo, hanc Romani clerici, hactenus ut puto incogniti, et notitia et religiosam scriptiunculam celandam non judicavi.

LEONIS PRESBYTERI

PROLOGUS

IN VITAM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI.

Sacræ dignitatis summi presbyteratus culmine sublimato viro, quondam Juliano, nunc Lupo nomine non iniquo actu, Leo qui et Joannes cognomine infelix exsistens clericus, a prima infantia divino judicio lumine visibili carens, ex toto perennem optat in Domino salutem.

Actiones passionesque beati Chrysostomi Joannis ab exordio usque ad terminum vitæ ejus, sed et post obitum ipsius aliquanta de eo facta, ex Græco in Latinam linguam transferri, satis anxie quæsisti, quæ et ego nosse cum innumeris sitiebam. Sed quamvis hæc scire vobiscum avidus essem, ea tamen transferre te crebro a me postulante, et plurimis hoc fieri a me poscentibus, pro mea imperitia nequaquam gaudebam. Id enim me agere, idoneum minime fore noveram. Verebar quoque ne forte interpres, quanquam disertus et prudens ac loquax foret, humana tamen oblivione quadam præpeditus, hæc obscure mihi aliquantulum interpretaretur; et ego ob meam nimiam exstantem imperitiam, his criduri ut congrueret nequidquam. Sed tandem vi divina quodammodo cogente, et propriam, ut beatus Augustinus ait, exhibente dignationem, ac præbente occasionem aptam, precantibus vobis præbui assensum et prout quivi verbis interpretatis ex tribus voluminibus multo tempore capere ea quibus instrui ardenter cupiebamus, libellum ex eis quamvis imperito sermone contexui. Quod vero ne accideret formidaveram, accidit te perficiente. Quam ob rem præfati interpretis Christophori scilicet reverendi sacerdotis per totum volumen cum illud ederem, addidi ex mente et ratione propria innumera verba quæ congrua mihi visa sunt ad ornamentum favoris Dei sanctique Joannis, et ad deprecandum eumdem, ac vituperandam imperatricem hujus inimicam. Plurima tamen quæ ab interprete ad plenum ut se habent dicta sunt, propter fasti-

Digitized by Google

dium legentium prætermisi. Judicavi enim quod sufficeret excellentia tantum nota esse, ad declaranda eximii viri merita nosse desiderantibus. Ex quibus a nemine, ut reor, debeo depravari; nam fere cuncti structissimi et sanctissimi historiographi hæc in plerisque libris cum eos conderent egerent, si diligenter quisque scrutetur. Triumphare nos semper ex cunctis hostibus, summi sacerdotis Joannis, cunctorumque sanctorum meritis ac precibus, efficiat omnipotens ac clemens Dominus.

Clausula vero Leonini operis ita se habet.

Hæc pauca de magnis virtutibus tuis, sancte Joannes, ad ædificationem proximorum et laudem tuam legenda, ego omnium Christianorum ultimus meritis, ingenio, memoria, et intellectu exsistens quamvis rusticano modo, cum multo tamen ut nosti labore, pio amore tuo devictus edidi. Tu benigne dignare pro multis ista suscipere, et quasi diserto sint sermone composita imputare; et fac perpetuo mihi prodesse indigno, cunctisque horum lectoribus pariter et auditoribus. Pia etiam cum dilectione acuentes et petentes a me, ut hunc libellum gloriosæ actionis ac passionis tuæ de Græco sumens, Latino sermone componerem; et qui sumptus proprios ex fide et amore tui ad hoc opus efficiendum expendit, collaborantesque mihi in hoc opere, alienentur per te a cunctis noxis, et magnis in hoc sæculo a Deo Patre, atque in futuro maximis ditari præmiis mereantur.

ANNO DOMINI MXIII.

LEO GRAMMATICUS.

Ejus Chronographiam habes inter Scriptores post Theophanem, *Patrologiæ* t. CIX.

ANNO DOMINI MXIII.

JOANNIS PRESBYTERI

EPISTOLA

AD LEONEM GRAMMATICUM ET ARCHIEPISCOPUM CALABRIÆ.

(COTELERIUS, Monum. Ecclesiæ Græcæ, tom. III, p. 465. — Vide Hanckium de Script. rer. Byzant. p. 678.)

—

Τῷ καθηγητῇ τῶν καθηγητῶν καὶ πνευματικῷ μου πατρὶ κυρῷ Λέοντι τῷ γραμματικῷ, καὶ ἀρχιεπισκόπῳ Καλαβρίας (1), Ἰωάννης πρεσβύτερος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνάξιος.

Κληρικός τις ἔγημε γυναῖκα, διδάσκαλε, καὶ πρὶν ἢ συνοικῆσαι αὐτὸν τῇ γαμετῇ, βούλεται χειροτονηθῆναι πρεσβύτερος, ἐκδεχόμενος μετὰ τὴν χει-

Doctori doctorum et spirituali Patri meo, domino Leoni Grammatico et archiepiscopo Calabriæ, Joannes presbyter, indignus Jesu Christi servus.

Quidam clericus uxorem duxit, magister, et antequam cum ea habitet, vult presbyter ordinari, exspectans ut postquam ordinatus fuerit illam de-

(1) *Καλαβρίας.* Salmasius quidem in Animadversa Petavii, p. 81, citat initium hujus epistolæ Leonis Grammatici et archiepiscopi Calabriæ ad Joannem presbyterum, sed an ex editis an ex ineditis non dicit. Vide Fabrotum, in titul. *De vita et honestate clericorum.* apud Gregor. Item ad tit. de sacerdotibus, *Biblioth. Juris canon.* p. 1409. Vide etiam præcipue Notitias Græcorum episcopatuum. De argumento autem ipso Epistoliorum, imperatoris Leonis Constitutio tertia, Balsamon ad Can. Antioch. [illegible], Trull. VI, Ancyr. X, et Scholium in Epitome Harmenopuli sect. 2, tit. 1, p. 23. Inter capitula concilii Lateranensis IV, illud comma: *Qui autem secundum regionis suæ morem non abdicarunt copulam conjugalem, si lapsi fuerint, gra[illegible] puniantur, cum legitimo matrimonio possint uti.* Græce redditur, οἱ δὲ κατὰ τὸ τῆς χώρας αὐτῶν ἔθος μὴ τηρήσαντες τὴν γαμικὴν σύζευξιν, ἐὰν ὀλισθήσωσιν, βαρύτερον κολασθήτωσαν, ἐπεὶ τῷ νομίμῳ συνοικεσίῳ δύνανται χρῆσθαι, prava versione. Edendum fuisse videtur, aut ex sensu, οἱ τηρήσαντες, aut ad verbum, οἱ μὴ ἀθετήσαντες, vel quid simile.

Digitized by Google

virginet. An itaque id liceat, mihi indica. Rem enim absurdam esse reputans servus tuus, ausus sum ad te scribere.

Responsum Leonis Grammatici et archiepiscopi Calabriæ.

Leo humilis, grammaticus, et archiepiscopus Calabriæ, Joanni spirituali fratri, ac Domini sacerdoti.

Is qui puellam virginem in sponsam accepit, sicut scripsisti, sancte fili, et postquam ordinatus fuerit, vult eam devirginare, nihil aliud exhibet quam se occultum fornicatorem, vel uxorem suam suspectam ut antea constupratam. Et si ipse quidem Christo pollicitus est se in virginitate victurum, quid necesse fuit cum virgine copulari? Nam etiam absque muliere, poterat virgo manens ordinatione donari, Sin vero propter naturæ imbecillitatem atque affectuum incoercibile agmen, illam sibi junxit, prius cum ea legitime concumbat, ac deinde ordinetur. Mulieris enim patefacta virginitate, tanquam unius uxoris vir, ad sacerdotii formidabilissimum gradum promovebitur.

A ροτονίαν ἐκπαρθενεῦσαι αὐτήν. Εἰ οὖν ἔξεστι τοῦτο, δήλωσόν μοι. Ἄτοπον γὰρ αὐτὸ λογισάμενος εἶναι ὁ δοῦλός σου, ἐτόλμησα γράψαι σοι.

Ἀντίγραμμα Λέοντος γραμματικοῦ καὶ ἀρχιεπισκόπου Καλαβρίας.

Λέων ὁ ταπεινὸς γραμματικὸς, καὶ ἀρχιεπίσκοπος Καλαβρίας, Ἰωάννῃ τῷ πνευματικῷ ἀδελφῷ, καὶ ἱερεῖ Κυρίου.

Ὁ παρθένον κόρην ὁρμασάμενος (2), καθὰ γέγραφας, τέκνον ἅγιον, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν, ταύτην ἐκπαρθενεῦσαι βουλόμενος, οὐδὲν ἕτερον ἢ κλεψίγαμον ἑαυτὸν παρίστησιν, ἢ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ὕποπτον, ὡς προεκπορνευσθεῖσαν. Καὶ εἰ μὲν Χριστῷ συνέθετο παρθενεύειν αὐτὸς, τίς χρεία τῆς πρὸς παρθένον αὐτῷ συναφείας; Καὶ χωρὶς γὰρ B γυναικὸς, ἠδύνατο παρθενεύων χειροτονίας ἀξιωθῆναι. Εἰ δὲ διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀσθενὲς καὶ τὸν ἀκατάσχετον ἑσμὸν τῶν παθῶν, ὡρμάσατο ταύτην, συγγινέσθω πρότερον αὐτὴν [*leg.* αὐτῇ] νομίμως, καὶ τότε χειροτονείσθω. Καταδήλου γὰρ τῆς παρθενίας αὐτῆς γινομένης, ὡς μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ, εἰς τὸν τῆς ἱερωσύνης φρικωδέστατον βαθμὸν ἀναχθήσεται.

(2) *Ὡρμασάμενος*. Est ὁρμάσασθαι *despondere, cum sponsa nuptias contrahere*. Epiphanius hæresi 78, n° 13, de Maria et Josepho, ἀπὸ τοῦ ὁρμασθῆναι αὐτὴν αὐτῷ, *eo quod illa ei desponsata esset*. Apud eumdem Epiphanium *De laudibus Deiparæ*, t. II, p. 292, ὡρμάσατο τὴν Παρθένον εἰς τὸν μονογενῆ Υἱόν· Pater *despondit Filio suo unigenito Virginem*.

ANNO DOMINI MXV.

EPIPHANIUS MONACHUS.

NOTITIA.

Auctore Joanne Aloysio Mingarellio, apud Amadutium *Anecdot. litter.*, tom III.

—

Illustrissimo ac reverendissimo præsuli Stephano Borgiæ, sacræ congr. de Propaganda Fide a secretis, D. Joannes Aloysius Mingarellius S. D.

Optas, eruditissime præsul, pro tua in me benignitate, maximoque in litteras amore, ut vetustum aliquod opusculum, idque Græcum, tertio Anecdotorum volumini, quod Romanis propediem typis, imprimetur, inserendum præbeam. Ego autem cupienti si quid negem, quod præstare queam, ingratus sim. Necdum enim tibi vel de facie notus eram, cum omni humanitatis officio me devinxisti. Memoria probe teneo, vir humanissime, duodecim circiter abhinc annis cum Beneventum forte venissem, quam tu civitatem mirifica per id tempus dexteritate regebas, atque prudentia, quam liberaliter a te, comiterque exceptus fuerim una cum supremo tunc cœtus nostri moderatore Joanne Chrysostomo Trombellio, quamque jucunde paucos illos dies, quibus ibi manere licuit, transegerim, tuam et in consuetudine suavitatem expertus, et in colloquio doctrinam, atque eruditionem admiratus. Quamobrem nihil est, quod non tui causa facturus libenter sim. E vestigio itaque converti e Græco libellum quemdam Epiphanii monachi de Vita Deiparæ, cujus apographum apud me ineditum jampridem latet, semperque forsitan latuisset, nisi hanc tu mihi occasionem præbuisses, ut rursus in manus sumerem : diu enim dubitavi, an eum supprimere præstaret, quam in manus omnium emittere : propterea quod e monumentis non sinceris modo, atque inutilitatis, sed apocryphis etiam, ut ipsemet auctor profitetur, ac dubiis contex-

Digitized by Google

tus sit. Nunc autem cum alicui nihilominus utilitati visus sit esse posse, si evulgetur, eum ad te mittere constitui, ut tute ipse, cujus plurimi judicium duco, quid agendum sit, videas. Tuus ergo sit arbitratus : ut illum, prout libuerit, vel comburas, cum legeris, vel typographo librario excudendum tradas : mihi vero id unum cordi esse noris, ut nihil a me edatur, quo lectorum in Dominam nostram pietas, aut debitus ipsi honor vel minimum, te quidem judice, imminui queat.

Libelli porro auctor tibi incredibili memoria prædito plane ignotus esse non potest : nam Leo Allatius et fragmenta ex hoc ipso haud semel protulit opusculo, et aliud quoddam ejusdem scriptum in Symmictis divulgavit, hujusmodi titulum in fronte habens : *Epiphanii monachi Hagiopolitæ Syria, et urbs sancta ;* nec enim dubito quin unus idemque Epiphanius utriusque libelli auctor sit, cum eodem plane stylo utrumque conscriptum videam, tenui scilicet, atque adeo, ut verius loquar, humili ac pene abjecto. Quin homiliam quoque Epiphanii monachi in sanctum Andream apostolum commemorat ipse Allatius in Diatriba de Simeonum scriptis : sed ea utrum Epiphanii nostri sit, quis tuto, nisi illam viderit, definire queat, cum Allatius nihil præter titulum atque initium attulerit ? Si quid tamen e tam exiguis indiciis judicari potest, equidem eam quoque homiliam ipsi tribuendam crediderim. De membraneo autem exemplari, e quo libellum ego exscripsi, nihil dicere attinet in præsenti : satis enim descriptum fuit iis litteris, quas de quodam sancti Gregorii Thaumaturgi sermone ad Ægidium fratrem meum Bononiæ dedi : unus enim, idemque codex et eum Gregorii sermonem, et hunc Epiphanii mihi subministravit. Illud potius optandum jam esset ut quo tempore Epiphanius noster scripserit, accurate, ac liquido definiri posset ; nam Joannes Albertus Fabricius, *incertæ ætatis* scriptorem dixit. At si adamussim illud determinare, ac veluti acu tangere non licet, valde tamen angustis finibus spatium omne intra quod eum scripsisse necesse sit, circumscribi posse reor, atque includi : ut neque ante undecimum Christi sæculum, nec post tertium decimum vixisse dici debeat. Non ante undecimum quidem : quia Hippolytum Thebanum citat, quem decimo, aut summum undecimo floruisse consentiunt eruditi. Post tertiumdecimum vero sæculum scribi non potuit opusculum, e quo fragmentum Nicephorus Callistus protulit Epiphanium ipsum nominans, ut mox videbimus : præsertim cum ipse codex, unde illud exscripsi, aut duodecimi sæculi sit, aut non multo sane recentior. Ex quibus omnibus illud tandem conficitur, ut sæculo circiter duodecimo Epiphanium nostrum vixisse haud temere statui queat. Si qua igitur identidem occurrent inter legendum, quæ parum tibi arrideant, mirari non debebis, vir præclarissime : Græcum enim ejus ætatis vinum, ut ita cum Catone loquar, quod neque aceat, neque muceat, vix ullum est, ut nosti. Mucida sane haud pauca hic offendes, multa ineleganter dicta, barbara etiam nonnulla, atque soloœca ; plura demum incerta, nulloque idonei scriptoris, qui quidem exstet, aut notus sit, testimonio confirmata. Attamen hæc ipsa utpote quodammodo nova, aliquam fortasse afferent oblectationem. Vale, præsul doctissime, ac tua me amicitia ornare perge.

Dabam Romæ in ædibus S. Petri ad Vincula, Kalendis Martiis, anno 1774.

SELECTA QUÆDAM

DE EPIPHANIO MONACHO ET PRESBYTERO TESTIMONIA.

Nicephorus Callistus in Hist. eccl. lib. II, *cap.* 23 *ex Epiphanii Opusculo, quod nunc edimus, locum quemdam sic citat.*

Ἦν δὲ τὸ ἦθος καὶ ἡ θέσις τῆς μορφῆς καὶ τῆς ἡλικίας αὐτῆς οὕτως ἔχοντα, ὡς φησιν Ἐπιφάνιος· Σεμνὴ, φησὶν, ἦν κατὰ πάντα· ὀλίγα τε καὶ ἀναγκαῖα λαλοῦσα· ταχεῖα πρὸς ὑπακοὴν καὶ εὐπροσήγορος· τιμῶσα πάντας καὶ προσκυνοῦσα. Μέση δὲ ἦν ἡλικίαν ἦν· εἰσὶ δὲ οἱ καὶ πλέον τι τοῦ μέσου A
χειν αὐτὴν φασί· τὸ εὐπαρρησίαστον δὲ πρὸς πάντα ἄνθρωπον εἶχε· πόρρω γέλωτος· ἔξω τε ἀρχῆς· καὶ ἀόργητος μάλιστα· σιτόχροος δ' ἦν καὶ ξανθόθριξ· εὐόφθαλμος· ὑποξανθιζούσας καὶ ἰονεὶ ἐλαιώδεις τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν ἔχουσα· περιηγμένας καὶ μελαίνας περιβεβλημένη ὀφρῦς μοχρώντως· ἐπίρρινον· χείλη ἐπανθοῦντα ἔχουσα, καὶ τῆς ἐκ τῶν λόγων γλυκύτητος γέμοντα· πρόσωπον οὐ στρογγύλον, ἀλλ' ὡσανεὶ ἐπίμηκες κεκτημένη· μακρόχειρ τε καὶ μακροδάκτυλος ἦν· ἀτυφός τε καὶ ἀσχημάτιστος· μὴ βλακείαν ἐπιστρεφομένη τινά· ταπεινώσιν ὑπερβάλλουσαν ἔχουσα· ἱμάτια αὐτόχροα φοροῦσα καὶ ἀγαπῶσα· ὁποῖον νῦν καὶ τὸ ἅγιον αὐτῆς μαφόριον δείκνυται. Καὶ συνόλως εἰπεῖν, ἐφ' ἅπασι τοῖς αὐτῆς, θείας χάριτος πεπληρωμένη. *Quæ sic interpretatus est Joannes Langius.*

Mores autem (*sanctissimæ Deiparæ*), formæque, et staturæ ejus modus, talis, ut inquit Epiphanius, fuit. Erat, inquit, in rebus omnibus honesta, et gravis, pauca admodum eaque necessaria loquens, ad audiendum facilis, et perquam affabilis, honorem suum, et venerationem omnibus exhibens ; B
statura mediocri, quamvis sint qui eam aliquantulum mediocrem longitudinem excessisse dicant.

Digitized by Google

cenli dicendi libertate adversus homines omnes usa est, sine risu, sine perturbatione, et sine iracundia maxime. Colore fuit triticum referente, capillo flavo, oculis acribus, subflavas, et tanquam oleæ colore pupillas in eis habens. Supercilia ei erant inflexa, et decenter nigra; nasus longior, labia florida, et verborum suavitate plena; facies non rotunda, et acuta, sed aliquanto longior; manus simul, et digiti longiores. Erat denique fastus omnis expers, simplex, minimeque vultum fingens; nihil mollitiei secum trahens, sed humilitatem præcellentem colens; vestimentis, quæ ipsa gestavit, coloris nativi contenta fuit: id quod etiamnum sanctum capitis ejus velamen ostendit. Et, ut paucis dicam, in rebus ejus omnibus multa divinitus inerat gratia.

Leo Allatius in Συμμίκτοις *libro* I, *pag.* 48, *Opusculum edidit, quod sic inscribitur:*

Ἐπιφανίου μοναχοῦ τοῦ Ἁγιοπολίτου τοῦ πνευματικοῦ ἡμῶν Πατρὸς διήγησις, εἰς τυπον περιηγητοῦ, περὶ τῆς Συρίας, καὶ τῆς ἁγίας πόλεως, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἁγίων τόπων: *Epiphanii monachi Hagiopolitæ, spiritualis Patris nostri, ad modum descriptionis situs Orbis, Enarratio Syriæ, Urbis sanctæ, et sacrorum ibi locorum.*

Idem Allatius in Diatriba de Simeonum scriptis pag. 90.

Epiphanii monachi et presbyteri (Sermo) Περὶ τοῦ βίου καὶ πράξεων, καὶ τέλους τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνδρέου. (*De vita et gestis, et obitu sancti apostoli Andreæ.*) Incipit: Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἀνεγράψαντο βίους (*Quoniam multi scripserunt vitas.*)

Et pag. 106.

Epiphanii monachi et presbyteri (Sermo) Περὶ τοῦ βίου τῆς ἁγίας Θεοτόκου, καὶ τῆς ζωῆς αὐτῆς χρόνων. Incipit: Περὶ τῆς κυρίως καὶ ἀληθῶς Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας πολλοὶ διεξῆλθον τῶν πάλαι διδασκάλων. Unde sua hauserit, ipse in principio Orationis sic narrat: Ἐγκωμιασναὶ δὲ αὐτῆς πολλοὶ ἐκ τῶν ἁγίων πατέρων. . . . .

Tillemontius tom. I Monumentorum ad Historiam ecclesiasticam spectantium, pag. 70, *in Vita B. Mariæ Virginis.*

Nicéphore tire d'un Epiphane une description de tout son extéricur (*B. Virginis scilicet*) qui est bell. et avantageuse si elle estoit mieux autorisée. Car il y a bien de l'apparence qu'on l'a depeinte telle qu'on a jugé qu'elle devoit estre. Pour ce qu'il dit de son visage, il l'a pu tirer du portrait qu'un historien du VI siecle dit que S. Luc en avoit fait, et qu'on envoya de Jerusalem à Pulquerie.

Joannes Albertus Fabricius in Bibliotheca Græca, vol. 6, *pag.* 705.

Epiphanii monachi ac presbyteri Hagiopolitæ, sive Hierosolymitani, incertæ ætatis, *Syria, et Urbs sancta*, Græce e codice Vaticano, cum Federici Morelli versione per Allatium multis locis interpolata. Ejusdem scriptoris *De Vita S. Deiparæ* laudat Allatius de Simeonum scriptis p. 106, et ad Eustathii Hexaemeron pag. 285 seq. *Homiliam de S. Andrea apostolo*, idem de Simeonibus, pag. 90.

Codicem, quo usus sum, quique hoc Epiphanii opusculum habet pag. 237, *sic descripsi egomet in Epistola ad Ægidium fratrem meum, Bononiæ impressa anno* 1770, *cum ineditum S. Gregorii Thaumaturgi Sermonem in lucem proferrem.*

Horum ergo codicum (*Nanianæ Bibliothecæ*) unum, qui nunc 22 est, dum evolverem, in illam incidi scriptiunculam, de qua superius commemorabam. Membraneus is est, ea membranarum magnitudine ut unaquæque ex ducentis nonaginta tribus chartis, quibus omnino constat, cum quarta mediocris folii parte nostratis chartæ ex lineis, vilibusque scrutis confectæ exæquetur. Harum pleræque, imo ferme omnes... quingentis circiter ante annis exaratæ sunt, sed ab exscriptore adeo rudi, ut nihil admodum quid scriberet intellexisse videatur.... Totus autem codex e libris, quos *ecclesiasticos* vocamus, unus est: quem Latini quidem sacerdotes *Homiliarium* dicerent, Græci vero Πανηγυρικὸν appellant. Nihil namque aliud eo continetur, nisi septem et quadraginta sive Orationes, sive *Homiliæ*.... quarum nonnullæ quidem sunt ἀνεπίγραφοι, cæteræ autem Gregorio Nazianzeno... Epiphanio monacho ac presbytero, et Germano episcopo Constantinopolitano inscribuntur.

Digitized by Google

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ

ΛΟΓΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΒΙΟΥ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ.

ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ ΧΡΟΝΩΝ.

—

EPIPHANII MONACHI

ET PRESBYTERI

SERMO DE VITA SANCTISSIMÆ DEIPARÆ

ET DE IPSIUS ANNIS (1).

—

Εὐλόγησον, Δέσποτα, Λόγος μα'.

Περὶ τῆς κυρίως καὶ ἀληθῶς Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, πολλοὶ διεξῆλθον τῶν πάλαι διδασκάλων · οἱ μὲν προφητικοῖς διαφόροις εἴδεσι καὶ ὀνόμασι τὰ τέρατα ἑαυτῆς, καὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς ἀνερμηνεύτως τεχθέντος Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν προεῖπον · οἱ δὲ ἅγιοι ἀπόστολοι περὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος Θεοῦ Λόγου τὴν σπουδὴν ἐποιήσαντο · καὶ εἰς τὰς τούτου πράξεις ἐσχόλασαν · περὶ ταύτης δὲ ὀλίγα τινὰ εἰπόντες · εὐθέως παρέδραμον · οὕτω τοῦ Πνεύματος οἰκονομήσαντος. Οἱ πάντες δὲ ἀπὸ Δαυὶδ κατάγεσθαι αὐτὴν λέγουσιν · ἐγκωμιασταὶ δὲ αὐτῆς ἐκ τῶν ἁγίων Πατέρων γεγόνασιν · οὐδεὶς δὲ ἐξ αὐτῶν περὶ τῆς βιώσεως αὐτῆς καὶ τῶν χρόνων, ἢ τῆς ἀνατροφῆς, ἢ τοῦ τέλους, ὀρθῶς καὶ εὐαποδέκτως ἐσήμανεν · ἀλλὰ καὶ οἱ ἐπιχειρήσαντες καὶ μέρη τινὰ εἰπόντες, οὐκ ὠρθοτόμησαν, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἐγένοντο κατήγοροι, οἷον, Ἰάκωβος ὁ Ἑβραῖος, καὶ Ἀφροδισιανὸς Πέρσης, καὶ ἄλλοι τινὲς, μόνον περὶ τῆς γεννήσεως αὐτῆς εἰπόντες, εὐθέως

A

B

Benedic, Domine (2). Sermo XLI.

De Maria, quæ proprie ac vere Deipara, et Semper-Virgo (3) dicitur, multi e vetustis doctoribus sermonem habuerunt : nam nonnulli quidem variis propheticis figuris ac nominibus usi, mirabilia cum de ipsa (4), tum de eo, qui ex ipsa ineffabiliter natus est, Christo vero Deo nostro prænuntiarunt : sancti vero apostoli de Deo Verbo ex ipsa incarnato studiose egerunt, ac de iis quæ ab ipso gesta sunt ; de Maria vero cum pauca quædam dixissent, ad alia statim transierunt, ita Spiritu sancto disponente. Sed omnes illam ex David originem duxisse (5) aiunt. Fuerunt (6) autem e sanctis Patribus haud pauci, qui eam encomiis celebrarent : sed ipsorum nullus de illius vita, et annis, aut educatione, aut obitu, recte ac probabiliter scripsit. Imo qui id facere aliqua ex parte aggressi sunt, a recta via aberrarunt, ac unusquisque sui ipsius veluti accusator exstitit, ut exempli, gratia, Jacobus Hebræus (7), et

Mingarellii notæ.

(1) Allatius in Diatriba de Simeonum scriptis p. 106, opusculi hujus titulum afferens legit : Καὶ τῆς ζωῆς αὐτῆς χρόνων. Quæ verba Fabricius in codice apocrypho Novi Testamenti, pag. 43, sic vertit : *Et de ejus vitæ temporibus.* Attamen Græcis minus antiquis sæpe χρόνοι sunt potius *anni*, quam tempora.

(2) Indicant hæc verba, legi olim consuevisse sermonem huncce in Græca aliqua Ecclesia : idem enim valent, ac nostra formula : *Jube, Domne, benedicere.*

(3) De vetustissimo hoc Mariæ titulo, Semper-Virgo, dixi in notis ad librum II Didymi, *De Trinit.* pag. 84.

(4) Codex : ἑαυτῆς. Legendum foret αὐτῆς, si Epiphanius noster de sermonis elegantia sollicitus esset.

(5) De hac re, aliisque ad opusculi hujus illustrationem opportunis fuse et erudite agit diligentissimus scriptor Trombellius in Dissertationibus de vita et gestis B. Mariæ.

(6) Fragmentum ab Allatio editum, et notis a Fabricio illustratum incipit a verbis : ἐγκωμιασταὶ δὲ αὐτῆς πολλοί · sed postrema hæc vox deest in meo apographo, sive in codice Naniano.

(7) Quisnam est Jacobus iste Hebræus? Multo aliter loqueretur Epiphanius noster, si sanctum Jacobum Minorem, qui Adelphotheus, sive frater Domini dicitur, indicare vellet. Exstat tamen liber apocryphus sancto huic apostolo perperam tributus.

Digitized by Google

Aphrodisianus (8) Persa. Alii vero quidam postquam de Mariæ nativitate duntaxat locuti sunt, conticuo siluerunt. Joannes autem Thessalonicensis (9), qui de illius Dormitione celeberrimum scripsit sermonem, ipse semetipsum offuscavit. Alius insuper Joannes (10), qui Theologum se ipse denominat, mendacii reum se prodit. Andreas vero Hierosolymitanus (11), qui Cretæ episcopus fuit, postquam pauca quædam, eaque recte de hoc argumento dixit, encomium deinceps texuit potius quam narrationem. Nos vero cum plerosque examinaverimus, ac ea quæ credibilia, et firma, et vera essent cum ex *Ecclesiastica Historia* Eusebii, qui Pamphili cognominatur, tum e reliquis scriptoribus, ac magistris collegerimus, simplici nunc stylo cupidis (12) lectoribus ea quæ ad Deiparam spectant exhibebimus : et cujusque scriptoris, e quo aliquid accepimus (ne quis calumniari nos queat, quasi de nostro quidpiam addere, aut demere (13) ausi simus), nomen in fronte (14) indicavimus. Neque vero, si quid ex apocryphis libris, aut ex hæreticis depromserimus, nos quisquam redarguat : inimicorum enim testimonia fide sunt digniora, ut Magnus ait Basilius. Quin etiam admirabilis vir Cyrillus (15) Alexandriæ episcopus id ipsum fecit, ab Abrahamo usque ad David (16) texens genealogiam Josephi, immaculatæ

A ἐσιώπησαν. Περὶ δὲ τῆς κοιμήσεως αὐτῆς, Ἰωάννης ὁ Θεσσαλονικεὺς πολυθρύλλητον ποιησάμενος λόγον, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπεσκίασεν · καὶ ἕτερος δὲ Ἰωάννης ἑαυτὸν Θεολόγον ἐπιχρώσας · τὸ τοῦ ψεύδους ἔγκλημα ἐφ' ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο. Ἀνδρέας δὲ ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος Κρήτης, ὀλίγα τινὰ εἰπὼν καὶ ὀρθοτομήσας, εἰς ἐγκωμίου τάξιν τὴν διήγησιν ἔστησεν. Ἡμεῖς δὲ τοὺς πολλοὺς διευκρινησάμενοι καὶ συλλέξαντες τὰ εὔπιστα καὶ βέβαια καὶ ἀληθῆ, ἔκ τε τῆς *Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας* Εὐσεβίου τοῦ ἐπονομαζομένου τοῦ Παμφίλου, καὶ ἐκ τῶν λοιπῶν συγγραφέων καὶ διδασκάλων, ἁπλαῖς ταῖς λέξεσιν τοῖς ποθοῦσιν τὰ περὶ αὐτῆς παραστήσομεν · καὶ ἑκάστου τὸ ὄνομα, παρ' οὗπέρ τι ἐλάβομεν · ἵνα μὴ δόξῃ τισὶ διαβάλλειν ἡμᾶς ὡς B ἴδιόν τι προσθεῖναι, ἢ ὑφελεῖν, ἐπὶ τοῦ μετώπου ἐσημάνομεν, κἂν ἐκ τῶν ἀποκρύφων τι λάβωμεν, ἢ ἐξ αἱρετικῶν, μηδεὶς ἡμᾶς μεμφέσθω · αἱ γὰρ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι ἀξιοπιστότεραί εἰσιν, ὡς φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος. Ἀλλὰ καὶ ὁ θαυμάσιος Κύριλλος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος αὐτὸ τοῦτο ἐποίησεν, ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαυὶδ εἰς τὴν γενεαλογίαν τοῦ Ἰωσὴφ τοῦ μνηστευσαμένου τὴν πανάμωμον καὶ Θεοτόκον Μαρίαν · λοιπὸν δὲ καὶ αὐτὸς, ἐπειδὴ ἀπὸ ἀδελφῶν ἐτέχθησαν ὅ τε Ἰωσὴφ, καὶ ἡ Θεοτόκος, δείξας ὡς συμφωνοῦσιν οἱ δύο εὐαγγελισταί, ὅ τε Ματθαῖος κατιὼν, καὶ Λουκᾶς

Mingarellii notæ.

qui a S. Epiphanio hæres. 79, vocatur *Historia B. Mariæ*. Eam edidit Fabricius in codice apocrypho Novi Testamenti, ac *Protevangelium Jacobi* nuncupavit. An spurium ejusmodi libellum respiciat monachus noster, paulo post videbimus.

(8) De Aphrodisiano Persa nihil habeo quod addam iis quæ Fabricius loco citato scribit, pag. 44.

(9) Joannis Thessalonicensis sæpius meminit Fabricius in Bibliotheca Græca. Lege quæ ex ejus sermone in Mariæ Dormitionem affert Combefisius, pag. 786 Appendicis ad Historiam Monothelitarum.

(10) Lege Notam Fabricii ad hæc verba. Illud tantum addo ipse, ex verbis Epiphanii nostri colligi, spurium ab ipso etiam habitum fuisse libellum sub Joannis Theologi et Evangelistæ nomine confictum, quem Fabricius ibidem memorat, et Combefisius citato loco, pag. 787.

(11) Lege tres S. Andreæ Cretensis Orationes in Dormitionem Deiparæ.

(12) In Græco : τοῖς ποθοῦσι. Miror, Allatium virum Græce doctissimum interpretari : *cupientes*.

(13) Codex : ὑφελεῖν. Allatius legit, ὑφεῖλαι.

(14) Allatius legit : ἐπὶ τοῦ μετωπαίου σημαίνωμεν. Codex Narianus habet : ἐπὶ τοῦ μετώπου οὐσημάνομεν (*sic*).

(15) Ubinam S. Cyrillus ea scripsit, quæ memorat Epiphanius noster? Equidem in ejus operibus, quæ exstant, nihil tale inveni. Itaque arbitror Cyrillo ea tribui ab Epiphanio, quæ Joannis Damasceni sint. Nam Joannes Aubertus tomo VI Operum Cyrilli Alexandrini librum edidit, quem ita inscripsit : *De Sacrosancta Trinitate liber D. Cyrillo ascriptus*. Sed revera hujusmodi liber nihil est aliud, quam initium Operis S. Joannis Damasceni *De fide orthodoxa*, quamvis interpolatum. In quibusdam ergo codicibus olim opus hocce Damasceni Cyrillo inscriptum fuit. Quapropter in isto Damasceni opere ea inveniantur quæ affert Epiphanius noster, mea valde ver similis est, ut reor, conjectura. Attamen illud

C prætermittere nolo, quod ex Papebrochio didici, librum scilicet quemdam de ortu Virginis Cyrillo episcopo Alexandrino tribui etiam a Trithemio : imo ipsa Papebrochii verba placet his exscribere, quæ in Actis Sanctorum legi tomo I Maii pag. 33, ubi is Ephemerides Græcas Moscasque illustrat. « Placet (inquit) Augustini et plurimum Patrum sententia, regiæ ac sacerdotalis stirpis concursum in Deipara agnoscentium, adeoque S. Annam Leviticæ tribui ascribentium..... Neque me movet liber *De ortu Virginis*. Cyrillo episcopo Alexandrino imputatus a Trithemio, ex quo sumpti Stolanus, et Emerentiana de tribu Juda Annam Ismeriamque genuerint, hanc Prodromi, istam Christi aviam. Quanticunque enim magni faciant librum, qui nuspiam nunc exstat, quidam scriptores Carmelitani, puto meliori, antiquiorique auctore opus esse, quam sit Trithemius, ad prudenter credendum, in D totius vetustatis silentio, talia a sancto Cyrillo fuisse conscripta. Nec dubito quin si liber exstaret, haud minus facile foret ostendere, opus esse scriptoris nec Græci, nec antiqui, quam id ostendatur de similis farinæ libro, sub nomine Joannis patriarchæ Hierosolymitani ab iisdem scriptoribus Carmelitanis laudato. » Ita Papebrochius. Verum Trithemius nec Stolanum, nec Emerentianam, nec Ismeriam nominat in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, cap. 134, sed S. Cyrilli Alexandrini libros recensens, hæc tantummodo scribit : *De ortu, et laude S. Mariæ liber unus*. Itaque fieri etiam potest, ut hujusmodi libellus Cyrillo ascriptus, aut a Cyrillo scriptus, revera exstiterit, quem et Epiphanius noster viderit, et sanctus Joannes Damascenus aliqua ex parte exscripserit.

(16) In Græco post verba ἕως Δαυὶδ puto deesse aliquod verbum, etsi ne Allatius quidem id legerit. Fragmentum vero ab ipso Allatio evulgatum desinit in verbis τὴν πανάμωμον καὶ Θεοτόκον Μαρίαν.

Digitized by Google

ἀναποδίζων · εἰς τὸν Νάθαν καὶ αὐτὸν υἱὸν Δαυὶδ ἐνάρχεται. Ἔστιν δὲ ἡ τῶν λόγων ἀπόδειξις οὕτως.

Deiparæ Mariæ sponsi; deinceps vero etiam ipse, quoniam ex fratribus cum Josephus, tum Deipara orta erat, ostendens sibi invicem non adversarii duos evangelistas, Matthæum nempe qui descendendo, et Lucam qui ascendendo ac retrocedendo genealogiam descripsit, in Nathan, qui et ipse fuit filius David, exorditur. Est autem rei demonstratio hujusmodi.

Β'. Ἐκ τῆς σειρᾶς τοῦ Νάθαν υἱοῦ Δαυὶδ γεννᾶται Λευΐ · Λευΐ δὲ ἐγέννησεν τὸν Μελχὶ καὶ τὸν Πάνθηρα · Μελχὶ ἔλαβεν γυναῖκα, καὶ ἀπέθανεν ἄπαις. Ὁ Πανθὴρ ἐγέννησεν τὸν Βαρπανθήρ · ὁ Βαρπανθὴρ ἐγέννησεν τὸν Ἰωακεὶμ τὸν πατέρα τῆς Θεοτόκου. Ἐκ δὲ τῆς σειρᾶς Σολομῶνος υἱοῦ Δαυὶδ γεννᾶται Ματθάν · οὗτος γεννᾷ τὸν Ἰακὼβ τὸν πατέρα Ἰωσὴφ · καὶ ἀπέθανεν · καὶ ἔλαβεν τὴν γυναῖκα τὴν μητέρα Ἰακώβου · Μελχὶ ὁ ἀδελφὸς Πανθήρι · καὶ ἐγέννησεν τὸν Ἠλί. Ὁ μὲν οὖν Ἰακὼβ ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Σολομῶντος · ὁ δὲ Ἠλὶ ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Νάθαν, λαμβάνει γυναῖκα · καὶ ὁ Ἠλὶ ἀπέθανεν ἄπαις · καὶ ἔλαβεν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁμομήτριος Ἰακώβ · καὶ ἐγέννησεν τὸν Ἰωσήφ. Ὁ οὖν Ἰωσὴφ φύσει μὲν υἱὸς τοῦ Ἰακὼβ · κατὰ δὲ τὸν νόμον τοῦ Ἠλί. Ἔλαβον οἱ δύο ἀδελφοὶ τὴν μίαν γυναῖκα · ἐπεὶ ὁ νόμος μετέβη, ἐάν τις ἀποθάνῃ ἄπαις · ἵνα λαμβάνῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ · καὶ ἀναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. Ἰωακεὶμ καὶ Ἠλὶ ἐκ πατρὸς τοῦ Πανθήρι ἀδελφοί · Ἠλὶ καὶ Ἰακὼβ ἐκ πατρὸς τοῦ Ματθὰν ἀδελφοί · Ἰωακεὶμ ἐγέννησεν Μαρίαν τὴν Θεοτόκον · Ἠλὶ δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἰωσὴφ κατὰ νόμον · ὥστε εἶναι τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὴν Μαρίαν ἀδελφῶν παιδία. Ἰωσὴφ δὲ ἦν τῇ ἐπιστήμῃ τέκτων · ἔσχεν δὲ ἀδελφὸν ἐκ τοῦ Ἰακὼβ ὁμομήτριον τὸν Κλεόπαν ἢ καὶ Κλωπᾶν.

II. Ex stirpe (17) Nathan filii David oritur Levi: Levi autem genuit Melchi, et Pantherem. Melchi uxorem duxit, et filiis carens mortuus est. Panther genuit Barpantherem (18). Barpanther genuit Joacim patrem Deiparæ. E stirpe autem Salomonis, filii David, oritur Mathan. Hic generat Jacobum patrem Josephi, et moritur. Tunc Melchi frater Pantheris (19) accipiens uxorem (20) ejus, matrem Jacobi, genuit Eli (21). Itaque Jacobus fuit e stirpe Salomonis, Eli vero ex stirpe Nathan. Eli duxit uxorem, et mortuus est sine filiis: ejus vero uxorem sumpsit illius frater uterinus Jacobus, et genuit Joseph. Josephus ergo natura quidem filius erat Jacobi; secundum legem vero erat filius Eli. Hi duo fratres unam eamdemque acceperunt in uxorem, quia lex præcipiebat [1], ut, si quis mortuus fuerit sine filiis, accipiat frater ejus uxorem ipsius, et suscitet semen fratri suo. Joacim, et Eli ex patre Panthere fratres erant: Eli, et Jacob ex patre Mathan erant fratres. Joacim genuit Mariam Deiparam; Eli vero genuit Josephum secundum legem: adeo ut Josephus et Maria essent filii fratrum. Josephus autem erat professione faber, et habuit fratrem ex Jacobo uterinum Cleopam (22), qui dicitur etiam Clopas.

Γ'. Κατὰ μητέρα ἡ Θεοτόκος ἦν οὕτως · Ματθὰμ ὁ ἱερεὺς ἀπὸ Βηθλεὲμ, εἶχεν θυγατέρας τρεῖς · Μαρίαν, Σωβὴν, καὶ Ἄνναν. Ἡ μὲν Μαρία ἔτεκεν Σαλώμην τὴν μαίαν · ἡ δὲ Σωβὴ ἔτεκεν τὴν μητέρα Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ · ἡ δὲ Ἄννα ἔλαβεν Ἰωακεὶμ τὸν ἀδελφὸν τοῦ πατρὸς Ἰωσήφ · καὶ κατέβη Ἄννα νύμφη εἰς τὴν Γαλιλαίαν εἰς πόλιν Ναζαρὲτ · καὶ συνῴκησεν Ἄννα τῷ Ἰωακεὶμ ἔτη πεντήκοντα, καὶ τέκνον οὐκ ἐποίησαν. Ἐγένετο δὲ αὐτοὺς ἀναβῆναι εἰς Ἱερουσαλὴμ τῇ ἑορτῇ τῶν Ἐγκαινίων · καὶ προσευχομένου τοῦ Ἰωακεὶμ εἰς τὸ ἱερὸν, ἐγένετο ἀκοῦσαι φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσαν αὐτῷ · ὅτι Ἐστὶν σοι παιδίον · καὶ δι' αὐτοῦ δοξασθήσῃ. Συνέλαβεν οὖν ἡ γυνὴ αὐτοῦ Ἄννα ἐν γήρᾳ αὐτῆς,

III. Quoad maternum genus Deipara talis erat. Matham sacerdos Bethleemita habuit tres filias (23), Mariam, Sobem et Annam. Maria quidem peperit Salomen obstetricem: Sobe autem peperit matrem Joannis Baptistæ: Anna vero accepit Joacim fratrem patris Josephi. Et descendit Anna sponsa in Galilæam in urbem Nazareth: et habitavit Anna cum Joacimo annos L, quin filium gignerent. Factum est autem, ut ipsi ascenderent in Jerusalem in solemnitate Encæniorum (24): et dum Joacim orabat in templo, contigit, ut vocem audiret e cœlo dicentem ei: Tibi erit proles, et per eam glorificaberis. Concepit ergo ejus uxor Anna jam senex, et peperit filiam, et vocavit

[1] Deut. xxv, 5.

Mingarellii notæ.

(17) Hic incipiunt quæ ex Cyrillo se desumpsisse ait auctor. Exstant apud Damascenum, lib. IV *De fide orth.* cap. 14. p. 274. Lege quæ ibi adnotat Michael Lequien. Cæterum S. Joanne Damasceno antiquior S. Andreas Cretensis similia fere scripserat oratione in Circumcisionem Domini, pag. 29 editionis Parisinæ anni 1634.

(18) A sancto Andrea Cretensi vocatur Καρπανθὴρ *Carpanther*, nisi mendosa est lectio.

(19) Lego: τοῦ Μελχὶ ἀδελφὸς Πανθήρ.

(20) Codex hoc in loco, iterumque alibi habet γυναῖκαν pro γυναῖκα.

(21) Codex ubique habet ἠλὶ, non vero ἠλεί.

(22) Eusebius lib. III *Hist. eccles.*, cap. 11. fratrem S. Josephi vocat, ex Κλωπᾶν Hegesippo, quem citat. Vide Valesii Notas ad eum locum. Sanctus etiam Epiphanius, hæres. 78, Jacobum memorat, qui cognominaretur Panther, filiosque ab ipso procreatos Josephum et Cleopam.

(23) Similia scripsit Hippolytus Thebanus, cujus verba affert etiam Romanus Trombellius noster, tom. I, p. 208 citati operis.

(24) Affinia narrantur in apocrypho libro *De Nativitate Mariæ* apud Fabricium in codice apocr. Novi Testamenti, pag. 20. Eadem attingit Nicephorus lib. I *Hist. eccles.*, cap 7

Digitized by Google

nomen illius Mariam (25), sororis suæ causa. Et congratulati sunt cum ea propinqui omnes atque amici.

V. Cum tres jam annos nata esset puella Maria, duxerunt eam ipsius parentes in Jerusalem, et præsentarunt eam Domino cum muneribus. Et excepit illam, ipsiusque munera sacerdos Jodae (26) qui Barachias quoque dicitur, Zachariæ pater. Et omnes sacerdotes gavisi sunt, et orantes benedixerunt Joacim, et Annam, et puellam Mariam. Hi vero abierunt in Nazareth. Cumque septennis facta est Maria, rursus parentes eam duxerunt in Jerusalem, et donaverunt eam Domino, consecratam ipsi per omnes dies vitæ suæ. Cumque hoc fecissent, paulo post Joacim pater ejus mortuus est annos natus, ut ferunt, octoginta. Maria vero e templo non recedebat nec noctu, nec interdiu. Et Anna, relinquens Nazareth, venit in Jerusalem, et convivebat cum filia Maria : cumque supervixisset annos duos, mortua est annos nata septuaginta duos.

V. Maria autem parentibus orbata, qui ejus curam haberent, e templo Domini non exibat : ac, si qua re indigeret, ad Elisabeth tantum se conferebat : prope enim habitabat. Didicit vero Hebraicas litteras Joacimo patre suo adhuc vivo : eratque ingenio prædita, ac discendi cupida, et quamvis orphana, operam ac studium in divinas Scripturas conferebat : et in opificio lanæ, et lini, et serici, et byssi ob suam scientiam, atque intelligentiam admirabilis erat plus quam aliæ omnes ejusdem ætatis adolescentulæ : adeo ut de ipsa illius proavus Salomon dixerit (revera enim de ipsa loquebatur) : *Mulierem fortem quis inveniet*[1] ? et quæ sequuntur omnia.

VI. Erat autem in templo Domini locus segregatus prope porticum (27) ex parte altaris. Ibi solæ virgines degebant : et aliæ quidem virgines post dimissum conventum ad suos cunctæ revertebantur : Maria vero manebat, custodiens sanctuarium, et templum, ac sacerdotibus ministrans. Ejus autem mores erant hujusmodi. Gravis (28) atque augusta erat in omnibus actionibus, pa-

[1] Prov. xxxi, 10.

A καὶ ἔτεκεν παιδίον θῆλυ · καὶ ἐκάλεσεν τὸ ὄνομα αὐτῆς Μαριὰμ, διὰ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς · καὶ συνέχαιρον αὐτῇ πάντες οἱ συγγενεῖς καὶ φίλοι αὐτῆς.

Δ'. Γενομένης τῆς παιδὸς Μαρίας τριετοῦς, ἀνήγαγον αὐτὴν οἱ γονεῖς αὐτῆς εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ παρέστησαν αὐτὴν τῷ Κυρίῳ μετὰ δώρων · καὶ ἐδέξατο αὐτὴν καὶ τὰ δῶρα αὐτῆς ὁ ἱερεὺς Ὀδαὲ, ὁ καὶ Βαραχίας, ὁ πατὴρ Ζαχαρίου. Καὶ πάντες οἱ ἱερεῖς ἦσαν χαίροντες, καὶ ἐπευξάμενοι ηὐλόγησαν τὸν Ἰωακεὶμ καὶ τὴν Ἄνναν, καὶ τὴν παῖδα Μαρίαν καὶ ἀπῆλθον εἰς Ναζαρέτ · καὶ τῷ ἑβδόμῳ αὐτῆς ἔτει πάλιν ἀνήγαγον αὐτὴν οἱ γονεῖς αὐτῆς εἰς Ἱερουσαλήμ · καὶ ἐχαρίσαντο αὐτὴν τῷ Κυρίῳ ἀφιέρωμα πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῆς · καὶ τοῦτο ποιήσαντες, μετ' ὀλίγον Ἰωακεὶμ ἐτελεύτησεν B ὁ πατὴρ αὐτῆς, ὡς φασιν ἐτῶν ὀγδοήκοντα. Ἡ δὲ Μαρία ἐκ τοῦ ναοῦ οὐκ ἀφίστατο νύκτα καὶ ἡμέραν · καὶ ἡ Ἄννα καταλιποῦσα τὴν Ναζαρὲτ, ἦλθεν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ συνῆν τῇ θυγατρὶ Μαρίᾳ. Καὶ ἐπιζήσασα ἔτη δύο, ἀπέθανεν, γενομένη ἐτῶν ἑβδομήκοντα δύο.

Ε'. Ἡ δὲ Μαρία πάντοθεν ἀπορφανευθεῖσα γέγονεν ἀπρονόητος, μὴ ἐξερχομένη ἐκ τοῦ ναοῦ Κυρίου · καὶ εἴ τινος ἐν χρείᾳ ἐγένετο, πρὸς τὴν Ἐλισάβετ ἀπῄει καὶ μόνον · ἐγγὺς γὰρ ᾤκει. Ἔμαθεν δὲ τὰ Ἑβραϊκὰ γράμματα ἔτι ζῶντος Ἰωακεὶμ τοῦ πατρὸς αὐτῆς · καὶ ἦν εὐμαθὴς καὶ φιλομαθὴς, καίπερ μονωθεῖσα, πονοῦσα καὶ σχολάζουσα περὶ τὰς θείας Γραφάς · τῇ τε ἐργασίᾳ τοῦ ἐρίου καὶ τοῦ λινοῦ, καὶ τῆς μετάξης καὶ βύσσου C ἐθαυμαστώθη · ἐπὶ τῇ σοφίᾳ καὶ συνέσει, ὑπὲρ πάσας τὰς ἐν τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ νεάνιδας, ὡς πρὸς αὐτὴν λέγειν τὸν προπάτορα αὐτῆς Σολομῶντα · καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς πρὸς αὐτὴν ἔλεγεν · *Γυναῖκα ἀνδρείαν τίς εὑρήσει ;* καὶ τὰ ἑξῆς ἅπαντα.

Ϛ'. Ἦν δὲ ἀφωρισμένος τόπος ἐν τῷ ναῷ Κυρίου πλησίον τοῦ ἐμβόλου τοῦ θυσιαστηρίου μέρους · ἔνθεν ἱστήκεισαν αἱ παρθένοι μόναι · καὶ αἱ μὲν ἄλλαι παρθένοι μετὰ τὴν σύναξιν καὶ ἀπόλυσιν πᾶσαι ἀπῄεισαν πρὸς τοὺς ἰδίους · ἡ δὲ Μαρία προσεκαρτέρει φυλάττουσα τὸ θυσιαστήριον καὶ τὸν ναόν · ἐξυπηρετοῦσα καὶ τοῖς ἱερεῦσιν. Τὸ δὲ ἦθος αὐτῆς ἦν τοιοῦτον · σεμνὴ κατὰ πάντα καὶ

Mingarellii notæ.

(25) Epiphanius noster hoc tantum in loco beatæ Virginis nomen Hebraico accentu, et terminatione scribit. Maria enim Hebraice dicitur מרים, Mirjam, seu Marjam. Ex quo nomine Hebræi Hellenistæ fecerunt nomen *Mariamne*.

(26) Codex habet, Ὀδαέ. Sed nomen hocce Hodaë inauditum plane est, ac mendosum, ut puto. Quomodo autem emendandum sit, colligo ex iis quæ S. Hieronymus scripsit ad caput 23 Matthæi. « In Evangelio (inquit) quo utuntur Nazareni, pro filio Barachiæ, filium Joiadæ reperimus scriptum. » Itaque Barachias iste a quibusdam dictus est Joiada. Cum ergo is, qui in Latinis Bibliis dicitur *Joiada*, et in Hebraicis *Jehojadah*, nuncupetur in Græcis Ἰωδαὲ, sive *Jodaë*. Epiphanium quoque nostrum et hic, et paulo inferius scripsisse arbitror Ἰωδαέ.

(27) Codex mendose : ἐνβόλου. Emendavi legens D ἐμβόλου. Emboli autem a Græcis minus antiquis dicuntur *porticus*. Vide Ducangii Glossarium in voce ἔμβολος.

(28) His valde affinia scripserat S. Ambrosius lib. II *De virginibus*, c. 2 : « Virgo erat (inquit)..... corde humilis, verbis gravis..... loquendi parcior, legendi studiosior..... intenta operi, verecunda sermone..... assurgere (solita) majoribus natu..... nihil torvum in oculis..... Quid ego exsequar ciborum parcimoniam..... congeminatos jejunio dies? » Nicephorus autem lib. I *Hist. ecclesiast.*, cap. 23, locum hunc Epiphanii nostri citat., ac fere totum exscribit in hunc modum : Ἦν δὲ τὸ ἦθος, καὶ ἡ θέσις τῆς μορφῆς καὶ τῆς ἡλικίας αὐτῆς, οὕτως ἔχοντα, ὡς φησιν Ἐπιφάνιος. Σεμνὴ, φησὶν, ἦν κατὰ πάντα, ὀλίγα τε καὶ ἀναγκαῖα λαλοῦσα. Et reliqua me superius allata.

Digitized by Google

ὀλιγόλαλος, ταχυπήκοος, εὐπροσήγορος, ἀπαρρησίαστος πρὸς πάντα ἄνθρωπον, ἀγέλαστος, ἀτάραχος, ἀόργητος, εὐπροσκύνητος, τιμητική, τιμῶσα καὶ προσκυνοῦσα πάντα ἄνθρωπον, ὥστε θαυμάζειν ἅπαντας εἰς τὴν σύνεσιν καὶ τὴν λαλιὰν αὐτῆς· τὴν ἡλικίαν μέση· τινὲς δέ φασιν αὐτὴν πλέον ἔχειν τοῦ μέσου· σιτόχροος, ξανθόθριξ, ξανθόμματος, εὐόφθαλμος, μελανόφρυς, ἐπίρρινος, μακρόχειρ, μακροδάκτυλος, μακροπρόσωπος, χάριτος θείας καὶ ὡραιότητος πεπληρωμένη· ἄτυφος, ἀσχημάτιστος, ἄδλακος, ταπείνωσιν ὑπερβάλλουσαν ἔχουσα· διὸ καὶ *ἐπέβλεψεν* ἐπ' αὐτὴν ὁ Θεὸς, ὡς αὐτὴ ἔφη, *μεγαλύνουσα τὸν Κύριον*· ἱμάτια αὐτόχροα ἀγαπῶσα καὶ φοροῦσα· καὶ μαρτυρεῖ τὸ ἅγιον μαφόριον αὐτῆς. Ἔνηθεν δὲ τὰ τῶν ἐρίων, ἦγουν τὰ τοῦ ναοῦ Κυρίου· καὶ ἐτρέφετο ἐκ τοῦ ναοῦ Κυρίου, καρτεροῦσα ταῖς προσευχαῖς, καὶ τῇ ἀναγνώσει, καὶ τῇ νηστείᾳ, καὶ τῷ ἐργοχείρῳ, καὶ πάσῃ ἀρετῇ· ὡς τῇ τε ποικιλίᾳ τῶν ἔργων, καὶ τῇ καταστάσει, πολλῶν γυναικῶν διδάσκαλον γενέσθαι τὴν ὄντως ἁγίαν Μαρίαν. Γενομένης δὲ αὐτῆς ἐτῶν ιβ', ἐγένετο αὐτῇ ἐν μιᾷ νυκτὶ προσευχομένῃ παρὰ τὰς θύρας τοῦ θυσιαστηρίου, κατὰ τὸ μεσονύκτιον, φῶς λάμψαι ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου· καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ ἱλαστηρίου πρὸς αὐτὴν ἦλθεν λέγουσα· Τέξῃ τὸν Υἱόν μου. Ἡ δὲ ἐσίγησεν, μηδενὶ ἐξειποῦσα τὸ μυστήριον, ἕως οὗ ἀνελήφθη ὁ Χριστός.

rum loquebatur, cito obediebat, affabilis erat, modesta (29) cum omnibus viris, risu abstinens et strepitu ac ira, libenter adorans, ad honorandum proclivis, et honorans ac venerans omnes viros, adeo ut universi ipsius intelligentiam, et sermonem admirarentur. Statura fuit mediocri : quidam tamen dicunt, fuisse plusquam mediocri. Triticei coloris erat, flavis crinibus, oculis flavis et pulchris, nigris superciliis, justo naso (30), longis manibus, longis digitis, longo vultu, diviuæ gratiæ, et speciei plena, fastus inimica, et comptus, ornatusve, et mollitiei (31) ; summopere humilis, ideoque eam *respexit* Deus, ut ipsamet ait, cum *Dominum magnificaret*, vestes amans, ac ferens nullo ascititio colore infectas, ut testimonio est sacrum ejus velum (32). Nebat autem lanas, eas nempe, quæ usui essent templo Domini, et alebatur ex templo Domini, operam constanter dans orationibus, et lectioni, et jejunio, et manuum labori, et cuilibet virtuti : adeo ut (33) plerarumque mulierum magistra et operum varietate, et statu foret sanctissima Maria. Cum vero duodennis facta esset, contigit ut, quadam nocte dum oraret ad januas sanctuarii, media nocte lux splenderet solis splendore major : et vox e propitiatorio venit dicens ei : Paries Filium meum. Ipsa vero tacuit, nemini mysterium manifestans, donec in cœlum ascendit Christus.

Ζ'. Ἀβιὰ δὲ ὁ ἀρχιερεὺς ἐγέννησεν τὸν Ἰουδαῖον ὃν ἐκάλουν Βαραχίαν· οὗτος δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἀγγαῖον καὶ Ζαχαρίαν καὶ αὐτοὺς ἱερεῖς. Καὶ ἔλαβεν ὁ Ζαχαρίας ἐξαδέλφην τῆς Μαρίας, καὶ ᾤκουν ἐν Βηθλεέμ· ἐγέννησεν δὲ τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην. Ὁ δὲ Ἀγγαῖος ὁ ἀδελφὸς Ζαχαρίου ἐγέννησεν θυγατέρα ὀνόματι Σαλώμη· καὶ ἔλαβεν αὐτὴν ὁ Ἰω-

VII. Abia vero princeps sacerdotum genuit Jodae (34), quem vocarunt Barachiam : hic vero genuit Aggæum et Zachariam, qui et ipsi sacerdotes fuere. Et accepit Zacharias consobrinam Mariæ, et habitabant in Bethleem : genuitque Joannem Baptistam. Aggæus autem Zachariæ frater genuit filiam (35) nomine Salome : eam acce-

Mingarellii notæ.

(29) Codex : ἀπαρρησίαστος. Nicephorus videtur legisse εὐπαρρησίαστος. Ait enim ibi : Τὸ εὐπαρρησίαστον δὲ πρὸς πάντα ἄνθρωπον εἶχε.

(30) Vel, *longiore naso*. Apud Nicephorum pro ἐπίρρινος legitur ἐπίρριν. Interpres autem vertit : *Nasus* (erat ei) *longior*.

(31) Codex habet, ἄυλακος. Quam vocem cum ego nequaquam intelligerem, fecit Nicephorus ut repente mihi genuina illius et scriptura et significatio in mentem veniret. Nimirum ipse Nicephorus habet : Ἄτυφός τε, καὶ ἀσχημάτιστος, μὴ βλακείαν ἐπισυραμένη τινά. Cum igitur Græcis librariis a pluribus jam sæculis pravus hic mos sit, ut non raro scribant υ pro β, nihil dubito, quin hic pro αὔλακος scribendum sit ἄδλακος. Quæ vox cum parum elegans et inusitata sit, proinde Nicephorus pro ἄδλακος dixit : Μὴ βλακείαν ἐσπισυραμένη τινά.

(32) Codex μοφόριον. Quæ scriptura non est contemnenda : apud Nicephorum tamen scribitur μαφόριον : sicque revera vulgo appellatur. Vide Ducangium in Glossario ad vocem μαφόριον. De sacro Deiparæ maphorio, quod prope Constantinopolim in Blacherniana ecclesia asservabatur, fuse agit Ducangius ipse in Notis ad Annam Comnenam ad lib. VII *Alexiados*. Legi etiam potest Oratio historica in Depositionem vestis sanctæ Mariæ, edita a Combefisio una cum *Historia Monothelitarum*, pag. 751. Ex Epiphanio autem nostro nunc novimus, sacrum hoc maphorium « nullo ascititio colore tinctum » fuisse. Georgius vero Nicomediensis, sive auctor Orationis a Combefisio evulgatæ, quam dixi, sacrum maphorium, sive, ut ipse loquitur, sacram vestem B. Mariæ, ait fuisse ἐξ ἐρίων ἐξυφασμένην, id est, *lana contextam*; tum addit : Καὶ ὁ στήμων γὰρ καὶ ἡ κρόκη, ἐριόν ἐστιν τὸ αὐτὸ ὁμοειδὲς καὶ ὁμόχροον, id est, « nam et stamen, et trama (ipsius maphorii) est ex una eademque lana, ejusdemque rationis, et coloris. »

(33) Voculam, ὡς, addidi ipse, ne sententia esset mutila.

(34) Codex : τὸν Ἰουδαῖον, hoc est Judæum. Sed mendosam esse ejusmodi scripturam non dubito. Puto autem legendum esse : Ἐγέννησεν τὸν Ἰωδαὲ ὃν ἐκάλουν καὶ Βαραχίαν. Hoc est *genuit Judae* (sive Joiadam) *quem vocabant etiam Barachium*. Vide quæ dixi nota 27. Similia porro narrat Nicephorus, lib. II *Histor. eccles.*, cap. 3, quasi desumpta ex S. Hippolyto Portuensi : et Hippolytus Thebanus in Fragmento Chronici Commentarii de prosapia D. N. Jesu Christi, pag. 47. Appendicis ad Opera S. Hippolyti Portuensis edita a Joanne Alberto Fabricio Hamburgi, anno 1716.

(35) Codex : θυγατέραν, pro θυγατέρα.

Digitized by Google

pit Josephus faber, filius Eli, et patruelis Mariæ : et genuit ex ipsa sex filios, Jacobum, Simonem, Judam, Josen (36), Soben, Martham et Mariam. Et mortua est Salome uxor ejus, et Josephus viduitatem et continentiam servabat ; annos enim natus erat circiter septuaginta, opibus pauper, arte faber (37), degens in Nazareth civitate Galilææ. Maria vero manebat in Jerusalem in domo Domini. Et cum facta esset annorum quatuordecim, qua ætate imbecillitas naturæ muliebris manifestatur, sacerdotes existimantes eam esse cæteris feminis similem (adhuc enim ignota erant mysteria ad illam spectantia), consilio coacto, orationem pro illa fundebant.

VIII. Zacharias autem princeps sacerdotum, pater Joannis Baptistæ, sumpsit duodecim virgas (38) a sacerdotibus consanguineis Virginis, easque posuit circum altare, dicens : Ostendet Dominus signo, cujusnam futura sit Virgo. Dum vero illi orarent, germinavit virga Josephi fabri. Tum judicio Dei desponderunt ei (39) Virginem Mariam non ad nuptias, sed ad custodiam et conservationem intemeratæ virginitatis : idque manifestum est ex ipsis verbis sanctæ Virginis angelo Gabrieli dictis (40) : cum enim is ei post salutationem dixisset : *Ecce concipies filium, et vocabis nomen ejus Jesum, et dabit ei Dominus Deus thronum David patris ejus*, et cætera : respondit ei Virgo : *Quomodo fiet mihi istud, quoniam virum non cognosco* [3] ? Nam si Josephus conjunctionis (41), et connubii lege eam despondisset, non ita ipsa respondisset, sed dixisset : Ex viro, cui nupta sum, aut desponsata, omnino concipiam. Sed cum sciret, quod is ipsam acceperat non connubii causa, sed ad eam custodiendam et conservandam, dixit ea verba veritatis (42) plena : *Quomodo fiet mihi istud, quoniam virum non cognosco ?* Non sum tradita viro nuptialis conjunctionis causa, sed ut perpetuo munda virgo et intacta servarer. Hujusmodi ergo fuit desponsationis causa.

IX. Accepta autem Josephus patruele sua Maria e manu Domini, et omnium sacerdotum rei testium, deduxit eam in domum suam, et tradidit ei binas filias suas, ut eas quasi suas (43) sapientia, et intelligentia instrueret. Ipsa autem degebat in domo Josephi cum omni humilitate, et gravitate. Cumque ibi mansisset sex menses, et de more jejuna foret circa horam nonam diei orante ipsa, re-

[3] Luc. I, 31-34.

σὴφ ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Ἠλὶ ὁ ἐξάδελφος Μαρίας· καὶ ἔτεκεν ἐξ αὐτῆς ἓξ παιδία· Ἰάκωβον, Σίμωνα, Ἰούδαν, Ἰωσῆν, Σωβὴν, Μάρθαν, καὶ τὴν Μαρίαν. Καὶ ἀπέθανεν Σαλώμη ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ διῆγεν ἐν χηρείᾳ καὶ σωφροσύνῃ ὁ Ἰωσήφ· ἐτῶν γὰρ ἦν περὶ που ἑβδομήκοντα· τῇ περιουσίᾳ πένης, τὴν δὲ τέχνην τέκτων ἀκράτητος, διάγων εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας Ναζαρέτ. Ἡ δὲ Μαρία ἦν ἐν Ἱερουσαλὴμ, εἰς τὸν οἶκον Κυρίου. Καὶ γενομένης αὐτῆς ἐτῶν δεκατεσσάρων, ὅτε καὶ τῆς τῶν γυναικῶν φύσεως ἡ ἀσθένεια δείκνυται· νομίσαντες αὐτὴν μίαν τῶν πολλῶν ὑπάρχειν οἱ ἱερεῖς· ἔτι γὰρ ἄδηλα τὰ περὶ αὐτὴν ὑπῆρχεν μυστήρια· συμβούλιον ποιήσαντες, ἔστησαν εἰς προσευχὴν περὶ αὐτῆς.

Η'. Ζαχαρίας δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, ὁ πατὴρ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, ἔλαβεν δώδεκα ῥάβδους, ἐκ τῶν ἱερέων τῶν συγγενῶν τῆς Παρθένου, καὶ ἔθηκεν αὐτὰ; περὶ τὸ θυσιαστήριον λέγων· Δείξει Κύριος σημεῖον, τίνος ἔσται ἡ Παρθένος. Προσευχομένων δὲ αὐτῶν, ἐβλάστησεν ἡ ῥάβδος Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος, καὶ λοιπὸν κρίσει Θεοῦ, ἥρμοσαν αὐτῷ τὴν Παρθένον Μαρίαν· οὐ πρὸς γάμον, ἀλλ' εἰς φυλακὴν καὶ συντήρησιν τῆς ἀμωμήτου παρθενίας. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐξ αὐτῶν τῶν ῥημάτων τῆς ἁγίας Παρθένου τῶν λεγομένων πρὸς τὸν ἄγγελον Γαβριήλ· εἰπόντος γὰρ αὐτοῦ πρὸς αὐτὴν, μετὰ τὸν ἀσπασμόν· ὅτι *Ἰδοὺ συλλήψῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ·* καὶ τὰ ἑξῆς ἀπεκρίθη αὐτῷ ἡ Παρθένος· *Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;* Ὁ γὰρ Ἰωσὴφ νόμῳ συζυγίας καὶ γάμῳ αὐτὴν ἁρμοσάμενος, οὐκ ἂν οὕτως ἀπεκρίνατο· ἀλλ' εἶπεν οὖν· ὅτι Ἐκ τοῦ ἁρμοσαμένου ἀνδρὸς, ἢ τοῦ μνηστευσαμένου πάντως συλλήψομαι· ἀλλ' εἰδυῖα ἀκριβῶς, ὅτι οὐ πρὸς γάμον αὐτὴν ἔλαβεν, ἀλλ' εἰς φυλακὴν καὶ συντήρησιν, εἶπεν ἐκεῖνο ῥῆμα τὸ γέμον πᾶσαν ἀλήθειαν· *Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;* τουτέστιν· οὐκ ἐξεδόθην ἀνδρὶ πρὸς γαμικὴν συνουσίαν, ἀλλὰ τὸ φυλάττεσθαι διηνεκῶς με παρθένον καθαρὰν καὶ ἀνέπαφον. Καὶ αὕτη μὲν οὖν ἦν ἡ τῆς μνηστείας αἰτία.

Θ'. Παραλαβὼν δὲ Ἰωσὴφ τὴν ἐξαδέλφην Μαρίαν ἐκ χειρὸς Κυρίου καὶ μαρτύρων πάντων τῶν ἱερέων, κατήγαγεν αὐτὴν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ παρέδωκεν αὐτῇ τὰς δύο θυγατέρας αὐτοῦ, σοφίσαι καὶ συνετίσαι αὐτὴν ὡς ἑαυτάς. Ἡ δὲ διῆγεν ἐν τῷ τοῦ Ἰωσὴφ οἴκῳ μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ σεμνότητος· ποιήσασα δὲ ἐν αὐτῷ μῆνας ἕξ, καὶ συνήθως νηστεύουσα, περὶ ὥραν ἐνάτην τῆς

Mingarellii notæ.

(36) Vide Marc. VI, 3; ubi quatuor hi fratres Christi recensentur, ac nominantur.

(37) In Græco additur, ἀκράτητος. Quæ vox quid hic significet, aut quomodo emendanda sit, ignoro.

(38) Ex vetusta hacce, etsi incerta, traditione derivatus est mos pingendi S. Josephum cum virga efflorescente.

(39) Codex : ὁρμώσαντο τὴν παρθένον. Lego : ἥρμοσαν αὐτῷ τὴν παρθένον.

(40) Codex : τὸ γενόμενον. Legendum τῶν γενομένων, aut τῶν λεγομένων.

(41) Codex : συνζυγίας.

(42) In Græco dicendum erat : Πάσης ἀληθείας. Sed aut auctoris, aut librarii oscitantia factum est, ut legatur : πᾶσαν ἀλήθειαν.

(43) In Græco, ὡς ἑαυτάς. Barbare.

Digitized by Google

ἡμέρας, προσευχομένης αὐτῆς, ἀπεκαλύφθη αὐτῇ ὁ ἀρχάγγελος Γαβριὴλ ἀποσταλεὶς παρὰ Θεοῦ· καὶ ἐξεῖπεν αὐτῇ πάντα τὰ μυστήρια τὰ περὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὅσα καὶ τοῖς Εὐαγγελίοις ἀναγέγραπται. Καὶ οὐδεὶς ἔγνω τὸ γεγονὸς ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς, οὐδὲ ἀπήγγειλέ τινι, οὔτε μὲν αὐτῷ τῷ Ἰωσὴφ, ἕως οὗ ἴδεν εἰς οὐρανοὺς ἀνερχόμενον τὸν Υἱὸν αὐτῆς. Διὰ τοῦτο λέγει ὁ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος· *Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκεν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον*· τουτέστιν· οὐκ ἐγίνωσκεν τὰ μυστήρια τοῦ Θεοῦ, οὐδὲ τὸ κεκρυμμένον βάθος τῶν ἐπ' αὐτῇ τελουμένων πραγμάτων. Ἦν δὲ ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος πρώτη· κατὰ δὲ τὸν σεληνιακὸν κύκλον μὴν πρῶτος, ἤγουν Ἀπρίλλιος· οὗτος μὴν πρῶτος ἐν τοῖς μησὶν τοῦ ἐνιαυτοῦ· αὐτοῦ πρώτη ἡμέρα, ἐν ᾗ τὸ πρωτότιστον ἠλάθη σκότος· καὶ εἶπεν ὁ Θεός· *Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς*· μὴν δὲ ἕκτος, ἀφ' οὗπερ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς συνελήφθη· τῷ γὰρ ἑβδόμῳ μηνὶ τῆς Σκηνοπηγίας, ἐπιτελουμένων τῶν Ἐγκαινίων καὶ τῆς καταπαύσεως τῆς κιβωτοῦ, λοιπὸν εἰσῆλθεν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων μονώτατος, κατὰ τὸν νόμον τοῦ θυμιᾶσαι, καὶ ὤφθη αὐτῷ ἄγγελος Γαβριήλ. Ἀπὸ τότε οὖν οἱ μῆνες ἀριθμοῦνται, κατὰ τὸν σεληνιακὸν κύκλον· ὕστερον δὲ ἐπενοήθησαν οἱ ἰνδικτιῶνες, καὶ οἱ μῆνες παρὰ Ῥωμαίοις.

velatus est ei archangelus Gabriel missus a Deo, et declaravit ei omnia mysteria de unigenito Filio Dei, quæ et in Evangeliis scripta sunt : et nemo rescivit quod factum erat ex domo sua, nec ipsa id cuiquam annuntiavit, ne ipsi quidem Josepho, donec vidit in cœlos ascendentem Filium suum. Ideo dicit evangelista Matthæus : *Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum* [b] : hoc est : non cognoscebat mysteria Dei, nec absconditam profunditatem rerum, quæ in ea perficiebantur. Erat autem dies hebdomadis prima : et juxta lunarem cyclum mensis primus, nempe Aprilis (hic est mensis primus in mensibus anni) : dies prima ipsius, qua die primigeniæ tenebræ expulsæ sunt, dixitque Deus ; *Fiat lux, et facta est lux :* mensis autem sextus ab eo tempore, quo Joannes Baptista conceptus fuit : nam septimo mense Scenopegiæ, dum celebrarentur Encænia, et requies arcæ, Zacharias (44) ingressus est in Sancta sanctorum solus, ut juxta legem suffimenta offerret, et apparuit ei angelus Gabriel. Ex eo tempore igitur numerantur menses, juxta lunarem cyclum : postea vero excogitatæ sunt indictiones ac menses Romani.

Ι'. Τὸ δὲ εἰπεῖν τὴν ἁγίαν Παρθένον πρὸς τὸν ἀρχάγγελον· *Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω ;* καθὼς καὶ προλαβόντες εἰρήκαμεν· ἔχει καὶ ἑτέραν τινὰ ἔννοιαν, οὐκ ἀφίδουσαν τῆς πρώτης καὶ προτέρας ἡμῶν διηγήσεως· τουτέστιν· Ἄνδρα οὐκ ἐπιθυμῶ· ἀνδρὸς ἐπιθυμίαν οὐ κέκτημαι· οὐκ οἶδα θέλημα σαρκικῆς ἐπιθυμίας ἀνδρός· οὐ γὰρ ἔσχεν τὴν παρθενίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν καὶ ἀγῶνα, ὥσπερ τῶν γυναικῶν αἱ κοσμιώτεραι καὶ τὴν σωφροσύνην ἐπιμελούμεναι· ἀλλ' ἐκ φύσεως, ὅπερ ἐστὶν ἐξαίρετον πασῶν τῶν γυναικῶν, καὶ ξένον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Καὶ τοῦτό ἐστιν τὸ παρὰ Ἰεζεκιὴλ τοῦ προφήτου εἰρημένον· *Ἔσται ἡ πύλη ἡ κατὰ ἀνατολὰς κεκλεισμένη, καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, εἰ μὴ Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ· αὐτὸς μόνος εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται δι' αὐτῆς, καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη.* Καὶ πάντες δὲ οἱ προφῆται, καὶ οἱ ἀπόστολοι τὸ αὐτὸ μαρτυροῦσιν· ἀλλὰ καὶ οἱ φωστῆρες οἱ Πατέρες ἡμῶν καὶ οἱ διδάσκαλοι τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας αὐτῷ συμφωνοῦσιν. Διὸ καὶ ὁ μέγας Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης φησὶν περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι Ὑπὲρ ἄνθρωπον τὰ ἀνθρώπινα ἔπραττεν· καὶ μαρτυρεῖ παρθενίαν γέννησιν καὶ τόκος

X. Quod vero ait sancta Virgo archangelo : *Quomodo fiet mihi istud, quoniam virum non cognosco ?* sicut antea diximus, habet etiam quamdam aliam significationem, quæ aliena non est a prima nostra interpretatione superius tradita. Hoc est : Virum non concupisco : viri concupiscentia careo : non novi voluntatem carnalis concupiscentiæ viri. Nec enim habebat virginitatem et continentiam cum tentatione, ut mulieres modestiores, ac de temperantia sollicitæ, sed ex natura illam habebat, quod eximium est ac singulare supra omnes feminas, et extraordinarium humanæ naturæ. Atque hoc illud est, quod ab Ezechiele propheta dictum fuit : *Erit porta orientalis clausa, et nemo transibit per eam, nisi Dominus Deus Israelis : ipse solus ingredietur, et egredietur per eam : et erit porta clausa* [a]. Omnes insuper prophetæ et apostoli idem testantur : quin et ii qui sunt luminaria, et Patres nostri, et magistri catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ hac in re consentiunt. Itaque magnus etiam Dionysius Areopagita (45) de Christo ait : « Supra hominem humana operabatur. » Et virginali generationi testimonium perhibet etiam partus doloribus vacuus. Athanasius (46) autem Ale-

[a] Matth. I, [b] Ezech. XLIV, 2, 3.

Mingarellii notæ.

(44) Desideratur in codice nomen Zachariæ.

(45) Citat, opinor, Monachus noster Epistolam 4, ad Caium, in qua hæc exstant verba : Ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνήργει τὰ ἀνθρώπου· καὶ δηλοῖ Παρθένος ὑπερφυῶς κύουσα. Id est : *Supra humanam conditionem operabatur* (Jesus) *ea quæ sunt hominis. Quod declarat Virgo quæ supra naturam parit.*

(46) Locum hunc, a verbis, Ἀθανάσιος δὲ usque ad ἐπληροφορήθη, affert Allatius in Notis ad Eustathii Hexaemeron, pag. 236 editionis Lugdunensis anni 1629. Ipse tamen legit in suo codice ὀρθόζοι pro ὀρθοδόξω· : et ψησλαφηθεῖσα pro ψηλαφηθεῖσα : et ῥουδὶν pro ῥουβὶμ : ac demum ἐπιξεργασάμεν ς διὰ τῆ; μαρίας pro ἐπεξεργασάμενος διὰ τῆς μαίας.

Digitized by Google

xandrinus, et Leo Romanus pontifex dixit de ipsa, quod concupiscentiam viri ignoravit. Et omnes sanctæ synodi orthodoxæ idem testantur (47). Ita Jacobus Hebræus (48), qui tunc aderat, et de illa scripsit, dicit: « Cum fuisset singularis, et omnino extraordinarius partus, palpata ab obstetrice inventa est virgo ut ante partum : et Rubim sacerdos id ipsum faciens per obstetricem, rei veritate convictus est. » Quidam vero alii de hoc singulari miraculo dixerunt : « Extraordinariam quamdam rem invenit natura. » Alii autem : « Supra fines naturæ fuit. »

XI. Sancta autem Virgo post apparitionem angeli statim abiit in Bethleem ad Elisabeth. Judæa vero, in qua civitas Bethleem sita est, excelsior est respectu Galilææ, in qua est Nazareth. Ideo ait Lucas : *Maria autem cucurrit cum festinatione in montanam regionem, et ingressa est in domum Zachariæ, et salutavit Elisabeth* [a]. Ingressa vero cum esset, et eam salutavisset, notam fecit ei apparitionem angeli, et illius sermones, dixitque insuper ei, quod masculus erat is quem habebat in ventre, et quod Zacharias angelum viderat in templo, et ideo siluerat : quoniam Zacharias nihil locutus fuerat, nec enim poterat. Et ipsæ intra semetipsas mysterium tenuerunt, et nemini annuntiarunt sermones ab ipsis factos. Et post tres menses descendit sancta Maria in domum Josephi. Erat autem composita (49) et sermone, et moribus, et incessu sancta Virgo. Et tempore progrediente, cum illius venter iutumesceret, Josephus videns sanctam, et ignorans mysteria ad illam spectantia, pudore perfusus voluit dimittere ipsam occulte e domo sua. Sed angelus Dei prohibuit quominus id faceret, sicut narrat Matthæus evangelista.

XII. Illo autem tempore contigit, ut descriptio fieret juxta Augusti Cæsaris præceptum : et ascendit Joseph e Galilæa in Judæam cum tota domo sua, ut describeretur juxta Cæsaris jussum : et filios quidem præmisit, filias autem, et sanctam Virginem Mariam secum sumens cum jumento ascendit. Cumque in Jerusalem non pervenissent, in suburbano civitatis Bethleem, quod possidebat

[a] Luc. I, 39.

ἄνευ ὠδίνων. Ἀθανάσιος δὲ ὁ ἐξ Ἀλεξανδρείας, καὶ Λέων ὁ Ῥώμης εἶπεν περὶ αὐτῆς, ὅτι ἐπιθυμίαν ἀνδρὸς ἠγνόησεν· καὶ αἱ ἅγιαι πᾶσαι σύνοδοι ὀρθοδόξως τὸ αὐτὸ ἐπιμαρτυροῦσιν· οἷον Ἰάκωβος ὁ Ἑβραῖος τότε παρὼν καὶ τὰ περὶ αὐτῆς γράψας λέγει, ὅτι « Διὰ τὸ γενέσθαι ξένον καὶ παρηλλαγμένον κατὰ πάντα τοκετὸν, ψηλαφηθεῖσα ὑπὸ τῆς μαίας, εὑρέθη παρθένος ὡς πρὸ τοῦ τόκου· καὶ Ῥουβὶμ ὁ ἱερεὺς τοῦτο αὐτὸ ἀπεργασάμενος διὰ τῆς μαίας, ἐπληροφορήθη. » Ἄλλοι δέ τινες περὶ τούτου τοῦ παραδόξου θαύματος εἶπον, ὅτι « Ἐξαίρετόν τι πρᾶγμα εὗρεν ἡ φύσις. » Ἄλλοι δέ· « Ὑπὲρ τοὺς ὅρους τῆς φύσεως γέγονεν. »

ΙΑ'. Ἡ δὲ ἁγία Παρθένος, ἅμα τῷ παρελθεῖν B τὴν ὀπτασίαν τοῦ ἀγγέλου, εὐθέως ἀπῆλθεν πρὸς τὴν Βηθλεὲμ, εἰς τὴν Ἐλισάβετ. Ἡ δὲ Ἰουδαία ἐν ᾗ πόλις κεῖται Βηθλεὲμ, ὑψηλότερος τόπος ἐστὶν πρὸς τὴν Γαλιλαίαν, ἐν ᾗ ἐστιν ἡ Ναζαρέτ. Διὰ τοῦτο λέγει ὁ Λουκᾶς· *Ἡ δὲ Μαρία ἐδραμεν μετὰ σπουδῆς εἰς τὴν ὀρεινὴν, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου, καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ.* Εἰσελθοῦσα δὲ καὶ ἀσπασαμένη αὐτὴν, ἐγνώρισεν αὐτῇ τὴν ὀπτασίαν τοῦ ἀγγέλου, καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ ὅτι ἄῤῥεν ἐστὶν τὸ ἐν κοιλίᾳ αὐτῆς, καὶ ὅτι ὁ Ζαχαρίας ἄγγελον ἑώρακεν ἐν τῷ ναῷ, καὶ διὰ τοῦτο ἐσίγησεν· ἐπειδὴ ὁ Ζαχαρίας οὐδὲν ἦν λαλήσας, οὐδὲ γὰρ ἠδύνατο. Καὶ αὐταὶ ἐν αὐταῖς τὸ μυστήριον εἶχον, καὶ οὐδενὶ ἀπήγγειλαν τὸ λαληθὲν αὐταῖς. Καὶ μετὰ τρεῖς μῆνας κατῆλθεν ἡ ἁγία C Μαρία εἰς τὴν Γαλιλαίαν εἰς τὸν οἶκον Ἰωσὴφ. Ἦν δὲ τακτικὴ καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῷ ἤθει καὶ τῷ βήματι ἁγία. Τοῦ δὲ χρόνου παρερχομένου, καὶ τῆς κοιλίας αὐτῆς ὀγκουμένης, ὁ Ἰωσὴφ ὁρῶν τὴν ἁγίαν, μὴ εἰδὼς τὰ περὶ αὐτῆς μυστήρια, αἰσχύνῃ καταπεσὼν, ἐβουλήθη διώξαι αὐτὴν ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ κρυφίως. Ὁ δὲ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ ἐκώλυσεν αὐτὸν, καθὼς Ματθαῖος ὁ εὐαγγελιστής.

ΙΒ'. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον συνέβη τὴν ἀπογραφὴν γενέσθαι κατὰ τὴν τοῦ Αὐγούστου Καίσαρος κέλευσιν· καὶ ἀνέβη Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς τὴν Ἰουδαίαν σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὑπογράψασθαι κατὰ τοῦ Καίσαρος δόγμα· καὶ τοὺς μὲν υἱοὺς προέπεμψεν, τὰς δὲ θυγατέρας καὶ τὴν ἁγίαν Παρθένον Μαρίαν αὐτὸς λαβὼν μετὰ τοῦ ὑποζυγίου ἀνήρχετο. Μὴ φθάσαντες τὴν Ἱερουσαλὴμ, εἰς προ-

Mingarellii notæ.

(47) In Græco aliqua hic desiderari puto.

(48) De Jacobo hocce, quem citat monachus noster, quæri potest primo, an is putaverit esse Jacobum apostolum, cui perperam tribuitur apocryphus, ac fabulosus liber a Fabricio editus in codice apocrypho Novi Testamenti : deinde an saltem hunc ipsum libellum citet hoc in loco Epiphanius. Quod spectat ad primum, sio Epiphanium nostrum minime in ea fuisse opinione, ut censeret Jacobum huncce exstitisse apostolum : etsi enim dicat : *qui tunc aderat*, tamen si ut apostolum habuisset, neque dixisset, *Jacobus Hebræus*, sed *Jacobus apostolus*, neque in Proœmio hujus Opusculi contemptim de ipso loqueretur. Quod vero attin et ad alteram D quæstionem, equidem reor, ab Epiphanio nostro non libellum a Fabricio sub Jacobi apostoli nomine evulgatum citari, sed alium qui jam non exstet. Etenim narratur quidem ibi, pag. 110, exploratio ab obstetrice facta, sed non iis verbis, quæ affert Epiphanius noster ; imo ibidem de sacerdote Rubim, seu Ruben, obstetricis exploratione convicto, nihil plane legitur, etsi is pag. 68, memoretur, ac vocetur Ῥουβὶμ ὁ ἀρχιερεύς, Rubim pontifex.

(49) Codex : τακτική. An legendum, τακτὴ, an potius Epiphanius inelegauter, ac barbare scribens dixit τακτικὴ pro τακτή? Paulo inferius autem legendum videtur : Καθὼς φησι Ματθαῖος.

Digitized by Google

αστείον τῆς Βηθλεέμ, ὃ ἦν κτῆμα Σαλώμης ἐξαδέλφης τῆς ἁγίας Θεοτόκου, κατεκλίθησαν, καὶ τῇ αὐτῇ νυκτὶ ἔτεκεν τὸν Ἐμμανουὴλ ἡ ἁγία Παρθένος, ἐξυπηρετησαμένης πρὸς ἅπαντα Σαλώμης τῆς μαίας, οὔσης ἐν Βηθλεὲμ, ἐξαδέλφης τυγχανούσης καὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας Θεοτόκου Παρθένου Μαρίας, κατὰ τὸ μητρῷον αὐτῆς γένος. Ἦν δὲ σπήλαιον, καὶ οἴκημα τετραπόδων. Μαθοῦσα δὲ ἡ Ἐλισάβετ τὴν ἐπιστασίαν αὐτῶν, καὶ ἤνεγκεν αὐτοῖς τὰ πρὸς τὴν χρείαν, καὶ ἄλλοι τινὲς συγγενεῖς αὐτῶν. Καὶ ἀκούσαντες τὰ τοῖς ποιμέσιν λαληθέντα, ἐξέστησαν, καὶ τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ ἐκ Περσίδος πόλεως Βαβυλῶνος, οἱ Μάγοι ἀπὸ τῆς θερινῆς Ἀνατολῆς· ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα ἐξ εὐωνύμων τῆς Ἱερουσαλήμ· οὕτως γὰρ παράκειται ἡ Περσὶς τῇ Ἰουδαίᾳ. Καὶ ὁ ἀστὴρ οὐκ ἦν ἐκ τῶν λοιπῶν ἀστέρων, ἀλλὰ χαμηλὸς ἦν, καὶ μηδέποτε φανείς, ὡς φησιν Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος. Καὶ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ περιέτεμον τὸ παιδίον, καὶ ἐκάλεσαν τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὅ; ἐστιν Σωτήρ. Καὶ τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ναζαρέτ. Ἀπεγράφησαν δὲ Ἰάκωβος καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, υἱοὶ Ἰωσὴφ, καὶ κατῆλθον εἰς Ναζαρέτ. Καὶ συμπληρουμένων τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, ἀνήγαγον τὸ παιδίον εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ παρέστησαν τῷ Κυρίῳ μετὰ δώρων, καὶ ἐπέδωκαν τῷ πρεσβύτῃ ἱερεῖ Συμεὼν, καὶ εὐλόγησεν αὐτούς· καὶ ἐκεῖ ἐχρηματίσθη φυγεῖν εἰς Αἴγυπτον ὁ Ἰωσήφ.

Salome consobrina sanctæ Deiparæ, diversati sunt: et eadem nocte genuit Emmanuelem sancta Virgo, ministrante ad omnia Salome obstetrice (50), quæ erat in Bethleem, et erat ipsa quoque consobrina sanctæ Deiparæ Virginis Mariæ quoad maternum illius genus. Erat autem ibi spelunca, et stabulum quadrupedum. Cum vero ea quæ evenerant rescivit Elisabeth, attulit eis quæ usui futura erant, idemque fecerunt alii nonnulli consanguinei. Auditis autem iis, quæ pastoribus dicta fuerant, obstupuerunt. Et post biduum ex Persidis civitate Babylone veneruut Magi ab Oriente æstivo: viderant autem stellam a sinistro Hierosolymæ latere, talis enim est Persiæ situs respectu Judææ. Et stella non erat una ex aliis stellis, sed telluri vicina, et nunquam apparuerat, ut ait Joannes Chrysostomus (51). Et octavo die circumciderunt puerum, et vocarunt nomen ejus Jesum, hoc est, Salvatorem: et tunc reversi sunt in Nazareth. Descripti vero fuerunt Jacobus, et fratres ejus, qui erant filii Josephi: et descenderunt in Nazareth. Et completis XL diebus duxerunt puerum in Jerusalem, et obtulerunt cum Domino cum donis, et dederunt seni sacerdoti Simeoni: et benedixit eos. Et ibi divinitus monitus est Josephus, ut fugeret in Ægyptum.

ΙΓ'. Ὁ δὲ Ἡρώδης ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἔσχεν πόλεμον οἰκεῖον μετὰ Σαλώμης τῆς θυγατρὸς ἀρχιερέως τοῦ Ὑρκανοῦ, ἥτις καὶ γυνὴ αὐτοῦ ἦν, καὶ τῶν υἱῶν αὐτῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀριστοβούλου. Καὶ τὴν μὲν γυναῖκα φονεύσας, κατῆλθεν εἰς Ῥώμην πρὸς τὸν Καίσαρα· καὶ λαβὼν ἐξουσίαν, ἐπανελθὼν ἔπνιξεν καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῆς ἐν τῷ ποταμῷ, ὡς λοιπὸν τὰ ὑπὸ τῶν Μάγων λαληθέντα, ἐν λήθῃ παραδραμών. Εὐκαιρήσας δὲ καὶ ὑπομνησθείς, ἐξεῖληψεν αὐτὸν ἡ ὀργή· καὶ μετὰ δύο ἔτη τῶν Μάγων, ἐποίησεν ὁ Ἡρώδης τὴν βρεφοκτονίαν· καὶ λειτουργοῦντα τὸν Ζαχαρίαν ἀνεῖλον οἱ στρατιῶται ἔσω τοῦ θυσιαστηρίου. Ἡ δὲ Ἐλισάβετ ἐν Βηθλεὲμ οὖσα, λαβοῦσα τὸν Ἰωάννην ἐξῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἐκρύβη ἡμέρας τεσσαράκοντα ὑπὸ τὸ σπήλαιον. Ὁ δὲ Ἡρώδης μετὰ τὴν βρεφοκτονίαν, ἑαυτὸν ἀνεῖλε μαχαίρᾳ, ὢν ἐτῶν ο'. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἐκεῖ ἀνατραφεὶς ἔμεινεν ἐν ταῖς ἐρήμοις, ἕως τῆς ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ.

XIII. Herodes autem diebus illis domesticum bellum gerebat cum Salome (52) filia Pontificis Hyrcani, quæ etiam uxor ipsius erat, et cum filiis ipsius Salomes, Alexandro et Aristobulo: et cum uxorem interfecisset, perrexit Romam ad Cæsarem, et obtenta potestate reversus suffocavit etiam filios Salomes in fluvio, quasi deinceps oblivioni traditurus ea quæ dixerant Magi. Nactus vero tempus opportunum, et eorum recordatus, ira accensus est (53): et post duos annos a Magis indicatos fecit Herodes infantium cædem. Et Zachariam, dum sacris operam daret, occiderunt milites intra sanctuarium. Elisabeth vero, quæ erat in Bethleem, Joannem sumpsit, et in desertum exivit, et dies XL latuit sub spelunca. Herodes autem post infanticidium se ipse gladio interfecit, annos natus LXX, Joannes vero ibi educatus mansit in desertis donec sese ostendit Israeli.

Mingarellii notæ.

(50) Obstetricem quidem vocat auctor Salomen, sed ipsam hacce occasione consuetis omnibus obstetricum officiis functam esse non ait: imo superius Virginis partum *doloribus vacuum* dixit. Cæterum vox μαῖα non obstetricem semper denotat, sed et eam, quæ lac infanti præbet, et illam quæ ipsius umbilicum secat.

(51) Talia pluribus in locis scripsit S. Joannes Chrysostomus, ut hom. 6, in Matthæum, tom. VII, pag. 87, editionis Parisinæ anni 1727, et homilia sequenti; itidemque in alia homilia, quam Montfauconius edidit tom. XII, pag. 379.

(52) Inter uxores Herodis nulla (quod sciam) vocata est Salome. Alexander atque Aristobulus filii erant Mariammes: Mariamme vero ipsamet filia erat Alexandræ filiæ Hyrcani. Sed de his consulendi sunt Eusebius, lib. I. Hist, eccl., et Flavius Josephus, et qui Josephum ipsum illustrarunt. Nonnulla enim hi aliter narrant, atque Epiphanius noster.

(53) Codex habet, ἐξήληψεν. Quæ vox non video, quid significare possit. Aut εἴληφεν legendum puto, aut ἐξῆψεν. Quod vero de Zachariæ cæde hic subjungit Epiphanius, id S. Hieronymus ex apocryphis monumentis desumptum esse ait in Comment. ad caput XXIII Matthæi.

Digitized by Google

XIV. Et Josephus mansit in Ægypto cum filiis suis, et filiabus, et Deipara, et Christo annos quinque : tum ob revelationem recessit, et reversus venit in Nazareth Galilææ. Et accepit filiam Mariam frater ipsorum Cleopas in uxorem suam. Cleopas autem frater ipsius Josephi (54) ex eodem patre Jacobo nati. Et genuit ex ea Symeonem. Symeon vero iste post Jacobum fratrem Domini, episcopus fuit in Jerusalem : et sub Domitiano Romæ imperatore, post multa tormenta postea cruci affixus est (55), annos natus 120, Jacobus autem filius Josephi, ut quidam dicunt, habuit uxorem duos annos, et illa mortua aliam non habuit. Judas vero frater ejus duos filios genuit, Zoccerum et Jacobum ; sic enim vocati sunt. Illi astantes Domitiano imperatori Romæ, ob eorum virtutem et sapientiam cessare fecerunt persecutionem Christianis illatam. Jacobus autem et Judas fratres Domini in numero sunt duodecim apostolorum. Joses vero et Symeon sumpserunt sibi uxores. Et Sobe convivebat cum Deipara continue. Joses autem a matre relictus est adhuc lactens, et enutrivit eum Maria filia Salomes consobrinæ Deiparæ.

ΙΔ'. Ὁ δὲ Ἰωσὴφ ἐποίησεν εἰς Αἴγυπτον σὺν τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ καὶ ταῖς θυγατράσιν καὶ τῇ Θεοτόκῳ καὶ τῷ Χριστῷ ἔτη ε', καὶ λοιπὸν δι' ἀποκαλύψεως ἀνεχώρησεν· καὶ ἀποστρέψας ἦλθεν εἰς Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας. Καὶ ἔλαβεν τὴν θυγατέρα Μαρίαν ὁ ἀδελφὸς αὐτῶν Κλωπᾶς γυναῖκα ἑαυτῷ· Κλεόπας δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, Ἰακὼβ ὁμοπάτριος ἐκ τοῦ Ἰακώβ, καὶ ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς τὸν Συμεῶνα. Οὗτος δὲ ὁ Συμεὼν μετὰ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου ἐπίσκοπος γέγονεν εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ἐπὶ Δομετιανοῦ βασιλέως Ῥώμης· μετὰ πολλὰς βασάνους ὕστερον ἐσταυρώθη, ὢν ἐτῶν ρκ'. Ἰάκωβος δὲ ὁ υἱὸς Ἰωσὴφ, ὡς φασίν τινες, ἔσχεν αὐτῷ γυναῖκα ἐπὶ ἔτη δύο· καὶ τελευτησάσης αὐτῆς, ἑτέραν οὐκ ἔσχεν. Ἰούδας δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐποίησεν δύο υἱοὺς, Ζωκὴρ καὶ Ἰάκωβον, οὕτω προσαγορευομένους. Οὗτοι παραστάντες Δομετιανῷ βασιλεῖ Ῥώμης, διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν καὶ σοφίαν, τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐπαύσαντο διωγμόν. Ἰάκωβος δὲ καὶ Ἰούδας ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου, εἰς τὸν ἀριθμόν εἰσιν τῶν δώδεκα ἀποστόλων. Ἰωσῆς δὲ καὶ Συμεὼν ἔλαβον αὐτοῖς γυναῖκας· ἡ δὲ Σωβὴ συνῆν τῇ Θεοτόκῳ πάντα τὸν χρόνον· Ἰωσῆς δὲ ὑπομάζιος κατελήφθη ὑπὸ μητρὸς, καὶ ἀνεθρέψατο αὐτὸν Μαρία ἡ θυγάτηρ Σαλώμης ἐξαδέλφης τῆς Θεοτόκου.

XV. In solemnitate autem Paschatis reversi sunt ex Nazareth in Jerusalem, cum esset Jesus annorum decem. Cumque reversi forent in Jerusalem, a multis cognitus fuit, qui admirati sunt ejus intelligentiam, et sapientiam, adeo ut multos obstupefaceret. Erat autem valde pulcher aspectu, sicut Propheta ait · *Speciosus forma præ filiis hominum* [a] : statura longus erat sex pedes, flavis crinibus (56), justo naso, flavis oculis, suaviter intuens (57), subflava barba, longis capillis : nunquam novacula ascendit in caput ejus, nec manus hominis, nisi matris ejus cum esset infans. Et cum fuit triginta annorum, baptizatus est a Joanne in Jordanis flumine.

ΙΕ'. Κατὰ δὲ ἑορτὴν τοῦ Πάσχα ἀνῆρχοντο ἀπὸ Ναζαρὲτ εἰς Ἱεροσόλυμα, δεκαετοῦς ὄντος τοῦ Ἰησοῦ. Ἀνελθόντων δὲ αὐτῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐγνώσθη ὑπὸ πολλῶν· καὶ ἐθαυμαστώθη ἡ σύνεσις καὶ ἡ σοφία αὐτοῦ, ὡς καὶ πολλοὺς ἐξέστησεν. Ἦν δὲ ὡραῖος τῇ ὄψει σφόδρα, καθὼς ὁ προφήτης λέγει. *Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων* · τῇ ἡλικίᾳ ἐξ πόδας ἔχων τὸ μῆκος, ξανθόθριξ, ἐπίρρινος, ξανθόμματος, εὐόφθαλμος, μαυρόθριξ, ἐπιξανθίζων τὸ γένειον, μακρόθριξ, οὐδέποτε ξυρὸς ἀνῆλθεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, οὐδὲ χεὶρ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ νηπιάζοντος. Καὶ τριάκοντα ἐτῶν γενόμενος, ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ.

XVI. Cum vero Joannes erat in deserto, annos natus et ipse triginta et unum (incipiendo nempe annum a mense Septembri) factus est ei sermo de baptismo ; et venit in Judæam prædicans baptismum pœnitentiæ et remissionem peccatorum, et per baptismum etiam regnum cœlorum : non tamen etiam baptismum in Spiritu sancto. Et cum populi vidissent ejus vitam terribilem, atque admirabilem, secuti sunt eum multi, et facti sunt ejus discipuli. In his fuere et Andreas a Bethsaida urbe Galilææ, et Joannes a Zebeda. Principes autem sacerdotum cum audivissent quæ de Joanne promulgabantur, et de doctrina ejus, alii quidem dicebant : Ilic est Christus ; alii vero : Non est (58).

ΙϚ'. Ὁ δὲ Ἰωάννης ὢν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ αὐτὸς τριάκοντα καὶ ἑνὸς χρόνου ὑπάρχων· ἀρχομένου τοῦ ἔτους ἤγουν ἀπὸ μηνὸς Σεπτεμβρίου· ἐγένετο πρὸς αὐτὸν λόγος περὶ τοῦ βαπτίσματος· καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, οὐ μέντοι καὶ εἰς Πνεῦμα ἅγιον. Θεωροῦντες δὲ οἱ λαοὶ τὴν ἀναστροφὴν αὐτοῦ τὴν φοβερὰν καὶ θαυμαστὴν, ἠκολούθησαν αὐτῷ πολλοὶ, καὶ ἐγένοντο αὐτοῦ μαθηταί· ἐν οἷς καὶ Ἀνδρέας ὁ ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς πόλεως τῆς Γαλιλαίας, καὶ Ἰωάννης ὁ ἀπὸ Ζεβεδῆς. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς τῶν Ἰουδαίων ἀκούσαντες τὰ περὶ Ἰωάννου, καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, οἱ μὲν ἔλεγον ὅτι ὁ

Mingarellii notæ.

(54) In Græco videtur legendum αὐτοῦ Ἰωσὴφ, id est, *ipsius Josephi*.

(55) Consule Breviarium Romanum ad diem 18 Februarii.

(56) Codex : ξανθόθριξ· ὡραῖος· ἐπίρινος. Expunxi vocem secundam ὡραῖος.

(57) Ant hic vox μαυρόθριξ, aut paulo superius vox ξανθόθριξ inducenda videtur.

(58) In Græco legendum fortasse : ὅτι οὔ. Καὶ ζητήσεως πολλῆς.

[a] Psal. XLIV, 3.

Digitized by Google

Χριστός ἐστιν, οἱ δὲ ὅτι οὔ· καὶ οὐ ζητήσεως πολλῆς γενομένης ἀναμεταξὺ αὐτῶν περὶ τοῦ ῥήματος τούτου, ἀπέστειλαν πρὸς Ἰωάννην, καὶ ἠρώτησαν αὐτόν· καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι Οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὀπίσω μου ἔρχεται, μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν. Ἐγένετο ἡμέρα, καὶ ἦρχοντο λαοὶ πολλοὶ καὶ ἄρχοντες ἐν τῇ ἐρήμῳ, εἰς τὸν Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, καὶ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτοῦ. Τοῦ δὲ Ἰωάννου τὸν λαὸν κατηχοῦντος ἐν Βηθαράκα χωρίον πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς ἔρημον τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ἐποίησεν ἐκεῖ ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ πάλιν ὑπέστρεψεν πρὸς τὸν Ἰωάννην. Ὡς δὲ εἶδεν ὁ Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, ἔλεγεν περὶ αὐτοῦ· *Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*· ἰδοὺ γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατελθὸν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, καὶ φωνὴν λέγουσαν πρὸς αὐτόν· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός*. Καὶ ἤκουσαν οἱ λαοὶ καὶ ἐξεπλήσσοντο. Τῇ δὲ ἐπαύριον πάλιν ἰδὼν ὁ Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν περιπατοῦντα, καὶ λέγει περὶ αὐτοῦ· *Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.*

Cum quæstio magna orta esset inter ipsos de hac re, miserunt ad Joannem, et interrogaverunt eum. Et dixit eis: Non sum Christus, sed post me venit, medius autem inter vos stat. Factum est quadam die, ut essent multi populi et principes in deserto ad Jordanem apud Joannem confitentes peccata sua, et baptizati ab eo. Cumque Joannes populum doceret in Betharaca (59), qui locus est trans Jordanem, venit Jesus in desertum Jordanis, et mansit ibi dies 40, et rursus rediit ad Joannem. Ut autem vidit Joannes Jesum ad se venientem, ait de ipso: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi* [7]: vidi enim Spiritum sanctum descendentem e cœlo, et manentem super eum, et vocem audivi dicentem ei: *Hic est Filius meus dilectus* [8]. Et audierunt populi, et obstupuerunt. Postridie vero rursus vidit Joannes Jesum ambulantem, et ait de ipso: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi* [9].

ΙΖ'. Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ Ἀνδρέας καὶ Ἰωάννης, ἀφέντες αὐτὸν ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ, καὶ ἦλθον μετ' αὐτοῦ εἰς τὸ καταγώγιον, καὶ ἔμειναν παρ' αὐτῷ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Ἐζήτησεν δὲ Ἀνδρέας τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Σίμωνα, καὶ εὑρὼν ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς, ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, τῇ ἐπαύριον ἐξῆλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν σὺν τοῖς τρισὶν μαθηταῖς· καὶ εὑρὼν τὸν Φίλιππον, ἦλκυσεν αὐτὸν, κἀκεῖνος τὸν Ναθαναήλ· καὶ ἦλθον εἰς Κανὰ τῆς Γαλιλαίας· καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγένετο γάμος, καὶ ἐκλήθησαν· καὶ ἐποίησεν τὸ ὕδωρ οἶνον· τὸ δὲ ὄνομα τοῦ νυμφίου, Σίμων, ὃς καὶ μεθ' ἡμέρας ἠκολούθησεν τῷ Ἰησοῦ. Κἀκεῖθεν εἰς Βηθσαϊδὰ πόλιν τῆς Γαλιλαίας, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Πέτρου, καὶ ἀσθενοῦσαν τὴν πενθερὰν αὐτοῦ, ἐπιστὰς ὁ Ἰησοῦς ἐθεράπευσεν αὐτήν. Ὑποστρέψαντες εἰς Ναζαρὲτ, Ἰωσὴφ ὁ μνήστωρ τῆς Θεοτόκου ἐτελεύτησεν πρεσβύτης καὶ πλήρης ἡμερῶν, ὡς φασιν ρι'. Οἱ δὲ υἱοὶ Ἰωσὴφ, Ἰάκωβος καὶ Ἰούδας ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ. Πλὴν οἱ πάντες συνεπορεύοντο, κατὰ πόλιν καὶ χώραν πορευόμενοι, καὶ κηρύσσοντες τὴν βασιλείαν, καὶ ἰώμενοι πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν. Καὶ ἡ πενθερὰ τοῦ Πέτρου παθεῖσα σὺν τῇ θυγατρὶ γυναικὶ Πέτρου ἠκολούθησεν αὐτοῖς καὶ συνῆν τῇ Θεοτόκῳ.

XVII. Et audito hoc discipuli ejus Andreas et Joannes relicto illo secuti sunt Jesum, et venerunt cum eo in diversorium, et manserunt apud eum die illa. Quæsivit Andreas suum fratrem Simonem, et inventum duxit ad Jesum. Et cum audisset Jesus Joannem traditum fuisse, sequenti die exiit in Galilæam cum tribus discipulis. Et inveniens Philippum traxit eum, et is Nathanaelem: et venerunt in Canam Galilææ. Et post tres dies factæ sunt nuptiæ, et vocati sunt: et Jesus ex aqua fecit vinum (nomen autem sponsi erat Simon, qui etiam post aliquot dies secutus est Jesum). Inde petiit Jesus Bethsaidam civitatem Galilææ, et ingressus est in domum Petri, et ægrotam hujus socrum superveniens sanavit. Cum rediissent (60) in Nazareth, Josephus sponsus Deiparæ mortuus est senex, et plenus dierum, annos natus, ut aiunt, centum et decem. Josephi vero filii Jacobus et Judas secuti sunt Jesum. Sed omnes simul ibant per urbes, et regiones, et prædicantes regnum Dei, et sanantes omnem morbum, et omnem languorem. Et socrus Petri sanata simul cum filia, uxore Petri, secuta est eos, et convivebat cum Deipara.

ΙΗ'. Ἀπάραντες δὲ ἐκεῖθεν, ἦλθον εἰς κώμην τῆς Βηθσαϊδὰ πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ἐν ᾗ ἐστιν ἡ λίμνη ἡ κλουμένη Γεννησαρὲτ, καὶ φιάλη, διὰ τὸ ἴσον τοῦ γύρου· καὶ τὸ ὕδωρ πάνυ διαυγὲς καὶ καθάριον· καὶ ἑπτὰ μίλια κυκλεύεσθαι· ἔλαιον δὲ πάνυ θαυμαστὸν,

XVIII. Et inde discedentes, venerunt in castellum Bethsaidæ civitatis Galilææ, ubi est lacus qui Gennesareth, ac Phiala vocatur ob æqualitatem ambitus, et aquam omnino pellucidam ac mundam. Is habet septem milliaria in circuitu (61): oleum vero

[7] Joan. I, 33. [8] Matth. III, 17. [9] Joan. I, 36.

Mingarellii notæ.

(59) Legendum forsitan: ἐν βηθαράβα (aut βηθαβάρα) χωρίῳ. Betharabæ mentio fit Josue XVI, 61, ubi legitur: *In deserto Betharaba*. Apud Joannem vero evangelistam cap. I, vers. 27, legitur: *Hæc in Bethania facta sunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans*. Sed in hæc verba mendum irrepsisse multi suspicati sunt, et pro *Bethania* legendum esse *Bethabara*. Lege Bonfrerium, aliosque interpretes.

(60) Codex . ὑποτρεψαντες. Si auctor eleganter scriberet, emendandum, ac legendum esset: ὑποτρεψάντων αὐτῶν.

(61) Lege quæ de hoc lacu fuse scribit Josephus lib. III. *De bello Jud.* cap. 10, et ea confer cum his. Videtur enim Epiphanii nostri textus alicubi hic corruptus a librario, qui et aliqua verba omisit fortasse, et alia perperam exaravit.

Digitized by Google

optimum est, et fructus autumnales circa lacum, et pisces bene olentes. Venit autem Jesus in Zebedam simul cum matre, et discipulis, et diversatus est apud Zebedæum, qui habebat uxorem, et duos filios Jacobum et Joannem, et accepit eos in discipulos. Mater illorum putans eum polliceri regnum terrenum, petiit ab eo, ut unus a dextris ipsius, et unus a sinistris sederet in regno ejus. Et inde egressi venerunt in Capernaum; et sanavit paralyticum, et alios multos. Ubicunque autem diversabantur, sponte illis afferebant multa qui curabantur, et principes civitatum. Discipuli multos docebant, et baptizabant; Jesus vero non baptizabat, sed tantum docebat, et sanabat infirmos quocunque ibant. Zebedæus autem mortuus est : qua re audita Jacobus accedens ad Dominum ait : Sine, ut abeam ad sepeliendum patrem meum : et non permisit ipsi. Et post breve tempus misit duos fratres Jacobum et Joannem : hi vero abeuntes patrem quidem sepelierunt, matrem vero adduxerunt ad Christum : et mansit cum Deipara reliquo vitæ illius tempore. Possessionibus vero suis venditis, quæ erant multæ, venerunt in Jerusalem, et emerunt Sion. Cum venisset autem Jesus simul cum matre, et ipsis discipulis in Judæam, et hi ubique Evangelium prædicarent, et baptizarent, et sanarent, ascenderunt in Jerusalem; et Salome uxor Chuzæ (62) procuratoris Herodis Philippi (63) habens septem spiritus nequitiæ accessit, et oravit Christum, et liberata est a spiritibus, et non recessit amplius a Domino, sed secuta est eum.

XIX. Cum vero ibi mansissent aliquot diebus (erat enim solemnitas Scenopegiæ), et multos doctrina illuminasset Christus, et e templo mercatores ejecisset, ac multos sanavisset a multis, variisque morbis, rediit in Galilæam, et venit in civitatem Magdala. Quædam mulier nomine Maria recepit eum in domum suam, et auditis sermonibus ejus, atque conspectis miraculis, quæ is faciebat, valedixit omni domui suæ, accessit ad Christum, et secuta est eum, et convivebat cum Deipara, et reliquis feminis. Erat autem prudentissima, et fervens spiritu et lacrymis sicut Petrus, et de suis substantiis ministrabat eis. Discipuli autem erant Andreas, et Petrus fratres a Bethsaida civitate; Philippus et Bartholomæus, Jacobus et Judas fratres Domini (nam Joseph cognomento (64) dicebatur Alphæus); Simon a Cana, et Matthæus evange-

καὶ ὀπώρα περὶ τῆς λίμνης, καὶ ἰχθύων εὐόσμων. Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς Ζεβεδὴ σὺν τῇ μητρὶ καὶ τοῖς μαθηταῖς, κατεκλίθη παρὰ Ζεβεδαίῳ, ὃς ἔσχε γυναῖκα καὶ δύο υἱούς, Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην· καὶ ἔλαβεν αὐτοὺς μαθητάς. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτῶν νομίσασα ὅτι περὶ ἐπιγείου βασιλείας ἐπηγγέλλετο, ᾐτήσατο αὐτὸν ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων καθίσωσιν ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. Καὶ ἐκεῖθεν ἐξελθόντες, ἦλθον εἰς Καπερναούμ· καὶ ἴασατο τὸν παραλυτικὸν καὶ ἄλλους πολλούς. Ὅπου δὲ ἂν κατεκλίνοντο, οἱ θεραπευόμενοι καὶ οἱ πρῶτοι τῶν πόλεων αὐτοπροαιρέτως προσέφερον αὐτοῖς ἀναλωμάτων πλήθη. Ἐδίδασκον καὶ ἐβάπτιζον οἱ μαθηταί, ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκ ἐβάπτιζεν· μόνον δὲ ἐδίδασκεν, καὶ ἴᾶτο τοὺς ἀσθενοῦντας ὅπου ἐὰν ἐπορεύοντο. Ὁ δὲ Ζεβεδαῖος ἀπέθανεν· καὶ ἀκούσας Ἰάκωβος, προσελθὼν λέγει τῷ Κυρίῳ· Ἐπίτρεψόν μοι ἀπελθεῖν θάψαι τὸν πατέρα μου· καὶ οὐκ ἐπέτρεψεν αὐτόν· καὶ μετ' ὀλίγον ἀπέστειλεν τοὺς δύο ἀδελφοὺς Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην· οἱ δὲ ἀπελθόντες τὸν μὲν πατέρα ἔθαψαν· τὴν δὲ μητέρα προσήνεγκαν τῷ Χριστῷ· καὶ ἦν σὺν τῇ Θεοτόκῳ τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Τὴν δὲ κτῆσιν αὐτῶν πωλήσαντες πολλὴν οὖσαν, ἐλθόντες εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἠγόρασαν τὴν Σιών. Ἐλθόντος δὲ τοῦ Ἰησοῦ σὺν τῇ μητρὶ καὶ αὐτοῖς μαθηταῖς εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ πανταχοῦ εὐαγγελιζομένων καὶ βαπτιζόντων καὶ θεραπευόντων, ἀναβάντων αὐτῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, Σαλώμη ἡ γυνὴ Χουζᾶ ἐπιτρόπου Ἡρώδου τοῦ Φιλίππου, ἔχουσα πνεύματα πονηρίας ἑπτὰ, προσελθοῦσα δὲ καὶ δεηθεῖσα τοῦ Χριστοῦ, ἠλευθερώθη ἐκ τῶν πνευμάτων, καὶ οὐκέτι ἀπέστη ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ἀλλ' ἠκολούθει αὐτῷ.

ΙΘ'. Διατριψάντων δὲ ἐκεῖ ἡμέρας τινὰς (ἦν γὰρ καὶ ἡ ἑορτὴ τῆς Σκηνοπηγίας), καὶ πολλοὺς φωτίσας τῇ διδασκαλίᾳ ὁ Χριστὸς, ἐκ τοῦ ναοῦ τοὺς κατήλους ἐξελάσας, καὶ πολλοὺς ἰασάμενος ἀπὸ πολλῶν καὶ ποικίλων νόσων, ὑπέστρεψεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ ἦλθεν εἰς Μαγδαλὰ πόλιν. Γυνή τις ὀνόματι Μαρία ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, καὶ ἀκούσασα τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ θεασαμένη τὰ θαυμάσια αὐτοῦ ἃ ἐποίησεν, ἀποταξαμένη τὸν οἶκον αὐτῆς πάντα, προσελθοῦσα τῷ Χριστῷ ἠκολούθησεν, καὶ συνῆν τῇ Θεοτόκῳ καὶ ταῖς λοιπαῖς. Ἦν δὲ φρονιμωτάτη καὶ θερμὴ τῷ πνεύματι καθὼς καὶ Πέτρος ἐν τοῖς δάκρυσιν, καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῇ διηκόνει αὐτοῖς. Οἱ δὲ μαθηταὶ ἦσαν Ἀνδρέας καὶ Πέτρος, οἱ ἀδελφοὶ ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς πόλεως· Φίλιππος καὶ Βαρθολομαῖος· Ἰάκωβος καὶ Ἰούδας, ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου· ὁ γὰρ

Mingarellii notæ.

(62) Codex, Χουεζᾶ. Sed legendum videtur Χουζᾶ ex Lucæ Evangelio cap. VIII, v. 3. Cæterum hujus Chuzæ uxorem Lucas ibidem non Salomen vocat, ut monachus noster, sed Joannam : scribit enim : Καὶ Ἰωάννα γυνὴ Χουζᾶ ἐπιτρόπου Ἡρώδου, id est : *Et Joanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis.*

(63) Lege Noldii Diatribam de vita et gestis Herodum segm. 31, pag. 361, tom. II, Operum Fl. Josephi.

(64) Codex : τὸ ἐπίκλη. Scribendum puto aut ἐπίκλην, aut, minus eleganter, τὸ ἐπίκλιον. Equidem τὸ ἐπίκλη nusquam alibi legere me memini. Sed mendis multo gravioribus inquinatus videtur hic locus; nam hic et Thomas apostolus prætermittitur, et tres Judæ nominantur, et Thaddæus Edessenus fuisse dicitur

Digitized by Google

Ἰωσὴφ τὸ ἐπίκλη ἐλέγετο Ἀλφαῖος Σίμων ἀπὸ Κανὰ, καὶ Ματθαῖος ὁ εὐαγγελιστής· Ἰούδας ὁ ἀπὸ Ἱεροσολύμων· Θαδδαῖος ἀπὸ Ἐδέσσης Συρίας· Ἰούδας ὁ προδότης ἀπὸ Σκάρας τῆς πόλεως· Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης ἀπὸ Ζεβεδῆς.

A lista, Judas Hierosolymitanus, Thaddæus ab Edessa Syriæ, Judas proditor a Scara civitate, Jacobus et Joannes a Zebeda.

Κ'. Ὁ δὲ Ἰωάννης ὁ υἱὸς τοῦ Ζεβεδαίου μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἐπώλησεν τὴν κτῆσιν αὐτοῦ τὴν ἐν Ζεβεδῇ πολλὴν οὖσαν, καὶ ἐλθὼν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἠγόρασεν τὴν ἁγίαν Σιών· ὑψηλότερον δέ ἐστιν τοῦτο τὸ μέρος τῆς Ἱερουσαλήμ. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς τότε κατ' ἐνιαυτὸν ἠλλάσσοντο, καὶ οὐκ ἐντόπιοι ἐγένοντο, ἀλλ' ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν· ὅθεν καὶ ὁ Καϊάφας ἀπὸ Κίου τῆς Βιθύνων ἐπαρχίας, ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου γεγονὼς, ἔμεινεν ἐν τῇ ἀγοραίᾳ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου. Διὰ τοῦτο λέγει· ὅτι ἦν γνωστὸς τῷ ἀρχιερεῖ. Καὶ τὰ ἡμῖσυ ἡτοίμασαν τὸ Πάσχα, ἦγουν τὸ μυστικὸν δεῖπνον τῷ Χριστῷ· σὺν τοῖς μαθηταῖς καὶ ταῖς μαθητρίαις. Ὅταν δὲ λέγει· Ὑπάγετε πρὸς τὸν δεῖνα· Ἰωάννην τὸν Θεολόγον λέγει. Ἐκεῖ ἐτέλεσαν τὸ μυστικὸν δεῖπνον, καὶ ἐκεῖ ἔμειναν μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου· παραλαβὼν γὰρ Ἰωάννης παρεστὼς τῷ σταυρῷ ἐκ τοῦ Ἰησοῦ τὴν μητέρα, ἤγαγεν αὐτὴν εἰς τὰ ἴδια, ὅ ἐστιν ἡ ἁγία Σιών. Ἐκεῖ εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ εἶπεν, Εἰρήνη ὑμῖν, καὶ τὰ ἑξῆς.

B

XX. Joannes autem Zebedæi filius, post mortem patris vendidit possessiones suas, quas habebat in Zebeda multas; et veniens in Jerusalem emit sanctam Sion (65), quæ est excelsior pars Hierosolymæ. Principes autem sacerdotum tunc singulis annis mutabantur, neque indigenæ erant, sed ex variis provinciis: unde et Caiphas a Cio provinciæ Bithyniæ, cum factus esset pontifex anni illius, morabatur in loco empto a Joanne Theologo: ideo dicitur fuisse *notus Pontifici* (66) [10]. Et ibi præparaverunt Pascha, id est mysticam cœnam Christo eum discipulis et discipulabus. Cum autem ait: *Ite ad quemdam*, Joannem Theologum dicit. Ibi perfecerunt mysticam cœnam, et ibi manserunt post resurrectionem Domini. Cumque accepisset Joannes cruci astans a Jesu Matrem, duxit eam in domum suam, nempe in sanctam Sion. Ibi *ingressus est Dominus januis clausis*, et *stetit in medio*, et dixit: *Pax vobis*: et reliqua [11].

Κ Α'. Μυροφόροι δὲ ἦσαν ἑπτά· Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Σαλώμη, καὶ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, καὶ Μαρία Ἰακώβου τοῦ μικροῦ μήτηρ, Ἰούδα γυνὴ ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου, καὶ Ἰωσῆ μήτηρ ἡ ἀναθρέψασα τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου, καὶ Ἰωάννα· αὕτη, φασί τινες, γυνὴ Πέτρου, ἄλλοι δέ, μήτηρ Κλήμεντος· καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς Μητρὸς τοῦ Κυρίου, Μαρία ἡ τοῦ Κλεωπᾶ, γυνὴ ἀδελφοῦ Ἰωσὴφ· ἐπεὶ Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα ἄλλο τέκνον οὐκ ἐποίησαν. Αὗται αἱ μυροφόροι ἑπτάκις τῆς νυκτὸς ἦλθον εἰς τὸ μνῆμα τοῦ Κυρίου, καὶ τὸ πότε ἠγέρθη οὐκ οἴδεισαν. Ἡ δὲ Θεοτόκος εἰς τὸ μνῆμα οὐκ ἀπῆλθεν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ· ἀπὸ γὰρ τῆς λύπης ἔκειτο. Ἀλλὰ ἐν τῷ τὸν ἄγγελον λαλεῖν μετὰ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς, ὁ Χριστὸς ἐφάνη εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεολόγου, ἤγουν εἰς τὴν ἁγίαν Σιών. Ἐκεῖ ἔμειναν πάντες σὺν αὐτῇ οἱ ἀπόστολοι σὺν γυναιξὶν, καὶ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, ἐν νηστείαις καὶ χαμευνίαις καὶ δάκρυσι προσεύχεσθαι, καὶ ἀκαταπαύστοις ὑμνῳδίαις μετὰ χαρᾶς πολλῆς. Καὶ ἐκεῖ ἐπεφαίνετο αὐτοῖς ὁ Χριστὸς πυκνότερον. Ἀποστελλόμενοι εἰς τοὺς τόπους καὶ πορευόμενοι, ἐκεῖ πάλιν συνήγοντο.

C

XXI. Unguentiferæ autem erant septem: Maria Magdalene, et Salome, et mater filiorum Zebedæi, et Maria Jacobi Minoris mater, uxor Judæ fratris Domini, et mater Jose, quæ enutrivit fratrem Domini, et Joanna (67) (hæc, ut quidam dicunt, erat uxor Petri, ut vero alii aiunt, mater Clementis): et soror Matris Domini Maria Cleopæ, uxor fratris Josephi: nam Joachim et Anna alium filium non genuerunt. Hæ unguentiferæ septies noctu venerunt ad monumentum Domini, et quando surrexit, nescierunt. Deipara vero ad monumentum non ivit nocte illa; nam præ dolore jacebat. Sed dum angelus loquebatur cum Maria Magdalena, Christus apparuit in domo Theologi, id est in sancta Sion. Ibi manebant cuncti cum ipsa apostoli simul cum uxoribus, et cum Domini fratribus, jejunantes, humi cubantes, flentes, orantes et continue hymnos canentes magno cum gaudio. Ibi apparuit eis Christus sæpius. Missi ad varia loca et euntes, illic rursus congregabantur.

D

Κ Β'. Ἰδοῦσα δὲ ἡ ἁγία Θεοτόκος τὴν τοῦ Υἱοῦ αὐτῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, ἐπὶ πλεῖον ἐπέδωκεν

XXII. Videns autem sancta Deipara sui Filii Ascensionem in cœlos, multo magis se dedit exer-

[10] Joan. XVIII, 15. [11] Luc. XXIV, 36.

Mingarelii notæ.

(65) Anonymus auctor libelli de locis Hierosolymitanis ab Allatio editus in Symmictis pag. 84, Joannes Phocas ibidem pag. 49, Nicephorus, in Hist. eccles. aliique similia narrant.

(66) Hoc ipsum monet Hippolytus Thebanus in fragmento, quod superius citavi. In codice Naniano post vocem ἀρχιερεῖ aut aliqua excidérunt, aut legendum: καὶ ἐκεῖ pro καὶ τὰ ἥρισν.

(67) Joannam vocat Nicephorus uxorem Zebedæi.

Digitized by Google

citationi virtutum, et genuflexionibus; nam, ut ait Andreas Hierosolymitanus archiepiscopus Cretæ (68), usque ad hodiernum diem cavitates genuum ipsius in marmoribus sanctæ Sion ostenduntur : et situm reclinationis in lapide, ubi parum naturalis somni capiebat, prosequebantur honore et timore omnes homines, et glorificabatur non solum a fidelibus, sed a Judæis : et nullus Judæorum princeps, aut Græcorum audebat quid unquam de illa dicere, aut appropinquare domui, in qua ipsa manserat. Sion vero, et Gethsemani idem est. Multos autem infirmos sanabat, et obsessos a dæmonibus immundis liberabat : eleemosynas, et curam in pauperes, et viduas conferebat. Nullus vero e duodecim apostolis missus est, aut recessit ab ea quandiu ipsa vixit. Quin et in lapidatione protomartyris Stephani, quæ contigit septem annis post Christi Ascensionem, cuncti dispersi sunt præter illos duodecim. Et habebant Jacobum fratrem Domini ut primum (69), et sine ipso nihil faciebant. Mulieres vero ex diversis provinciis nobiles cum Deipara erant, aliæ quidem a spiritibus immundis liberatæ, aliæ vero fidem amplexæ (70). Inter has erat etiam uxor Pauli, ut quidam dicunt.

XXIII. Hippolytus autem Thebanus (71) narrat, eam vixisse annos omnino 59; nos vero invenimus eam diutius vixisse. Itaque prædictus Andreas episcopus Cretæ ex traditione ait, ipsam pervenisse ad magnam senectutem : at quinquaginta novem anni non faciunt magnam senectutem. Sed propter perturbationes nemo scripsit res illius; scilicet ob direptionem Hierosolymæ, quæ contigit viginti octo annis post Christi Ascensionem; et apostoli juxta angeli mandatum venerunt in civitatem nomine Pellam; sic enim ea vocatur. Dionysius vero Areopagita (72) dicit se interfuisse dormitioni Deiparæ una cum Timotheo, et Hierotheo, et aliis. Hi autem erant discipuli Pauli : qui post sex annos, et dimidium baptizatus est, et post tres annos cœpit prædicare, et post novem annos discipulum habuit Dionysium. Ait autem beatus Paulus, se post viginti annos ascendisse in Jerusalem *secundum revelationem* [13] (73); et invenimus in scholiis (74), cum ab Epheso raptus est

ἑαυτὴν τῇ ἀσκήσει καὶ ταῖς γονυκλισίαις· ὡς φησιν Ἀνδρέας ἀπὸ Ἱεροσολύμων ἀρχιεπίσκοπος Κρήτης, ὅτι μέχρι καὶ νῦν τὰ κοιλώματα τῶν γονάτων αὐτῆς ἐν τοῖς μαρμαρίοις τῆς ἁγίας Σιὼν εἰσιν δεικνύμενα· καὶ ἡ ἀνάκλισις ἐπὶ τοῦ λίθου, ὅπου τὸν φυσικὸν ὕπνον μικρὸν μετελάμβανεν, τιμήν τε καὶ φόβον εἶχεν παρὰ πάντας ἀνθρώπους, καὶ δόξαν, οὐ μόνον παρὰ πιστῶν, ἀλλὰ καὶ παρὰ Ἰουδαίων· καὶ οὐδεὶς ἐτόλμα τῶν Ἰουδαίων ἀρχῶν ἢ Ἑλλήνων λαλῆσαι περὶ αὐτῆς τί ποτε, ἢ προσεγγίσαι τῇ οἰκίᾳ ἔνθα κατέμενεν· Σιὼν δὲ καὶ Γεθσημανῆ τὸ αὐτό ἐστιν· ἰάσεις δὲ πολλὰς ἐπιτελοῦσα τοῖς ἀσθενοῦσιν, καὶ δαιμονιῶντας ἐλευθεροῦσα τῶν ἀκαθάρτων, ἐλεημοσύνας τε καὶ ἐπιμελείας, εἰς τοὺς πτωχοὺς καὶ τὰς χήρας. Οὐδεὶς δὲ τῶν δώδεκα ἀποστόλων ἀπεστάλη ἢ ἐχωρίσθη αὐτῆς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῆς· ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ λιθοβολίᾳ τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου, ἥτις γέγονεν μετὰ ἑπτὰ ἔτη τῆς ἀναλήψεως Χριστοῦ, πάντες διεσπάρησαν πλὴν τῶν δώδεκα· καὶ εἶχον τὸν Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου πρῶτον, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐποίουν οὐδέν. Γυναῖκες δὲ ἐν διαφόρων ἐπαρχιῶν ἦσαν σὺν τῇ Θεοτόκῳ εὐγενεῖς· αἱ μὲν, ἐκ πνευμάτων ἀκαθάρτων· ἄλλαι δὲ πίστει· ἐν αἷς ἦν καὶ ἡ γυνὴ Παύλου, ὥς τινες λέγουσιν.

ΚΓ'. Ἱππόλυτος δὲ ὁ Θηβαῖος ἱστορεῖ, πεντήκοντα ἐννέα ἔτη τὰ πάντα αὐτὴν σαρκὶ βιοῦν· ἡμεῖς δὲ εὑρίσκομεν πλεῖον. Ἀνδρέας οὖν ὁ προρρηθεὶς ἐπίσκοπος Κρήτης, ἐκ παραδόσεως λέγει εἰς βαθὺ γῆρας αὐτὴν καταντῆσαι· ἕνεκεν δὲ πεντήκοντα ἐννέα ἐτῶν βαθὺ γῆρας οὐκ ἔστιν. Διὰ δὲ τὰς ταραχὰς οὐδεὶς συνεγράψατο τὰ περὶ αὐτῆς· πάντως διὰ τὴν ἀνάλωσιν τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἥτις γέγονεν μετὰ εἴκοσι ὀκτὼ ἔτη τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως· καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐξάραντες ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κατ' ἐπιταγὴν ἀγγέλου ἦλθον εἰς πόλιν ὀνόματι Πέλλαν οὕτω προσαγορευομένην. Διονύσιος δὲ ὁ Ἀρεοπαγίτης λέγει παρεῖναι εἰς τὴν κοίμησιν αὐτῆς μετὰ Τιμοθέου, καὶ Ἱεροθέου, καὶ ἑτέρων· τούτους δὲ ἐμαθήτευσεν ὁ ἅγιος Παῦλος, ὅστις μετὰ ἓξ ἡμισυ ἔτη ἐβαπτίσθη, καὶ μετὰ τρία ἔτη ἤρξατο τοῦ κηρύγματος· καὶ μετὰ ἐννέα ἔτη ἐμαθήτευσεν τὸν Διονύσιον. Λέγει δὲ ὁ μακάριος Παῦλος, μετὰ εἴκοσι ἔτη ἀνελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα *κατὰ ἀποκάλυψιν*. Εὕρομεν ἐν σχολίοις· τὸ οὖν ἀπὸ Ἐφέσου ἡρπάγη ὁ Παῦ-

Mingarelli notæ.

(68) Desumpta hæc sunt ex Andreæ Cretensis oratione prima in Dormitionem. Deiparæ pag. 122 et 126. Operum ipsius anno 1634. Parisiis impressorum.

(69) Nugaretur auctor, nisi de meris urbanitatis officiis accipiendus esset. Nam potestate, auctoritate, jurisdictione, clavium cœlestium possessione primus sine dubio erat Petrus, princeps apostolorum a Domino ipso constitutus. Ne Febronii quidem audacia eo devenit, ut Jacobum principem apostolorum diceret.

αὐτοῦ, εἰς ἣν ἀνεπαύετο πεζούλιον αὐτοφυὲς, ἐκ τῆς αὐτῆς πέτρας, ἤτοι σπηλαίου, καὶ καμάρα μικρά. Ἔστι δὲ βρύσις ὕδατος ἔσωθεν τοῦ σπηλαίου. Καὶ ἔνδον τῆς καμάρας ἐστὶ πηγὴ, εἰς ἣν ἐβάπτιζεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Πρόδρομος. Ἐκεῖθεν δὲ ὑπάρχει εἰς τὸ χωρίον Καπερναοὺμ, ἐν ᾧ ᾤκει ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν. Ἔστι δὲ ὁ οἶκος τοῦ Θεολόγου, ἔνθα ἐγένετο καὶ τοῦ ἑκατοντάρχου τὸ θαῦμα, ἐκεῖ ἰσχάλασαν καὶ τὸν παραλυτικὸν μετὰ τοῦ κραββάτου ἀπὸ τῆς στέγης. Καὶ πάλιν ὡς ἀπὸ μιλίου ἑνὸς ἵσταται πέτρα, ἔχουσα τύπον σταυροῦ. Ἔνθα ἐθεράπευσε τὴν Αἱμόῤῥουν. Καὶ πάλιν ὡς ἀπὸ μιλίου ἑνὸς εὑρίσκεις καστέλλιον, ἐν ᾧ ἐστιν ἐκκλησία μεγάλη. καὶ λεγόμενον Ἑπτάπηγον, ἐν ᾧ ἐποίησε τὸ θαῦμα τῶν πέντε ἄρτων καὶ δύο ἰχθύων. Καὶ πάλιν ὡς ἀπὸ μιλίων δύο, ἐστὶν ἐκκλησία, ἐν ᾧ ἐστιν ὁ οἶκος τῆς Μαγδαληνῆς εἰς τὸν τόπον τὸν καλούμενον Μαγδαλᾶ, ἔνθα ἐθεράπευσεν αὐτὴν ὁ Κύριος. Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκεῖσε εἰσέρχῃ εἰς πόλιν τῆς Τιβεριάδος· διέρχῃ δὲ μέσον τοῦ κάστρου, καὶ περιπατεῖς μίλια δεκαὲξ, καὶ εὑρίσκεις βρύσιν ὕδατος, ἐν ᾗ κατελήφθησαν οἱ ἐννέα μαθηταί. Ἐκεῖ ἐστι καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ ηὐλόγησεν ὁ Μελχισεδὲκ τὸν Ἀβραάμ. Καὶ ἀνέρχῃ μίλια δύο, καὶ εὑρίσκεις τὴν Ναζαρέτ. Καὶ ὡσεὶ τόξου βολή ἐστιν ἡ συκῆ, ἣν ἐκατηράσατο ὁ Χριστὸς, ἔνθα ὁ Ναθαναὴλ τὸν Φίλιππον ἐφώνησε τό· *Ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι;* Ἀνατολικώτερον δὲ αὐτῶν ἐστι σκαλία βτμ'. Ἀνέρχῃ καὶ εἰς τὸ δ.δασκαλεῖον, ἐν ᾧ ἐδίδασκεν ὁ Χριστὸς τοὺς ἀποστόλους, λέγων. *Ἐγὼ ὑπάγω ἀναληφθῆναι· ἀπέλθετε καὶ ὑμεῖς, καὶ διδάξατε ἅπερ ἐδίδαξα ὑμᾶς.* Πλησίον δὲ τοῦ διδασκαλείου πρὸς βορρᾶν ἐστιν ἐκκλησία. Μέσον δὲ τῆς ἐκκλησίας ἵσταται λίθος, εἰς ὃν ἔστη Χριστὸς, καὶ ἀνελήφθη. Λέγεται δὲ ὁ ἅγιος λίθος. Εἰς κεφαλὴν δὲ τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν πρὸς βορρᾶν ἀπὸ διαστήματος μιλίων δεκαὲξ κεῖται ὁ ἅγιος Σαμουὴλ ὁ μέγας· καὶ πρὸς ἀνατολὴν τοῦ ὄρους ὡς ἀπὸ μιλίου ἑνός ἐστιν ἡ Βηθανία, ἔνθα ἀνέστησεν τὸν Λάζαρον ὁ Χριστός. Ἀνατολικώτερον δὲ τῆς Βηθανίας κεῖται ὁ ἅγιος Εὐθύμιος ὁ μέγας, καὶ πρὸς ἀνατολὴν ὡς ἀπὸ μιλίων δώδεκα ἐστὶν ἐκκλησία, ἐν ᾧ καθίσας ὁ Ἀδὰμ ἔκλαυσεν ἀπέναντι τοῦ παραδείσου. Πλησίον δὲ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ἐστὶν ὁ οἶκος τοῦ Ἰωακείμ, μοναστήριον. Πρὸς ἀνατολὴν δὲ τοῦ μοναστηρίου ὡς ἀπὸ μιλίων τεσσάρων ἐστὶν ἡ Ἱεριχώ· καὶ πρὸς βορρᾶν τῆς Ἱεριχὼ ὡς ἀπὸ μιλίων ἓξ ἐστιν ἡ Ἔδεσσα, ἔνθα κεῖται Κῦρος καὶ Ἰωάννης. Πρὸς δὲ τῆς ἀνατολῆς τῆς Ἱεριχὼ ὡς ἀπὸ μιλίων τριῶν κεῖται ὁ ἅγιος Γεράσιμος εἰς καστέλλιον. Καὶ ἀπὸ μιλίων δύο ἐστὶ τὸ μοναστήριον τοῦ ὁσίου Ζωσιμᾶ τοῦ μεγάλου, ἔνθα κεῖται, καὶ πλησίον αὐτοῦ ὁ ἅγιος Ἄνθιμος. Καὶ πρὸς ἀνατολὴν τῆς Ἱεριχὼ ὡς ἀπὸ μιλίων ὀκτὼ ἐστὶν ὁ Ἰορδάνης. Ἔστι δὲ ἐκεῖ κάστρον μικρὸν, ἔχον ἐκκλησίαν μεγάλην, τὴν ἁγίαν Τριάδα. Καὶ εἰς τὸν αἰγιαλὸν τοῦ ποταμοῦ ἐστιν ἐκκλησία τοῦ Προδρόμου. Καὶ εἰς τὴν κόγχην τῆς

A turigo aquæ intra speluncam. Itidem intra cameram est fons, in quo Joan. Præcursor baptizabat. Ex ea parte est oppidum Capernaum, ubi habitabat Christus et Deus noster. Ad hæc domus Theologi ibidem fuit, et centurionis miraculum; ibidemque laxarunt paralyticum cum grabato a tecto. Rursus, mille prope passus ulterius, cautes eminet, quæ signum crucis expressum habet, ubi Dominus mulierem fluxu sanguinis cruciatam sanavit. Totidem utique abhinc passibus, invenis castellum in quo ædificata est ecclesia magna, quod dicitur Heptapegum; quo in loco Christus edidit miraculum quinque panum et duorum piscium. Postea millibus ferme duobus ecclesia quædam est, atque etiam domus Magdalenæ, ad regionem quæ vocatur B Magdala, ubi Dominus eam sanavit. Ab iis locis migrans, ingrederis in oppidum Tiberiadis; transis per medium castelli; et progrederis sexdecim millia passuum, atque invenis aquæ fontem, in quo relicti fuerunt novem discipuli. Locus est ibidem, in quo Melchisedec benedixit Abrahamo. Item profectus duo millia, reperis Nazareth. Et ad teli jactum ficus est, cui imprecatus est Christus: ubi Nathanael ad Philippum exclamavit: *Numquid ex Nazareth aliquid boni esse potest* [1]? Propius ad orientem gradus sunt bis mille trecenti quadraginta; proinde ascendis ad scholam in qua docuit Christus apostolos, dicens: *Ego vado et assumar; abscedite etiam vos, et docete quæ docui vos* [2]. C Prope hanc scholam ad aquilonem est ædes sacra: atque in medio illius stat lapis, in quo stetit Christus, et assumptus est: nominaturque hic lapis sacer. In jugo autem montis Olivarum ad boream, millibus sexdecim passuum, conditus est sanctus Samuel magnus: et ad orientem montis, quasi mille passuum spatio, Bethania, ubi Christus Lazarum excitavit a mortuis. Porro in magis orientali parte Bethaniæ fixus est sanctus magnus Euthymius. Itemque ad orientem circiter millia duodecim, est ecclesia in loco ubi considens Adam flevit e regione paradisi. Prope ecclesiam est domus Joachim, monasterium. Atque ad orientalem monasterii partem circiter quatuor millia, est Jericho: et ad aquilonem Jericho circiter sex millia, D Edessa sita est, ibique conditi Cyrus et Joannes. Item ab oriente Jericho quasi tribus millibus, conditus distat sanctus Gerasimus: locus est castellum. Et a duobus millibus est ad monasterium venerabilis Zosimæ magni, ubi sepultus est, et juxta ipsum sanctus Anthimus. Et ad orientem Jericho, octo circiter millibus, est Jordanes. Porro ibi est castellum exiguum, ubi ecclesia magna structa est, S. Trinitati dicata. Item ad ripam fluvii est templum Prodromi: et in concha ecclesiæ lapis compactus est, in quo stetit Præcursor, cum Christum baptizavit. Ac trans Jordanem, tanquam ad mille passus, est spelunca ejusdem

[1] Joan. I, 46. [2] Joan. XIV, 28.

Digitized by Google

Prodromi. Deinde ad austrum speluncæ, circiter duobus millibus passuum, uxor Lothi stat, instar columnæ salis, retro aspiciens. Atque ad orientem ipsius est foramen emittens fumum; atque egreditur vox e foramine, dicens: Væ Sodomis. Et fama est, spiraculum esse Orci, ubi sunt vincti. λόγος ὅτι ἡ ἀναπνοὴ τοῦ Ἅδου ἐστὶν, ἔνθα εἰσὶ δεδεμένοι.

Ἐκκλησία ἵσταται ὁ λίθος, ἐν ᾧ ἵστη ὁ Πρόδρομος ἔνθα ἐβάπτισε τὸν Χριστόν. Καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου ὡς ἀπὸ μιλίου ἑνός ἐστι τὸ σπήλαιον τοῦ Προδρόμου. Καὶ πρὸς νότον τοῦ σπηλαίου ὡς ἀπὸ μιλίων δύο, ἵσταται ἡ γυνὴ τοῦ Λὼτ, στήλη ἁλὸς, βλέπουσα ὀπίσθεν. Καὶ πρὸς ἀνατολὴν αὐτῆς ἐστιν τῆς ὀπῆς, λέγουσα, Οὐαὶ τὰ Σοδόμα. Καὶ φέρεται ὁ

Postea a baptismo Christi, longitudine quatuor dierum, itur ab urbem Tiberiadis, ad littus paludis a qua Jordanes exit: ubi etiam apostoli piscati sunt. A Tiberiade vero ad montem Thabor, est intervallum unius diei: sunt autem ad ascensum montis graduum quatuor millia trecenta quadraginta: ibique est sacra ædicula et abbates duodecim. Itemque a colle Thabor est iter unius diei usque ad oppidum magnum, quod in Cana Galilææ est: in qua etiam factæ sunt nuptiæ, ubi Christus aquam in vinum convertit. Est etiam monasterium in quo miraculum factum est.

Ἀπὸ δὲ τῆς βαπτίσεως τοῦ Χριστοῦ ὁδὸς ἡμερῶν τεσσάρων ἀπέρχεται εἰς τὴν πόλιν Τιβεριάδος εἰς τὸν αἰγιαλὸν τῆς λίμνης, ὅθεν ἐξέρχεται Ἰορδάνης, ἔνθα καὶ οἱ ἀπόστολοι ἁλίευσαν. Ἀπὸ δὲ τῆς Τιβεριάδος ἕως τοῦ ὄρους Θαβὼρ ἐστι διάστημα ἡμέρας μιᾶς. Ἔστι δὲ τὸ ἀνάβα τοῦ ὄρους σκαλία τετρακισχίλια τριακόσια τεσσαράκοντα. Ἔστι δὲ λαύρα, ἀββάδες δώδεκα. Καὶ ἀπὸ τὸ Θαβὼρ, ἐστὶν ὁδὸς ἡμέρας μιᾶς ἕως τῆς πόλεως τῆς μεγάλης τῆς ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, ἐν ᾗ γέγονεν ὁ γάμος, ἔνθα ἐποίησεν ὁ Χριστὸς τὸ ὕδωρ οἶνον. Ἔστι δὲ μοναστήριον, ἐν ᾧ τὸ θαῦμα ἐγένετο.

Deinde ad Occidentem Galilææ usque ad horam sextam pervenis ad pratum, ubi recubuit populus, et Christus quinque panes distribuit. Præterea pratum ad meridiem situm est paludis Genesareth ac maris Tiberiadis. Ad occasum autem ipsius prati, monasterium est eo loci, ubi Christus allocutus est Samaritanam: et ad ipsum mare prope littus, est ecclesia, ubi stat Christus, ubi focus et pisciculus: eodemque in loco Petrus mare pedibus calcavit, eoque calcato perrexit ad Christum.

Καὶ πρὸς δύσιν τῆς Γαλιλαίας μέχρις ὥρας ἕκτης ἀπέρχῃ εἰς τὸ λιβάδιον, ἔνθα ἀνεκλίθη ὁ λαὸς, καὶ δέδωκεν ὁ Χριστὸς τοὺς πέντε ἄρτους. Ἔστι δὲ τὸ λιβάδιον ἀναμέσον τῆς λίμνης Γενησαρὲτ, καὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος. Καὶ πρὸς δύσιν τοῦ αὐτοῦ λιβαδίου ἐστὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ τόπῳ ἐλάλησεν ὁ Χριστὸς τῇ Σαμαρείτιδι· καὶ εἰς τὴν αὐτὴν θάλασσαν εἰς τὸν αἰγιαλόν ἐστιν ἐκκλησία, ἔνθα ἵσταται ὁ Χριστὸς, ἐν ᾧ καὶ ἡ ἀνθρακιὰ, καὶ τὸ ὀψάριον. Εἰς δὲ τὸν αὐτὸν τόπον πεζεύσας ὁ Πέτρος ἐν θαλάσσῃ ἦλθε πρὸς τὸν Χριστόν.

Deinde ad occidentem, circiter unius diei itinere, est Nazareth. Deinceps a Cana Galilææ proficisceris ad sanctam urbem Alexandriam, et ingressus navigium, Dei ope abis ad Romaniam, cum fide et alacritate multa. Cæterum ii, quorum in manus veniet scriptum hoc minimi monachi Epiphanii, orent pro me per Dominum: nam ex rei veritate certa scripsi, juxta loca quæ peragravi, et vidi oculis meis. Qui vero aliter enarrat, seipsum decipit, veritatem non percipiens. Gratiam Domino Deo habeo, qui corroboravit servos suos ad ejusmodi iter aggrediendum et spectacula intuendum: quoniam ipsum D. N. decet gloria cum Patre, principio carente, et vivificante sancto Spiritu, honor et adoratio nunc et semper et in omne ævum. Amen.

Καὶ πρὸς δύσιν αὐτοῦ ὡς ἡμέρας μιᾶς ὁδὸν ἐστιν ἡ Ναζαρέτ. Ἀπὸ δὲ Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας κατέρχῃ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν Ἀλεξάνδρειαν, καὶ εἰσερχόμενος εἰς πλοῖον τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ ἐξέρχῃ εἰς Ῥωμανίαν μετὰ πίστεως καὶ προθυμίας πολλῆς. Οἱ δὲ ἐντυγχάνοντες τῇδέ μου τῇ γραφῇ τοῦ ἐλαχίστου Ἐπιφανίου μοναχοῦ, εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ διὰ τὸν Κύριον· τὴν γὰρ πᾶσαν ἀλήθειαν ἔγραψα, καθὼς περιεπόλευσα, καὶ εἶδον οἰκείοις ὀφθαλμοῖς. Ὁ δὲ ἄλλως διηγούμενος ἑαυτὸν φρεναπατᾷ, μὴ συνιεὶς τὴν ἀλήθειαν. Χάρις δὲ τῷ Θεῷ τῷ ἐνδυναμώσαντι τοὺς αὐτοῦ δούλους πρὸς τὴν τοιαύτην ὁδὸν καὶ θεωρίαν, ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ ζωοποιῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Digitized by Google

DE RELIGIONE CHRISTIANA

LIBELLUS

Ex Epiphanio in Latinum a Petro de Monte traductus.

(Latine tantum apud D. Emman. a Schelestrate in Actis Orientalis Ecclesiæ, p. 52. Romæ 1739 fol.)

—

Christianæ religionis veram sanctam puramque esse doctrinam, quam plurima nobis documenta sunt, quæ si recte, si pie considerare voluerimus, intelligimus profecto omnes alias religiones falsas, fictas, inanes ac superstitiosas, hanc vero unicam veritatis indagatricem, inventricemque fuisse : reliquas, quæ terrena, temporalia atque fragilia sunt, suis observatoribus polliceri : hanc cœlestibus æternis ac incommutabilibus bonis, perpetua denique felicitate cultores suos ornatissime decorare. Verum ad hujus nostræ religionis veritatem pertingere cupienti, pernecessarium est animam vitiis exuere, vestire virtutibus, et sancte, juste atque innocenter vitam ducere. Sicut enim lingua febrium ardoribus præpedita vini duleedinem gustare non potest ; aut oculus malis quibusdam humoribus occupatus claritatem luminis nequit intueri ; sic animus peccatorum tenebris offuscatus, et vitiorum mole oppressus ad contemplanda divina mysteria pertingere nullatenus potest. Propterea labia Isaiæ prophetæ calculo de altari sumpto mundantur, et sic ad prædicandum idoneus redditur. Hinc factum esse existimamus, ut religionis nostræ traditiones plerisque deliramenta videantur, qui cum aditum vitiis patefecerint, virtutibus præcluserint, stultam putant esse doctrinam, quæ arcet voluptates, cohibet illecebras, incontinentiam damnat, luxuriam prohibet, et sensus nostros ratione, virtute ac sanctimonia regendos esse testatur. Cum enim hominibus veritas divino munere innotescat, et omnis veritas a Spiritu sancto sit ; mali autem et vitiis dediti Spiritus sancti gratiam habere non possint, dicente Domino : *Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem et quietum ac trementem verba mea* [1] ? Quid mirum, si peccator indignus est, cui religionis Christianæ sublimitas aperiatur ? Nam qui se totum in cœno voluptatum mundanarum, velut sus in luto involverit ac demerserit ; quomodo poterit tam profundam veritatem tam alta, tamque secreta mysteria speculari ? Quæ si plerumque minus homines intelligant quam vellent, non tam illorum profunditati, quæ tamen maxima A est, quam nostræ infirmitati ascribendum est, quæ cum ex peccatis præcipue proveniat, nos profecto reddit ad hanc sublimem veritatem considerandam inferiores. Quisquis igitur vult Christianæ religionis dignitatem atque excellentiam apprime intelligere, ejusque reconditos thesauros intueri, prius studeat suam purgare conscientiam ; et latebras animæ suæ diligenter inquirens, si quid invenerit, quod Deum merito possit offendere, id procul abjiciat, seque mundum ac purum receptaculum Deo præparet. Et quanquam nos velut homines peccatis obnoxii (nemo enim, ut inquit scriptura [2], gloriari potest mundum se habere cor), curamus tamen quam maxime atque ad id omnem impendimus operam ut in semita divinorum mandatorum ambulantes, devotam saltem et humilem B voluntatem Domino exhibeamus. Ac propterea de ipsius bonitate misericordiaque confisi, qui in se sperantium preces exaudit, et pro viribus bene agere conantes, non despicit ; aliquid de nostra fidei excellentia scribere præsumpsimus, quo infideles si fieri potest erudiantur, eruditique fideles vero fortiores robustioresque efficiantur.

Dignitatem Christianæ religionis ex ipso primum Institutore atque Auctore licet intueri, et cum ore divino instituta sit, solumque Deum habeat auctorem : quid mirum si omnes alias doctrinas, disciplinas et religiones longe antecedit ? Quod enim a digniori, sapientiori atque excellen- C tiori institutum est ; illis, quæ ab inferioribus constituta sunt, debet jure anteferri. Sic regum scita ducum atque comitum sanctionibus præferuntur ; et quæ a majoribus excellentioribusque magistratibus præcipiuntur, veluti digniora majori sunt observantia exsequenda. Quid autem dignius ? quid majus ? quid excellentius, quam professionis suæ summum illum ac sapientissimum rerum omnium opificem Deum habere auctorem ? Accedit huic rei amplior dignitas ; quia non eam nobis Deus per angelos, non per homines, non per legatos, aut nuntios, sed per proprium Filium sibi coæternum, et consubstantialem tradere dignatus est, quem ex sinu suo misit in uterum Virginis, ut

[1] Isa. lxvi, 2. [2] Prov. xx, 9.

Digitized by Google

ex Spiritu sancto nascens homo, et inter homines conversans, humano generi maximorum plurimorumque errorum tenebris circumfuso hac veritatis saluberrima lege lata mirificè subveniret. Quo quid potest esse præclarius? quid præstantius? Si quis regum ac principum civitati ut populo sibi subjecto munus aliquod magnum atque utile mitteret, idque nemine poscente, sed ex sui animi liberalitate faceret; deberet id quidem propter mittentis amplitudinem excellens judicari. Quod si tantum splendoris et ornamenti *illi* dono adderetur, ut qui illud deferret, principis filius esset, et quidem primogenitus : quid tali munere posset dici dignius? quid majus? quid pretiosius? In hoc igitur longe excellentior est hæc nostra religio lege illa veteri, quæ Hebræorum populo data est. Nam etsi illa, et hæc nostra Deum auctorem habuerit, non tamen per unigenitum Dei Filium hominibus tradita est, sed per Moysem primum, aliosque deinde ab ipso Domino electos nuntios ac prophetas ; qui cum puri homines essent, et communi infirmitatis humanæ legi subjecti, nullum ex eorum persona splendorem illi, quam prædicabant, doctrinæ afferre potuerunt. Sed et vetus illa uni tantum populo, uni genti data est : hæc autem omnes omnino homines complectitur, omnibus providet : cunctis rectum iter veritatis ostendit, neminem excipit, nullam neque ætatis, neque conditionis differentiam faciens, sed omnes ad æternam beatitudinem per virtutum semitam benigne ac misericorditer invitans. Cum enim omnes, ut inquit Apostolus [1], a veritate declinassent, et a cultu et cognitione veri Dei aberrassent, morbusque iste omnes teneret obnoxios ; omnibus necessaria fuit salutaris medicina. Homines namque cum per peccatum a Dei contemplatione procul discessissent, neque posset mens nostra otio torpescere, ad considerationem terrenorum et corporalium se convertit : sicque paulatim oblivione rerum divinarum corporeis illecebris alligata, præsentia solummodo et corporalia intuens existimare cœpit, nihil plus esse, quam intueretur : quinimo hæc humana et corporea sola esse bona ; oblitaque prorsus se ad imaginem veri Dei constitutam, haud amplius in Deum ipsum, a quo creata erat, se intuendo aut speculando convertit. Solis igitur sensibilibus circumsepta, ac vanis sæculi delinita illecebris Deum in corporeis sensibus fingens, rebus mundanis ac corporalibus Dei nomen posuit, atque ea sola colere cœpit, in quibus errore seducta veram putavit esse felicitatem. Hinc æthera et aera, quæque in eis sunt, elementa quoque et qualitates rerum corporalium, caliditatem scilicet et frigiditatem, humiditatem ac siccitatem deos appellavit; ac sic paulatim ex erroribus errores inveniens hominum imagines partim viventium, partim jam defunctorum divinis honoribus dignas esse judicavit. Hinc simulacra et simulacrorum vani et stultissimi cultus ab hominum erroribus adinventi; qui cum hominem quemplam plusquam Deum diligerent, eum et viventem et mortuum colebant, honorabant, venerabantur, eique in signum præcipuæ dilectionis divina sacrificia exhibebant, erectumque ejus simulacrum pro Deo adorabant, dedicabant ædes, templa ædificabant, et vota velut Deo offerebant. Crescentibus vero in dies illecebris, demersisque magis ac magis hominibus in cœno voluptatum, quid fieri necesse erat? Postquam autem a veri Dei cognitione semetipsos alienaverunt, hæc impietas quam maxime aucta est, dicente Scriptura : *Dum venerit impius in profundum malorum, contemnit* [2]. In tantum itaque lapsa est humana fatuitas, ut nedum homines, sed lapides, et ligna, et reptilia tam aquatilia, quam terrestria, necnon immanissima quædam bruta, sed et monstra quædam teterrima ornatissima illa Dei appellatione nominare non formidaverit. Sed nec hucusque stultorum perstitit audacia. Alii enim voluptatem ac libidinem, turpissima vitia consecrarunt : sicut apud Lybicos Cupidinem, et in Papho Venerem illam impudicissimam mulierem veneratam esse, poetæ nobis tradiderunt. Hinc nefandi sacrificii ritus, hinc obsceni cultus, et ludi turpissimi, quibus humana stultitia deos suos placandos esse edicto constituebant, quorum fœtorem ac spurcitiam et obscenitatem quisquis legerit, colere profecto atque iis venerari veritatem debet, a qua homines recedentes in tantam devenerunt amentiam, ut qui honoris indignus bonis hominibus videretur, eum, veluti ex religione, suis diis pro majori sacrificio exhiberent. Longum profecto nimis esset, atque a nostro prorsus instituto alienum, omnes illos errores recensere, in quos lapsi sunt homines, qui a veri Dei cognitione atque dilectione se averterunt. Cum enim ipse Deus testante Scriptura sit via, veritas et vita [3] : quid mirum, si hi, qui a recta via aberrarunt, in varios anfractus errores-que deciderunt? Iter enim rectum unum est, a quo si quis deflexerit, necesse est hunc etiam nolentem magnis defatigari laboribus, et per devia quæque vagantem multipliciter errare.

His tot tantisque errorum ac delictorum tenebris, quibus totum humanum genus detinebatur, tandem compassus miserator et misericors Dominus, eo tempore, quo ipsius inscrutabilis sapientia disposuit, nobis tandem succurrere ac subvenire dignatus est. Et ut eo dignior atque excellentior esset subventionis modus, quo per digniorem Mediatorem fieret, non angelum, non hominem, ut diximus, ad nos misit, ut his nos erroribus liberaret, sed Filium suum unigenitum, quem ut nobiscum esset, ut nobiscum viveret, nobis loqueretur, et hanc sanctissimam legem et doctrinam veritatis

[1] Rom. I, 25 seqq. [2] Prov. XVIII, 3. [3] Joan. XIV, 6.

Digitized by Google

traderet, eamque verbo et exemplo confirmaret, A carne induit humana in utero virginali, ut sic novus, et miraculose, ac præter ordinem naturæ natus, non homo tantum, nec Deus tantum, sed Deus et homo, novam hanc, miram, et quasi supernaturalem legem omnibus hominibus prædicaret, illuminaretque mortalium mentes, eosque doceret, et relictis errorum tenebris ac peccatorum illecebris falsisque blandimentis, virtutes amplecterentur, et deducerentur quoque ad veri Dei cognitionem, a quo, et cujus causa conditi essent; quem tandem cognitum toto corde, tota mente diligerent, et sancto ac devoto sacrificio honorarent; ei demum jugiter servientes, ambulantes quoque in semitis mandatorum ejus, ad æternam illam beatitudinem, cœlestium quoque spirituum consortium dignissime vocarentur: ubi secundum Apostolum [6] non per speculum in ænigmate, veluti in hoc sæculo, sed revelata facie divinam illam majestatem contemplabimur; in quo summam esse hominis felicitatem immensamque voluptatem, nemo nisi maxime demens inficiabitur. Hæc est hujus nostræ evangelicæ traditionis summa; in hoc sola ipsius vis pendet; ad hoc ejus sunt tam præcepta, quam consilia instituta: hic piissimi et clementissimi legislatoris nostri finis; hæc intentio; hoc ipse a nobis per Unigenitum suum, quem ad ferendam hanc legem misit, instanter monet, hortatur, postulat et requirit; ut qui creando cuncta ex nihilo suam maxime omnipotentiam ostendit, sapientiam C vero creata tanto ordine regendo atque gubernando; nos tandem a peccatis et erroribus hoc mirabili modo liberando infinitam suam clementiam atque misericordiam demonstraret.

Nihil igitur hac nostra Christiana professione potest reperiri dignius, nihil præclarius, nihil fructuosius; sive legislatoris dignitatem, sive institutionem, ipsarum et traditionum sanctimoniam, sive æternæ felicitatis gloriam, ad quam vocamur, diligenter animadvertere voluerimus. Ut autem nihil, quod ad salutem nostram pertinere posset, sapientissimus legislator prætermitteret, sacratissima quædam sacramenta instituit nostræ fragilitatis remedia saluberrima, quibus veluti quibusdam medicamentis, nostris posset infirmitatibus subve- D nire. Sicut enim non sufficit medico depulsa adversa valetudine bonam inducere, nisi remedia quoque illa adhibeat, quibus et valetudo bona conservetur, et si quando morbus inciderit, adversus illum debitis medicamentis provideatur: sic summus ille et omnipotens Deus, neque infinitæ sapientiæ suæ, neque saluti nostræ abunde satisfactum esse existimavit, si nos tantum per gratiam suam a vitiis ad virtutem, ab erroribus ad viam veritatis vocasset, nisi et remedia invenisset, quibus veluti quibusdam adminiculis hanc suam in nobis gratiam servaremus: et quasi, quando illam præ fragilitate nostra, et humanæ naturæ corruptela amitteremus, in nostra esset potestate illam per hæc salutaria adjumenta recuperare. Ea autem sunt hæc: baptismus, pœnitentia, confirmatio, eucharistia, matrimonium, ordo, et extrema unctio. Horum tanta est vis, tanta potestas, ut si rite ac legitime administrentur, ab omni nos valeant quamvis lethali vulnere ac pernicioso morbo curare, et pulcherrimæ valetudini restituere. Hæc autem omnia consideranti mihi, ac persæpe pie atque religiose animo revolventi, nullum videtur majus, nullum mirabilius, quam corporis et sanguinis Domini sacramentum, quod eucharistiam vocamus: cujus speculationi quoties intendo, toties mirum in modum obstupesco, atque B præ tantæ rei suavitate, animum extra se ferri cognosco: quod cuicunque attente consideranti evenire posse non dubito. Quis enim non summe admirabitur, cum audit substantiam corruptibilem panis et vini in verum Domini nostri Jesu Christi corpus, et sanguinem sacerdotis ministerio transmutari? cum lectio illa evangelica suis auribus intonat: *Nisi comederitis carnem Filii hominis et sanguinem ejus biberitis, non habebitis vitam in vobis* [7]. Et alibi: *Caro*, inquit, *mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus; qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo* [8]. Stupet profecto humanus animus, atque ad tales sermones totus contremiscit, tantæque C rei admiratione plerumque extra se fertur. Cumque tam mirabilis sacramenti cognitione intellectus profunditatem eorum, quæ in eo latent, mysteriorum scrutari avide cupit, tantorum arcanorum magnitudine pressus in ipso conatu succumbens, quod minus perfecte intelligit, quammaxime admiratur, dicens cum Propheta: *Memoriam fecit mirabilium suorum miserator et misericors Dominus, escam dedit timentibus se* [9]. Et profecto omnem admirationem excedit, omnia mirabilia superat, quia sub modici panis et vini specie, verum Christi corpus et sanguis a fidelibus communicando sumitur. Unde cum divinorum operum magnitudinem considero, hoc summe admirandum, venerandum, atque magno cum tremore tractandum censeo. Admirabile siquidem et præclarum fuit hanc mundi machinam tot cœlorum elementorumque sphæris, tot diversarum rerum varietate ornatum creare, non solem diei, lunam ac stellas nocti præficere, distinguere tempora, cœlorum ac siderum cursus motusque disponere, innumerabilia deinde avium, piscium, terrestriumque animalium, arborum quoque ac fructuum, cæterarumque rerum genera ad hominum usum, hunc in mundum producere, hominem ipsum demum a cæteris animantibus rationis et sermonis dignitate secernere. Sed cum me ad hujus corporis et sanguinis sacramentum converto, nihil mihi videtur mirabilius,

[6] I Cor. xiii, 12; II Cor. iii, 18. [7] Joan. vi, 54. [8] Ibid. 56, 57. [9] Psal. cx, 4.

Digitized by Google

nihil veneratione dignius, nihil sanctius atque devotius pertractandum, in quo Creator creaturæ conjungitur, corruptibilis substantia in incorruptibilem transfunditur, et sub parva panis et vini specie rerum omnium Conditor mira verborum prolatione supponitur. In hoc siquidem sacramento vis ac potentia naturæ superatur, communis lex vincitur, divina maxime virtus ostenditur, et aliud sensu percipimus, aliud fide credere compellimur. Quid enim, quæso, tam naturæ contrarium, quam accidentia per seipsa sine subjecto illa sustentante exsistere? Cum enim naturæ accidentium proprium sit, ut alteri insint, nec per se possint ulla ratione subsistere; quis hoc præcipuum singulareque miraculum non admirabitur, ubi post sacerdotis consecrationem est quantitas nihil extendens, rotunditas nihil circulare faciens, albedo nihil omnino albificans? Transsubstantiata enim ministerio sacerdotis panis et vini substantia in Christi corpus et sanguinem, ut nostræ religionis vera atque illibata fides prædicat et affirmat; quid superest, quod quantitatem aut qualitatem, quas sensibus percipimus, in se valeat suscipere ac sustinere? Sed et sub qualibet tanti sacramenti particula integer, et totus est Christus: ille, inquam, et non alius, qui in utero natus est virginali, qui inter homines visus et conversatus est, qui in cruce pependit, qui demum ad cœlos gloriosus ascendit, ille, inquam, ad sacerdotis vocem Patris dexteram non deserens, sub panis tamen, ac vini specie continetur. Hæc tam alta tamque divina mysteria, quæ omnem naturæ vim superant, omnem humani ingenii potentiam excedunt: cum non nisi pia et religiosa mens a terrenis affectibus expurgata possit comprehendere, dignatus est plerumque benignus et misericors Dominus omni loco et omni tempore nostræ infirmitati subveniens visibilibus quibusdam miraculis dignitatem tanti sacramenti ostendere; et quod solo intellectu ac fide percipitur, id exterioribus ac sensibilibus rebus patefacere, et per hæc quæ sensu cognoscimus, quasi baculo quodam iter ostendente ad insensibilium notitiam facilius perducamur. Ex multis autem miraculis, quæ ad relationem hujus sacramenti ubique operatus est Dominus, unum solum inferre instituì, quod sanctorum virorum fideli relatione verum esse cognovi.

Est apud Hierosolymam locus quidam, quem fideles magna devotione ac frequentia visitant, ubi verum Redemptoris nostri corpus ex Virgine assumptum post plurimas injurias, acerbas contumelias, crudelia vulnera, crucis patibulo pro nostra redemptione suffixum, ac mortuum Joseph manibus sepultum esse, evangelica nobis tradit historia. Hoc in loco Christiano more constructa est ecclesia, in qua a nostræ religionis professoribus divina celebrantur officia, qui sepulcrum illud Domini visitantes cœlesti pabulo recreati fideliores devotioresque revertuntur. Ad hanc ecclesiam nonnulli Christianorum persecutores accedebant, nostra sacrificia irridentes, aut Christianos ibidem orationi intentos perturbantes, quos inde abstractos magnis aliquando injuriis persequebantur. Contigit autem, inter cæteros ducem quemdam ac principem infidelium Christiani nominis acerrimum impugnatorem hunc in locum divertere, ut omnia nostræ legis sacrificia ac cæremonias exploraret; quod cum alias sæpe, tum eo maxime die, quem ob Salvatoris nostri sacratissimam cum discipulis suis cœnam colit et veneratur Ecclesia, in cujus memoriam verum ejus corpus sanguinemque suscipimus, ab ipso edocti, qui cum in cœna esset, omnesque discipulos corporis et sanguinis sui communione participasset, illico subjunxit dicens: *Hoc facite in meam commemorationem* [10]. Astabat ante aram sacerdos singulos monens, ut de peccatis pœnitentiam agant, eaque fletu, dolore atque gemitu redimant, et ad tanti sacramenti susceptionem seipsos devotissime præparent, memoresque sint verborum Apostoli, qui ad Corinthios scribens, cum excitare vellet hominum corda ut tam admirabile sacramentum digne susciperent: *Probet autem*, inquit, *seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat; qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini* [11]. Audiebantur interea innumeræ orantium voces, pectorum verbera, planctus ac fletus gemitusque permaximi, qui non mediocrem delictorum dolorem, veramque cordis contritionem præseferre videbantur. Is enim, quem peccati pœnitet, declarat profecto, maluisse se non peccare, quam pœnitere. Hoc cum infidelis ille attente conspiceret, ac diligenter animadverteret, in magnam incidit tantorum fletuum tamque devotissimam actuum admirationem, omniaque secum repetens cœpit judicare, harum rerum institutionem non tam ab hominibus, quam ab ipso Deo prodiisse, qui maxime gaudet, cum homines sibi puro corde, et munda mente devotum exhibent famulatum. Postquam vero sacerdos circumstantes ad compunctionem cordis, dolorem-que, ac pœnitentiam de peccatis, ut diximus, monuit, conversus ad altare reliqua rite prosecutus est, ac sub panis et vini specie sacrum Christi corpus et sanguinem verborum ministerio consecravit. Quo peracto id ipsum fidelibus, qui illuc ejus rei causa convenerant, distribuere tremens ac gemens quam devotissime cœpit. Cum autem ipsum sacramentum sacerdotis manibus attrectaretur, omniaque infidelis ille accurate animadverteret, sicut Conditori omnium placuit: visus est ei videre agniculum quemdam nive candidiorem in altari exsistere. Quæ res cum supra quam dici aut condi posset, in stuporem convertit: ex quo

[10] Luc. xxii, 19. [11] I Cor. xi, 28, 29.

Digitized by Google

cœpit tam admirandæ rei finem multo avidius exspectare. Cum autem pro more omnes flexis genibus ante altare consisterent, cœpissetque sacerdos singulis hoc sacramentum distribuere : ecce priori miraculo aliud non minus adjungitur. Intuenti enim infideli, quid a sacerdote fieret, visum est, quosdam eorum qui hujus sacramenti suscipiendi causa convenerant, quoniam neque vere purgati, neque perfecte mundati accesserunt, non sub specie panis et vini, sed sub aliarum rerum variis horrendisque speciebus illud accipere. Unus itaque visus est ei corticem assumere, quia is forsitan, quantum humano ingenio interpretari possumus, non tam medullæ ac sensui, quam cortici et verbis Scripturarum divinarum inhæserat, neque tam esse, quam videri et judicari bonus curaverat. Alius pilos ac capillos dentibus conterere videbatur, quia sæculi hujus illecebris ac voluptatibus, superfluaque cupiditate detentus ad tam divinæ rei communionem indignus accesserat. Ut enim ex superfluis humani corporis humoribus capillos natura producit ac pilos : sic ex nimia rerum voluptatumque mundanarum appetentia in diversas vitiorum sordes maximasque divinorum mandatorum transgressiones mens nostra prolabitur, dicente ipso Domino : *Non potestis servire Deo et mammonæ* [13]. Videbatur præterea tertius quidam nigerrimos carbones accipere, quasi is animam delictorum tenebris denigratam, vero ac salutifero pœnitentiæ remedio neque albam neque mundam facere curasset. Sicut enim sancti et justi in luce, sic peccatores et impii in tenebris ambulare dicuntur. Virtutis siquidem ac veritatis proprium est, se sequentibus lumen ostendere : e contra vero vitiorum atque errorum homines tenebris circumfundere ; cum Dominus dicat : *Ego sum lux mundi ; qui sequitur me non ambulat in tenebris* [14]. Ignem ex his alter ore assumebat, quasi illico per totum ejus corpus diffundi videbatur. Hic forsitan carnis molliore ac turpissimo luxuriæ vitio non solum animam, verum etiam corpus dehonestaverat, cujus atrocissimi criminis causa venit, ut inquit Apostolus : *Ira Dei in filios diffidentiæ* [15] ; et ut sacræ lectionis nos monet historia, septem illæ civitates de cœlo misso exsecrabili incendio perierunt. Inter hos exstitit quidam, qui cineres ore suscipere videbatur : hunc corporis segnitie mentisque desidia occupatum, bonis virtuosisque operibus haudquaquam vacasse, possumus interpretari. Sextum carnem et quidem immundam deglutisse accepimus, utpote qui illicitis feminarum voluptatibus demersus, nunquam per abstinentiam et continentiam salubremque de commissis pœnitentiam sibi prospexerat : sicque immunda mente ac polluto ore ad tam mundissimi sacramenti participationem accedere præsumpserat. Post hos fuit et alius, qui aurum impurissimis faucibus gustare videbatur : erat siquidem auri cupiditate, atque immoderato pecuniæ amore ita alligatus, ut nihil præter aurum sitiret ac desideraret, quod vitii genus idololatriam non immerito dicere possumus, Apostoli testimonio confirmati, *qui avaritiam idolorum servitutem* [16] appellat. Postremus vero ille fuit, qui sacram eucharistiam a sacerdote recipiens magno lucis splendore toto corpore illustrari videbatur : ex quo intelligere possumus, hunc purgatis animæ suæ latebris ac mundata conscientia dignum se reddidisse, qui verum Christi corpus et sanguinem sumeret ; cæteros autem ad suarum animarum judicium et condemnationem tam excellentissimi sacramenti susceptioni se immiscuisse. O rem stupore atque admiratione dignissimam ! Contremisco ipse non parum, cum divinam potentiam animadverto, quæ omnem naturæ vim ac potestatem in hisce mirabilibus rebus excedit, sensus superat et sensibilium rerum similitudines immutat. Hæc et his similia quoties audiunt, qui gentilium philosophiam sectantur, eamque solam cunctis præferunt disciplinis, nos irrident, damnant, et maledictis atque opprobriis insectantur, nostrosque sermones veluti deliramenta quædam atque inania ludicra contemnunt, ac parvi pendunt ; quoniam præter naturalem potentiam nihil altius, nihil majus, aut excellentius considerantes, immensam Dei potentiam, quæ naturam ipsam naturaliaque omnia creavit ex nihilo, nequaquam animadvertunt. Nos vero qui Christi doctrinam sequimur, qui fide vivimus et evangelicas traditiones toto corde amplectimur, nihil Deo impossibile judicamus : quin imo et his majora, pia fide et puro cordis affectu confitemur et credimus. Quoties enim mentis nostræ aciem ad divinæ illius potentiæ abyssum erigimus, toties omnia, quæcunque illi placuerunt, fieri posse constantor asserimus. Discant igitur fideles omeli, hoc tam celebri miraculo admoniti, non temere neque inconsulte ad tam purissimi sacramenti communionem accedere, sed quisque prius seipsum dijudicet, et secreta cordis sui diligenter inquirat : quæ cum salutari pœnitentiæ remedio purgaverit, magna cum humilitate et reverentia Dominum interioris cordis hospitio timens tremensque suscipiat ; de ipsius gratia et bonitate confisus, qui solus ex peccatoribus sanctos facit et justos, et per prophetam peccatores consolatus est dicens : *In quacunque hora conversus ingemuerit peccator, omnium iniquitatum ejus non recordabor* [17]. Summa igitur mentis et corporis puritate atque munditia sumendum est hoc sacramentum, cum illum eumdemque Dominum assumamus, qui pro nostra salute ex Virgine nasci, versarique inter homines, qui cæcis visum, claudis gressum, auditum surdis, loquelam mutis, debilibus robur, infirmis valetudinem, mortuis

[13] Matth. vi, 24. [14] Joan. viii, 12. [15] Ephes. v, 6. [16] Ephes. v, 5. [17] Ezech. xxxiii, 12.

Digitized by Google

vitam animamque restituit ; qui in crucis patibulo nostra peccata purgavit, qui ab inferis antiquorum patrum animas eduxit, qui tertia die a mortuis resurrexit, ut morte se verum hominem, resurrectione vero se verum Deum ostenderet : qui nobis suo pretioso sanguine januam regni cœlestis aperuit, qui deinde ad cœlos ascendit, et tandem post universæ carnis resurrectionem tum severo, tum benigno vultu malos ac bonos judicaturus adveniet. Quis quæso non formidet? quis non paveat? quis non contremiscat, cum secum considerat, se verum omnium Creatorem, Regem cœli et terræ, tot tantorumque mirabilium Patratorem, Judicem denique vivorum et mortuorum, sub specie panis et vini miro quodam modo recipere? Quis est tam impius, tam sacrilegus, tamque salutis suæ immemor, qui se non præparet, non disponat, non abjiciat sordes, non deponat maculas, se denique totum ab omni inquinamento non expurget, ut talem ac tantum hospitem suo digne recipiat habitaculo? Si quis principem suum aut alium superiorem in domum suam venturum præscierit, nonne domum ornat, mundat, curatque quam sedulo, ne quid in ea sit turpe, immundum, inhonestum ac sordidum, quod advenientis hospitis oculos aut animum ulla ratione possit offendere? Quod si homo terrenum ac mortalem hominem suscepturus eam diligentiam adhibet, quam puritatem, quam munditiam, quem nitorem atque ornatum adhibere debet mens humana, summum atque omnipotentem Deum, qui omnium secretorum est cognitor, intra pectoris sui arcana merito susceptura! Sed jam unde paulisper digressi sumus, ad historiæ ordinem redeamus.

Re divina completa, sacrisque illis omnibus rite peractis, cum omnes qui aderant ab Ecclesia discessissent, infidelis ille tantarum rerum admiratione superatus, sacerdotem convenit, eumque amice ac reverenter alloquitur, et omnia, quæ illi tempore sacrificii apparuerant, suo ordine exponit ; cupiebat enim velut divinæ potentiæ prorsus ignarus apprime intelligere, quid tot distinctarum rerum species in eodem sibi vellent sacramento, quamque præ se ferrent significationem. Tum sacerdos divinam manum huic rei affuisse cognoscens, vidensque hujus infidelis mentem timore simul atque admiratione concussam, cœpit illi ex sacris Litteris divinam in primis potentiam ostendere, ac deinde per singula discurrens, quantum temporis angustia patiebatur, Christum illi evangelizavit. Quæ cum ille attente simul ac devote audiisset, adessetque gratia Domini, qui, ut inquit Scriptura [17], solus potest cor lapideum facere cor carneum, et ex lapidibus suscitare filios Abrahæ : illico Christianæ doctrinæ credidit, seque baptizari, atque relictis idolis et erroribus inter fideles Christi milites ascribi voluit. Sacri itaque baptismatis unda ministerio sacerdotis rite perfusus, cum supra caput ejus columba nive candidior astitisset, Pauli secundi ab ipso sacerdote illi nomen imponitur. Idque admodum convenienter. Ut enim Paulus apostolus post innumeras Christianæ legis cunctorumque in Christo credentium persecutiones, damna atque injurias, divina gratia perfunditur, fit ex Saulo Paulus, ex hoste amicus, ex impugnatore defensor, ex persecutore prædicator ; fit religionis nostræ resonans tuba, fit vas electionis, et Christi apostolus, et tandem religionem nostram constantissime prædicans, et ubique intrepide defendens capitis martyrio migravit ad Dominum : sic Paulus iste secundus post innumeras divini nominis blasphemias, et Christianorum persecutiones, rapinas, injurias, cædes, divino munere ad fidem conversus multo in ea propaganda atque defendenda fuit ardentior quam fuit in impugnanda. Vitam summa integritate, continentia et severitate exegit ; corpus jejuniis, vigiliis, et flagellis castigans, brevi docuit obedire spiritui. Carnis voluptates atque illecebras omnes contempsit : orationi et lectioni sacrarum Scripturarum semper intentus. Oculi somnum ac corporis requiem nisi ad naturæ ac virium sustentationem velut pestem aspernabatur, sciens hosce laqueos esse diaboli, quibus irretire et capere animas soleat. Summam omnibus in rebus gravitatem continentiamque servavit. Divitias, quas multas congregaverat, omnes in pauperes distribuit, ut nudus atque expeditus Christum nudum ac pauperem facilius sequeretur, ut de ipso propheticum illud non abs re dici possit : *Dispersit, dedit pauperibus, et justitia ejus manet in sæculum sæculi* [18]. Pecuniæ cæterarumque rerum mundanarum cupiditates calcavit atque perdomuit. Totius denique vitæ partes mira quadam bonitate sanctimoniaque perfecit. Nihil in eo reprehensibile, non sermo, non incessus, non aspectus ; nihil quod cujusque oculos in se posset offendere. Doctrinam vero evangelicam, quam ante irridebat, damnabat, insectabatur, populis ardentissime prædicavit, atque pro ejus veritate tuenda, seipsum martyrio sæpissime obtulit. Cum autem jam plures annos in hac tam sancta conversatione transegisset, omnibusque esset stupori et admirationi, hisque præsertim, qui ejus vitam ante conversionem cognoverant, placuit omnipotenti Deo militem suum ad se vocare, ut qui strenue ac viriliter dimicaverat, debita reciperet stipendia meritorum. Voce itaque angelica, qua sæpius consolari solebat, vitæ suæ finem instare illi nuntiatur, qua ex re de Domini bonitate misericordiaque confisus, qui nunquam deserit sperantes in se, incredibilem animo lætitiam cœpit, illud Apostoli sæpius repetens : *Cupio dissolvi, et esse cum Christo* [19]. Intelligens autem nullum gratius acceptabiliusque offerri sacrificium,

[17] Matth. III, 9. [18] Psal. CXI, 9. [19] Philipp. I, 23.

Digitized by Google

quam cor contritum et humiliatum, facta peccatorum confessione, peractaque pœnitentia, seipsum Deo humilians de admirando ac salutifero illo sacramento corporis et sanguinis Domini quod conversionis suæ causa fuerat, devotissime participavit. Deinde cum se orationi dedisset, corpore in terram inclinato, anima ad gloriosam beatorum patriam comitantibus angelis mira celeritate advolavit. Aderant plerique sancti viri, qui referunt magnum quemdam splendorem per unius ferme horæ spatium corpus illud pretiosum circumfulsisse, sed et suavem odorem super aromata cuncta omnes in cubiculo sensisse. Qui vero sepeliendi curam habuerunt, in id consentiunt, nudato vestibus corpore, in ejus pectoris medio crucis cujusdam effigiem ex ipsius puro sanguine visam esse, quam hæ litteræ in modum coronæ seu circuli ambiebant : *Paulus secundus servus Jesu Christi.* Qua res cum digna visa esset, quæ pro honore atque excellentia religionis nostræ ad multorum notitiam perveniret, effecit ut gloriosum illud corpus aliquot diebus inhumatum jaceret. Accessit autem ad id visendum magna hominum multitudo, qui rem tam stupendam intuentes summum atque omnipotentem Deum multis preconiis laudabant : *Qui facit mirabilia magna solus* [30]. Postquam vero tanti miraculi fama longe lateque diffusa est, pretiosum illud corpus Christiano more ecclesiasticæ sepulturæ tradiderunt. Locus autem sepulcri paucis cognitus esse dicitur, idque ea factum esse ratione, ne infidelium furore atque impetu tam sanctum, tam præclarum, tamque insigne monile Ecclesia perderet. Longum nimis esset referre beneficia quæ benignus Dominus visitantibus illam sacram ædem sua bonitate largitur; nam cæci vident, surdi audiunt, muti loquuntur, claudi ambulant, leprosi mundantur, et omnium morborum genera hujus sancti viri meritis et intercessione curari dicuntur.

Quanto igitur in honore habendam, quantis efferendam laudibus, quibus extollendam preconiis hanc nostram Christianam doctrinam arbitramur! Quis de ipsius veritate, dignitate atque excellentia dubitabit, quæ cum summum Deum habuit auctorem, Unigenitum vero ipsius Filium mediatorem sanctis ac justis repleta sit documentis, et mortales ab erroribus trahat ad veritatem, eos demum consortes, regni cœlestis participes faciat ? , quis eam non amplectetur, ac sibi veluti ornatis-imam quamdam sponsam indissolubili vinculo non copulabit ? Ipsum vero salutiferum corporis et sanguinis Domini sacramentum omnem superemineus naturalem potentiam quis non admirabitur, non venerabitur, ac maxima cordis puritate suscipiendum non judicabit ? Quod divina potentia per sacerdotis confici ministerium sacrosancta tradit Ecclesia : in quo Dei Filius Dominus noster Jesus Christus se talem nobis manducandum præbet, qualem ex Virgine natum et confitemur et credimus, quod quisquis digne suscipiat, beatorum societati numerabitur ; qui vero indigne, æterno supplicio deputabitur. Deum itaque pium et misericordem orandum arbitror et sanctis operibus placandum, ut corda nostra suæ gratiæ splendore illuminet, actusque nostros in semita mandatorum suorum sic dirigat ac disponat, ut cum nobis e vita hac fragili migrandum fuerit, ita digne istud admirabile sacramentum suscipiamus, ut sanctissimo illi beatorum spirituum cœtui, ipso nos ad tam suaves epulas invitante aggregari mereamur.

[30] Psal. LXXI, 18.

ANNO DOMINI MXLIII.

ALEXII PATRIARCHÆ CP.

CONSTITUTIONES SYNODALES.

Vide hujusce Patrologiæ Græcæ tom. CXIX, in collectione sententiarum synodalium patriarcharum CP., col. 743 et 1009

Digitized by Google

ANNO DOMINI ML.

DEMETRII SYNCELLI

CYZICENI METROPOLITÆ

RESPONSIONES DE NUPTIIS PROHIBITIS.

Vide Patrologiæ t. CXIX, col. 1098-1115.

Libellum de hæresi Jacobitarum, seu de rebus Armeniæ, quem nonnulli Demetrio adjudicant, jam supra dedimus in Philippo Solitario. Vide t. CXXVII.

ANNO DOMINI ML.

SYMEON JUNIOR.

NOTITIA.

(Leo Allatius De Symeonum scriptis, p. 151.)

Alius a Metaphraste est Symeon præfectus monasterii Sancti Mamantis in Xerocerco. Quidquid illos confundant Josephus Methonensis et Gretserus, ut supra indicavi. Cætera præterco, tempus, quo vixerit præfectus Sancti Mamanti, tantum examino. Sive enim floruerit anno ab orbe condito 6200, ut vertit Pontanus in ipsius Symeonis orat. 13 : *Diabolum esse nostrum hostem annis jam plus sexies mille ducentis*, qui fuerit nostræ salutis 692, sive anno 6600, Christi 1092, ut habent omnes codices Græci manuscripti in eadem Oratione expresse : Αὐτὸς δὲ ἑξακισχιλίοις καὶ ἑξακοσίοις, καὶ ἐπέκεινα τούτων ἔτεσι διαμείνας ἀεὶ πολέμιος τῶν ἀνθρώπων ἄδηλος καὶ κρύφιος · *Sexies mille sexcentis, et amplius annis semper persistens hostis hominum ignotus atque occultus.* Symeonis Metaphrastæ ætate abest quam longissime, qui circa tempora Leonis Basilii filii ætatem agebat circa annum Domini 886. Et inania plane sunt quæ afferuntur, Symeonem hunc ipsis Iconomachorum temporibus, vel certe post ipsa vixisse, sub Leone Isaurico et Copronymo : vel certe sub Leone Armeno, Michaele Balbo, et Theophilo, qui omnes cum imaginibus bella gessere. Næniæ præterea sunt, quæ ad Symeonis probandam ætatem ex Menologiis Græcorum die 20 Nov. referunt, Gregorium Decapolitanum multa ab Iconoclastis perpessum venisse Constantinopolim : Καὶ Συμεῶνα τὸν ὁμολογητὴν καὶ Θεοφόρον ὑπὲρ τῶν ἁγίων εἰκόνων εὑρεῖν ἐγκεκλεισμένον · *Et Symeonem confessorem reperisse inclusum in carcere propter sacras imagines.* Nihilque vetare Symeonem istum a Gregorio aditum esse eum ipsum, quem quærimus, cum ipse in exsilium se projectum esse duobus locis testetur ; uno in Orationibus, altero in Commentationibus, tametsi causam taceat. De martyrio quoque Stephani Junioris loqui tanquam de re plane suo ævo recenti ; licet enim qui sub Justiniano Rhinotmeto vivebat anno Domini 692, potuerit adhuc in vivis esse, cum Leo Isaurus imperium occupavit, annos post Rhinotmetum viginti quinque ; et si diuturniorem quoque vitam duxisset, Copronymum ipsum attingere annos post eumdem Rhinotmetum quadraginta novem, certe sub Leone Armeno et Balbo, et Theophilo ipse ætatem protraxisse, nisi insanire velimus, non potuit annos post Rhinotmetum 137 et Stephani Junioris ob defensionem sacrarum imaginum interfecti meminisse.

Quare exploso primo hoc numero ad illum, quem codices Græci repræsentant, apertissime recurrendum est. Hunc nempe Symeonem anno mundi 6600, Christi 1092, infra etiam nonnullos alios, ne temere illud ἐπέκεινα projectum esse

Digitized by Google

asseramus, vivisse, Metaphraste recentiorem annos minimum 200 sub Alexio Comneno, qui post Nicephorum Botoniatem imperium occupaverat ante Joannem et Manuelem Comnenos. Verum si in hoc negotio aliquis conjecturæ locus dandus est, dixerim, hunc scriptorem his, quos ipse recenset, annis antiquiorem fuisse; numerum vero integrum usurpasse, quem postea adverbio illo ἐπέκεινα moderatus est, quod non tantum annos sequentes, sed præeuntes etiam sexcentis illis innuere valet; cum ex vi suæ significationis tam anteriores, quam subsequentes indicet, sensumque illorum verborum esse, diabolum clam semper et subdole adversatum esse hominibus ab orbe ipso condito ad annum fere sex millesimum sexcentesimum imminentem. Hinc ipse illius ætatem statuo an. 1051. vel circiter sub Isaacio Comneno et Ducis.

Ποῖος δὲ Χριστὸν ἑώρα καὶ προσωμίλει
Ὡς σύγε γνωστῶς καὶ τρανῶς ὑπὲρ λόγον,
Υἱὸς Θεοῦ τε καὶ Θεὸς χρηματίσας,
Φέρων ἐν αὐτῷ ἁγίαν Τριάδα.

Digitized by Google

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὦ μύστα θείου Πνεύματος μυστηρίων,
Καὶ μυσταγωγὲ δογμάτων ἀποκρύφων.
Ὁ φῶς μεθέξει τοῦ φύσει πρώτου φάους
Υἱὸς Θεοῦ τε καὶ Θεὸς χρηματίσας,
Ὡς τῶν ἀπείρων θλίψεων καὶ ποικίλων
Στερρῶς ἐνεγκὼν τὴν ἐπηρμένην φλόγα,
Καὶ μὴ μαλαχθεὶς τῇ πυρώσει τὰς φρένας.
Ἄρας στέφος τε μαρτύρων ἐπαξίως.
Σὺ μὲν καθαρὰς τῶν θυμῶν τὴν πεντάδα,
Ἱδρῶσι πολλοῖς πράξεων ἐναρέτων
Καὶ τῆς προσύλου προσπαθείας τῶν κάτω
Τὸ τοῦ νοὸς φρόνημα πάντη χωρίσας
Θεῷ παρέσχες σαυτὸν εἰς κατοικίαν.
Αὐτὸς δέ σου τὸν εἶκον εἰσδύνας ὅλως,
Ἔπλησεν εὐθὺς ἀφθόνου μετουσίας
Τῶν ἑπταρίθμων Πνεύματος χαρισμάτων·
Καταξιώσας εἶθ' οὕτως σὴν καρδίαν,
Ἀφ' ἧσπερ ἐκρεύσαντα ῥεῖθρα τῶν λόγων,
Χριστοῦ καταρδεύουσι τὴν Ἐκκλησίαν,
Καὶ δεῖγμα τῆς σῆς μυστικῆς θεωρίας
Ἦν σοι παρέσχεν ἡ κάθαρσις πλουσίαν,
Πολλαὶ μὲν ἄλλαι σῶν πονημάτων βίβλοι,
Ἃς συντέθεικας, τὴν συνοικοῦσαν χάριν
Τοῦ πανσθενουργοῦ Πνεύματος κεκτημένος,
Τὴν θεῖα πάντας μυσταγωγοῦσαν φρένα,
Παιδεύσεως γὰρ τῆς πατουμένης ὅλως
Ἄγευστος ἦσθα, πάντα τῦφον ἐκκλίνων.
Πλέον δὲ πασῶν ἡ παροῦσα δεικνύει,
Ἣν ἔμμετρον μὲν καὶ στιχηρὰν ἐξέθου,
Ὡς πάντα πράττων σὺν λόγῳ τε καὶ μέτρῳ,
Καὶ τάξιν εἰδὼς πᾶσι μᾶλλον ἐμπρέπειν.
Στίχων δ' ἀριθμὸν συντεθεικὼς μυρίων,
Ἑπτακοσίων πεντήκοντα καὶ δύο
Σαφῶς παριστᾷς σῶν καλῶν κορωνίδα
Τὴν παντελῆ κάθαρσιν αἰσθητηρίων.
Πῶς ἐντὸς ἦγουν καί γε τῶν ὁρωμένων.
Τὴν μυστικήν τε Πνεύματος κοινωνίαν,
Καὶ τοῦ τελείου τὴν ἄκραν μετουσίαν.

Illius præterea non sine laude meminit Symeon Thessalonicensis Dialogo contra hæreses, inter eos qui de oratione scripserunt, Καὶ Συμεὼν ὁσίῳ τῷ Νέῳ Θεολόγῳ, καὶ λοιποῖς ἄλλοις ἀξίως τοῦ ἐν αὐτοῖς θείου Πνεύματος· *Et Beato Symeoni Juniori Theologo, et reliquis aliis pro dignitate divini, qui in ipsis erat, Spiritus.*

Catholici quoque non minus pietatem, atque doctrinam laudibus extulerunt. Hunc scriptorem integritatis et innocentiæ Christianorum omnium summorum juxta ac infimorum longe cupidissimum, ad quam sedulo excolendam eos omnibus modis excuscitat et exstimulat, fuisse : ut porro communem hanc perfectionem, atque sanctimoniam vehementer urget, sic monasticam creberrime et accuratissime commendare, ejusque consectandæ desiderio tous μονάζοντας inflammare, et inertes ac secundum carnem ambulantes acerrime reprehendere : nec non præpositos atque rectores eorum, officii sui diserte admonere. Hinc inscriptionem A convenientem et appositam Operi datam, *Orationes de fide et moribus tum Christianis, tum monasticis,* in sacris Litteris eaque doctrina, quæ theologorum habetur propria, bene exercitatum, ac tutum apparere. Quæ in *Sacris laudibus* efferuntur, pietatem vel præcipuam, et beatos illos flores, quibus Sponsa fulciri desiderat, et unguenta illa redolere, quorum odor est super omnia aromata. De Deo multa non solum doctissime, sed etiam dulcissime, tametsi nonnunquam, ut etiam supra in Orationibus ἐκστατικωτέρως disseruntur : sic quoque non paucas præceptiones interjici, quibus vel Christiana, vel monastica vita instituitur et ad perfectionem suam conformatur. In Capitibus similem esse sibi Symeonem, et qua religione, pietate, B doctrina cætera eadem hæc edidisse; nec minus in his, quam in antecedentibus Christianam, ac monasticam sanctitudinem, adhibitis etiam idoneis similitudinibus, doceri et inculcari. Cautius tamen Gretserus non modo in hoc Symeone, sed in aliis non paucis monasticis et asceticis scriptoribus occurrere quædam duriuscule dicta quæ lima judicii egeant, quorum pleraque notis suis eruditissimis emollivit, et in bonum sensum trahere conatus est. Et hæc quidem isti non omnia subodorati de pietate et doctrina Symeonis hujus in medium attulerunt.

Nos tracto proscenio rei totius scenam discutiamus, nodumque difficultatis ingenue expediemus. C Quidquid sit de pietate hujus viri, verane an ficta fuerit; nolo enim quidquam illi de gloria derogare. Sane de doctrina est aliquid, quod me in aliam partem trahere possit, quæ etiam cum ipse viveret, scriberetve aliorum variis criminationibus fuit obnoxia, quam Symeonis Symmistæ verbo, scriptoque defendere conati sunt. Nicetas Stethatus Præfat. in sacras Laudes : Εἰ γὰρ αἱ ἀποκαλύψεις αὗται, καὶ αἱ φωναὶ, οὐ φωναὶ Θεοῦ, οὐδὲ ψυχῆς ἀποθεωθείσης, καὶ γενομένης ἔξω πάσης τοῦ κόσμου αἰσθήσεως καὶ ὅλης καθόλου ἁγίας, σχολῇ γ' ἂν ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων καὶ πρὸς ἡμῶν τελουμένων διὰ πάσης σπουδῆς, εὐαπόδεκτον ἀποδειχθείη Θεῷ καὶ ἀνθρώποις ἐπαινετὸν, ὃ μὴ σοφίᾳ καὶ γνώσει τῇ ἀνωτάτῳ Θεοῦ τὸ ἐπίδοξον καὶ λαμπρὸν ἐπιφέρεται. D Ταῦτα τοίνυν διὰ τοὺς φθόνῳ πρὸς τὰ καλὰ καὶ ἀπιστίᾳ, καὶ ἀγνωσίᾳ κεκρατημένους ἡμῖν προετέθη τῶν ἐρωτικῶν καὶ θείων ὕμνων τοῦ διδασκάλου· ἵν' ἡ κατὰ πρώτην εὐθὺς ἐπιβολὴν ἐντυγχάνοντες κρείττονες ἑαυτῶν γένοιντό ποτε, καὶ φθόνου καὶ βασκανίας ἀνώτερος, καὶ δοξάσωσιν ὡς ἐφικτὸν τὸν ἐν πράξει καὶ λόγῳ, καὶ θεωρίᾳ δοξάσαντα τὸν Θεὸν, καὶ τὸ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μέλεσιν ἁγιάσαντα· ἢ ὡς τῶν καλῶν ἄγευστοι, καὶ πάντῃ ἀχώρητοι τῶν ὑψηλῶν θεαμάτων διὰ τὴν αὐτοῖς προσοῦσαν παχύτητα, τῆς ἐγχειρήσεως καὶ τῆς τῶν γεγραμμένων ἐνταῦθα περιέργου ἐρεύνης ἀπόσχοιντο· *Etenim si revelationes et voces non sunt Dei voces, neque animæ in Deum conversæ, et extra omnem mundi sensum factæ, et totius secundum*

Digitized by Google

omnes suas partes sanctæ, multo minus aliquid humanum, et a majoribus diligentissime patratum, acceptabile Deo ostendetur, et hominibus laudabile, quod sapientia et suprema Dei cognitione laudem sibi adjunctam, et splendorem non habeat. Hæc igitur propter eos qui in bona invehuntur, obsidenturque invidentia, incredulitate et ignoratione, a nobis proposita sunt divinis laudibus et amoribus præceptoris, ut qui primo statim aggressu in hæc offenderint, seipsis meliores aliquando evadant, et invidiam ac calumniam repellant, extollantque laudibus, ut poterunt, eum, qui actione, sermone et speculatione Deum glorificavit, nomenque supra omne nomen in suis membris sanctificavit; aut tanquam bonarum rerum jejuni, et penitus sublimium speculationum incapaces propter innatam illis ruditatem, ab ipsa aggressione et horum scriptorum curiosæ indagatione abstineant. Quin imo publicatis etiam Orationibus opposita Magistro crimina abluere contenderunt, oppugnatores non alio quam *Hagiocategororum* nomine nuncupantes, quasi qui Symeonem incusaret, sanctitatem ipsam criminaretur. Sub hoc titulo Orationem idem Nicetas edidit; Πιπτέτω φθόνος, ὁ τοῖς καλοῖς νεμεσῶν, καὶ ὑμνείσθω, καὶ εὐφημείσθω ὁ ὕμνων καὶ ἐγκωμίων παντοίων ἄξιος Συμεών, καθὰ καὶ ἐν τῷ Ἁγιοκατηγόρων λόγῳ μετὰ χρήσεων ἱερῶν πλατύτερον ἐξεθέμεθα· *Abeat invidentia, quæ semper bonos edit. Laudetur et satis faustis vocibus extollatur, qui laudibus et omnigenis encomiis dignus est Symeon, quemadmodum adversus Hagiocategoros Oratione sanctorum auctoritatibus adductis fusius explicavimus.*

Cum turbæ non quiescerent Symeon in judicium vocatus, et in sententia persistens condemnatur in carcerem, non propter fidem et ob defensas imagines, quas tum nullus oppugnabat, et ardentem ejus zelum, quo effervescens solutos imperatoris mores licentiamque liberius arcusarit quod sane nunquam ipse, cum carceris meminerit, tacuisset, quod ad gloriam ipsius et universæ Ecclesiæ verteretur. Theodorus Studita sua exsilia, supplicia, carceresque commemorans, causam ob quam similia subiit, non reticuit: ne quid dicam de Athanasio, Chrysostomo, Joanne Vecco et aliis. Fatetur carceres, causam tacet in tanto scriptorum numero, non laudabilis causa est. Suspectus ipse de scelere est. Quem finem carceres habuerint, mihi non liquet; subsequentium nihilominus scriptorum silentium indicio est, illius opiniones condemnatas, in obscuro ac latebris neglectas jacuisse. Sed novo nova semper audentium fastu e tenebris erutæ, inter Montis Athi monachos auctoritatem obtinuerunt, donec Barlaamus, ut narrat Cantacuzenus, Histor. lib II, e Calabria Monachus, acuto vir ingenio et perspicaci, et lingua disertissimus, extera philosophorum, nostraque sanctorum Patrum doctrina imbutus, Thessalonicam adveniens, et multa in religionis negotio adversus Latinos edens, ab imperatore et magno Domestico ampliter accipitur, carus illis ac intimus. Hic ad quemdam ex iis, qui Hesychastæ dicuntur, profectus, modum vitæ solitariæ, ac præcepta obedientiæ audivit: tum quo pacto proficiscentes solitarii paulatim et tranquille precationibus intenti, exsultatione animi, et divina quadam inexplicabilique voluptate perfundantur, et oculis corporeis lumen se circumfulgens aspiciant. Id audiens Barlaamus statim solitarios insectari; impostores, Massalianos, Omphalopsychos, germanorum Ecclesiæ dogmatum corruptores, et similibus aliis notis nuncupare, eorumque consuetudinem, tanquam qui seducerent et seducerentur, fugiendum esse publice disseminare: animas enim sibi ob pietatem, quam præ se ferebant concreditas, maxima religionis clade, perdebant. His commoti Thessalonicenses solitarii, intermissis amicis rogabant ut talia loqui adversus Hesychastas desisteret; nec unius male sani instructione projecte sanctam quietem invaderet, et maledictis proscinderet. Hoc lumine multos persecutionis temporibus; sanctum quoque Antonium contra dæmones in acie stantem, convestitos fuisse: posse fieri ut oculis corporeis quispiam divinum et increatum Lumen contempletur. In monte Thabore homines et adhuc imperfecti, circumfulgens ipsos, ac increatum Lumen videre potuerunt: non esse mirum, si nunc sancti superne a Deo collustrati dicantur hoc Lumen cernere. Dictis Barlaamus se continere non potuit, sed exclamavit: Si Lumen illud neque res condita, neque Dei natura est, Deum enim nemo vidit unquam, vos duobus diis servitis, uni quidem omnium fabricatori, quem et inaspectabilem omnes confitentur, alteri sub aspectum cadenti, et increato Lumini. Nihil sé a divina essentia diversum, ac discrepans increatum arbitrari, quare ipsis δυθεΐαν, *duorum deorum cultum* crimini dabat. Sic Byzantium navigans, fisusque suæ causæ, synodum congregari instat: Monachi Thessalonicenses ad judicium accersuntur: et cum imperator lites componere niteretur, et altercationibus modum fieri hortaretur, Barlaamo haud quiescente, synodo negotium committitur. Præsidentibus itaque imperatore et patriarcha necnon reliquis episcopis, proceribus et senatoribus assidentibus in templo divinæ Sapientiæ synodus cogitur. Barlaamo veluti actori primus dicendi locus datus est, qui libellum de iis rebus Patribus porrigit, ad rem propositam verba adjecit, tandem monachos criminatus est, quod neque precationem quam se celebrare dicerent, absque defectu et convenienter proferrent; sed egentem additamento, idque ipse adjiciebat, ut quod deesset, suppleret. Pro monachis respondit Palamas, et sanctorum, et theologiæ peritorum hominum effatis contrarium astruebat. Docebatque lumen in Thabor, quo discipuli illustrati sunt, esse gloriam Dei principio carentem et majestatem ejus, et lumen Divinitatis et Deitatem, et naturale æter-

Digitized by Google

numque Dei lumen, et quæcunque alia a theologis de illo dicuntur; deinceps concludebat æternum et naturale Dei non esse conditum, nec ejus gloriam et majestatem, nec quidquid illud lumen a theologis esse prædicatur; tum Tomum a monachis in Atho habitantibus compositum promens, se cum sanctis consentire, dicta vero Barlaami perversa dogmata esse monstrabat. Cum post longam disputationem victoria ad Gregorium et monachos inclinaret, Barlaamus videns, non effugiturum se, quin maledicentiam suam et scurrilitatem lueret, ad magnum domesticum accedit ab eo flagitans auxilium et consilium, quo imminentem pœnam evaderet. Magnus domesticus officia sua promisit, hortaturque ne exspectaret atrum calculum, sed potius priorem ipse inscitiam, et agnitam veritatem palam fateretur, assentiretur cum sanctis, et inimicitias cum monachis poneret, sic innocuus vitam ageret, monachis amicus, qui non conviciis in se effusis, sed perversitati doctrinæ ecclesiasticæ resisterent. Affirmabat Barlaamus optimum sibi id videri consilium : timere tamen, ne post confessionem aliqua multaretur ignominia, cum probatis et receptis dogmatibus se opposuerit ; proinde si talia passurus esset, melius silentio tulisse judicium, ut et in posterum sibi factam injuriam et judicium possit revocare. Cum magnus domesticus moneret, ne quid ejusmodi se præsente metueret, ille medius stans præteritam ignorantiam confitetur, ob stulte dicta veniam petit, se, cum alios errare opinaretur, ad eorum errorem emendandum diligentiam adhibuisse : nunc nihil ab iis dissidere, et in Thabore lumen gloriam Dei principii expertem, et æternum esse lumen credere se, atque confiteri. Nunc Gregorius cum cœtu suo Barlaamum complexi veniam præteritis dederunt, Deoque pacis et concordiæ gratias egerunt. Et hac ratione synodus dimissa est. Barlaamus non diu post, imperatore defuncto, denuo litem movit, et judicium valde claudicasse clamitans in Italiam aufugit. Gregorius postea cognomento Acindynus, Barlaami longo temporis spatio discipulus, eadem conatus, in plena synodo in eodem templo coacta ab omnibus condemnatur, et contra Barlaamum ejusque sectatores, ut hæreticos nisi resipiscerent, lata est sententia, et ab orthodoxorum communione uterque segregatus, et si quis alius de cætero talia auderet, et Palamæ, aliisque, quasi male de religione sentientibus crimen inferret, et Tomum pro veteri synodorum more compositum cui subscripserat Joannes patriarcha et tum præsentes episcopi, alii postea multi prioribus assensi subscripserunt, Palamæ et consortibus ejus, quo se defenderent, tradiderunt. Et hæc quidem Cantacuzenus prolixius, quæ magis succincte repetit in Proœmio quod præponit suis contradictionibus adversus Hieromonachum Prochorum Cydonium, Demetrii patrem, de lumine Thaborio.

Gregoras, lib. II, refert in ea synodo nihil actum esse de dogmate ob præsentiam imperitæ multitudinis, tum ne theologiæ mysteria profanis vulgi auribus ingererentur, tum ne Palamas contra disputante Barlaamo blasphemæ doctrinæ convinceretur. et Barlaamum condemnatum non quod non sentiret ea quæ Palamas, sed ex aliis ipsius scriptis malevolentiæ et pertinaciæ, et in primis gloriæ cupiditatis, convictus. Audiatur : Τοῦτο δὲ καὶ ἵνα μὴ δίκας ἀτόπου γλώττης καὶ γνώμης διδόντος τοῦ Βαρλαὰμ, δίκας βλασφήμου τε καὶ ἀκαίρου θεολογίας ὄφλων φανῇ καὶ ὁ Παλαμᾶς, κἀντεῦθεν ἀντὶ τῆς ἁρμοττούσης τοῖς πράγμασιν εἰρήνης καὶ εὐταξίας, θόρυβος γένηται καὶ ἀτέκμαρτος σύγχυσις· ὅθεν τὰ τῆς εὐχῆς εἰς μέσον ἐτίθετο· τὰ δὲ τῆς τῶν Μασσαλιανῶν αἱρέσεως ἐπὶ τούτοις ἐγκλήματα, ὅσα κατὰ τοῦ Παλαμᾶ προὐτείνετο, ὑπέρθεσιν εἰς βραχείας ἔσχον ἡμέρας· καὶ εἰ μὴ ὁ τοῦ βασιλέως εἵπετο κατόπιν αἰφνίδιος θάνατος, ταχὺ τὸ πέρας ἐλάμβανον ἂν αἱ αὐτοῦ σφοδραὶ κατὰ τῆς αἱρέσεως τῆς Παλαμικῆς ἐπαγγελίαι. Λέγω δὴ τὴν ἐκτομὴν αὐτῆς, μελλούσης ἔτι φύεσθαι. Καὶ ἵνα τὰν μέσῳ συντέμω, μὴ συγχωρηθεὶς ὁ Βαρλαὰμ ἀποδεῖξαι τὰ προτεινόμενά οἱ τῶν θεολογικῶν ἐγκλημάτων, δι' ἅσπερ ἔφθημεν εἰρηκότες αἰτίας, ἐξ ἑτέρων αὐτοῦ συγγραμμάτων ἡττήθη, καὶ ἀπηλέγχθη κακογνωμοσύνῃ καὶ αὐθαδίᾳ σύνοικος ὤν, καὶ δόξης δημώδους ἐς τὰ μάλιστα ἐραστής· *Tum ne cum Barlaamus ineptiæ loquacitatis et mentis pœnas lueret, Palamas blasphemæ et importunæ theologiæ reus esse videretur : atque inde loco pacis, quam res flagitabant atque boni ordinis, tumultus et ingens confusio oriretur. Primum itaque crimina precationis proponebantur. Quæ vero ad Massalianam hæresim, et quæ alia contra Palamam afferebantur, pertinebant, in paucos dies dilata sunt ; et nisi mox imperatoris mors consecuta fuisset, celeriter vehementes in Palamicam hæresim velitationes absolutæ essent : hoc est, ea quæ futurum erat ut augeretur, exstirpata tum fuisset. Et ut ea quæ intercesserunt, omittam, cum Barlaamo non concederetur, quas ob causas diximus, theologica crimina demonstrare, ex aliis ejus scriptis compertus est, et malevolentiæ et pertinaciæ, et in primis popularis gloriæ cupiditate damnatus.* Causa ergo Barlaami fuit maledicentia, et procax in monachos aggressio; Palamæ, blaspbema et importuna theologia. Vera porrō narrare nobis Gregoram habeo ex Tomo Joannis patriarchæ, qui synodo interfuit agente de alio Tomo, quem nos Græce et Latine edidimus, *De consensione Ecclesiæ Occidentalis atque Orientalis*, lib. II, cap. 17 : Ἔστι μὲν ἀπὸ τοῦ Τόμου καταφανὲς, τῷ μὴ πρὸς ἀπέχθειαν κρίνειν ἐθέλοντι, ὡς ἐπὶ μόνοις τοῖς δυσὶ κεφαλαίοις ἐγένετο ἡ κρίσις καὶ ἡ ἀπόφασις, τῷ περὶ τοῦ ἐν τῷ Θαβωρίῳ λέγω θείου φωτὸς, καὶ τῷ περὶ τῆς εὐχῆς, ὡς δηλώσομεν προϊόντες· καὶ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς δυσὶ κεφαλαίοις κατεδικάσθη, καὶ ἀπεπέμφθη ὁ Βαρλαὰμ, καὶ τὸ ἐν τῷ Τόμῳ τεθὲν τοῦ ἐπιτιμίου βάρος ἐπὶ δεφενδεύσει τῶν δύο τούτων ἕνεκα μόνων κεφαλαίων ἐτέθη. *Palam est ex ipso Tomo, nisi quis ex invidia atque*

Digitized by Google

odio res dijudicare velit, de duobus tantum capitibus judicium factum esse et determinationem, de divino lumine in monte Thaborio, et de oratione, ut infra exponemus: et pro duobus hisce capitibus condemnatum ejectumque Barlaamum, pœnasque in Tomo appositas, ad defensionem monachorum, ob hæc duo solummodo capita indictas esse. Ει, Καὶ ἐξετέθη ὁ Τόμος ἀρχὴν καὶ τέλος; οὐδὲν ἄλλο ποιούμενος. ἀλλ' ἢ μόνον τὰ ἐν αὐτῷ διαλαμβανόμενα δύο κεφάλαια, τοῦ θείου λέγω φωτὸς τῆς Μεταμορφώσεως, καὶ τῆς εὐχῆς· ὑπὲρ ὧν δὲ κεφαλαίων καὶ τὰ ῥητὰ τῶν ἁγίων ἐτέθησαν. *Quare editus est Tomus, nullum aliud neque principium, neque finem habens, nisi tantum duo illa, quæ in eo continentur capita, divini, inquam, Transfigurationis Luminis, et Orationis, de quibus capitibus et dicta Patrum apposita sunt.* Ει, Εἴρηται ἡμῖν τοίνυν διὰ βραχέων τὸ ὅλον ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ὑποθέσει τῆς ἀληθείας, ὅτι τε ἐπὶ μόνοις τοῖς διαληφθεῖσι δύο κεφαλαίοις, καὶ ἐπ' οὐδενὶ ἑτέρῳ τὸ πέρας ἡ ἐξέτασις εἴληφεν ἡ συνοδική. *Breviter ergo nos exposuimus summam in hac veritatis causa de duobus solummodo capitibus, nec de ullo alio synodale examen finitum.*

Stant itaque crimina monachis opposita a Barlaamo, et dum ita vident lumen divinum, tenentque quæ Palamas asserit, manifeste convincuntur esse Massaliani et Ompsolophychi, et rectorum Ecclesiæ dogmatum corruptores. Verumtamen similium errorum, ac hæresum fons et origo fuit iste Symeon, ex quo sua primum parum cauti hauserunt; postea metu infamiæ defendere totis viribus, et verbo et scripto nisi sunt. Namque orat. 3, de oratione, sive attentione, modum orandi suis, ut lumen Dei videant; eoque illustrentur, ita præscribit: Πρὸ πάντων δὲ τρία πράγματα δεῖ σεαυτῷ περιποιήσασθαι, καὶ οὕτω τοῦ ζητουμένου ἀπάρχεσθαι, ἀμεριμνίαν ἀλόγων καὶ εὐλόγων πραγμάτων, τουτέστι τὴν ἐκ πάντων θνῆσιν συνείδησις καθαρὰν φυλάττειν ἑαυτῷ ἀκατάγνωστον τῇ ἰδίᾳ συνειδήσει, καὶ ἀπροσπάθειαν, ἐν μηδενὶ ἐπιῤῥεπῶς ἔχων τοῦ αἰῶνος τούτου, οὔτε αὐτοῦ τοῦ σώματος. Εἶτα καθίσας ἐν κελλίῳ ἡσύχῳ καὶ ἐν μιᾷ κατὰ μόνας γωνίᾳ, πρόσεξαι ποιῆσαι ὃ λέγω σοι. Κλεῖσον τὴν θύραν, καὶ ἔπαρον τὸν νοῦν σου ἀπὸ παντὸς ματαίου, ἤγουν προσκαίρου. Εἶτα ἐρείσας τῷ στήθει σὸν πώγωνα, κινῶν τὸν αἰσθητὸν ὀφθαλμὸν σὺν ὅλῳ τῷ νοΐ ἐν μέσῃ κοιλίᾳ, ἤγουν ἐν τῷ ὀμφαλῷ. Ἄγξον οὖν καὶ τὴν τῆς ῥινὸς τοῦ πνεύματος ὁλκὴν, τοῦ μὴ ἀδεῶς ἀναπνεῖν, καὶ ἐρεύνησον νοητῶς ἔνδον ἐν τοῖς ἐγκάτοις εὑρεῖν τὸν τόπον τῆς καρδίας, ἔνθα ἐμφιλοχωρεῖν πεφύκασι πᾶσαι αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις. Καὶ πρῶτον μὲν σκότος εὑρήσεις, καὶ πάχος ἀνένδοτον· ἐπιμένοντος δέ σου, καὶ τούτου τοῦ ἔργου νυκτὸς καὶ ἡμέρας ποιουμένου· εὑρήσεις, ὦ τοῦ θαύματος! ἄληκτον εὐφροσύνην. Ἅμα γὰρ εὕροις νοῦς τὸν τόπον τῆς καρδίας, βλέπει παρευθὺς ἃ οὐδέποτε ἠπίστατο· βλέπει γὰρ τὸν μεταξὺ τῆς καρδίας ἀέρα, καὶ ἑαυτὸν φωτεινὸν ὅλον, καὶ διακρίσεως ἔμπλεων· καὶ ἔκτοτε ὅθεν ἀνακύπτει λογισμὸς πρὸ τοῦ ἀπαρτισθῆναι ἢ εἰδωλοποιηθῆναι τῇ ἐπικλήσει Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκδιώκει τοῦτον καὶ ἀφανίζει. Ἐντεῦθεν ὁ νοῦς μνησικακῶν δαίμοσιν ἐγείρει τὴν κατὰ φύσιν ὀργὴν, καὶ διώκων βάλλει τοὺς νοητοὺς πολεμίους. Τἆλλα δὲ μαθήσει σὺν Θεῷ ἐν τηρήσει νοὸς τὸν Ἰησοῦν ἐν καρδίᾳ κατέχων. Καθέζου γὰρ, φησὶν, ἐν τῷ κελλίῳ σου, καὶ ταῦτα πάντα σὲ διδάξει. *Ante omnia, tria inquirenda tibi sunt, tum aggrediendum quod optas; omnimodus rerum tum rationabilium, tum irrationabilium neglectus; hoc est, in omnibus mortificatio, conscientiæ puræ conservatio quæ a propria conscientia damnari non possit, et affectuum vacuitas, quæ ad nullam hujusce sæculi rem, neque ipsius corporis inclinaverit. Tum sedens in cella quieta, solusque in uno angulo, attende ut facias quod tibi dico. Clauso ostio eleva mentem tuam ab omni vanitate, temporaria nempe re, tum figens pectori tuo mentum, movensque sensibilem oculum cum mente in medio ventris, umbilico nempe; suffoca et naris spiritus attractionem, ne libere effluat, et perquire cum intellectu in visceribus invenire locum cordis, ubi omnes animæ facultates immorari solent; et primum quidem tenebras offendes, et crassitiem haud ita facile cedentem. Verum ubi perseveraveris, et hoc opus diu, noctuque continuaveris, invenies rem miram. Nunquam finientem consolationem: statim enim atque mens invenerit locum animæ, illico videt quæ nunquam cognovit. Videt enim circa cor aerem, et semetipsum totum luminosum, et plenum discretionis, ex eoque tempore cum emerserit cogitatio, antequam robur accipiat aut figuram, invocatione Jesu Christi fugabitur et evanescet. Hinc intellectus indignatus dæmonibus, iracundiam, quæ secundum naturam est, excitat; et persequens fugat intellectuales adversarios. Cætera disces cum Deo, conservatione mentis Christum in corde retinens. Sede enim ait, in cella tua, et hæc docebit te omnia.* Vides Omphalopsychorum originem, et dogma Massalianorum, hoc auctore inter istos Hesychastos conceptum et propagatum? Imo omnes hæreses postea a Palama, aliisque, non ab alio, quam hoc fonte enatæ in Ecclesia Græcorum disseminatæ sunt. Nipho Hieromonachus, sive Demetrius Cydonius, de hæresibus Palamæ: Ἵνα δ' ὡς ἐν κεφαλαίῳ τὰ τοῦ Παλαμᾶ διεξέλθωμεν δόγματα, ἄνωθεν ἀρξάμενοι δείξομεν συντόμως ὅτι τὴν μὲν ὅλην τῆς αἱρέσεως; οὐχ ὑπενόησε πρῶτος Παλαμᾶς, ἀλλὰ πρὸ πολλῶν χρόνων παρὰ τοῖς λεγομένοις Ἡσυχασταῖς ὡς ἐν μυστηρίῳ τὰ τῆς αἱρέσεως; ταύτης ὑπεψιθυρίζετο· καὶ δῆλον ἐξ ὧν Συμεών τις τῆς Ξυλοκέρκου μονῆς ἐπιλεγομένης ἡγούμενος, ὃν καὶ Θεολόγον Νέον ἐπέγραψαν οἱ τῶν τοιούτων μύσται καὶ μυσταγωγοί, ἐν ἄλλοις μὲν αὐτοῦ συγγράμμασι πολλὰ βέβηλα καὶ βλάσφημα συνεγράψατο· ἰδίᾳ δὲ ἐν τῷ περὶ νήψεως καὶ προσοχῆς τοιαῦτα διέξεισιν. Κάθισαι ἐν μιᾷ γωνίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς· *Ut vero summatim Palamæ dogmata percurramus, a superioribus temporibus initium sumentes ostendemus argumenta propriæ hæresis non primum excogitasse Palamam, sed multos ante au-*

Digitized by Google

nos apud eos, qui Hesychastæ dicebantur, veluti in A *arcanis hæresis ista insusurrabatur. Quod palam sit ex his quæ Symeon quidam monasterio Xerocerci præfectus, quem et theologum juniorem similium mystæ et mystagogi inscripserunt, in aliis scriptis suis multa blasphema profanaque tradidit, sed potissimum in opere De sobrietate et attentione hæc habet :* « *Sede in uno angulo,* » etc. Hinc Symeon iste singulis paginis sæpius et ad nauseam inculcat illuminationes divinas, lumen divinum, uniones divinas, uniones essentiales cum Deo, et sexcenta alia similia. Sed quis illa æquo animo feret, ut reliqua silentio involvam, quæ habentur orat. 27 : Ὦ τοῦ θαύματος ! ὅτι ἄνθρωπος ἑνοῦται πνευματικῶς καὶ σωματικῶς, εἴπερ οὐ χωρίζεται τοῦ νοῦ ἡ ψυχὴ, οὐδὲ τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα, ἀλλὰ τῇ οὐσιωδῶς ἑνώσει B γίνεται τρισυπόστατος κατὰ χάριν καὶ ὁ ἄνθρωπος εἷς θέσει Θεὸς, ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς καὶ οὗπερ μετεῖληφε θείου Πνεύματος, καὶ πληροῦται τηνικαῦτα τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ προφήτου Δαυΐδ, Ἐγὼ εἶπα Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες· κατ' εἰκόνα δηλαδὴ, καὶ καθ' ὁμοίωσιν τοῦ Ὑψίστου, γεννήματα θεῖα ἐκ τοῦ θείου Πνεύματος· *O mira res! homo Deo spiritualiter, corporaliterque unitur : siquidem anima non a mente, nec ab anima corpus sejungitur, et unione essentiali etiam homo per gratiam sit trium hypostaseon unus per adoptionem Deus, ex corpore videlicet et anima, et, cujus factus est particeps, divino Spiritu constans, impleturque tum illud Davidis Prophetæ :* « *Ego dixi, dii estis, et filii* C *Excelsi omnes;* » *filii Excelsi secundum imaginem videlicet similitudinemque Altissimi divina progenies ex divino Spiritu.*

Hinc concludendum censeo caute scripta ejusmodi versanda esse, ne veneno, quod sub illis latet nocentissimo hausto, sub specie pietatis cultusque divini, in pessimas hæreses, et quæ difficulter ex animo avelli possunt, lectores prolabantur, quod temporibus Palamæ, maximo religionis suæ detrimento universa Græcorum Ecclesia experta est, non tantum quod similes hæreses inter eos potissimum, qui aliorum ductores erant ad pietatem, pedem fixerant, sed quod in partes ac factiones distracta in inanibus contentionibus, et plane nullis astu plusquam diabolico studia sua omnia conferens, veram et a Patribus acceptam de rebus divinis doctrinam perdiderat. Et mirum sane est inter tot dissidia, et mentium obstinatas agitationes, ita Symeonis hujus famæ provisum fuisse, ut videantur suæ sententiæ auctorem ignorasse, quem nunquam de nomine fere norunt. Et cum illius mentio necessario inculcanda est, tacito nomine, titulis aliis virum indicasse, καθάπερ τίς τῶν μεγάλων, *ut quidam ex viris magnis*, de eo sermonem habens dicit Palama in 2 orat. quas ipse inscripsit Πατέρες. *Patres*. Epistola ad Menam, οἱ μεμυημένοι *initiati*. alibi Θεολόγοι, *Theologi* Cantacuzenus, et similia Factum autem id existimo, ne nomine viri indicato, quibus intererat, homines libros illius conquirerent et examinarent, et cum non omnia, uti par erat, nuntiata ad normam veræ doctrinæ dictata reperirent, criminarentur, coacta etiam synodo, ut sueverat, condemnarent, qua postea condemnatione ipsi quoque in crimen adducerentur, tanquam qui alias per synodum condemnata tenerent ac defenderent.

JACOBI PONTANI PRÆFATIO.

[Opp. Symeonis Junioris, Ingolstad. 1603.]

Titulus orationum est iste : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ Νέου Θεολόγου, sive, ut habet inscriptio libro divinorum hymnorum præfixa, Τοῦ νέου ἐν D θεολόγοις πρεσβυτέρου καὶ ἡγουμένου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Μάμαντος τῆς Ξυλοκέρκου. *Sancti Patris nostris Symeonis* (vulgo Simeonis per ῑῶτα, non per ὑψιλόν) *Junioris Theologi*, sic appellatus videtur, ut secerneretur a Gregorio Nazianzeno, qui Theologi nomen apud Græcos obtinuit ; quod quia et Simeoni nostro datum est, ideo vox τῆς νέου usitato Græcorum more adjicitur, ne quis, audito sine ulla adjectione Theologi nomine, Gregorium Nazianzenum animo conciperet ; sic Stephanus ὁ νέος, *Junior*, martyr sub Copronymo, ad distinctionem protomartyris Stephani ; sic Theodosius ὁ νέος, Valentinianus ὁ νέος, respectu ad ejusdem nominis antecessores : *Presbyteri et præpositi monasterii sancti et magni martyris Mamantis in Xylocerco.* De sancto Mamante martyre agunt Latina Martyrologia 17 die Augusti, Græcorum Menologia 2 Septembris. Celeberrimus fuit apud Græcos, ut liquet cum aliunde, tum ex oratione qua martyrem hunc sanctus Basilius exornavit. De eodem non pauca sanctus Gregorius Nazianzenus, orat. in Novam Dominicam. Meminit et Miscella historia aliquoties martyris Mamæ, in hunc enim modum inflectit auctor ille nomen hujus martyris. In cujus honorem templum et monasterium Constantinopoli condidit Pharasmanes (qui sub Justiniano imperialis cubiculi præfectus fuit, ut scribit Nicephorus, lib. XVIII, cap. 44) „*prope murum, cui Xylocercus nomen est.* Et hujus monasterii fuit hic noster Symeon antistes et presbyter. Nec murus tantum Ξυλόκερκος appellatus est ; sed et ejus

Digitized by Google

loci porta, ea de causa, ut notat auctor *Pandect. Turc. Hist.* : *Quod artifices portam illam struentes, magna in fundamento aquæ reperta copia, tignis plurimis ac palis in aqua defixis lapides injecerint, atque ita demum ædificii fundamentum firmum effecerint.* Hodie nominatur *Hagiobazari porta, per quam scilicet ingrediuntur urbem Hagiobazaritæ trans sinum habitantes e regione hujus portæ. Nomen Hagiobazari significat vel sancti vel sanctum emporium. Et Emporii voce Symeon quoque Magister cum aliis Græcis utitur pro nullis clauso portis, aut nullis cincto muris oppidulo. Sancti potius existimem dicendum emporium, ut intelligatur emporium Sancti Mamantis, quod olim monasterium insigne, palatium Augustale celeberrimum in historiis, pontem denique non minus nobilem Sancti Mamantis appellatum, habuit. Hic enim effundunt se in extremum Ceratinum sinum celebres illi priscis fluvioli Cydaris et Barbyses, nunc Machlena et Chartaricon, qui quidem ad Sanctum Mamantem ponte jungantur. Hagiobazariotarum vox denotat incolas emporii Sancti Mamantis.* Hæc ille.

Fuit insuper apud Sanctum Mamantem celebris Hippodromus, in quo Copronymus Andream Calybiten monachum occidit, ut libro XXII Miscellæ traditur. De ponte ad Sanctum Mamantem vide Suidam verbo μάμας, et *Origines Constantinopolitanas* Cod. M. Scripta ejus nunc primum in lucem proferuntur, quorum meminit etiam epitome bibliothecæ Gesnerianæ. Sed male ex uno Symeone tres nobis cudit. Nam Symeon presbyter, et Symeon Junior, seu, ut Epitome loquitur, *Novus* Theologus, et Symeon Xerocerci princeps, sunt unus et idem Symeon, nisi quod inepte vocat *Xerocerci principem*, qui vocandus erat antistes seu præsul S. Mamantis ad Xylocercum. Etsi enim noster etiam codex habet τῆς Ξηροκέρκου, non tamen dubito, quin legendum sit Ξυλοκέρκου.

Porro præter monumenta illa Symeonis, quæ nunc in lucem exeunt, commemorat Epitome Gesn. librum *De oratione, sive de tribus modis orandi*, quem in Bavaricis codicibus non reperimus. Ex capitibus practicis et theologicis ponit tantummodo centum, et ad hæc, alia viginti quinque. Sed instructissima Boiorum principis Bibliotheca longe plura, ut vides, nobis suppeditavit : quæ in codice 104 tribus titulis distinguuntur. 1. Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ Νέου Θεολόγου ἡγουμένου μονῆς τοῦ Ἁγίου Μάμαντος τῆς Ξηροκέρκου κεφάλαια πρακτικὰ καὶ θεολογικὰ ρα'. 2. Κεφάλαια τοῦ αὐτοῦ γνωστικὰ καὶ περὶ θεολογίας κε'. 3. Τοῦ αὐτοῦ κεφάλαια θεολογικὰ καὶ πρακτικὰ ρβ'.

De tempore quo Symeon iste floruit, nicam non quæ certo, sed quæ probabiliter comperta habeo. Ac in primis ne monendum quidem arbitror, hunc Symeonem nostrum diversum esse a Symeone Stylita seniore ; cujus vitam Theodoretus litteris mandavit ; item a Symeone Stylita juniore, qui sub Justino minore floruit ; item a Symeone Stylite in Cilicia, cujus meminit *Pratum spirituale*, cap. 37. Nam noster iste non fuit Stylites ; et tres isti Simeones vixerunt ante tempora Iconomacha ; noster vel in ipsis, vel certe post ipsa. Nam Stephani Junioris a Copronymo ob defensionem sanctarum imaginum interfecti, meminit. Quæ ergo ejus ætas ? Equidem sub Iconoclastis imperatoribus vixisse eum arbitrari quis posset ; sub Leone, inquam, Isaurico et Copronymo ; vel certe sub Leone Armeno, Michaele Balbo et Theophilo, qui omnes cum imaginibus bella gesserunt. Hoc confirmare licet ipsius Symeonis testimonio, qui oratione XIII ait : *Diabolum esse nostrum hostem annis jam plus sexies mille ducentis*, supputatione videlicet Græcorum, ab orbe condito. Et ne quis mendum in numeros irrepsisse existimet, scire oportet, numerum hunc in Græco codice non notari notis numeralibus, sed integris verbis diserte perscribi.

Iniit autem Leo Isauricus imperium anno mundi conditi sexies millesimo ducentesimo nono, teste Cedreno. Deinde in Menologiis Græcorum die 20 Novembris refertur, Gregorium Decapolitanum multa ab Iconoclastis perpessum, venisse Constantinopolin. Καὶ Συμεῶνα τὸν ὁμολογητὴν καὶ θεοφόρον ὑπὲρ τῶν ἁγίων εἰκόνων εὑρεῖν ἐγκεκλεισμένον· *Et Symeonem confessorem reperisse inclusum in carcere propter sacras imagines.* Quid autem vetat Symeonem istum a Gregorio aditum esse eum ipsum, quem quærimus, cum ipse in exsilium se projectum esse duobus locis testetur, uno in orationibus ; altero, in commentationibus : tametsi causam tacet. De martyrio quoque Stephani junioris loqui videtur, tanquam de re suo ævo plane recenti.

Hæc et id genus alia verisimilitudine non carerent ; si in Græco codice διακοσίοις non ἑξακοσίοις expresse scriptum esset, αὐτὸς δὲ ἑξακισχιλίοις καὶ ἑξακοσίοις καὶ ἐπέκεινα τούτων ἔτεσι διαμένας ἀπὸ πολέμιος τῶν ἀνθρώπων ἄδηλος καὶ κρύφιος, etc. *Sexies mille sexcentis, et eo amplius annis.* Longe ergo junior est iste Symeon ; ætasque illius in imperium Joannis aut Manuelis Comneni incidit ; cujus exstant aliquot novellæ, quarum una *De voluntariis homicidiis*, edita et publicata est ab orbe condito sexies millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto, ut et alia ejusdem imperatoris Περὶ διαφόρων ὑποθέσεων, *De diversis causis ac negotiis.* Iniit autem Manuel imperium anno Christi 1143, si non fallit Onuphrius in Chronico ; quod annos triginta octo administravit, tribus mensibus demptis, teste Niceta, lib. VII *De rebus Manuelis*, sub finem. Ergo Symeon iste Comnenorum imperio Joannis aut Manuelis floruit, hasque orationes conscripsit. Quare corrigenda sunt ea quæ in Adnotatione ad orationem tertiam de ætate Symeonis dicta sunt, convenienter primæ opinioni, quæ tamen ruit, si non διακοσίοις, sed ἑξακοσίοις cum Græco codice legamus, ut sane legere oportet ; cum Scripturam hanc codex manifeste repræsen-

Digitized by Google

tet. Et quamvis jam tum scisma Græcanicum exstitisset, omnia tamen loca quibus Symeon processionis sancti Spiritus meminit, a bono lectore in bonum sensum accipi possunt, ut et alia pleraque, ad quorum nonnulla adnotatiunculas adjecimus; alia eruditi lectoris candori permisimus. Etenim non modo in hoc Symeone nostro, sed et in aliis non paucis monasticis et asceticis scriptoribus occurrunt quædam duriuscule dicta, quæ lima judicis egeant. Vera me loqui fatebitur, qui percurrere volet sermones asceticos Esaiæ abbatis, Joannis Climaci, Marci, Nili et aliorum. Tantum de Symeone habuimus: ad quem etiam scriptus est scholastici illius Dialogus, quem reperies post capita moralia, quæ nihil aliud sunt, quam aphorismi quidam, brevesque sententiæ ad vitam recte instituendam accommodatæ; cujusmodi capita ediderunt cum alii, tum Marcus Asceta et sanctus Nilus, quæ exstant.

SYMEONIS JUNIORIS

PRÆPOSITI MONASTERII SANCTI MAMANTIS AD XYLOCERCUM

ORATIONES XXXIII.

ORATIO PRIMA.

ARGUMENTUM.

Quemadmodum homo paradiso exturbatus, veritatem, quæ est verbum Dei, perdiderit. De peccato diaboli et Adami. Ab ipsa conceptione hominem quemlibet esse peccatorem: et quo pacto per baptismum in Spiritu sancto regeneretur. Quænam multi reges, et prophetæ ante Christi tempora concupiverint. Christianos nondum initiat os, dolentesque, et peccata sua confitentes, canonicis vinculis, ac pœnis minime subjici, sed fidei mysteriis erudiri, et ita demum initiari debere. Unumquemque Christianum divina immutatione indigere, in qua perfectio consistat.

Adamus postquam diabolo mentito fidem habuit, et cum ea fide de ligno scientiæ comedit, veritatem amisit; quam deinde natura humana diu multumque investigatam, invenire non potuit. Testimonio sunt omnes Græciæ sapientes, dum tantam humanarum opinionum diversitatem, per varias disciplinas via ac ratione traditas præcipueque per multas ac longas de virtute et vitio disputationes, quas reliquerunt, ad simplicitatem et rectitudinem redigere, congruenterque in unum coagmentare et constringere nequiverunt. Est autem veritas Verbum Dei, sive gratia Christi, quæ complures illas, et inter se pugnantes, atque implicitas, et tortuosas ex hominum cogitationibus, ratiocinationibusque profectas verborum dissertationes, una et directa simplicitate, velut naturali, pacifica et tranquilla conjunctione, incomprehensa potentia sua composuit, reliquosque doctrinarum sermones ad unum omnes otiosos, irritos et inutiles demonstravit; cum more cæcorum palpando, veritatem, ab oculis nostris merito remotam, inquirentes, non valeant reperire. Simul ac enim homo mendacium sponte, ac nulla impulsus necessitate complexus est, in eam pœnam incurrit, ut veritatem scrutetur ille quidem, ejus tamen compos non evadat, persequatur, nec comprehendat. Etenim quæ fide mendacio adhibita oculis nostris erepta fuit, fide veritati commodata, rursum invenitur ac restituitur. Ille mendacio aperto manifestoque credidit: nos magnum ac manifestum mysterium [1], Deum videlicet humano corpore indutum, credimus. Illud propter Dei mandatum erat incredibile: hoc propter Deum nos alloquentem redditur credibile. Illud creditum deprehensum est falsum (credentem quippe in exitium ac mortem præcipitavit [2]); hoc creditum veritas comperitur, siquidem eum qui mendacio fidem commodaverat, ab exitio ac morte revocat, peccatum ejus tollens, eique ut bene ac beate sit largiens: et ex fine utrumque, mendacium puta veritasque, perspicitur. Unum igitur peccatum, et una justitia.

Vide quid diabolus, considera quid Adamus peccaverit, et non aliud, quam suimet admirationem superbiamque invenies. Verum illi ob excellentem gloriæ magnitudinem ita se gesserunt. Nec enim ex humilitate gloriam adepti se extulerunt: sed cum humilitatem necdum cognoscerent, et secuturam e casu ipsorum humiliationem ignominiamque ignorarent, ideirco nihil eam metuentes, eousque efferre se non dubitarunt. Animadverte contra, quomodo justificatus sit Jesus. Cum Deus esset, usque ad mortem voluntariam, et mortem crucis (quod erat sceleratorum supplicium) semetipsum humiliavit [3]. Unum ergo peccatum, inflata de se opinio, et una justitia, extrema humilitas. Nunc autem quis seipsum, nisi admodum fatuus exaltet? Nemo enim in hac vita vi divina præditus est, ut summam sibi gloriam comparet: nec ita,

[1] 1 Tim. III, 16. [2] Gen. III, 6. [3] Philipp. II, 7, 8

Digitized by Google

antequam se humiliaret, gloriam consecutus est, sed quicunque in hanc lucem editur, statim est inglorius, et gradatim quodammodo ad gloriam tandem progreditur. Qui igitur pristinam vilitatem suam recordatus, se ipsum exaltat, quomodo stultus ac cæcus non sit? Nam quod dicitur, *Nemo sine peccato, nisi solus Deus, nec infans, cujus vita unius diei est* [a]; non de iis dicitur, qui peccaverunt : quo enim pacto infans unicum diem natus, peccatum committat? sed hoc latet mysterii, naturam humanam ab ipso conceptu peccatricem esse. Ac Deus quidem hominem non peccatorem, sed purum et sanctum finxit. Posteaquam vero protoplastus ille, sanctitatis stola solius superbiæ piaculo spoliatus, corruptioni, interituique factus est obnoxius, ex eo etiam satio, conceptio, ortus, et reliqua deinceps omnia peccato subdita fuerunt. Et omnino, quisquis homo numeratur, quamvis non peccarit, nihilominus peccator est. Quocirca venit alia nascendi conditio, et altera formatio, qua quidem homo e sacrosancto fonte baptismatis in Spiritu sancto denuo generatur, iterumque cum divina natura, sicut erat, quando illum divinæ manus effingebant, modo quodam miscetur, et tanquam a primis elementis, ejus animæ vires universæ informantur, atque in eum statum, in quo caput et princeps generis nostri ante transgressionem versabatur, renovatæ restituuntur; et isto modo ad regnum Dei instruitur ac præparatur, in quod, qui salutari aqua purgatus nondum est, nec ingredi, nec ipsum speculari, nec intelligere potest. Ut ita quilibet baptizatus (1), talis jam, qualis ille erat, qui primus est conditus, in paradiso sub intelligentiam cadente operetur, et custodem agat : operetur quidem mandata Jesu Christi, a quo renovatus est, custodiat autem, quam divino tinctus lavacro a Spiritu sancto gratiam accepit, confiteaturque et dicat, virtus ejus (gratiæ, inquam) quæ in me est, Christi præcepta mecum operatur [a]. Hæc enim est custodia. Sicut namque ædificium stare, aut excitari absque fundamento nequit : ita anima Christo credens, nisi gratiæ Spiritus sancti fundamentum collocaverit, vitam et mores Deo placitos suscipere neutiquam potest; ejusque jejunia, pervigilationes, humi stratum cubile, aliæ corporis afflictationes, paupertas, lacrymæ, precationes nullius momenti censenda sunt. Sic etenim Christum negaverunt, qui post multos cruciatus negaverunt : *Qui in me confessus fuerit* [c], inquit. In ipso confitemur, in ipso adoramus, in ipso salvamur. Spiritus sanctus siquidem animam renovat, quemadmodum illa corpus.

Magnum mysterium, quod totus terrarum orbis jure veneretur. In eodem sacrificium laudis inest, nimirum cor purum, quod est cor contritum et humiliatum [d]. Novit enim se proprium nihil habere et quomodo elevabitur? Est porro ipsum sibi humilitatis argumentum et materia. Quod si veritas, non ambitio sacrificium laudis est Deo, et apud illum non peccator (quis enim caret peccato?) sed omnis elato corde immundus habetur, humilis corde justificatus, justus munere suo functus, seu, ut debuit, conversatus est. Justificatio sancti Spiritus donum est. Qui a Spiritu sancto gubernatur, glorificatus;

[a] Job XIV, 4, 5 sec. LXX. [b] Coloss. I, 29. [c] Luc. XII, 8. [d] Psal. L, 19.

(1) Caute legendus est Simeon, quando et hic et alibi sæpius baptismati nimis multum tribuere videtur, nempe, quod reddat homines *impeccabiles*. Idem asserit de professione vitæ religiosæ seu monasticæ. Verba Græca perioches, quæ orationi præponuntur, sunt ista : Τὸ ἅγιον βάπτισμα ἢ ἀκινήτους ἢ δυσκινήτους, πρὸς τὸ κακὸν διατίθησιν, ὥσπερ καὶ τὸ δεύτερον βάπτισμα τὸ διὰ τοῦ θείου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος. *Sanctum baptisma aut immobiles, aut difficulter mobiles ad malum reddit, ut et alterum baptisma, quod consistit in susceptione divini et angelici habitus*, hoc est, in ingressu in religiosum seu monasticum ordinem; hunc enim alterum baptisma nominat. In ipsa oratione sic præter cætera loquitur Simeon : Τὸ γὰρ θεῖον βάπτισμα τοῦ Χριστοῦ τοὺς πρὶν ἀβαπτίστους, καὶ πρὸς τὸ κακὸν εὐκινήτους, κραταιὰν ἔχει δύναμιν, κατασκευάζειν βαπτισθέντας, ἀκινήτους πρὸς τὸ κακόν, εἰ δ' οὔ, ἀλλὰ τέως πρὸς τὸ παρὸν ἀκινήτους. Quæ omnia dura profecto sunt et animadversione digna, et errorem Joviniani redolentia, qui, ut scribit sanctus Hieronymus, lib. II *contra Jovinianum*, et sanctus Augustinus, lib. *De Hæresibus*, cap. 82, docuit hominem, vere baptizatum non posse amplius peccare, et si forte peccat, non fuisse tinctum nisi aqua. Ad quem errorem loquendique modum alludit Simeon, cum ait illis qui post baptisma faciles seu flexibiles sunt ad malum, aquam superfusam esse ὡσεὶ νεκροῖς, *tanquam mortuis*. Quod itidem de altero baptismo, seu de ingressu in religionem affirmat. Forte erit, qui Simeonem excuset. Id vero nobis non modo non molestum, sed et perquam jucundum erit; utinam non modo Simeon noster, sed et quivis alius ab omni errore sit immunis. Interim veritatis hæ sunt voces : Vere et legitime baptizatum denuo peccare posse, si velit. Ad baptizatum enim tendit illa cohortatio sancti Pauli Rom. II, 20 : *Tu fide stas, noli altum sapere, sed time.* Et ad Hebr. VI, 4 : *Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœleste, et participes facti sunt Spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi, et prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam*, etc. Ubi manifeste indicat Apostolus eum qui vere baptizatus gratiæque divinæ particeps effectus est, in peccata denuo labi posse, atque adeo per baptismum *impeccabilem* non effici, quod multo magis ad religiosæ vitæ professionem accommodari debet. Quæ, ut et baptismus nec ἀκινήτους, nec δυσκινήτους ad peccandum reddit, et si baptizatus δυσκίνητος aliquo sensu dici potest, quia gratiam Dei per baptismum jam consecutus, multo habet majora et validiora præsidia vitiorum illecebras repudiandi, quam ante baptismi initiationem, dummodo illis legitime uti velit : nam si uti nolit, et per arbitrii libertatem rursus ad peccati sordes declinet, æque id potest ac antea : *Contingitque* ei, ut sanctus Petrus ait (II Petr. II, 22), *illud veri proverbii : Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti.* Lector consulat cardinalem Bellarminum libro *De baptismo*, cap. 14, ubi copiose adversus hæreticos ostendit, homines per baptismum non fieri impeccabiles.

Digitized by Google

qui glorificatus, sanctificatus est; sine sanctificatione Deum nemo videbit. *Tollatur impius, ne videat gloriam Domini* [8]. Quis est impius? Superbus utique, et tantum impius quantum superbus. Quis humilis corde? non prudens, non sapiens, non intelligens, non versipellis, non a semetipso doctus ac sciens; sed cum Spiritu sancto communicans, in quo prudentia et sapientia, et intelligentia, eruditio ac scientia in ipso purgatæ, ac viventis, Deoque placentis animæ. Ob id enim Verbum ac Filius Dei hominem induit, ac mortem pertulit, seque ipsum pro toto genere humano liberando pretium dedit. Verum enimvero pro piis, qui antea obdormiverant, magnum et augustum, ac propterea repulsæ nescium sacrificium factus est, quando post Adami lapsum justorum nullus adipisci salutem potuit, omnibus peccato primi parentis, mortique ac perditioni subjectis: quod nemo exstaret, quem flammea illa romphæa paradisi custos, post ejectum inde protoplastum facile admitteret, quo in impolluta, et ab omni delicto munda, et sancta tabernacula intrare et in Sanctis sanctorum atriis permanere posset (quoniam, ut etiam Apostolus ait, *corruptio incorruptionem non hæreditabit* [9]) oportebatque incorruptibile Dei Verbum in carne sua mortali oblato sacrificio justos a corruptione eximere. Haud enim in illorum potestate erat, ad incorruptionem illam instaurari, in qua princeps homo effictus fuerat, et ex qua exciderat: sed ad magnam hanc, et in judicio ac justitia susceptam œconomiam spectabat. At vero pro iis qui postea vixerunt, tum sacrificium, tum communio appellatur; quia scilicet per sumptionem se cum sumente commiscet, et illa commistione unioneque de integro eum format, unitumque inexplicabili virtute artificis divinitatis suæ ad semetipsum adducit, ut secum germane coalescat. Quemadmodum et ignis, tametsi a corporibus se durioribus susceptus, conjunctione ipsa ignem facit, nec eorum naturam evertit: nihilominus quandiu cum igne copulata sunt, etiam ipsa ignis sunt. Atque hoc est, quod olim multi prophetæ, reges et justi desiderarunt, cum eos præviderent [10], qui caro de carne Verbi Dei et os ex ossibus ejus futuri essent, seque a tanto bono sejunctos intelligerent.

Quapropter instructis, et eruditis, magnique mysterii Christianitatis cognitionem consecutis, initiatisque fidelibus, si postea pro humana imbecillitate, et quia adhuc pulvere circumdantur, in culpam inciderint, bona erit medicina spiritualis, si eam confitentibus injiciantur vincula canonica, quibus peccati nexibus exsolvantur, et pharmaca salutaria applicentur, quandoquidem quibus debent initiamentis exculti, virtutem Christi gustaverunt, cui fidere, et peccatum cavere oportebat, juxta illud Apostoli: *Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia Christi* [11]. Nisi enim rejecissent gratiam Christi, quam cognoverant, non eos illa peccare permisisset. Et ipsi semet reos fecerunt sanguinis Christi, *qui emundavit conscientiam illorum ab operibus mortuis, ad serviendum Deo vivo et vero* [12]: denuoque per labores nempe, sudores, gemitus, lacrymas emundari debent, ut dicant Deo: *Vide humilitatem et laborem meum, et dimitte omnia peccata mea* [13]. Remissio autem perfecta rursum gratiæ participatio est, non quod Deus defatigationibus ac laboribus pœnitentis indigeat: sed ne pœnitens divinæ gratiæ citra laborem reconciliatus, eam, uti prius, contemnat, tertiaque purgatione opus habens, reprobetur, et in ignem sempiternum purgandus conjiciatur, qui cum semper urat, purgare non potest quem urit.

Jam vero arcana Christianæ religionis ignorantibus (sunt enim, sunt, inquam, plures baptismo affecti quidem, et propterea indigitati Christiani: sed penitus nulla catechesi imbuti et indocti, et ut breviter dicam, profani, ac rudes hujus præclari mysterii) talibus, inquam, peccata sua, post sacrum baptismum perpetrata, confitentibus, nexus et auxilia medica nullam utilitatem afferunt. Quia enim mysterium Christi nesciunt, sed spiritualium vinculorum medicaminumque sensum et intelligentiam habere unquam poterunt. Et cum non intelligentes crediderint, sine intellectu peccaverunt: et quia sine ratione peccaverunt, spiritualem, et quæ animo cernitur, medicinam agnoscere non possunt. Quamobrem quomodo mysteria Christianismi scientibus, memoriaque tenentibus, pro mensura cognitionis, et errati vinculis, medicina, ustione, afflictione, et pœna; sic eorum rudibus, nondumque institutis, institutione, fide, et initiatione, non vinculis opus est. Vincire enim et urere, quod sensu caret, absurdum; et curationem adhibere mortuo, ineptum negotium ac fatuum est. Verum *quicunque in lege peccaverunt*, hoc est, cum cognitione, *per legem judicabuntur* [14], ad sacrorum canonum normam ac præscriptum videlicet. At qui sine lege peccaverunt, hoc est, ea non cognita, sine lege etiam peribunt, frustra nimirum ignorationem excusantes, cum a Domino dictum sit: *Prædicabitur Evangelium hoc in toto mundo, in testimonium omnibus gentibus* [15]. Sequitur hinc, si gentes manet condemnatio, multo magis eos condemnatum iri, qui in medio Christi Ecclesiæ primorum rudimentorum imperiti, et in rationibus divinæ pietatis hospites ac peregrini Christiani versantur, contemptores admirandi hujus operis Verbi Dei, cujus causa humanis se artubus convestivit, cum Deus esset, contumelioseque tractatum, et non secus quam pro sceleribus suis neci deditum est. Quod autem nonnulli de profanis istis in throno gloriæ

[8] Isa. xxvi, 10 sec. LXX. [9] 1 Cor. xv, 50. [10] Luc. x, 24. [11] Rom. vi, 14. [12] Hebr. ix, 14. [13] Psal. xxiv, 18. [14] Rom. ii, 12. [15] Matth. xxiv, 14.

Digitized by Google

regni Christi sedentes, quæ ipsi non didicerunt, alios docent, pro patientia Dei, imo vero iram magnam et derelictionem; quoniam illusores dominantur, et dolosi, et impudentes, et ut malam conscientiam habentes, increduli. Maxime qui in idolis suis gloriantur, *in doctis* videlicet, *humanæ sapientiæ verbis*, quorum gratia ab auditoribus suis æque profanis laude et admiratione afficiuntur [16].

Bonum est in Christum credere, quoniam sine fide in ipsum non est ut quis salvetur [17]. Verumtamen etiam veritatis notitiam capessere necesse est. Bonum est veritatem doceri, siquidem et necessarium: quin et baptismate lustrari in nomine vivificæ Trinitatis, ut anima vitam adipiscatur. Bonum est baptizari: sed mysticæ hujus vitæ, sive luminis spiritualis etiam animo sensum capere oportet. Bonum est sensum illum, qui in mentem cadit, sive illuminationem cognoscere: sed opera quoque lucis requiruntur. Qui namque pure et liquidissime cernit, eum etiam opera Dei facere convenit. Bonum est lucis opera facere, sed humilitatem et mansuetudinem Christi induere insuper decet: ut qui in Christum credit, Christi characterem et insignia ferat, et ad naturam mitem atque humilem immutatus, in regnum cœlorum ad gaudia Domini sui recipiatur. Cæterum qui hoc ordine viam Dei ambulant, si in ea pro naturali conditione moriendi præpediti fuerint, a misericordia Altissimi non repellentur, nec ab introitu regni cœlestis arcebuntur. Hoc itinere qui non incedunt, eorum et fides et progressio inanis est.

ORATIO II.

Argumentum.

Hominem prius a Christo per sanctum baptisma corroborari, ac tum demum mandatis ejus deditum esse oportere. Eam inesse in sancto lavacro vim, ut aut inflexibiles, aut pene inflexibiles ad improbitatem reddat: quomodo et alterum baptisma, quod per divinum et angelicum habitum confertur. Quinam vere in Christum credidisse dicendi. Quales sacrorum ministri, sacerdotes, episcopi, animarumque doctores requiruntur.

Qui cuipiam dicit, hoc fac, et illud ne feceris, plane sic dicit, ac si ille, cui præcipit, facere possit aut omittere. Qui vero sic dicit ei, qui non potest, nonne frustra dicit? Dominus ait discipulis suis: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [18.19]. En expurgatio et virtus sacri baptismatis primo loco constituitur. Quid postea? *Docentes eos servare omnia quæ mandavi vobis* [20]. Quicunque igitur hoc robore ante confirmatus non est, in mandatis Dei observandis incassum laborat; quicunque illa homini præcepta dat, pro cæco et stolido habeatur licet: quando prius gratiam Christi, quæ mente percipitur, et purgat, animam suscipere, indeque eam confirmari res postulat, atque ita demum leges præscribere. Qui enim fieri potest ut idem spinis ac tribulis plena purum frumenti semen accipiat, et idipsum semen non suffocetur? Quare fructum nunquam referent, qui contra naturam, contraque ordinem, commoditatem rationis infirmos adhuc aggrediuntur: ratione enim et producta sunt, et continentur, et ad finem perducuntur omnia. Nam divinum Christi baptisma nondum ablutos, et cereos in vitium flecti, efficacitatem habet, jam lotos a peccato invictos præstare. Sin minus, saltem cum se obtulerit occasio, ad id difficiles, quod ejus vim potentiamque declarat. Ad virtutem autem honestatemque proclives, tanquam *angelos potentes virtute, facientes voluntatem Dei* [21]. Ideo Christus sacrosanctum sanguinem suum credentibus in illum largitus est, ut per ejus sumptionem communicationemque fideles divinæ prius naturæ consortes effecti (Dei enim sanguis est) ceu divini divinæque virtutis jam assecuti robur, etiam secundum perfectam Christi legem vitæ rationes instituant: ut potentes virtute voluntatem ejus exsequentes. De cætero quisque fidelium, et Christum confitentium apud se cogitet, si hoc robore septus, Christi legibus parere spreverit, cum iis parere queat, nec vitam, et mores ad Dei nutum composuerit, se Christum negavisse, et ex Apostoli sententia *conculcasse Filium Dei, sanguinemque testamenti pollutum duxisse* [22].

Quod si, aquis salutaribus expiati, divinique corporis et sanguinis participes facti, nondum potentes sunt virtute ad perficiendam Dei voluntatem; sed ad vitia et peccata adhuc facile moventur, perinde ac mortuis aqua illis superfusa est: etiamnum quippe in Christum non crediderunt. Atque opus est hujuscemodi homines ad episcopos et sacerdotes adire, fidei formulam edoceri, in Christum credere, tuto antea fundamento posito, pœnitentia, inquam, hujus amentiæ, et impositione manuum, unctioneque sacri charismatis. Et cum illis Evangelium justitiæ revelatum fuerit, novumque sensum intelligibilis Christi gratiæ hauserint, quæ animas eorum tetigerit, et in ipsis cor contritum ac humiliatum creat, castumque Dei timorem ædificat (hæc namque Christianis viæ bonæ ad vitam ex Christi præscripto agitandam primordia sunt), tum quoque immaculato ejus corpore, et sanguine percipiendo, merito digni censeantur: ut cum divinæ naturæ consortes [23], et sanctificati evaserint, non eis peccatum, quomodo antehac, dominetur. In hoc enim sanctificatio sita est, ut Christianis ad faciendam voluntatem Dei potens virtute fiat, quo corroboratus et fidelis Christianus nominetur, qui Christi gratiam susceperit, et cui fides habeatur, quique in Spiritu sancto curriculum vitæ suæ moderetur. Ita enim non aliter quempiam Christianum fieri, et esse datur. Prior vero ille gravibus pœnis

[16] I Cor. II, 13. [17] Hebr. XI, 6. [18.19] Matth. XXVIII, 19. [20] Ibid. 20. [21] Psal. CII, 20. [22] Hebr. X, 29. [23] II Petr. I, 4.

Digitized by Google

et animadversionibus peccata admissa compensare debet, et lacrymas ad baptismi fontem exæquandum fundere, ac Deum orare præterea, ut usque ad finem curationis ætatem degere sibi concedatur, ne ante sanationem abreptus et damnatus in gehenna, pro eo ac meruit, torreatur. Quis enim præstabit, tandiu dum curetur, fore superstitem?

Hic vincula opus sunt, hic excommunicationes, hic diuturnæ lacrymationes, hic genuflexiones, rarusque, et vix aliquis cum fidelibus congressus. Ac tale quidem judicium haud injustum est. Cur enim qui divinum mysterium cognovit, et accepit, non cavit? Lapsum hunc Adami lapsu minorem dicere non potest. Ille etenim, si Deum esse in se novisset, de fructu prævaricationis non gustasset. Et quanquam seipsum non norat prius, cum Deo privaretur, tamen postea in habitu cognovit. At hic per sanctum baptisma Christum a se cognitum nudus induerat, ut scriptum est ab Apostolo : *Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis*[26]. Omnis enim mentis et consilii particeps anima, ex ipso baptismo Christi gratiam consequi intelligitur : statim quippe Christus in ea formatur. Porro ab infantibus baptizatis, baptismi sanctificatio propter ignorantiam non sentitur; est siquidem intellectualis sensus. Jam vero paulatim tempore procedente, fit etiam immutatio. Et in aliis quidem prorsus exstinguitur : in aliis quidam igniculi manent, iterumque per fidem, institutionem et spem magna hæc misericordia accenditur. In his namque qui speraverunt et crediderunt, sensim ignem illum exsuscitat, eorumque intelligentiæ manifestat. Deinde cum gaudio titionibus humilitatis ac misericordiæ subjectis, flamma emicat, vicinosque illustrat : illius, quia non ex nobis, sed ex Deo est misericordia; hujus, quia misericordiam consecutum, plane misericordem esse decet. Quod si qui item altero baptismo per angelicum habitum accepto, quid acciperent, non intellexerunt, divinam et omnipotentem sancti Spiritus virtutem non participant, gratia ea similiter avolante, ut quæ per aquæ baptismum collata est : et propter stuporem adhuc ad malum proni sunt ut prius; inanis est eorum fides, vanumque secundum quoque baptisma, cum sensus expertibus, et mortuis indumenta sacra sint imposita. Una est enim salutis notitia, quia et veritas unum est, menti intelligenti, et intelligenti animæ donatæ per fidem supernæ gratiæ sanctissimi Spiritus intellectualis cognitio. Dignantur enim tali gratia, qui in Christum, cum baptizarentur, crediderunt, alii quidem ut et signa faciant; plurimi ut ad malum immobiles, ad bonum contra perfaciles perseverent, et quidquid Deo placet, id in vita impigre et exsultabundi consectentur. Hic eorum ordo est, qui in Christum crediderunt.

Sed videndum, ne quando præter nunc ordinem quidam aut ministri ecclesiastici, aut sacerdotes, aut episcopi, et animarum magistri sint, et veniat *fex iræ Dei*[28] super nos, si non sit qui imperitos instituat et erudiat, divinissimaque, et humanum captum superanti fictione refingat. Hanc enim cuiquam fas, nisi prius naturæ divinæ consorti, Spiritus sancti cathedram, ut ita dicam, magistralem conscendere : alioqui Dei adversus se iram concitabit. Hac nempe de causa multi in verbo sapientes, alii hæresis auctores ac duces exstiterunt; alii hæreticorum sermonibus capti sunt. Cæterum quoniam quemadmodum a divino baptismate, velut a principiis informati essent, non intellexerunt, ingressi prius per pœnitentiam et cognitionem, ut supra diximus, intercedente impositione manuum per arbitros et œconomos magni hujus mysterii, et sacræ scientiæ peritos, informationem ab initio, speciemque ac formam spiritualium, et mysticorum habituum suorum consequantur; ut confirmati, in vinea Dei laborent, ne fides ipsorum, et confessione irrita sit, et Christus nequidquam creditus et adoratus, nihil eis prosit. Nec enim, ut quispiam fortasse dixerit, Deus homo natus est, ut ita simpliciter Deus homo crederetur, illique adoratio adhiberetur : verum ut nos divinæ naturæ consortes fieremus, sicut ipse naturæ humanæ consortem se fecisset, cognoscerentque adepti hoc consortium mysterii vim, et gratias agerent. Et quotquot hujus consortii gnari sunt, ac de eo probe judicant, hi sunt amici Christi, his creditum est hoc mysterium, et hi vitam Christi imitabuntur. Qui autem ejus naturæ participes, sive consortes facti sunt; aut cum facti essent, rem ignorarunt, ii hostes ejus sunt : propterea quod omnis qui cum natura divina nihil commune habet, carnalis est, et Deo placere non potest : *Prudentia enim carnis inimica est Deo*[29], *et caro, et sanguis regnum Dei non possidebunt. Non enim corruptio incorruptionem possidebit*[27]; sed audiet aliquando : *Etiam quod videtur habere, auferetur ab eo. Habenti enim dabitur, et abundabit*[18], propter gratiam immensam, inexhaustam, superabundantem, et quæ imminui atque consumi non potest. Nam ponamus quempiam mille annos vivere, ac per totidem annos in dies singulos divina gratia perfundi, cum sane illa supra Christum quodammodo locabit, cum totum impleat (siquidem ipse ætate et gratia proficiebat), ipsa tamen salva, nihilque imminuta manebit. Veruntamen non est prorsus necessarium, paulatim eam mundare, aut minui, et paulatim deficientem vacuum omnino deserere eum qui illa spoliatur, et cum quasi clam recesserit, ipsi hujus recessus sensum non relinquere

ORATIO III.

ARGUMENTUM.

Quæ, et quot sint divinæ cognitionis genera. Cognoscendum quod Deus sit; quid autem sit, non

[26] Galat. III, 27. [28] Psal. LXVIII, 23. [29] Rom. VIII, 7. [27] I Cor. XV, 50. [18] Matth. XIII, 27.

Digitized by Google

scrutandum. Christianum credere, et baptismo ablui oportere. Quis dicatur, et sit christianus : et quis dicatur quidem, nec sit. Qui enim non facit voluntatem Christi, eum non esse christianum. Improbos Christianos perditis Judæis deteriores habendos.

Deum cognoscendi genera, seu modi quinque sunt. Primus, quod Deus nihil sit eorum omnium quæcumque aut sub aspectum, aut sermonem, aut intelligentiam subjiciuntur. Alter, quod si quid est, quod vel aspectu sentiatur, vel oratione exprimatur, vel mente tantummodo comprehendatur, ab ipso sit, cum prius non exstiterit. Tertius, quod hæc omnia, nullius eorum indigus, bonitate sua e nihilo procreaverit, ut ipsius gloria potius fruerentur, in ipsoque subsisterent. Quartus, et quod cum bonus sit, omne quod bonum et honestum est, id velit, et omnem pravitatem vitiositatemque oderit. Quintus, quod in ipso omnis administratio, et vita virtutis compos ac divina feliciter institui possit; non aliter, nisi illius vi ac potestate adjuvante, quæ sensum oculorum, intellectumque fugiens, complectitur omnia, et præcellit omnibus, nullique nisi castissime se invocanti opitulantur.

Est porro Divinitas, quantum humana lingua enuntiari, quantumque metaphora quadam ab essentia, et natura ducta indicari potest, una essentia et natura superessentialis et supernaturalis; tres autem hypostases, sive subsistentiæ, alia atque alia unius unitatis, et rursum tripartito discrimine divisæ unitatis, et discriminum unitorum : ut ipsa Divinitas non sit unum, neque tria, sed et unum, et tria in eodem : ut neque unum per unionem confundatur, neque tria per distinctionem separentur. Deitas itaque cum sit superessentialis, etiam et sola est immutabilis et invariabilis; estque tanquam mens, rationem et spiritum habens dicturque Pater, Filii Pater (qui est quasi ratio) et productor Spiritus (2), quemadmodum item genitor rationis. Et cum Pater Deus nominatur, simul cum Filio, ac Spiritu intelligitur. Quando autem Filius nominatur Deus, intelligitur Filium esse Dei. Quando demum Spiritus sanctus appellatur Deus, A intelligitur eum ex Patre procedentem, etiam Filii Spiritum esse, unione et discretione inexplicabili.

Scire igitur solum oportet, Deum esse : quid autem sit, investigare, non modo temerarium, sed etiam vehementer stultum est. Figulus enim vasa e luto fingens, et ea ex eadem, qua ipse constat, substantia (de luto quippe et ipse fictus est) nunquam vas, quod suis manibus efformavit, se de ipso artifice suo alloqui audivit. Jam si figulus tantopere differt a vase fictili, cui substantia similis est, quantopere Deus ab homine discrepat? Si enim Deus nihil istorum est, quæ aut cernuntur, aut nominantur, aut cogitantur, quicumque illius essentiam indagare, aut animo percipere desiderat, is minus quam testa rationis est particeps. Quod B cum ita sit, silentio venerandus et adorandus est unus Deus, quem nemo hominum vidit, nec videre potest, et credendum in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, unam naturam, et tres proprietates hypostaticas, et magnum œconomiæ mysterium, quod Verbum Dei, et Filius, in Patre genitus et subsistens, ab eodem non separatus, conclusus fuerit utero Mariæ, ante partum et post partum virginis, factusque sit caro, humana natura perfecte in seipso suscepta, manseritque Deus immutabilis, et natus sit ex ea homo, unus in duabus naturis perfectis, et his citra confusionem permistis, ac sine divisione unitis. Item quod sponte, ac libens tormenta passus, sponte ab homicidis interfectus, sponte sepultus, Deitate ejus nequaquam per mortem nec ab anima, nec a corpore suo quod susceperat, sejuncta. Deinde et tertia die redivivus ab inferis exstitit, et post dies quadragenos ut homo in cœlum assumptus, in throno divinitatis suæ cum carne sua considet, laudibusque cum Patre suo, et sancto Spiritu ab universis cœlestium ordinibus celebratur. Et hæc facta esse credendum, ut Spiritu sancto, quo Adamus protoplastus prævaricator exutus ac nudatus fuerat, per Christum ipsum, qui in eumdem crederent, induerentur, et participes facti Spiritus sancti, tum divina mandata per illum operari, ut olim sancti

(2) Καὶ λέγεται Πατὴρ Υἱοῦ τοῦ Λόγου, ὃ καὶ προβολεὺς τοῦ Πνεύματος, ὥσπερχοη γεννήτωρ τοῦ Λόγου. Paulo post : Ὅταν δὲ ὀνομάζηται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Θεὸς νοεῖται ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ τοῦ Υἱοῦ Πνεῦμα ὑπάρχον. Quibus verbis videri posset favere Simeon errori Græcorum, de processione sancti Spiritus ex solo Patre. Sed non est cur quis Simeonem hunc trahat; cum enim vixerit et floruerit sub imperatoribus Iconomachis Leone Isauro, et Constantino Copronymo, ut suo loco ostensum; non est quod quis existimet, eum ejus opinionis fuisse, cujus hodie sunt Græci : cum ea post multum demum annos sub Photio patriarcha Constantinopolitano nata, et pertinaciter defendi cœpta sit. Fecit quidem olim Theodoretus, cum adhuc a Nestorianis partibus staret, hujus erroris semina in refutatione Anathematismorum sancti Cyrilli cap. 9, aperte scribens, a solo Patre Spiritum sanctum esse : attamen sepultus jacuit hic error, donec D sub Michaele imperatore Constantinopolitano, et Nicolao I pontifice Romano, Photius contra Romanam Ecclesiam brachia tendere instituit, qui inter cæteras labes, quibus Græciam infecit, vel potius perdidit, hanc etiam de Spiritu sancto ex solo Patre Orientali Ecclesiæ affricuit, incredibili tot animarum strage. Nec dicit Simeon noster aut hic, aut alibi Spiritum sanctum ex solo Patre procedere; sed ex Patre. Ut ergo Christus Joan. xv, 26, illis verbis : *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit*, non exclusit Filium, hoc est, seipsum, ita nec antiqui scriptores, qui hac loquendi formula utuntur, excludunt Filium. Vide cardinalem Bellarminum, lib. II *De Christo*, præsertim cap. 27. Et hujus adnotationis lectorem memorem esse oportet, cum ad orationem decimam quintam; similesque locos de processione sancti Spiritus pervenerit.

Digitized by Google

per fidem, tum diabolum ac dæmonas inaspectabiles debellare possent. Absque Spiritu sancto enim nec peccatis vacare, nec potestatem dæmonum adversum nos, viresque repellere possumus. Baptizari quoque oportet in Trinitate consubstantiali, quam et credimus, prout Dominus noster Jesus Christus imperavit, cum apostolis ita præcepit : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes, eos servare omnia quæcunque mandavi vobis* [29]. Quæ si servemus, nostram erga illum charitatem demonstramus, et qui in ea maneamus, digni habemur ; sicut scriptum : *Si mandata mea servaveritis, manebitis in dilectione mea : sicut et ego Patris mei præcepta servavi, et maneo in ejus dilectione* [30]. Si non servemus, illum non amare convincimur : *Qui enim non diligit me*, inquit Dominus, *sermones meos non servat* [31]. Et iterum : *Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me* [32]. Quapropter qui in Christum credit, non habet aliud prius, quo fidem suam ostendat ac probet, nisi quia fugit, quæ ille prohibuit, et facit quæ jussit.

Præclarum est in Christum credere : sed necesse est etiam Christo credere. Nam qui Christo non credit, in Christum credendo nihil proficit. Credere quidem in Christum debemus, ut in Deum, consubstantialem Deo et Patri, hominem natum propter nos, ut dictum est. Credere autem illi etiam in omnibus quæ locutus est, nempe in bonis ac præmiis quæ pollicitus, et in suppliciis quæ comminatus est. Etenim martyres, qui in eum crediderunt, cum credidissent dicenti : *Qui me negaverit, negabo illum vicissim : et qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* [33], ideo ad mortem usque cruciamenta sustinuerunt. Alioqui, cedo, qui vitam projecissent, si in his ei fidem non habuissent ? Et omnes qui cum sanctimonia ætatem egerunt suam ob divina illa promissa, pollicitationesque, et minas ac terrores, ita sancte justeque vixerunt. Qui autem in Christum credit, neque etiam illi credere profitetur, neque tamen ab improbis factis declinat, neque ad virtutem incumbit, infidelis est, Christum negat, *per prævaricationem legis Deum inhonorans*, ut apud Apostolum legimus [34]. Quod si affirmet, credere se quidem Christo, quando quidem et in ipsum credat, in virtutibus autem elaborare, hoc est, mandata ejus observare præ infirmitate non posse, mentitur : omnia namque apostolis a Christo Deo præcepta, nobis similiter præcepta sunt, eaque dum in hac vita commoramur, servare quidem possumus ; sed quia charitate in Christum imbecilles sumus, nolumus. Quorsum enim alioqui verba illa Apostoli de Christo pertinebant : *Qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio ? Christus enim Dei virtus et Dei sapientia* [35]. Patet igitur cum huic non communicasse. Virtus enim Christi duplex est credentibus : quando et ipse, licet secundum hypostasin unus, tamen duplex est. Et ut substantia nostrum similis, et genere noster frater, cordibus nostris prius ejusmodi statum largitur, qualem habeat oportet : qui proprie homo est. Secum quippe communionem habentem, pœnitentia contritum et humiliatum, sobrium, compunctum facit ut, cum talem effecerit, supplicantem non despiciat : sicut et Propheta ait : *Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies* [36]. Qui enim in corde contrito et humiliato non petit, despicitur.

Ubi deinde Christianus talem se præbuerit, tunc oranti, petentique Christus etiam virtutes donat ; quippe ut jam mitem et paratum doceri vias Domini [37] (soli namque mites eas docentur), reddit eum castum, temperantem, justum, fortem in tentationibus, rerum divinarum peritum, misericordem, aliena incommoda sentientem, humanum, bonum Christianum, Christi insigula portantem, ac fidelem. Creditur enim illi gratia sanctissimi Spiritus ejus, per quam, et in qua ista acquisivit (a solo enim Deo virtutes hominibus suppeditantur), fitque similis Patri suo cœlesti, sicut et divinus apostolus Joannes Theologus inquit : *Filioli, nondum apparuit quid erimus. Scimus enim quod, cum apparuerit, similes illi erimus* [38], id est, Christo Deo, Filio Dei. Regnum cœlorum siquidem tales admittit, qui Filii Dei similitudinem gerant, quam quidem consummata Dei mandatorum observatio conciliat, et ea ipsa ex charitate erga Christum proficiscitur : *Qui diligit me*, ait Dominus, *mandata mea servabit* [39]. Et qui servat mandata Christi, ejus similitudinem adipiscitur : formatur enim in eo Christus, juxta illud Apostoli : *Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis* [40]. Nisi enim in christiano quolibet Christus formatus inveniatur, regnum cœlorum ei non patebit.

Itaque nemo Christianus semet decipiat, putans se partem habere cum Christo, dum non obtemperat Christo : *Non enim omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum : sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est* [41]. Et rursum : *Ego descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed ejus qui misit me Patris* [42]. Atqui Patris et Filii voluntas eadem est. Si ergo Dominus ipse hæc loquitur, quo pacto in Christianis numerabitur qui suam voluntatem facit, et Christi quasi limis oculis aspicit ? Aut qua tandem spe Christum esse Dominum confitetur ? Quis, quæso, cui servit, eum fatetur esse Dominum suum, et eidem non obedit ? Dæmones Christo non obsequuntur, nihilominus eum confitentur, et horrent

[29] Matth. xxviii, 18-20. [30] Joan xv, 10. [31] Joan. xiv, 24. [32] Ibid. 21. [33] Matth. x, 22, 23. [34] Rom. ii, 23. [35] I Cor. i, 24-30. [36] Psal. l, 19. [37] Psal. xxiv, 1, 5. [38] I Joan. iii, 2. [39] Joan. xiv, 23. [40] Galat, iv, 19. [41] Matth. vii, 21. [42] Joan. vi, 38.

Digitized by Google

Deum esse : aiunt enim : *Novimus te qui sis sanctus Dei* [45]. Sed quoniam defecerunt, jamque nec volunt nec possunt, hunc, Dominum suum appellare; etiam ejus voluntati obtemperare nequeunt. Solus igitur ille censendus est Christianus, qui Christum simul Dominum suum confitetur, simul eidem obsecundat. Qui enim habet, et confitetur Christum Dominum suum, virtute cognominationis a Christi nomine confirmatur, ut se ad arbitrium ejus voluntatemque accommodet. Si non confirmatur, tum eum ore tenus Christum confiteri, corde autem longe ab eo distare certum est [46]. Fieri siquidem non potest, ut qui medullitus Christum Dominum suum confitetur, non etiam ejus voluntati parere queat. Magnitudini enim fidei alacritatis ad exsequendam Dei voluntatem incrementum respondet. Ergo qui mandata conficit, secundum proportionem obedientiæ suæ, modum ac mensuram fidei suæ demonstrat. E contrario, qui mandata negligit, pro portione cessationis, omissionisve, quantopere in fide claudicet, ostendit, et pro incredulitatis suæ modo gratiæ detrimentum accipit. Nam ut sine Christo Christi voluntatem facias, haud est possibile, id quod ipsemet testatur : *Quia*, inquit, *sine me nihil potestis facere* [47]. Jam qui Christi voluntatem non facit, absque Christo est, nec ex eo quod Christum confitetur, ullam utilitatem capiet. Etenim Christum confiteri, et Christo obedire, quanquam duo videntur, tamen non duo, sed unum quiddam sunt : nec enim unum sine altero constat, tametsi ignorantes quidam aliter sentiant. Audi apostolum : *Fides sine operibus virtua est in semetipsa* [48]. Et Dominum : *Quid me vocatis, Domine, Domine, et non facitis quæ dico* [49] ? *Amen, amen dico vobis, omnis qui facit peccatum, non est servus Christi, sed peccati* [50-52]. Servus autem peccati in domo Dei et Patris manere non potest in æternum : sed Filius, et quem Filius a servitute peccati liberaverit. Atqui domus Dei et Patris, regnum est ejus. Si quis ergo christianus appellatus dicit : Confiteor Christum, et in ipsum credo, et in hac sola confessione christianismum suum constituit, seque hac via regnum Christi assecuturum arbitratur, seipsum seducit. Quonam enim modo christianus erit, qui in singulos dies, vel potius in singulas horas Christum operibus negat, quem Deum esse verbis confitetur ? En Apostolum dicentem : *Deum confitentur se nosse, factis autem negant abominati, incredibiles, et ad omne opus bonum reprobi* [53]. Nam qui jussa Christi contemnit, is ne existimet se non etiam hoc ipso Christum negare. Quoties enim mandata Christi violat, toties eumdem negat : ut e diverso, qui legibus ejus obedit, singulis actionibus obedientiæ illius Christum confitetur. Quia ut factis negant, qui verbis tantum credunt, sic operibus fidem suam testantur, qui verbis eam confitentur ; quoniam timent Deum, quem confitentur.

Timere autem Deum, aliud nihil est, quam nihil improbi facinoris committere, cum nemo videt. Multi quippe propter timorem hominum, propter pudorem, propter gratiam a flagitio temperant ; quod proinde est, ac si perpetrarent. Quemadmodum ex altera parte, qui his causis commoti, laudabile quidpiam præstant, eodem loco sunt, quo qui non præstant, propterea quod quicunque in recte factis hominum favorem plausumque aucupatur, aut ex alio quodam affectu ea suscipit, reprobus est apud Deum. Verum in omni opere, verbo, cogitatione is finis propositus esse debet, ut Deo placeas, illumque honores, convenienter sententiæ apostolicæ : *Sive comeditis, sive aliud quid facitis, omnia ad gloriam Dei facite* [54]. Quod si verbum hoc verum ac certum est, sicut est (regis enim et judicis, et Domini Jesu omnipotentis est), nempe : *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum* [55], quid supra Scribas et Pharisæos præmil reportabunt, qui injustitia abundaverint ? Si enim illi, cum essent extra gratiam, justitia erant præditi, et qui Christum, hoc est Deum induerunt, potius injustitia cumulati fuerint, num qui a regno cœlorum velut exsulatum mittantur, dignissimi non erunt ?

ORATIO IV.

Argumentum.

Qui petit, nesciens quid petat, eum frustra petere. Quod si etiam scit quid petat, nec tamen prius accepit quod petit, id ei nihil prodesse. Quod sit regnum cœlorum, et qua ratione Christiani id arquirant. Quis sit malus (dæmon) et quo pacto ab ejus jugo liberari possimus. Quomodo, et per quæ tandem opera anima resurgat.

Plerique Christiani, partim qui cultu monastico incedunt, partim qui in vita mundana pietati dant operam, spiritualem sese fructum percipere opinantur, cum Davidicos psalmos, et reliqua cantica cecinerint tantum quod ea decantarint, et se ita glorificare Deum opinantur ; nescientes se et illum exacerbare ; et præterquam quod nullum consequuntur emolumentum, etiam non levi peccato ex hoc obstringi. Omnis enim sermo non simpliciter sermo, sed alicujus rei sermo est. Nam si quis esurit et sitit, et nudus est, si rogaverit panem et vinum, et vestimentum, num ei satis est tantum modo loqui ; an, si nihil obtinuerit, ipse quemadmodum antea esurit, sitit, nudus est, et sermo ei nihil contulit ? Idem in canticis omnibus usuvenit. Quæ enim psalluntur, aut petitiones sunt, aut gratiarum actiones eorum, qui, quæ petunt impetrant. Qui igitur dicit Deo : *Adveniat regnum tuum*, nisi modum regni didicerit, quomodo ad-

[45] Marc. I, 24. [46] Isa. XXIX, 13. [47] Joan. XV, 5. [48] Tit. I, 16. [49] I Cor. X, 31. [50] Matth. V, 20. [51] Jac. II, 20. [52] Luc. VI, 46. [53-55] Joan. VIII, 34.

Digitized by Google

venlet? Sin modum quidem intelligat, quo venit, ipse autem qui regnum advocat, idcirco preces concipit, ei subjectus non est, quid lucri ex eo quod dicit: *Adveniat regnum tuum*, referet? ait enim Dominus in Evangelio: *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum* [55]. Quo ergo qui omnia ex nihilo produxit, quique implet omnia, et est ubique, et regit omnia Deus, quo, inquam, ille, et regnum ejus nunc abierunt? Utique nisi recessisset et nunc rediisset, non dixisset: *Quoniam appropinquavit*. Non recessit ille, sed ipsi nos ab eo abrupimus: ab ipso enim Adamo conditio nobis conjunctus erat. Qui postquam fraude circumventus, scelere se obligavit, regnum Dei, quod est Spiritus sanctus, a nobis seclusum est. Nequit enim Deus bonus et sanctus cum improbitate habere commercium. Porro cum ipsi per nos ad bonitatem regredi non valeremus (quemadmodum et pannus lacer, luto et putredine fœdatus, a semet, et sine aqua ablui non potest), idcirco ipse rursum venit, qui nos valet abluere, ut nos primum aqua, Spiritu sancto mista ac temperata lavet: deinde mundus ipse super mundatos regnet: ut super nos regnans, per nos voluntates suas in opus deducat. Nisi enim ipse imperium in nos teneat, a nobis fieri quod illum delectet, neutiquam potest. Quocirca quicunque suo regno Dei prius non fuit, nec secundum Intellectum sentit, Deum in ipso voluntatem suam per Christum explere, frustra defatigatur, frustra vivit, impostoris regnum etiamnum patitur, nec animadvertit. Etenim nisi anima intelligens, regni Dei, quo contacta est, sensum intellectualem acceperit, salutis nulla spes relinquitur. Cæterum ratione utentem animam quæ regnatur, divinitatis regnantis beneficia et sancti Spiritus multiplicem efficientiam intelligere oportet, charitatem, gaudium, pacem, longanimitatem, et cætera. Ubi namque Deus rex est, ibi diabolo non servitur: sed omne ministerium ad Deum confertur.

Rursum qui Deum ita precantur: *Libera nos a malo*, nisi quis sit ille malus, et quomodo possideantur a malo, et quæ ejus vincula, quæ item ejus in subjugatos potestas, cognoverint, quo pacto Deus illos liberabit? Quod si hæc eos non latent, nec tamen a malo liberati sunt, clamare assidue: Sed libera nos a malo, quid prodest? Malus enim est, qui in naturam humanam legem peccati implicuit diabolus: quem quandiu actionibus cum improbitate conjunctis colimus, non est pars nostra ille bonus, nec Dei regno digni sumus, ut qui ipsum falso Deum Patremque nominemus, cum diabolum principem, et patrem, et dominum, ac deum habeamus, cujus et characterem in nobis per opera vitæ nostræ ferimus, sicut Judæis alicubi objicit Dominus: *Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere* [56]. Et: *A quo quis victus est, hujus et servus est* [57]. Quemadmodum enim filius omnis similis est patri (filius quippe non nisi ex natura patris sui exsistit), sic et Christianum Patris sui, Christi, inquam, similitudinem, per virtutes Spiritus, non similitudinem mali, per affectus peccati inducere opus est. Quare tyrannis illius mali cognoscenda est, et qua vafritie ac dolo eam exerceat: qua item via evertenda ac destruenda sit, ut docti regnum Christi, ejusque percepta notitia idipsum in veritate advenire et a cupiditatum laqueis, malique servitute expediri, vindicarique desideremus. Verumenimvero iis duntaxat regnum Dei advenit, qui ipsum cognoverunt: et in quibus regnat, eos angelorum cives reddit. Nam ex inobedientia primi hominis genus humanum maledicto devinctum est: maledictum consecuta est corruptio, corruptionem excepit interitio. Contra, ex obedientia secundi hominis, Christi videlicet, pervenit ad nos benedictio, ex benedictione incorruptio, ex incorruptione immortalitas, ex immortalitate vita, et ut olim, vita ex Deo. Ubi enim est Deus, inde diabolus ac dæmones fugiunt. Ita liberatio a malo, et a dæmonibus ejus, redemptioque generi hominum per Christum parta est; ante quam libertatem nemo se hominem existimet. Melius enim erat, ei si natus non fuisset.

Porro duo sunt in his qui quid petant nesciunt: ignorantia et stupor. Et ignorans quidem quid dicat non videt: stupidus quid roget, nescit. Quis autem princeps misericordiam petenti, et tamen quæ illi præstatur misericordiam ignoranti, aut non intelligenti quod dicat, largiri solet, quæ labiis tantum simpliciter, et quasi ex sola consuetudine, ut æs sonans, aut cymbalum tinniens promit? Propter hoc regnum diaboli, et potestas ejus adversum Christianos invalescit ac stabilitur. Et hinc tum monachi, tum sæculares christiani mendaces, maledici, criminatores, perjuri, zelotypi, invidi, queruli, detractores, avari, raptores, injusti, hypocritæ, fornicarii, adulteri, lascivi, improbi, superbi, legirupæ inveniuntur. Et hæc dici, atque esse Christiani gloriantur, populus stultus, insipiens, inobediens, ingratus, sine affectione, absque fœdere, osor hominum, osor fratrum, osor patrum, osor liberorum, osor amicorum, Deo odibilis. Væ talibus cum Deo laudes concinunt; væ cum dant eleemosynas; væ cum dona Deo offerunt: væ cum Deum adorant; væ cum preces ad eum fundunt. Etenim *viæ impiorum abominabiles coram Deo* [58], et precatio iracundi ac malevoli, odor deterrimus: eleemosyna superbi holocaustum canis, et beneficentia libidinosi, merces meretricis: avari munus, sacrificium immundum, et sanguis suillus. Sed enim interrogabit quispiam fortasse, quid igitur isti faciant? Quisque eorum, quod illum decet. Qui indignitatem suam perspexerit, cum sacer-

[55] Matth. III, 2. [56] Joan. VIII, 44. [57] II Petr. II, 19. [58] Prov. XV, 8.

Digitized by Google

dote congressus, rationem veritatis edocebitur, quatenus ei Evangelium justitiæ revelatum fuerit et tunc aptum et conveniens Christiano homini vitæ institutum capesset.

Discendum est ergo prius, quid sit : *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis* [87]. Quæ sit bona voluntas. Quid illud : *Deus Dominus, et illuxit nobis* [88]. Quid illud : *illucere*. Christianus enim quilibet, qui Deum ejus jussis factitandis, mandatisque custodiendis non glorificat, nihil ab iis distat, qui in Deum non credunt, nisi etiam iisdem deterior est : *Si ego Pater sum*, inquit, *ubi est honor meus? et si Dominus sum, ubi est timor meus* [89] ? Placuit autem Deo et Patri humanam naturam, quæ a vita divina per peccatum desciverat, secumque inimicitias susceperat, per incarnationem Filii sibi reconciliare, eamque cum divina vita denuo copulare, ut item Apostolus scribit : *Justificati per fidem Domini nostri Jesu Christi, pacem habemus ad Deum per conversationem in Christo* [90]. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriæ solvit, inimicitias in carne sua* [91], *et pacificavit per sanguinem crucis suæ per semetipsum, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt. Et nos cum essemus aliquo modo alienati, et inimici sensu in operibus malis, nunc reconciliavit in corpore carnis suæ per mortem, et exhibuit nos sanctos, et immaculatos, et irreprehensibiles coram ipso : si tamen permanetis in fide fundati, et stabiles, et immobiles a spe Evangelii quod audistis, quod prædicatum est omni creaturæ quæ sub cœlo est, cujus factus sum ego Paulus minister* [92]. Christianus enim, qui per transgressionem mandatorum Evangelii Christo resistit, et cum Deo bellum gerit, sibimet, ac Deo inimicus est et cum eo pacem habere neutiquam potest. Eousque siquidem inimici atque hostes Dei sumus, etiamsi fidelium nos appellatione velemus, quousque passionibus ignominiæ servire concupiscimus : *Apparuit*, inquit, *gratia Dei et Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et sæcularia desideria pie, sobrie, et juste vivamus in hoc sæculo* [93]. Igitur qui non pie vivit, impius est. Et qui non sobrie ac juste vitam traducit, multum abest ut ei gratia Dei salutaris appareat. Et quomodo hic Christianorum ordine et loco censeatur ? Ingrediens vero templum Domini, quid dicet ? gratias aget, an petet ? Si illud, semet fallit, utpote non habens, cum non acceperit, et nequidquam gratias agens. Si hoc, qua petitione ? quam non novit, et quam ignorat ? Talis nullius pretii, et inutilis est, tanquam incredulus, et mortuus, et atheus : incredulus, quoniam Christi resurrectionem non susceepit, summopere mentiens, cum in cantico dicit : *Christi resurrectionem speculati*, etc. Ipse enim adhuc inter mortuos versatur, nec hausit a Deo rorem, qui intelligentia perspicitur, et mortuis sanitatem impertit. Christi quippe resurrectio et gloria, nostra, qui sepulti infra jacemus, resurrectio est, quæ per resurrectionem ejus in nobis fit, ostenditur, et apparet, ut est in sanctissimo responsorio, quod ore nostro quotidie depromimus : *Christi resurrectionem speculati, adoremus sanctum Dominum Jesum Christum, qui solus omni peccato vacat.* Ille enim cum nunquam peccatum ullum admiserit, ut scriptum est, nec ullam gloriæ suæ immutationem quoquomodo passus, qui resurget aliquando, et glorificabitur, qui supra modum, et supra omnem principatum, et potestatem glorificatus est, et manet ? Sed resurrectio, et gloria Christi, nostra est gloria, ut diximus, quæ per resurrectionem scilicet ejus in nobis fit, et in nobis conspicitur. Quia enim nostra semel assumpsit, quæ in nobis ipse facit, ea sibi ascribit. Et quemadmodum ipse Christus, et Deus noster in cruce suspensus, cum in seipso peccata mundi cruci affixisset, mortemque gustavisset, et in infima inferni descendisset, deinde rursum exstitisset, in immaculatum corpus suum revertit, a quo, cum eo descenderet nequaquam dissociata est ejus divinitas, statimque a mortuis resurrexit ; ac deinde cum virtute et gloria multa in cœlum ascendit : sic sane et nunc nobis de mundo egredientibus, et imitatione quadam passionis ejus pœnitentiæ, et humilitatis monumentum quoddam subeuntibus, ipse de cœlo descendens, corpus nostrum ceu sepulcrum ingreditur, unitusque animabus nostris, convenienter eas a morte suscitat.

Resurrectio autem animæ, est illius cum vita conjunctio. Sicut enim corpus mortuum, nisi animam viventem in se recipiat, et cum ea absque mistione misceatur, non dicitur, nec dici potest vivere : sic nec anima sola per seipsam vivere potest, nisi modo quodam inexplicabili, citraque confusionem cum Deo, qui vere vita æterna est, consocietur, et uniatur. Unita autem Deo, mox ei, qui ita cum Christo resurrexit, mysticæ resurrectionis suæ gloriam cernendi facultatem præbet. Hinc dicimus : *Deus Dominus, et illuxit nobis.* Et secundum significantes adventum, subjicimus : *Benedictus qui venit in nomine Domini* [94]. Hanc resurrectionem qui liquido non vidit (utpote incredulus, impius ac mortuus), nec Christum Jesum ut sanctum, ac Dominum adorare potest : *Nemo enim*, inquit, *potest dicere : Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto* [95]. Et alibi : *Spiritus est Deus, et qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare* [96] ; hoc est, in Spiritu sancto, et in unigenito ejus Filio. Hic autem infidelis est, qui fidem per opera non ostendit, quando fides secun

[87] Luc. II, 14. [88] Psal. CXVII, 27. [89] Malac. I, 6. [90] Rom. V, 1. [91] Ephes. II, 14. [92] Coloss. I, 20-23. [93] Tit. II, 12. [94] Matth. XXI, 9. [95] I Cor. XII, 3. [96] Joan. IV, 24.

Digitized by Google

dum Jacobum apostolum sine operibus in se ipsa est mortua, sicut et opera sine fide [67]. Mortuus autem ideo, quia vivificantem Deum in se non habet; quandoquidem cum qui dixit : *Qui diligit me, mandata mea servabit, et ego et Pater per Spiritum veniemus, et mansionem apud eum faciemus* [68], in sese non possidet, qui præsentia sua ipsum a mortuis excitet, atque vivificet, et tum excitatum in se, tum excitatorem videre largiatur. Cum enim in nobis per Spiritum fuerit, animas nostras a mortuis resuscitat, easque vita munerat, concediteque ut ipsum totum, qui immortalis, et interitus expers est, vivere in nobis videamus. Etenim anima, antequam se Deo unitam cognoscat, videat, ac sentiat, quanquam intelligens, et natura immortalis est, nihilominus mortua, cæca, et sine sensu est. Atheus autem est, quia si judicium futurum, et supplicia sempiterna credidisset, vitam suam in nugis non exigeret. Nunc tam eos videri in perniciem ruere, quam nec ethnicos, super quos nomen Dei invocatum non est, indignum est. Et ambulant subnixi, nec majores suos miseri intuentur. Non sunt isti Christiani ne semet ludificentur, non sunt : sed impii, et sine Deo, et increduli; præsertim si monachi, aut sacerdotes sint, proh dolor! Sin autem episcopi, o Christe, patientiam, et longanimitatem tuam, quod non terra dehiscit, eosque absorbet.

Si quis hujusmodi peste laborat, quomodo, obsecro, in templum, et maxime in Sancta sanctorum ingredietur? Scribens enim ad Corinthios Apostolus clamat : *Nolite errare, neque fornicarii, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque raptores, neque injusti, regnum Dei possidebunt. Et hæc fuistis*, inquit, *sed ablati, sed sanctificati, sed justificati estis in nomine Domini Jesu, et in spiritu Dei nostri* [69]. Qui enim ablutus, et sanctificatus, et justificatus est, ad ista aut immobilis est prorsus, aut difficile movetur. Quod si eo levi momento impellitur, cum de integro contaminatum, et ablutione gratiæ nudatum, justitiaque spoliatum, atque ideo ab Ecclesia Christi semotum, et ejus solo, ingressuque in templum Domini indignum esse constat. Quisquis ergo talem in se characterem animadverterit, saluti suæ prospiciat, certo sciens se extra christianismum esse Christumque sibi nihil profuturum : sed cum diabolo in ignem illi præparatum abiturum. Nisi enim sigillatim Christianorum mysteria cognoverit, scilicet per virtutem Christi intelligibilem iterum conflari, ac refingi debere, et in divinum hominem transmutari, fierique novam creaturam, et hominem novum, quo fides et baptismus referuntur, frustra Christiani nomen usurpat. Nam quicunque servatur, aut redimitur, aut liberatur, aut honore angetur, aut beneficio afficitur, aut opibus cumulatur, ab alio, non a seipso unumquodque horum assequitur. Quin etiam omnis qui lapsus, et attritus est, ab alio erigitur, et portatur, cum semet erigere non queat. Verumtamen, si se lapsum sentit, a quo erigatur, quærit, et inventum rogat, hortaturque. In sanitatem autem restitutus gratias agit, eumque collaudat, a quo erectus, sublatus, et sanatus est. Sic Christianus quilibet, ante sanitatem exorans illum, cujus opera sanandus est, postea sanitate gratias agit medico. Quod nisi fiat, omnia inania, et cum iis quoque psalmodiæ, seu paucæ, seu multæ, inanes ac vanæ sunt.

ORATIO V.

Argumentum.

Qui mysteriorum divinorum participes fieri debeant, et quis indigne manducet, et bibat corpus, ac sanguinem Christi, ut Apostolus loquitur (*I Cor.* xi, 27-29).

Doctrina Patrum est, quemadmodum vir nobilis, et copiosus, si tritum, et directum reliquens iter, perque avia, et solitudinem ambulans in latrones inciderit, veste eleganti dispoliatur, vilique ac detrita, et carnes cruoremque redolente tunica coopertus, cum ipsis crapulæ, et ebrietati, rebus turpibus, et latrocinio vacat, expertusque, et delectatus edacitate illa, potatione, libidinum sordibus (3), tandem tam fœde, et latronum more vivendi consuetudine obfirmatus, et totius cognationis suæ, et honestæ, ac illustris, ordinatæque vitæ prioris, amore gravitatis, et honestatis, in eo penitus frigente, velut oblitus manet : pari modo Christianus, si deserta Christianis congruenti semita, diaboli via procedat, hoc est, si molestiam, frugalitatem vitæ, morumque gravitatem parvi ducat, et illa inania in amoribus habeat, injustitiam, avaritiam, rapinam, atque ex his ad immunditiam, fornicationem, proterviam delabens, et ita comparatus, gloriam quæ datur ab hominibus persequatur, postquam per iter istiusmodi in manus dæmonum devenerit, aliquando et ipso baptismate sancto, ejusque indicio et insigni nudatur,

[67] Jac. II, 20. [68] Joan. XIV, 23. [69] I Cor. VI, 9-11.

(3) Ἔστιν ὅτε καὶ αὐτὸ τὸ ἅγιον ἐκδύεται βάπτισμα, καὶ τούτου γνώρισμα, ὅταν λήγῃ μὴ δύνασθαι ἄλως δοῦναι διακοπὴν τῇ ὀσελγείᾳ εἰ μὴ μόνον ἐν καιρῷ τοῦ κόρου τῶν αἰσχίστων. Ad verbum. *Est rum et ipsum sanctum exuitur baptisma, et ejus insigne seu nota : cum quis dicit : se non posse luxurie maledicere, nisi ex turpissimis satietatem ceperit.* Locus durior, nisi mollatur benigna interpretatione : quod fiet, si quis asserat Simeonem non loqui de quibusvis peccatoribus; sed de illis, qui, ut Salomon ait, *in profundum venerunt, lætanturque in rebus pessimis* (*Prov.* II, 14); et qui cum inferno pactum pepigerunt. Isti enim exuunt baptismum ejusque notam, non quidem reipsa, cum baptismi character sit indelebilis; sed vita et moribus, cum actiones suas, totamque vitæ rationem non aliter instituant, quam si diabolo ejusque pompæ in baptismo nunquam renuntiassent.

Digitized by Google

cum affirmet, improbitati ac petulantiæ nuntium remittere se plane non posse, ni ante e rebus spurcissimis satietatem ceperit : potissimum si immaculatum Christi corpus, ac pretiosum sanguinem sumere non dubitaverit.

Væ tum ei qui porrexerit, tum ei qui sumpserit. Huic, quia quo majore cum improbitate sumit, eo magis propter imprudentiam, et audaciam diabolicæ potestati subjicitur, derelictus a Deo, sicut in sacro Evangelio scriptum legimus de Juda, cum Dominus in cœna illa divina buccellam intinctam ei porrexisset, illeque accepisset, statim Satanam in eum intravisse. Illi, quia purissimo corpore, et sanguine Domini dignatus est hominem, qui nec pedem in templo ejus ponere dignus fuit : quicum etiam cibum capere Christiano cuilibet interdictum est : *Si quis enim*, ait Apostolus, *frater nominatur, et est aut fornicator, aut avarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere* [70]. Viden' quomodo nec frater est, nisi solo nomine? et damnatum esse proditorem, siquidem hominem peccando tanquam a via deflectentem, et aberrantem, perfectum Dei inimicum reddidit. Sed talis placide rogandus, futurarumque et horribilium pœnarum peccatoribus decretarum redintegranda illi memoria, et commonefaciendus, aut lustar cæci manu ducendus est (nam oculis orbatos non punimus, sed manu ducimus), aut ut demens miserandus, ut qui a diabolo vexetur quo auribus sibi a Domino Deo apertis, impietatem suam aliquando cognoscat, iterumque per pœnitentiam ad fidelium ordinem aggregetur. Talis enim in impietatem ruit, qui si Christum sancte coluisset, et Deum esse cognovisset, qui non vult iniquitatem, juxta illud : *Non habitabit juxta te malignus, neque permanebunt iniqui ante oculos tuos* [71]. Et : *Odit Dominus omnes qui operantur iniquitatem* [72], pavore ac metu se contrahens, corpus ejus contingere noluisset, ne angelica rhomphæa percussus interiret.

Verumenimvero quia hujus generis non pauci in mundo, coram hominibus erubescentes (nimirum ne indigni videantur) divina participare non reformidant quos si quis ab ea audacia deterreat, molestus videtur, et convicia recipit, non enim intelligunt, se id facere, quod erubescant, sed cum immaculata communione prohibentur, incitantur amplius ut sese in vecordiam, summum contemptum, desperationem, perditionemque præcipitent, nec a tanto periculo, quanto majus nec est, nec fuit (per indignam quippe communionem, corporis Christi, et sanguinis rei fiunt) eos revocanti gratias agent. Quid autem intolerabilius, quam supplicium tale incurrere, quale perpetientur, qui Christum in crucem egerunt? Quia, inquam, multi tales sunt, ita eos tractare oportet. Cogenda fratrum multitudo, et Deus super iis cum lacrymis invocandus, ut eos Satanæ tradat in interitum carnis, quo spiritus salvetur in die Domini. Quid porro vult tradi Satanæ in interitum carnis? ut morbis, et incommodis, et doloribus, et plagis, et vulneribus pene immedicabilibus, et variis, atque omnigenis invaletudinibus corpus jactetur ac lancinetur, quemadmodum diabolus Job percussit ulcere pessimo, a pedibus usque ad verticem : ut propter contritionem corporis quanquam inviti sapiant, et quod sani refugerunt, cum gemitibus, cruciatuque præstent. Deus enim anima peccante, corpus ad pœnam vocat. Sanctitudo autem divinæ communionis peccata dispellendi, animæque ab affectione, et impulsu ad ea purgandæ vim ac potestatem validam habet. Et sicut in uno vase ignis, et aqua simul esse nequeunt : ita nec mundissimum Christi corpus, et detestabile peccatum in uno eodemque christiano. Quod si amore peccandi irretitus, dum sanctam Christi carnem, impollutumque sanguinem participat, illico non interit, ibi tamen reconditur, *ubi vermis non moritur, et ignis non extinguitur* [73]. Quamobrem si talis in omnem æternitatem cum diabolo ignem perferre potest, intrepide participet. Sin autem, expedit ei ad tempus a sacra communione arceri, et pœnitere, item aliquandiu indulgere lacrymis, quodque ad se attinet, sudare paululum, frenare aliquantum, ac domitas habere libidines, ac tum demum nullo periculi metu communicare, ad expellendum introgressum, tirannyceque ad lasciviam, aliasque impuritates sollicitantem Satanam. Etenim qui turpibus rebus impense delectatur, haud per se id facit, sed ab ipso diabolo impulsus, cui ab ipso inescatus, ostium appetitus sui voluptarii reseravit, ut inde caput suum proferret. Et nunc sensim ingressus, plane ut super lectalum cordis recubat : perinde ut qui a dæmonibus agitantur, sæpe cum voluptate stercus devorant. Quod cogitare secum debet, quem propter multam Dei misericordiam, visitationemque serpens antiquus vel paulum sapere patitur, et ad Christum confugere, qui solus et dæmones abigere, et tam animi quam corporis morbos depellere potis est.

Porro scire licet, quinque hominum genera sacra communione a sanctis Patribus excludi. Primi sunt catechumeni, utpote baptismo nondum expiati. Secundi, baptizati quidem, sed qui sordes et peccata diligere cœperunt : nam hi vitæ sanctæ desertores, et apostatæ nominantur. Tertii, qui a malis spiritibus humano generi infestis, et adversariis insidentur, et occupantur. Quarti, qui a vita facinorosa recesserunt illi quidem, verum adhuc pœnitentiam agunt. Quinti, qui non totam vitam suam Deo consecrarunt, nec in Christo omnimodis sine crimine vivunt. Quatuor quippe sunt, dignus indignus, digne indigne. Indignus omnino, a cibo

[70] I Cor. v, 11. [71] Psal. v, 6. [72] Ibid. 7 [73] Isa. LXVI, 24.

Digitized by Google

et potu isto rejicitur. Dignus autem, siquidem digne accesserit, dignus est: si indigne, *judicium sibi manducat, et bibit, non dijudicans corpus Domini* [74]. Quinque enim ponuntur ordines ejectitiorum ab Ecclesia: catechumeni, ut nondum baptizati: fornicarii et adulteri, in masculos insanientes, corrupti, homicidæ, avari, raptores, injusti, superbi, iniqui, impœnitentes in his sceleribus; a dæmonibus, posses ii; qui ad pœnitentiam et confessionem accesserunt, et ut ad tempus definitum extra manerent, puniti sunt; postremi, qui perscriptum pœnitentiæ spatium nondum compleverunt. Ili igitur, id est, quinque ordines isti, manifeste indigni sunt (4). Dignus autem corpore, et sanguine Christi purus et incuipatus. Cum vero quispiam dignus, alicujus errati, ut homo reprehensus fuerit, talis dignus indigne susceperit, si non, quod in ipso reprehenditur, excusserit et abjecerit. Itaque et ille edit ac bibit indigne, qui cum dignus sit, digne tamen non accessit.

ORATIO VI.

ARGUMENTUM.

Homines pecunia, vana gloria, et voluptatum illecebris capi, atque irretiri solere.

Tria sunt, quibus anima omnis in hanc vitam ingressa capitur et subjugatur, pecunia sive opes, gloria, voluptas. Omnis namque homo, mundum hunc propter primam primi hominis prævaricationem locum afflictionis et supplicii, ac sola in morte miseriarum, et ærumnarum esse requiem ignorans, cum traducere vitam incipit, ad eam citra molestiam, citraque indigentiam traducendam opes expetit: et procedens in honore et gloria esse desiderat. Ubi ver ætatis contigerit, jucundis rebus frui; ut sensus compos, iis qui sensibus percipiuntur: ut aspectabilis, aspectabilibus: ut temporaneus, temporaneis. Nam qui videt ea quæ sub oculos cadunt, etiam ea quæ non cadunt videre nequit: sicut qui illa inaspectabilia contemplatur, similiter quæ aspectu sentiuntur, intueri non potest. Quisquis enim in vitam hanc quæ videtur, nuper introivit, nisi doceatur, nescit num quædam exstent, oculorum sensum fugientia: atque etiam hoc ipsum ignorat se caducum, et mortalem esse, nec se propter præsentem hunc, sed alium quemdam perpetuumque mundum procreatum: quem ut mereatur, hic erudiri præparari, ac perfici debeat. Tenendum itaque, si hæc tria ei dominabuntur, fore ut ab iis etiam cum volet, se extricare non valeat: uti nec passer tendiculis implicitus

[74] I Cor. II, 29.

(4) Cur non baptizati a sacra communione repellantur, ratio in promptu est; quia baptismus ad omnia sacramenta fores pandit. Secundo rejicit Simeon ab hac cœlestis mensa peccatores, manifestos nimirum et publice notos; scortatores, adulteros, raptores, et hujus generis alios; ut insemet Simeon explicat. Vide S. Th. III p., q. 67. art. 6, et ibid. Franc. Suar. sect. 2 et 5.

Tertio, excludit energumenos, seu a dæmone obsessos. Eosdem excludit S. Dionys. Areopag. cap. 3. *De cœlesti hierarchia*, part. II; collocat enim illos extra templum eo tempore, quo res divina peragitur, inter catechumenos et publice pœnitentes: quem S. Thomas III p. q., 69, art. 9, interpretatur de energumenis nondum baptizatis, *in quibus scilicet nondum est vis dæmonis exstincta, quæ viget in eis per originale peccatum.* Cum energumenis baptismatis unda ablutis dicit S. Thom. idem servandum esse, quod cum cæteris amentitibus, nimirum si absque periculo irreverentiæ communicare possint, et intervalla habeant, non esse illis negandam Eucharistiam; nam ejus virtute et auxilio aut dæmon expelletur, si id ad salutem hominis conducat; aut certe corroborabitur, ut ærumnam illam generoso animo perferat. Hanc doctrinam confirmat sanctus Thomas testimonio Cassiani, cujus hæc sunt verba collat. 7, c. 30: *Communionem vero eis* (obsessis) *sacrosanctam a senioribus nostris nunquam meminimus interdictam: quinimo, si possibile esset, etiam quotidie eis impartiri eam debere censebant.* Paulo post subdit: *Hoc namque modo curatum et abbatem Andronicum nuper aspeximus, aliosque complures. Magis namque ac magis inimicus insultabit obsesso, cum eum a cœlesti medicina viderit segregatum, tantoque dirius et frequentius attentabit, quanto eum a spirituali remedio longius senserit abdicatum.* Hæc Abbas Serenus apud Cassianum: Sic etiam Timotheus Alexandrinus episcopus in suis Responsionibus vult, ut energumeni statis temporibus Eucharistiæ sacramentum percipiant, etsi non quotidie. Idem docet Balsamon scholiis ad Timothei Responsiones: Vide Francisc. Suarez tom. III, d. 69. sect. 2. in fin. Exstant quæstiones monachorum quorumdam, et ad easdem responsa, ubi quæritur an oporteat dæmoniacum communicare sacramentis, sanctum enim Timotheum aliter dixisse; et aliter sanctos apostolos: Responsio est: *Eum qui vere sit dæmoniacus sacramentis minime dignandum esse.* Quod tamen Balsamoni in scholiis ad ejus Responsum non probatur, si loquamur de illo dæmoniaco, qui mentis interdum est compos; et a dæmonis agitatione nonnullam quietem interdum habet

Quarto excludit Simeon ab Eucharistia publice et solemniter pœnitentes. Nam istis non dabatur Eucharistia durante pœnitentiæ tempore, nisi periculum vitæ impenderet; quod cum aliunde, tum ex canonibus apud Gratianum 25, quæst. 6, et ex cod. de pœnitentibus de consecrat. d. 5, liquet. Legantur epistolæ, ut sic vocem, *Pœnitentiales*, Dionysii Alexandrini, S. Athanas. S. Gregor. Thaumaturgi, S. Gregor. Nysseni, S. Basilii, et aliorum cum Balsamonis commentariis.

Quinto rejicit illos a sacra Synaxi, οἱ μὴ ὅλην τὴν ἑαυτῶν ζωὴν τῷ Θεῷ ἀναθέμενοι, καὶ ἐν Χριστῷ ζῶντες ἀμώμοι παντελῶς, *qui totam vitam suam Deo non consecrarunt, neque prorsus in Christo, sine crimine vivunt.* Ubi Simon non videtur loqui de illis, qui vel post baptisma, vel post confessionem peractam denuo peccant; sed de illis, qui in idem lethale peccatum sæpius recidunt, quos vulgo recidivos nominant. De quibus Nesteuta in suo Nomocanone: *Sunt enim multi*, inquit, *qui consuetudine rursus labuntur, et in peccata incidunt. Hi ergo debent semper confiteri, quoties ceciderint, etiamsi injunctas pœnas compleverint, quas ab eo, qui ipsos ligavit, acceperunt, nunquam autem communicare. Sin autem eorum omnino misereris, communicabant: cavendum est tamen ne communicent, donec peccatum absciderint. Misericordiæ enim gratia sic quoque digni habentur.*

Digitized by Google

fugere, quamvis alas multum concusserit : auxilio enim virtuteque sublimiore indiget. Sunt hæc nempe firma diaboli retia, per quæ homo in potestatem ejus redigitur, et aliquando post mortem quoque ab eo retinetur. *A quo enim qui victus est, ejus et servus est* [78]. Validam nimirum vim hæc tria habent, ut aspectabilia, et fructuosa, et appetitui dulcedine sua ante blandientia, eumque præoccupantia : deinde præoccupato, jam homini persuadentia, propterea solum hanc lucem ipsum aspexisse. Et quanquam ab his tribus obsessus devictusque non fuerit, invictum se tamen servare nequit : sed paulo post vivus ab iisdem capitur. A nobis enim arma sumit diabolus, quibus nos latenter subigit. Quocirca conandum ut prævenianus, et armaturam Dei induamus [76], quæ multa, varia ac diversa, et tota Christus solus est. Hoc est, conjunctionem ejus, quam animo cernimus, et virtutem de plenitudine ejus [77] ; virtutem dico omnis animæ vivificatricem ; sine qua eam vivere, et videre perquam difficile, atque adeo impossibile est. Nam et quotquot baptizati sunt, Christum induerunt [78], ut in eo vivant, et viventes videant, et ab his tribus minime capi possint. Revelantur enim eis quæ germana bona sunt, quorum gratia in hujus oras luminis prodierunt. Qui autem superatus fuerit Christum vehementer oret, ac exoret etiam per deprecationes necesse est, non ut sibi peccata sua dimittantur, sed ut eum Christus a servitute ac dominatu ipsorum liberet ac dimittat, cum semet, quantumvis cupiens, liberare non queat : quo liberatus tum remissionem peccatorum flagitet, et obtineat, tum divinæ virtutis commercio de reliquo ea non committat. Fertur enim canon in hæc verba : *Quicunque dixerit gratiam Dei, qua justificamur per Jesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum, jam perpetratorum valere, et non insuper auxilium præbere, ne alia perpetrentur, anathema esto.*

In quo porro horum trium ad nos occupandos ac possidendos vis consistit ? In occulta et clandestina quadam vi Satanæ, qua nos ad ea, ut bona desideranda afficit, quasi requiem et lætitiam animæ parientia, et in doloris afflictionisque vacuitate ipsam conservantia. Quod nisi anima prius a Deo illuminetur, oppugnatoris incursum, insultumque haud facile potest intelligere ; quemadmodum videmus mulierem uterum ferentem sordida quædam appetere, et ipsam solam ea ut jucunda aspicere, atque comedere. Nam quod semper machinatur diabolus, hoc est, ne cognoscamus ipsum esse, qui talia molitur, per ea patientem, et mysterium christianismi ignorantem occulte inescans, et avertens. Est enim hoc mysterium, quod per fidem, et non ex operibus in animas baptizatorum, virtus divinitatis Jesu, quam intelligentia perspicit, illabitur, eisque ostendit, quo pacto non per se ipsam pecuniarum, gloriæ, voluptatumque cupidine, et amore ducantur. In animas porro post sanctum baptisma his tribus edomitas, alia ratione talis gratia influere non potest, quam per instaurantia bona, per quæ solum confertur salus : ut per haustum sanctificatorum, per unctionem benedictarum olivarum, et unguenta sanctorum, eorumque suaveolentiæ perceptionem : quoniam his Christus sanctificandi vim largitur, et his anima purgatur : et spiritus nequam, qui hanc contra naturam animi necessitudinem, et amicitiam in homine conciliant, per hæc, quæ sensus tangunt, et oculis usurpantur, Spiritus Sancti adventum, quem mens percipit, non ferentes aufugiunt. Ac tum demum christianus libertatem intelligit, quam ad se confugientibus Christus largiri consuevit, et gratias agere non desinit dicenti : *Omnis qui facit peccatum servus est peccati : servus autem non manet in domo in æternum, filius manet. Si igitur Filius vos liberavit, vere liberi eritis* [79].

Quid amplius ? qui in hac cognitione divinum Christi corpus, sanguinemque participat, unum fit cum eo, *os ex ossibus ejus et caro de carne ejus* [80] : et ex quo sanctificatus fuerit, pecuniam si habuerit sic habet, quasi non haberet : qualis enim natura sua est, talem æstimat. Si gloria circumfluxerit, ea non secus afficitur, quam si careret. Et : *Qui uxores habent*, inquit Apostolus, *tanquam non habentes sint : et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur* [81]. Ejusdem et hoc est : *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini mei, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo* [82] ! Illud *per quem*, hoc significat, nisi venisset Christus, et semetipsum pro me hostiam obtulisset, et sanctificatione ejus repletus fuissem, me periturum fuisse, quando aliunde salus speranda non est. Hæc qui non didicit, ignorans est : et qui ea diserte detrectat, frustra in Christum credidit, frustra Christiani vocabulum gerit, et Christus nihil ei proderit : peccatorque deterior factus, plus virium adversus se diabolo concedit. Jejunium hujus pro nihilo est : affectiones enim peccati magis in eum insurgunt. Si psallat, aut preces faciat, diabolus eum a Deo, velut cum contemptu illi astantem, majore cum potestate abstrahit (nec enim cum pio, intelligentique timore astare potest), et efficit ut mens nefanda quædam, et impurissima imaginetur, et ad ea potius coram Deo, quam quæ dicuntur, attendat. Si eleemosynas det, eas amittit. Qui enim in egentes munificus est, nisi animam suam hisce vinculis avaritiæ, vanæ gloriæ, et voluptatis solutam, et expeditam sciat, quæcunque dedit, perdidit. Qui eleemosynas impertit, Deus vicissim magna illum misericordia dignatur, sanitate scilicet mentis, quæ sanitas est ipsa a tribus hisce

[78] II Petr. II, 19. [76] Ephes. VI, 11. [77] Joan. I, 16. [78] Galat. III, 27. [79] Joan. VIII, 34, 35. [80] Gen. II, 23. [81] I Cor. VII, 31. [82] Galat. VI, 14.

Digitized by Google

malis remissio, ac liberatio. Et quoniam hinc emigrantes animas regnum cœlorum sanas duntaxat admittit, *oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem* [82], officina medica morbosæ, et necessitati perturbationum expositæ naturæ hic est, et radices regni cœlestis hic infra propagantur. Nisi enim Christus hic in anima regnet, salute nusquam potietur. Hic prius denuo generatur homo, ac tum demum regnum Dei videre potest. Qui autem regnum Christi necdum in se experitur, nondum natus est denuo. Atqui omnino nasci oportet, ut hic regnum Dei videre liceat.

Jam mihi discrimen quoque istarum trium tyrannicarum affectionum considera, quarum una in pecuniæ et divitiarum, altera in honoris et gloriæ, tertia in voluptatum consectatione versatur. Est enim invenire inter homines hunc quidem nummi, istum nominis, alium suavium corporis motionum amantem, et cupidum : sed unum eumdemque et pecuniæ valde sitientem, et gloriæ multum, et voluptatis prorsus appetentem invenire non poteris, nam uni potissimum deditus est, in cæterorum mediocritate acquiescit. Cui autem horum aliquid plane imperat, ac dominatur, is alia duo contemnit. Pecuniæ avidus ejus causa et gloriam, et voluptatem aspernatur. Illam, quia, ut obolum lucretur, pudorem et dedecus non veretur : quin etiam e rebus injustis, abjectis, inhonestis, absurdum quæstum colligere gaudet, cum ejus animus in lucro sit totus, hanc ne impendat, et exhauriat, quam diligit pecuniam. Ambitiosus gloriæ desiderio, et nummos, et voluptatum blandimenta despicit : illos temere profundens, ut laudem et honorem adipiscatur : has repellens, ne in ignominiam, et reprehensionem incurrat. Voluptuarius et pecuniam, et gloriam in minimis ponit, dum opes suas per luxuriam dilapidat, et honorem quemcunque posthabens, propter gaudia, obscenasque voluptates perfruendas, in omne genus dedecoris præceps abit. Et ab his unusquisque nec supplicium terrore, nec regni cœlestis amore pedem referre vult; sed illa irridet, hoc vilipendit. Quid præterea? Avarus voluptuarium, et ambitiosum ludos facit : hunc, quoniam non etiam, ut ipse, et vilibus et despicabilibus rebus lucella captare dignum putat : illum, quia propter quæsitam e turpitudine jucunditatem rem familiarem, divitiasque suas absumit. Ambitiosus similiter avarum, et voluptuarium deridet : illum, quia e sordidis contemptisque rebus compendia quærit : hunc, quia dedecore et infamia laborat. Voluptuarius utrumque naso suspendit : alterum, quod propter existimationem, ne a quoquam vituperetur, seipsum ad castitatem tanquam freno cogit : alterum, quod ne sumptum toleret, continens, et paucis contentus est. Atque horum quisque a suo dæmone exstimulatus, alium, mali quod sibi adest cæcus, insipienter condemnat : ut utrinque tum ob morbum, tum ob condemnationem æternæ damnationis rei sint. Quocirca solam spem nostram Christum cogitemus, ut nos ab hisce tribus vinculis solvat, sensusque nostros sanctificet; ut divina audire oracula; ut animo tranquillo uti aspectu possimus : ut pro maledictis, et condemnatione, pœnitentiæ et benedictionis verba loquamur : ut salubriter tangamus, contrectemusque. Nam nisi animos nostros ab hisce ægritudinibus curaverimus, inanis est fides, inanis pietas, inanis Dei cultus, inane jejunium, inanis precatio, inanis eleemosyna : hæc enim omnia ad nos a vitiis revocandos, sanandosque conferuntur. Quod si sani et integri non sumus, sine fructu in Christum credimus. Nam qui in Christum credit, habet vitam æternam, quæ est gratia Domini nostri Jesu Christi. Qui porro in Christum credit, nec vitam æternam habet, frustra in eum credit. Petat igitur, et accipiat vitam æternam, quæ, ut in Christum credere cognoscatur. Quoniam qui Christi spiritu caret, illum utique diabolus ut infidelem sibi vindicat; nihil quippe est medium. Et ut vita æterna ex fide est, sic fides a vita æterna cognoscitur, quam utinam per misericordiam Christi, in quem credimus, jam hinc usque in sempiterna sæcula consequamur!

ORATIO VII.

ARGUMENTUM.

De labore spirituali, et in quibus sancti veteres elaborarint. Quomodo nos iisdem recte fungi, et instar illorum sanctissimi Spiritus participes evadere possimus. De perfecta commotionum a ratione aversorum vacatione, et sanctitudine. Quis sit absolutus e mundo secessus. Gloriam hominum diligentes, quanquam in ceteris virtutibus universis rite processerint, fructum nullum percipere.

Quandoquidem nonnulli, contra quam deberent, de se magnifice sentientes, actione, contemplatione et perfectione antiquorum sanctorum, atque a Deo afflatorum Patrum nostrorum similes sese arbitrantur, et eodem spiritu præditos, quo illi vivebant, ac movebantur, ex verbis tantum sine operibus commendationem aucupantes, cum arrogantiæ spiritu ab eorum semita aberraverint, age de hujusmodi hominibus sanctis disserere aggrediamur, et a rebus testatis plena fide accepta, per eorum vestigia incedere studeamus, si eos interim antevertere non possimus. Altius autem ducto principio, ad nos usque sensim delabamur.

Ergo magnus Antonius in monumento sedens, quid agebat, tametsi spirituales actiones nondum plane noverat? Annon velut mortuum se in eo inclusit, nihil mundanum inferens, nec ulla de re sollicitus? Annon totus mundo mortuus, et in monumento delitescens, Deum qui reviviscere, et exsurgere facit exquirebat? Annon pane solo, et aqua contentus erat? Annon multa a dæmonibus

[82] II Cor. xv, 53.

Digitized by Google

gravia sustinuit, jacultque ex intolerandis verberibus semimortuus? Annon cum in ecclesiam pro exanimi esset illatus, ubi sensus convaluere, suopte impulsu ad pugnas edendas rediit? Nisi enim ad adversarios rediisset, sed in mundo mansisset, ac nisi ad finem usque fortiter dimicasset, seseque alacri voluntate morti obtulisset, exoptatissimo Domini sui aspectu dignatus non fuisset; nec suavem illam vocem audivisset. Sed toto pectore quæsivit, impigre pulsavit, usque ad finem toleravit, et mercedem condignam retulit. Mortuus enim voluntate pro Christo, jacebat instar mortui; donec accessit, qui mortuos in vitam restituit, eumque ab inferis excitavit: a tenebris, inquam, animæ, et eduxit illum in admirabile lumen vultus sui quod intuitus, molestiisque liberatus, et mirifice recreatus aiebat: *Domine, ubi eras hactenus?* Hæc igitur verbum: *Ubi eras*, omnino ignorantis est, ubi erat. Illud autem *hactenus*, aspectum, et sensum, et notitiam præsentiæ Domini declarat. Si ergo nos ita rebus nuntium remittere nolumus, et ut ille perseverare, ac perpeti nos statuimus, num digni simus, qui Deum in Spiritu sancto, ut idem, videamus, et exsultatione repleamur? Ah nequaquam.

Verum ad alium quoque, si placet, nos convertamus. Magnus Arsenius ab initio renuntiationis suæ quid fecit? Nonne relictis imperatoribus cum palatio ipsorum, et sericatis aulicis, relictis item famulis, et omnibus divitiis suis, incomitatus ad monasterium ut pauper et mendicus venit, gloriamque et laudem hominum, ut a Deo glorificaretur, fugiens, quis fuisset ignorari studuit? Quid ergo? num hoc fecisse satis habuit? nullo modo. Sed qui etiam ut vilis hominibus sese vilibus æquare noluit, verum pro cane se reputavit. Etenim cum illi a præposito frustum panis projiceretur, idque humi cecidisset, ille quadrupedem incedendo imitatus, non manu, sed dentibus more canis panem sublatum comedit. In cella autem residens non solum laborabat, sed multo etiam minus, quam ex opere manuum redigebatur, ad usum suum consumebat, aquam turbidam et putidam libens. Quin et laborans, et orans, continenter vultum lacrymis irrigabat: et cum vesperi cœpisset, usque in tempus matutinum stando preces continuabat: atque in extrema egestate, vilitateque usque ad obitum perseveravit. Cur istud? Ut pateretur prorsus, videretque etiam ipse quæ magnus Antonius pati, et videre dignus est habitus. Quomodo igitur de hoc similiter litteris traditum non est, vidisse Dominum? Num labores susceptit, et quasi præstruxit, illum tamen videre non meruit? nihil minus: sed ipse quoque, etiamsi ejus historiæ scriptor ita aperte hoc non prodidit, sic Dominum videre promeruit. Quod si accurate vis discere, vitam Arsenii descriptam evolve, unde et hunc vidisse Deum cognosces. Quamobrem qui ipsos opere ac labore imitando expresserit, revera eamdem gratiam non immerito consequetur. Jam si quis horum humilitatem, patientiam imitari non vult, cur insuper id fieri posse negat?

Porro Euthymii, et Sabæ, reliquorumque deinceps sanctorum actiones majores quam pro nomine quis enarraverit? Sive enim ante acceptam Spiritus gratiam, sive post acceptam, sine molestiis, laboribus, multisque sudoribus, sine violentia, angustia, et tribulatione, nemo animæ caliginem pervasit, neque sanctissimi Spiritus lucem est contemplatus. *Regnum enim cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud* [86], quia scilicet *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei* [87]. At enim regnum cœlorum Spiritus sancti participatio est. Hoc siquidem est, quod dicitur: *Regnum cœlorum intra vos est* [88], ut Spiritum sanctum intra nos recipere et habere studeamus. Parcant igitur dicere, qui assiduo sibi vim non faciunt, qui quotidie in angustiis, in rerum tenuitate, et afflictionibus non sunt, intra nos Spiritum sanctum habemus. Citra virtutis quippe exercitationem, citra sudores ac labores ista merces contingit nemini. Quare mihi illud in vulgi ore proverbium bene placet: *Ostende opera, et postula mercedem.* Novi ego hominem, qui antequam labori se dederet, ut semet acrius urgeret, cum Scripturis mente recta et simplici operam dedisset, paucosque dies, et noctes sine lassitudine, ut ita dicam, vigilasset, precesque frequentasset, a superna gratia tantopere illustratum, ut extra corpus, extra domicilium, extra totum denique mundum esse videretur. Nox erat, et divina claritate refulsit. Cæterum quia otiosus divitias acceperat, actutum eas parvipendit, atque neglexit; unde simul omnes perdidit, usque adeo ut se unquam talem gloriam spectavisse ne meminerit quidem. Quare quo pacto quibus neque ex parte aliqua accipere, aut conspicere aliquando hancce gloriam suo ipsorum merito contigit, se eam universam in semet habere autument, dubitare me confiteor. Sed, o cæcitatem! o caliginem! o stultitiam et opinionem de se arrogantem! ubi tandem istud, aut quibus e Scripturis didicerunt? Vere *evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum*, et in Ægypto, hoc est, in tenebris perturbationum ac voluptatum suarum manserunt. Nam qui terram promissionis videre concupiverunt, quam mansuetorum, humilium et pauperum oculi videre digni sunt, quamvis angustiam, tribulationem, abjectionem subeunt, atque ab omni, et omnigena corporis voluptate, honore, remissione, et quiete vehementer abstinent: neque hoc tantum, sed etiam cujusvis hominis seu plebeii, seu primarii congressum ac familiaritatem vitant; eos citra odium fugientes, quo digni habeantur, qui ad hanc perveniant, priusquam viæ hujus vitæ brevitas eorum cursum interrumpat. Humiliantes enim

[86] Matth. xi, 12. [87] Act. xiv, 21. [88] Luc. xvii, 21.

Digitized by Google

se, et pro improbis, quique multa offenderint, habentes, idque ex animo, imo inimicos, et transgressores divinarum legum se reputantes, sibimet exosi ac mœsti vitam ducunt, aventes nosse quid eos ad recuperandam Christi Domini gratiam præstare opus sit. Ideo Dominus iis donat, non solum ut quid agere debeant intelligant, verum etiam vires, et patientiam; ut cum universa, quæ scire illorum interest, impleverint, et qui est super omnia, et in omnibus Deum possederint, tunc quoque velut in cœlo vivant, ibique conversentur: ac sive in speluncis, sive in montibus, sive in cellis ævum degant, sive in mediis urbibus commorentur, etiam sic semper in gaudio, et hilaritate, et exsultatione, quanta dici non potest, ipsi serviant.

Hic igitur nunc sanctorum labor, hæc actio est eorum, qui spiritu Dei aguntur: qualis et nostris temporibus exstitit pius, sanctus ac beatissimus Simeon, qui in medio illo fama tam nobilitato monasterio, quod *Studium* dicitur, instar solis effulsit. Is in medio mundi aliquando cum esset, rebus labentibus, amicis, cognatis, quinimo et curis, sollicitudinibus ac voluptatibus vitæ tam valde renuntiavit, ut earum memoriam ex animo deleret penitus, atque a se procul exterminaret. Qui multos inter monachos acta vita, beatam illam vocem emisit: *Fratres, hanc perfectam a mundo successionem putatote, mortificationem propriæ voluntatis.* O sanctam vocem, vel potius, o sanctam animam, quæ talis fieri, et a toto mundo separari meruit! Et idem rursum: *Debet*, inquit, *monachus in monasterio versari, ac si sit, et non sit, nec appareat: seu potius, qui non cognoscatur:* quod hunc in modum explicabat: *Ac si sit*, corpore: *ac si non sit*, spiritu. *Non apparens* autem, nisi iis tantum, qui per Spiritum sanctum mundo sunt corde. *Non cognitus*, ut illi nihil cum quoquam negotii intercedat. O divina oratio, per quam vita ejus excellentior, quam pro homine, et angelica prædicatur; per quam comparatæ in cœlo conversationis ipse sibi per Spiritum sanctum fert testimonium. Per quam nobis vitam cum Deo insumat, dum ait: *Nihil cum quoquam habere negotii!* quod quidem nemini recte præstare, aut vere dicere, nisi omnimodis ac totus toti Deo unitus fuerit. Aliter si dixerit, semet ludificatur. Qui enim dicit se non peccare, cæcus est, clausos habens oculos. Qui vero Deum habet, peccare nequit, *quia semen ejus in eo manet* [87], sicut maxime theologicum illud apostolorum tonitru Joannes affirmat. Et quia Simeon Deum totum in se habebat, hinc et vivens dicebat, et mortuus per litteram manus suæ quasi magna voce clamat: *Deum tibi amicum acquire, et hominum auxilio non egebis.* Iterum: *Deum posside, et libro tibi opus non erit.* Laboravit hic sanctus Pater noster ita, ut complures SS. Patrum antiquorum superaverit. Ærumnas autem, tentationesque tot pertulit, ut cum multis martyribus illustrioribus comparari queat. Ob id a Deo gloriam, et tranquillissimum animi statum, acceptoque in se Paracleto, sanctitatem consecutus est. Sicut enim cisterna aquam defluentem, ita ipse de plenitudine Christi Domini nostri accepit, et gratia spiritus ejus repletus est, quæ est *aqua viva* [88], ut hic idem Joannes evangelista memorat: imo vero ipse Filius et Verbum viventis Dei, a quo et Joannes sermonis sui divitias adeptus est: *Qui bibit, ex aqua hac* (aspectabili puta) *sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam* [89]. Quod his verbis Evangelista interpretatur: *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Et Apostolus: *Nos non hujus mundi spiritum accepimus: sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis, quæ et loquimur* [90]. Per hujuscemodi enim aquam vitiositas ex anima ut sordes eluitur: sine qua qui multa fecerit, nihil efficiet. Quocirca Dominus dicit: *Nolite putare, quia veni solvere legem, aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere* [91]. Plenitudo autem legis hæc est, ne quis se in aliquo defendat, causamque suam tueatur, nec semet ulciscatur. Hæc enim est perfecta mundi relictio, propriæ voluntatis integra mortificatio. Quidquid etiam afflictionis ei quidam intulerint, nihil omnino movetur, nec perturbatus contradicit: verum omnibus ad omnia, instar mortui se objicit, statuens vivere, moveri, et agere in illis tantum, quæ ad Deum spectant mandatis, et servare ejus præcepta; similis leoni, aut giganteo alicui Samsoni, aut si quis alius vel fuit, vel est illo fortior: *Qui habet mandata mea*, inquit, *et servat ea, ille est qui diligit me: et qui diligit me, diligetur a Patre meo* [92]. *Et ego, et Pater per Spiritum veniemus, et mansionem apud eum faciemus* [93]. His et similibus aiebat Dominus: *Vos non estis de hoc mundo: sed ego elegi vos de mundo* [94]. *Venite ad me, et ego reficiam vos* [95]. Qui enim aliter, in suis scilicet voluntatibus quomodocunque, aut in quibusdam opinione duntaxat bonis ambulant, vitam, quam abscissi, ac divisi a sæculo, et suæ voluntati jam mortui vident, nequaquam videbunt.

Jam si ego humiliari ac subjici, premi, ignominia affici, villipendi, probris conscindi nolo, et tanquam unus de obscuris, insipientibus, et abjectis, et mente emotis non sustineo fieri; sed neque ab obviis contemni, et velut arreptitius, aut mendicus per plateas, et vicos urbis reputari, dic mihi, quanam alia ratione propriæ voluntati moriar? Si enim hæc ad probationem, et experimentum superveniens patienter ferri Deus ab omnibus nobis mandavit: imo enimvero, si non ad probationem, et experimentum, sed ad purgationem animorum nostro-

[87] I Joan. III, 9. [88] Joan. IV, 10. [89] Ibid. 14. [90] I Cor. II, 12. [91] Matth. V, 17. [92] Joan. XIV, 21. [93] Ibid. 23. [94] Joan. XV, 19. [95] Matth. XI, 28.

Digitized by Google

rum invecta nos ista perpeti nolimus, et voluntas ista minime tolerandi in nobis vivat, quæ est terrena carnis prudentia, qui quæso mortui evademus? nullo modo evademus. Quod si mundo, et his quæ in mundo sunt non moriamur, qui tandem, ut qui Dei causa facti, sunt mortui, vitam in Christo absconditam vivemus?

Christum Deum imitemur; propter salutem nostram et ipsi patiamur, ut ille propter nos passus est, quem vocabant dæmoniosum, seductorem, voracem, potatorem vini. Sic enim dictitabant : *Dæmonium habes* [96]. Et rursum, *Ecce homo vorax, et potator vini, amicus publicanorum, et peccatorum* [97]. Audimus item ut homicidam, et maleficum ligatum, tractum, et ut vilem homuncionem Pilato exhibitum, alapa a servo percussum, in carcerem contrusum, e carcere eductum, a lictoribus perductum, populo a Pilato traditum; cum diceret : *Accipite eum vos, et crucifigite* [98]. Cogitemus igitur, quomodo venditus stabat in medio eorum, qui super omnes cœlos est, et manu sua complectitur universa, pulsus, repulsus, pugnis, alapis percussus, irrisus, in prætorium introductus, quem nulla creata natura, nec ipsi Seraphim possunt intueri, vestibus nudatus, columnæ a ligatus, plus quadraginta plagis (quæ reum ad mortem lata sententia damnatum indicabant) acceperit. Quid deinde? purpura coccinea per ludibrium coopertum, in caput arundine verberatum, interrogatumque : *Quis est, qui te percussit* [99]? spinis coronatum, adoratum et illusum, conspultum, et cum irrisione audientem : *Ecce rex Judæorum*. Denuo sua vestimenta indutum, collum fune devinctum, et ad necem eductum. Postmodum ita cruce sua oneratum, et in locum Calvariæ adductum, et eam depangi videntem, et solum ab amicis ac discipulis relictum. Iterum exutum, in sublime suspensum, manibus et pedibus per milites clavis affixum, et pendere permissum, felle potatum, lancea vulneratum, a latrone probro laceratum, subsannatum, et audire coactum : *Vah, qui destruis templum Dei, et in triduo reædificas illud, salva temetipsum, et descende de cruce* [1]. Et rursus : *Si Filius Dei est, descendat nunc de cruce, et credemus in eum* [2]. Et ita, postquam hæc omnia passus est, gratias agentem, pro interfectoribus suis orantem, et animam in manus Patris sui commendantem. Num hæc omnia, fratres mei, ad imitationem nobis non sufficiunt? Sed hæc perpeti erubescimus. Per quæ igitur alia opera, aut quo pacto illi conglorificabimur? *Quicunque enim me*, inquit, *et sermones meos erubuerit, erubescam et ego illum coram Patre meo, qui in cœlis est* [3]. Itaque et Pauli vox est : *Si compatimur, et conglorificabimur* [4]. Sin quæ pro nobis passus est imitari et pati, ut ille passus est, præ pudore nolumus, nec gloriæ ejus socios fore nos manifestum est : quoniam sic non opere, sed verbo tantum fideles sumus : operibus autem non conjunctis, fides mortua est. Si absque operibus fides mortua est, cum malis operibus ne fides quidem est. Mortuum enim, si recens est, velut modo exanimatum, dicitur mortuum. Quod si multorum jam dierum est, non mortuum, sed putidum, corruptum et fœtidum vocatur. Quoniam ergo duo sunt genera operum, Deo placentia, et exosa, si fides sine operibus mortua est, ut scriptum legimus [5] (sine operibus videlicet Deo placentibus, fides illa, quæ non solum operibus Deo acceptis caret, sed et opera Deo invisa habet, quo nomine afficietur? mortua? imo magis putrida et corrupta nominari debet; aut ut verius loquar incredulitas, et impietas. De qua et Isaias propheta locutus videtur : *Impius non videbit gloriam Dei* [6].

Quare affirmo, et repetens iterum iterumque affirmabo, qui Christi passiones per pœnitentiam, et obedientiam non fuerint imitati, et mortis ejus participes effecti, ut supra subtiliter docuimus eos nec spiritualis ejus resurrectionis participes fieri, nec Spiritum sanctum adipisci, per quem omnium resurrectio fieri consuevit. Non illam in consummatione sæculi resurrectionem corporum, *canet enim angelus tuba, et defuncta corpora resurgent* [7]; sed eam quæ quotidie spirituali modo fit, mortuarum animarum spiritualem regenerationem, resurrectionemque intelligo, quam, qui semel mortuus est, et resurrexit, per omnes, et in omnibus, ut decet, viventibus regurgens, et commortuas sibi voluntate ac fide animas una excitans per sanctissimum Spiritum largitur, ex hoc illis regnum cœlorum donans. Quamobrem ne mihi hæc dicenti fidem denegatote, fratres. Hoc autem scitote, si in omni genere virtutis nos exercebimus; si miracula patrabimus; si nec modicum, nec magnum mandati prætermittemus, solam vero humanam gloriam appetiverimus, eamque quoquomodo in studiis nostris spectaverimus, et ad eam capiendam festinaverimus, jam omnium aliarum mercedem perdidimus : et hominum gloriam admittentes, nec Dei potiorem judicantes, pro infidelibus, et idololatris condemnamur, creaturæ magis, quam Creatori servientes, sicut et ipse Dominus id talibus objicit : *Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab invicem accipitis, et gloriam quæ a solo Deo est, non quæritis* [8]? Quin etiam, qui obtingentem sibi terrenam gloriam cum gaudio, et voluptate complectitur, eaque se jactat, et in medullis delectatur, ut fornicator damnabitur. Est quippe similis homini, qui virginitatem colere constituit, mulierumque consuetudine et congressu sibi interdixit, et neque ad eas ventitat, neque cum iis vivere cupit. Cum autem femina quæpiam ad eum accesserit, mox lætus ac libens eam recipit, et

[96] Joan. VII, 20. [97] Matth. XI, 19. [98] Joan. XIX, 6. [99] Matth. XXVI, 68. [1] Matth. XXVII, 40. [2] Ibid. 42. [3] Luc. IX, 26. [4] Rom. VIII, 17. [5] Jac. II, 20. [6] Isa. XXVI, 10. [7] I Cor. XV, 52. [8] Joan. V, 44.

Digitized by Google

corpus cum illa commiscens, voluptatem suam explet. Hoc porro æque in omni alia cupiditate, et in quavis motione rationi non obtemperante usuvenit. Sive enim invidiæ, sive avaritiæ, sive zelo, sive contentioni, aut alii cuipiam pravitati sponte quis se tradiderit, coronam justitiæ non assequetur. Nam Deus cum sit justus, consortes injustos repudiat : et cum sit purus, cum in puro non polluitur : et cum omni motu turbido vacet, cum iis qui affectibus serviunt, non moratur : et cum sanctus sit, in animam inquinatam et improbam non ingreditur. Malus autem atque improbus est, qui semine mali in corde suo suscepto, fructum fert diabolo spinas et tribulos, æterni ignis nutrimenta, puta invidiam, odium, injuriarum altam memoriam, zelum, contentionem, arrogantiam, vanam gloriam, superbiam, dolum, curiositatem, calumniam, et si quis alius aversandus et exsecrandus affectus per corpus jucunde exercetur, et internum hominem nostrum coinquinat, secundum vocem Domini. Sed Deus meliora, fratres, ne aliquando hujusmodi zizania producamus, ex socordia suscepto in cordibus nostris mali semine. Contingat autem fructum ad tricesimum, et sexagesimum, et centesimum [9], spiritu eumdem in nobis progignente Christo fundere; ut sunt charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, et alia pane cognitionis, et crescere virtutibus, et occurrere in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

ORATIO VIII.

Argumentum.

Duas esse causas, unam perditionis, alteram salutis. Superbiam hominibus simul cum ætate accrescere. Notam, et signum commune Christiani demissionem animi, et humilitatem esse, omninoque requiri, ut unusquisque norit, se nihil esse. Duobus sacrificiis Deum placari, circa quæ salus non constat. Quo indicio quis Deo appropinquare cognoscatur.

Quæcunque in ista mortalium vita sunt, ad duo rediguntur, quorum aliud magnum bonum, aliud magnum est malum. Et illud quidem ut summum ac præstantissimum bonum in cœlum homines pervehit : hoc e diverso, ut extremum malum ad inferiorum infima eos deprimit, ac demergit. Et illud veritas, hoc mendacium est. Illud eximia voluptas, et oblectatio ; hoc infinita afflictio. Illud prudentia; hoc fatuitas. Illud omnibus, et omnimodis genuinum; hoc inimicum, et peregrinum. Illud rectitudo; hoc obliquitas. Illud gaudium, et exsultatio; hoc tristitia, et tumultus. Illud ordo : hoc confusio. Quænam ergo ista sunt? Quæ? Illud humilitas ; hoc arrogantia. Unum enim peccatum, sui admiratio ; et una justitia, suprema humiliatio. Considera igitur peccatum, quod Adamus in gloria, et deliciis paradisi sedens commisit, et nullum necessitatem, aut infirmitatem, aut rationi consentaneam occasionem, sed solum mandati ex superbia contemptionem, contraque ipsum, qui eum e terra finxerat improbitatem, ingratitudinem apostasiam (in quam diabolus ille per se ac sua sponte primus incidit) invenies. Quare unumquemque hominem scire oportet, superbiam cuique cum ætate augeri, conceptam in animo ex amentia, quam amentiam inflata de se opinio generat. Proinde ante omnia quemlibet statim a tenebris unguiculis sui ipsius cognitionem doceri necessarium est : quoniam de corruptione quidem, ut saliva, satus est ; augescit autem ut herba ; et pluribus ex partibus flaccide compositus, facile dissolvitur, ac dissipatur. Vivitque quotidianæ putrefactioni obnoxius : *Et interiora ejus*, juxta prophetam, *etiam ante mortem effluxerunt* [10]. Etenim qui seipsum nescit, paulatim in fastum, et arrogantiam delapsus, stultus efficitur. Quid enim tam stolidum, quam leprosus, et toto corpore vitiatus, si forte torquem aureum gestet, et splendidis induatur vestibus, ipse deformis, et fœditatis plenus? Cum autem mentem amiserit, organum, et instrumentum dæmonis appellatur in omni vitæ consuetudine, et inimicus Dei evadit. Jam quid eo miserabilius, qui se ut inimicus a Deo separavit? Nam cui male est in corpore, morbum sentiens ad medicos properat. Qui animo ægrotat, ægritudinis sensu caret : et quo periculosius ægrotat, hoc minus sensit ; atque idcirco etiam ad medicos spirituales non vult accurrere. Cum igitur quempiam superbe se gerentem conspexeris, proportione superbiæ ac superbientis, simorem animæ ejus conjicito. Quisquis enim ægrotum se non sensit, a morte haud longe abest. Et hoc peccatum ad mortem, superbus morbi sui sensu destitutus. Nam qui in peccatis vitam agit, aliosque docet et commonet, morti proximus, hic medico non indiget.

Quapropter faciendum penitus, ut homo quivis seipsum cognoscat, quod de se humiliter sentire possit : nam humilitas occulta quædam prudentia est. Ut enim omnis superbus insipiens ac stultus est, ita omnis humilis prudens et intelligens. Et quoniam fatuitas, ac cæcitas superbiæ multa et magna adjuncta est hominibus ; ideo Deus, cum sit bonus, suavibus molesta, ac tristia admiscuit, ne elevemur. Cujus rei Pauli apostoli; qui in excellenti Deitatis gloria fuit, et admirabilia opera patravit, stimulus carnis, et colaphizans eum Satanas fidem faciet [11] : ut proinde majores pro omni tribulatione, quam pro remissione ac indulgentia gratias agere debeamus, quo, quemadmodum in jucundis, sic etiam in tristibus gratiam promereamur. Necesse est itaque, mortalem quemvis nosse, se nihil esse, idque ab eo, qui diademate ornatus incedit, usque ad nudum, et

[9] Matth. XIII, 8 seqq. [10] Job XXX, 27. [11] II Cor. XII, 7.

Digitized by Google

mendicum. Quia Deus omnipotens nescientem se nihil esse, quamvis salvare velit, salvare tamen non potest. Etiamsi quis mundum universum Deo donaverit, quod fieri nequit, nec tamen sibi persuaserit, se nihil esse, salvari nunquam poterit. *Quam* ergo *dabit homo commutationem pro anima sua* [13] ? non sane ipsum scire quod nihil sit : sed in eo quod seipsum nihil esse scit, fortasse agnitionem, et per agnitionem prudentem cor contritum et humiliatum, quod solum proprium est pii viri sacrificium, ab ipso purpura vestito usque ad eum, qui per plateas stipem cogit : quod solum Deus non despiciet, qui novit nihil aliud proprium suppeditare homini, quod ei sacrificet. Testis est David : *Quoniam si voluisses sacrificium*, inquit, *dedissem utique : holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus* [14]. Corde contrito et humiliato hoc sacrificium continetur. Reges, dynastæ, nobiles, sapientes, rustici, divites, pauperes, mendici, latrones, avari, injuriosi, legum violatores, impudici, homicidæ, quique per omne genus scelerum iverunt, mensuræ peccatorum remensa hujus præstantia sacrificii salvati sunt, et salvabuntur. Imo sancti quoque, et justi, et mundo corde per hoc unum sacrificium salutis fiunt compotes. Eleemosynæ præterea, fides, fuga sæculi et ipsum illud magnum certamen, martyrium, sub cinere prunarum sacrificii hujus lucem dant. Et hoc est sacrificium absque peccato, quod benignum Deum vincit. Solum istud sacrificium poscunt morbi, tribulationes, angustiæ, delicta animæ, affectus corporis, ut quis eo Deum pie colat. Quod qui habuerit, etiamsi subter omnia fuerit, tamen alicunde cadere non poterit. Nulla quippe alia de causa Deus in terras descendit, et semetipsum humiliavit usque ad mortem, nisi ut in se credentibus cor contritum et humiliatum crearet.

Sunt ergo duo sacrificia, quæ Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi suscipit, et cujuslibet, atque adeo totius mundi miseretur. Unum, ipse Dominus et noster Jesus Christus, idemque Filius Dei, ut Deus incarnatus : alterum, uniuscujusque cor contritum et humiliatum. De cætero, si quis omnes facultates suas distribuerit in pauperes, et si quis jejunaverit, vigilaverit, et si quis Deum noctes atque dies precibus fatigaverit, nec in eo cor contritum, et humiliatum fuerit creatum *quoniam omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum* [15], talis inanem operam sumit. Illa idcirco, et sola via quærenda est per quam contritum et humiliatum creetur, et nascatur. In quo enim cor istiusmodi creabitur, super terram ut in regno cœlorum ambulabit ; siquidem et cum ad ultimum spiritum edendum homo venerit, aut gaudens, et exsultans invenitur, A quod sanctificatorum commune indicium est : aut contritus et humiliatus, quod misericordiæ adeptæ argumentum habetur. Etenim fidelis omnis, si quid propter Christum fecerit, cor contritum et humiliatum vicissim recipit, divinum, et incomparabile donum, miraculorum, signorum et prodigiorum basim ac fundamentum, animarum resurrectionem in præsenti sæculo, ante generalem resurrectionem, redemptionem, propter quam dedit Deus Filium suum : *Ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam* [16]. Et ut vivens *cognoscat solum verum Deum, et quem misit Jesum Christum* [17]. Cognitio enim divinæ pietatis, habitum humilitatis ingenerat, humilitas habitum mansuetudinis ; qui duo habitus ad Deum faciunt B appropinquare. Semper enim hæ duæ virtutes sibi copulatæ sunt, et religiosum erga Deum ceu insigne quoddam et nota indicant proque magnitudine sua ad Deum accessisse demonstrant : perinde ut quæ humilitati et mansuetudini adversantur vitia, nempe superbia, et iracundia, quantum ab eo quispiam distet ostendunt. Ob id Dominus ac Deus noster Jesus Christus altissimus semetipsum usque ad mortem humiliavit, et mortem crucis [18], ut credentes in ipsum, et baptismo initiati, edentes ejus corpus, et bibentes ejus sanguinem (in quibus eorum incorruptio et vita) hanc quoque humilitatem habeant. Tria enim hæc immaculata, et potens Jesu Christi communio operatur, vitam, in- C corruptionem, humilitatem. Vita, et incorruptio propter humilitatem, humilitas ex vita et incorruptione eadem humilitas et prima, et tertia. Prima quidem, ut duarum occasio : tertia, ut quæ has comprehendit. Quare si quis christianus, non velut insitam et innatam habet, quam a Christo accepit humilitatem, nihil aliud a Christo habet, neque Christus illi proderit : etenim talis homo et Dei et suimet ignorantia laborat. Nam si cognovisset se absque Christo nihil boni unquam, aut salutare efficere posse, et se humiliasset, et Christi humilitatem plane induisset, ut regalem diplo- D matem in qua christiani reges sunt, per ipsam et animi perturbationibus, et dæmonibus imperantes. Pro modo enim sinceræ humilitatis, in corde, etiam modus salutis, quia mater humilitatis, mens illuminata Christi gratia, propriam infirmitatem in divino lumine clare perspiciens ; quemadmodum parens superbiæ, in tenebris stultitiæ mens sese contemplans.

ORATIO IX.

Argumentum.

Quis sit ἄνομος exlex, et quis παράνομος violator legis. Quis peccator, et quis impius. Christum propter impietates, et scelera hominum esse mortuum, ut omnes sanaret. Tantum dici Christianos, venire ab ipso genere.

Exlex, violator legis, peccator, impius, peccat-

[13] Matth. xvi, 26. [14] Psal. l, 18. [15] Jac. i, 17. [16] Joan. iii, 16. [17] Joan. xvii, 3. [18] Philipp. ii, 7 seqq.

Digitized by Google

res sunt communiter, unusquisque autem horum quiddam peculiare habet. Exlex, qui est extra leges; violator legis, qui præter leges, quibus subjicitur, facit; peccator, qui frustratione quadam non bene agit; impius, qui in Deum peccat, utpote qui aut nullum Deum, aut multos colit. Vocatur porro nomine impii in sancta Scriptura etiam peccator, et adulter, et avarus, et pecuniæ cupidus, et inanis gloriæ captator, et qui hujuscemodi vitiis se dediderunt. Qui cum sciant, Deum, qui finxit oculum, omnia perspicere, vitam instituunt, ac si Deus non videat. Nam si Deum, qui ubique præsens est, et intuetur omnia, venerarentur, haud eum quasi non intuentem contemnerent. Qui enim magis hominum gloriam diligunt, quam Dei, et qui in omni genere improbitatis volutantur, existimantque ea fallere oculum nunquam dormitantem, qui tandem isti Deum colunt, quem et inanima creatura tremit? Inquit ergo David: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium* [18]. Et paulo post: *Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos* [19], impietates peccata vocans, quæ eos circa mandata Dei, non circa fidem labi fecerunt. Idem rursus de adulterio cum Bethsabea, et cæde Uriæ perpetrata ait: *Dixi, confitebor adversum me injustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei* [20]. En cor Davidis propter injustitiam impie egit: et Christianus citra metum peccans, et opprobrium Christi factus, impius est. Atque istud quidam a Deo afflatus pater explanat, dum illum sic alloquitur. Impietatem commisimus, quoniam opprobrium facti sumus dilecto tuo. Et alius divina sapientia præditus, quid prodest fide pios esse, vita impios? Ponamus enim quempiam avarum, proditorem, protervum esse, et nihilominus recte credere: quid hic capiet emolumenti, si nihil eorum, quæ Christianum decent, habuerit? si nihil egerit ex iis, quæ pietatem produnt; sed ethnicos etiam vitiis superaverit? si familiaribus nocuerit? si Deum blasphemaverit? si veneranda religionis dogmata per opera dedecoraverit? Nam *ideo manifestatus est Filius Dei*, secundum evangelistam Joannem Theologum, *ut dissolveret opera diaboli* [21]. Qui ergo manifestatum Dei Filium suscepit, si adhuc vinctus operibus diaboli tenetur, quæ hic Dei Filius manifestatus dissolvit, deterior ipsis infidelibus, et atheis magis impius est.

Quare cum audis, Deum esse hominem factum, qui fecit cœlum et terram et mare, quæque in medio sunt omnia, et quæ oculis subjecta sunt, et quæ non sunt, et ipsum denique hominem, non ob aliam causam factum hominem intellige, nisi ut Deus per humanam naturam mori posset. Plus noli quærere: sed tantummodo causam et necessitatem suscipiendæ hujus demissionis et patientiæ opta cognoscere. Deinde cum Joannem Baptistam dicentem audis: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi* [21*], de quo ante multa sæcula vaticinans Isaias [22], ovem et agnum qui duceretur ad victimam, appellavit, disce propter peccatum esse mortuum; ut qui hunc morte affectum, et die tertio redivivum recepissent, per eam amplius peccare non possent; nam peccantes eum non receperunt, quamvis ita sibi persuadeant. Etenim si recepissent, dedisset eis potestatem filios Dei fieri, qui peccare nequeunt: quando scriptum est: *Omnis qui peccat, non vidit, nec cognovit eum* [23]. Et: *Qui facit iniquitatem, ex diabolo est* [24]. Et: *In hoc manifesti sunt filii Dei, et filii diaboli* [25]. Et: *Omnis qui non facit justitiam, non est ex Deo* [26]. Quod si is, qui non facit justitiam, non est ex Deo, qui facit injustitiam, undenam est? *In hoc*, inquit, *manifestatus est Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli* [26*], quibus non dissolutis, nulla est speranda utilitas. Multi itaque de genere Christianorum prodesse sibi arbitrantur, Christianos dici; nescientes id paternum ac maternum esse, et cum patria ac regione ipsorum tota commune: qui si vitam ex Christi legibus instituerint, tum simul et Christiani nominabuntur, et in Christum credere dicentur; alioqui præstabat nec credere in Christum, quinimo nec natos fuisse. Non enim poterant in Christum non credere: atrocius autem quam infideles punientur. Ast alienigenæ, qui ut Christiani cognominarentur, a majoribus non acceperunt, si in Christum crediderint, magna inde commoda sibi parabunt: cum ille de genere Christiano, per legis Christi prævaricationem Christum inhonorent, et avitam ac veram pietatem commaculent.

ORATIO X.

ARGUMENTUM.

Non Deum, sed dæmonas potius humanæ servitutis auctores esse. De ira et cupiditate, in quibus non est ratio. Et unde ab his animus afficiatur. Sicut aspectus corporeus illæso sentiendi organo, item motu, intervallo pro rata portione, aere puro, solis luce indiget: ita etiam aspectum animi his modo quodam, qui intelligentia percipitur, egere.

In præsenti sæculo, id est, in hac vita, pater est, et filius: servus, et mercenarius procreatus non est; neque enim primus parens, neque primus ejus filius servi, aut mercenarii fuerunt. Cui enim pro servis ac mercenariis subdi poterant? Servitus et opera mercenaria posteriora sunt: servitus quidem ex eorum, qui essent genere consortes improbitate mutua: opera vero quæstuaria ex indigentia, propter eos qui cum essent de eodem genere cum aliis, plus habere avide cupiebant. En, et servus, et mercenarius ex subsecuto hominum vitio exstiterunt; qui ut exsisterent, sola indigentiæ necessitas in causa fuit. Et quemadmodum servus ac mercenarius non agunt quodlibet, sed quæ ip-

[18] Psal. v, 7. [19] Ibid. 11. [20] Psal. xxxi, 5. [21] I Joan. iii, 8. [21*] Joan. i, 29. [22] Isa. liii, 1 seqq. [23] I Joan. iii, 6. [24] Ibid. 8. [25] Ibid. 10. [26] Ibid. [26*] Ibid. 8.

Digitized by Google

sorum dominis et, heris placent : similiter diabolus (intelligens illa, et maligna potestas) qui a Deo descivit, qui nequitiam humanam fabricatus est, et ejus amorem mortalibus persuasit, eos in servitutem suam trahit : cui (quod animo et cogitatione videmus) in voluptatibus, rapinis, avaritia et omnibus sceleribus servilem in modum parent. Et tales cum sint, eos, impudentes, et superbiores, et stolidos reddit ; ut neque se ipsi vindicare possint, neque aliunde vindicari in libertatem velint. Omnes igitur hujusmodi, sive ethnici, et Deum ignorantes, sive infideles, sive fideles Christiani et orthodoxi, diabolo servientes, ad ejus partes, qui ipsorum dominatur, pertinent, atque a Deo projecti, in domo ejus in æternum manere non possunt [37]. Unde magna illis vi opus est, ut e manibus ejus, qui servitutem ipsis imposuit, eruantur. Alia autem nec inventa est, nec inveniri potuit, nec est, nisi Christus Dei virtus. Si ergo is liberaverit, ita demum liber erit, qui liberatus est ab eo [38]. Erit enim castus, sobrius, bonus, justus, religiosus, humanus, pius, misericors, patiens, humilis, mansuetus, alienis malis dolens, continens, hoc est, vere homo. Qui his carent, aut pecudes, aut dæmones sunt, etiamsi Christiani et orthodoxi fuerint, et hi maxime in examen severius adducentur, nec ipsorum vindex, et assertor Christus quidquam illis proderit, quia nimirum noluerunt ejus solius redemptionem, hanc solam libertatem, omni virtute humana majorem, propter quam cum Deus esset, homo nasci dignatus est, et ejus solius causa necem ultro pertulit. Nam quod quidam existimant, in humana natura perturbationes, ut iram, et cupiditatem ingenitas esse, non ita est profecto. Verum ira, et cupiditas ut a Deo naturæ nostræ sunt insitæ, non perturbationes, sed bona sunt, et eos homo intelligentis naturæ suæ quodammodo characteres a summo illo bono accepit : quæ quanquam brutis quoque animantibus insunt, at non isto modo : siquidem et caro illa quidem est, tamen eadem caro feris ac pecudibus minime est.

Sunt sane inditæ homini ira, et cupiditas, sed etiam mens, quæ quandiu sanitatem suam retinuit, hæ intra naturæ suæ terminos ac limites manserunt ; cupiditas ad ea quæ intelliguntur Dei bona respiciens, et incitata ira, ipsam cupiditatem ad illa generosius captanda, et ad ascendendum, Deoque magis ac magis appropinquandum extimulans. At postquam mens debilitata, et qua custodiebatur sanitate spoliata est, ad inferiora sola, ut vitiata deflexit, atque idcirco quæ illius haud intersunt, insipienter concupiscit, et sine ratione tanquam feræ, ac bestiæ irascitur. Christianus igitur ex Christi consortio recuperata sanitate, rursum illa duntaxat, quorum gratia ira, et cupiditas naturæ inditæ sunt, concupiscit. Qui secus facit, nondum est Christianus. Non itaque ira et cupiditas perturbationes sunt, sed privatio sanitatis animi, propter quam ira expers sit rationis, et cupiditas amens, illa, inquam, imaginem perturbationum iis imponit. Anima enim unum est : idque simplex, nec partitionem admittens, ut intellectuale quiddam scilicet, nec est aliqua compositio, seu coagmentatio, ob quam pati cogatur sicuti corpus ex quatuor elementis concretum, necessario ab aliquo horum afficitur, si vel abundet, vel deficiat. Omne enim quod afficitur, ab aliquo afficiatur necesse est. Quoniam ergo nihil habet anima, a quo patiatur, constatque ipsam simplicem, incompositam, divisionis exsortem, intelligentem, a cupiditatibus, et ira ratione vacantibus pati, undenam ipsi istud pati, cum omne quod patitur, ab alio patiatur ? Invenitur igitur alia intelligens natura dæmonum, in ipsam, quod intelligere possumus, irruens, et in motionibus ejus naturalibus quibus semper cietur, negotium ac molestiam ei facessens ac tenebris quibusdam offusis, illam probe cernere non sinens, desiderantem recta, vera, quæque meram imaginationem et umbram atque errorem non habent. Etenim naturales humanæ naturæ habitus, a lapsu primi hominis de linea deflexerunt, mens, cogitatio, opinio, facultas imaginatrix, sensus, et in quibus anima tripartita perspicitur, nempe pars illa, in qua inest ratio et consilium ; et altera, in qua iracundia ; et postrema, in qua cupiditates, libidinesque versantur. Atque idcirco ratiocinari quidem homo potest : sed ad recte ratiocinandum imbecillis est. Concupiscere quidem potest, sed stulte. Irasci quidem potest, sed temere irascitur : ideoque sensa, commentationes, opiniones, imaginationes, sensiones pertinacia, distorta, instabilia et lubrica sunt. Quamobrem sancta, illaminata et omnipotens natatoria Jesu Dei hosce secundum naturam habitus corrigit, confirmat, et corroborat, et ob hanc causam lex et regulæ divinitus datæ sunt, ut intelligentiæ particeps, semperque mobilis anima in motionibus suis legitimis, divinisque canonibus temperetur : quo in iis jugiter ambulans, cernat quæ recta sunt, eamque decent : et in hac contemplatione exercitata, vexatorem a se fugere compellat, et cum in omnis veritatis comprehensione perfectior evaserit, in veris tantummodo studium atque operam suam collocet : quo sic ipsum illum legislatorem ad requiescendum super se attrahat, impleaturque in ipsa, quod dictum est a Domino : *Qui diligit me, sermones meos servabit, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum. Et ego et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus* [39].

Hoc animæ mysterium omnis sæculi hujus sapientia ignoravit : quæ sapientia ob id etiam pastus rationis expers dicitur : nam hoc solum animæ arcanum pastus cum ratione conjunctus est. Unum-

[37] Joan. VIII, 35. [38] Ibid. 36. [39] Joan. XIV, 22.

Digitized by Google

quemque enim Deum, seipsum, et dæmones nosse oportet. Illum, ut Dominum, quique solus salvare possit. Semet, ut imbellem adversus hostem, quem animo videmus. Dæmonas, ut hostes inaspectabiles, qui, quod admirabile est, perpetuo nos per nos ipsos oppugnant. Ut enim exterior aspectus præter solis lucem ad perspicue evidenterque dignoscendum res quatuor requirit, illæsum oculum, commensam motionem, commensam distantiam, purum aerem : sic sane et interior aspectus eget mente perfecta, motione commensa contemplationis, quam Dei timor ceu freno moderetur, et quadam intelligibili aeris puritate, illuminati vero lumine, quod omnem hominem in mundum virtutum venientem illuminat. Etsi vero hoc lumen abscondi impossibile est, quod nullo sepimento, aut nube intercipitur, aut prohibetur, tamen haud ab infidelibus animabus, sed ab iis solum, quæ in Christum crediderunt, videtur. Fideles porro animæ in veritate sunt, quæ post regenerationem divini et sacri baptismatis in nullo penitus magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi mandatum transgrediuntur : sed cum sancto Davide optant dicere : *Ad omnia mandata tua dirigebar. Omnem viam iniquitatis odio habui, quoniam omnia mandata tua justitia* [30]. *Omnis enim qui facit justitiam*, scribit dilectus ille Joannes, *ex Deo natus est : qui autem facit peccatum, ex diabolo est* [31]. Fidelem itaque et infidelem mandata distinguunt. Nam ut in quolibet Christi mandato exsequendo fides et confessio Christi exercetur : sic in unaquaque ejus mandati violatione infidelitas et negatio invenitur. Credentibus igitur in Christum animabus, et ejus jussa legesque custodire statuentibus, pro mensura fidei et obedientiæ, quam Christo præstant, etiam illis ut videant largitur ; quod quidem videre, est notitia eorum quæ proprie bona sunt et quæ non sunt, quæque in malis habenda, et quæ non habenda, ne exitium pro salute, neve salutem pro exitio intueamur : sed veluti cum aurum projectum videmus, ad id colligendum accurrimus : et præcipitium conspicientes, non inde nos præcipitamus : sic cernentes Dei voluntatem, prompte ad illam ferimur ; et videntes peccatum, cavemus ne in id præcipites abeamus confringanturque ossa nostra, et neque ad temperantiam, neque ad justitiam stare possimus : verum non secus, quam qui in lecto decumbunt paralytici, jacere velimus in immunditiis, et avaritia, et gaudeamus potius instar delictorum, quorumdam, nulla idcirco molestia doloreque affecti. Ut enim oculis subjecta creatura omnis continenter lumine, quod sentitur, indiget, ut videatur : pari modo quælibet sub intelligentiam veniens natura, semper intellectuali quodam lumine opus habet, ut mente comprehendatur.

Duo quippe sunt lumina, unum hic sol, qui sensum movet, et visu percipitur, quique oculis dat, ut corporatam creaturam aspiciant : alterum quod intellectile lumen dicitur, Christus Deus, qui aspectibus intelligibilibus donat, ut creaturam incorpoream intelligibiliter contueantur. Nisi exortus fuerit sol, quem sensus attingit, loca plana, et directa, vias puras, et sordè vacantes nemo videt : ita nisi sol quem mente cognoscimus, sese extulerit, vitiorum præcipitia, et directum justitiæ callem, divinorumque mandatorum pulchritudinem nullus perspicit. Si ergo Christianus reperiatur, qui per viam improbitatis totam, aut ex parte ingrediatur, necdum est Christianus. Nam Christianus ab ipsa arcana Dei cognitione, qua per sacrum baptisma imbuitur, divino impletur lumine, et illuminatus est, ac dicitur. Atqui omnis qui in lumine ambulat, foveas et offendicula videt. Si non videt, nec lumen habet. Quomodo ergo Christianus est? Si autem se videre affirmat, et nihilominus deliciarum illecebris capitur, mendacium dicit. Videt enim quemadmodum qui lumine carent, id est, infideles : et illi quippe bona et mala internoscunt quidem, verumtamen a malo non declinant : propterea quod non pure ac liquido vident, quid proprie bonum aut malum sit. At Christianus quandiu non perspicue, ac limpide malum cernit, nondum fuit Christianus. Certabit vero certamen in gemitibus, et lacrymis et jejuniis, ut sibi verum perfectumque lumen illucescat, quod omnem hominem in hunc mundum venientem illuminat [32], et habitus animæ naturales emendet, atque illustret, firmosque ac validos reddat, quo voluntatem Dei bonam, beneplacentem, et perfectam videat, et eamdem cupide ardenterque complectatur. Qui enim vim cœlestem a sancta baptismatis natatoria non senserunt, quæ vis regeneratio et renovatio, et, ut vere est, reformatio totius hominis vocatur, iis post hæc et institutione et impositione venerandarum manuum a sanctis illuminatisque opus est. Nisi enim cuique Christiano habitus a natura ingenerati antea correcti, transmutati, et a turpitudine eos obscurante perpurgati, solideque stabiliti fuerint, perdifficile, imo impossibile est omnino cuivis animæ, divinis voluntatibus obsequi. Nam prius quod debile et ægrotum est sanato confirmatoque, ita demum ad ministerium accedere fas est, quod omni cui ministratur conducit. Quod enim adhuc morbidum est, cuilibet hero inutile est. Ex hac ignorantia plurimi ascetæ imbecilles et invalidi, frustra laborant, et dormiunt multi [33], quos proinde æternum illud incendium cremabit.

ORATIO XI.

ARGUMENTUM.

Qui de præteritis peccatis dolet, eum nequidquam dolere, nisi medicinam quoque infirmitatis suæ, per quam peccat, a Christo flagitatam accipiat. Quæcunque homines in hac vita agunt, si ad

[30] Psal. cxviii. 128, 172. [31] I Joan. iii, 7, 8. [32] Joan. i, 9. [33] I Cor. xi, 30.

Digitized by Google

animarum sanitatem ea non conducant, inania esse, ideoque morbos spirituales curare oportere. Quomodo sponte, et præter voluntatem peccetur.

In lacrymis, et mœrore versari, et precari a Deo misericordiam ob delicta sua, præcedentibusque offensionibus et erratis veniam poscere, bonum ac laudabile est : sed istud nihil cuiquam commodabit, nisi Christus imbecillitatibus ejus medicinam fecerit : quibus ascribi debet, quod etiam peccare nequeat. Quocirca pœnitens quibusque contendet, ut a Christo vires, ad affectiones turbidas penitus penitusque profligandas impetret, quo jam sanctificatus, ad exsequendam Dei voluntatem, et Christi jussa facessenda aptus, et idoneus fiat. Etenim ante sanctificationem, id est, ante adeptam perturbationum vacuitatem, qui aliquando ex insita infirmitate se culpa contaminat; aliquando semel ad Christi præcepta servanda cogit, quem tandem fructum colligit? Certe ædificanti, et rursum ædificata destruenti similis est. Itaque naturæ imbecillitatem a Christo sanari necesse est, qui solus advenit medicus ad tollendas infirmitates nostras, e quibus est illa, unde in peccata prolabi consuevimus. Hic est enim Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, quæ est corruptæ naturæ nostræ infirmitas. Post Adamum quippe propter inobedientiæ scelus e paradiso ejectum, homo quilibet æger, debilis, infirmus est redditus. Infirmitates porro hæ admirabiles sunt, inter naturam et voluntatem intercedentes : ut nonnunquam ad naturam, nonnunquam ad arbitrium et voluntatem referendæ videantur. Sunt autem istæ. Homo quivis plus minus alio infirmus est ad sinceram charitatem. Infirmus ad non invidendum. Infirmus ad non conviciandum. Infirmus ad non reprehendendum. Infirmus ad non irridendum. Infirmus ad non mentiendum. Infirmus ad non irascendum. Infirmus ad non concupiscendum jucunda quæ videt. Infirmus ad temperantiam. Infirmus ad vitandam vanam gloriam. Infirmus ad fugiendam avaritiam. Infirmus ut nolit aliis, et æqualibus aut sapientior, aut prudentior, aut robustior, aut celebrior, aut honore dignior esse. Infirmus ad commiserationem, ad misericordiam, ad communicationem, ad gratias Deo assidue agendas, ad abstinendam ab omni malo, ad consectandum omne bonum : ut quemadmodum, supra dictum est, nunc quidem per viam liberæ voluntatis, nunc per naturæ tyrannidem infirmus atque imbecillis appareat.

Quod cum ita sit, hasce infirmitates et languores istos curari oportet; quærere autem medicum a quo curentur, magis oportet. Ideo nobis Christianis prefem supplicem majores præscripserunt, ut dicamus semper Deo, in contritione cordis : *Visita, et sana infirmitates nostras propter nomen tuum*, hoc est, gratis, *ut habens nomen gloriosum, ut misericors, et benefactor, et solus medicus.* Quisquis igitur curationem est consecutus, evasit etiam Christianus, : nec in seipso gloriatur, sed in medico, cui dies noctesque gratias agit, et ex animo se humiliat. Nisi enim sanatus invenitur, nondum sanatus est, ab ignorantia videlicet, sive incogitantia, ut qui nesciat, quid Deo dicat, et quas infirmitates sanari desideret. Quod si non curatus, purgatusque moriatur, gehennæ flammis in omne ævum ardens purgabitur. Est vero perquam miserabile spectaculum, cum homines Christiani diu noctuque clamant : *Visita, et sana infirmitates nostras, Domine;* et Dominus his mederi non potest, cum, quæ sint ipsorum infirmitates (quæ tantæ, tam multæ, tam variæ sunt) nesciant. Hæc causa est, cur Christiani pereant, de mendicis et pauperibus, de civibus et militibus, de monachis, clericis, diaconis, sacerdotibus, episcopis, principibus et regibus. Horum infirmitates communiter ac simul uno quodam medicamine, divinæ naturæ communione scilicet curantur. Nisi enim unusquisque Christianus secundum captum propriæ fidei divinæ naturæ consors fuerit [34], seu pervigilet, seu lumi cubet, seu dies noctesque psallat, et jejunet, et preces frequentet, si incuratus manserit, extra partem Christi, sicut et infideles, manet. Quoniam omnis homo, sapiens insipiens, intelligens obtusus, prudens imprudens, eruditus indoctus, urbanus rusticus, divcs mendicus, cui quod adest sufficit, et qui labore victum tolerat, quæcunque in hac vita cum labore, lassitudine et ærumna effecerit, nisi huc solum ea conferat, ut ejus anima infirmitatibus soluta, et incolumis sit, vana et supervacua sunt omnia, faciuntque, ut extra regnum cœlorum, quod tantummodo illæsas, ac sospites animas admittit, relinquatur. Cæterum omnis anima, quæ prædictis morbis tenetur implicita, et rerum cum corpore conjunctarum cupiditatibus, et terrenorum mundanorumque appetitionibus, et gloriæ desideriis, nec a semetipsa, nec ab hominibus curari sanarique unquam potest : sed a solo Domino, ac Deo nostro Jesu Christo, de quo scriptum exstat, *Quia ipse peccata nostra tulit, infirmitates nostras ipse portavit* [35]. Si namque animæ hominum, non atheorum et ethnicorum modo, sed etiam ipsorum Hebræorum credentium, facile mundanas cupiditates, et carnales appetitus odisse potuissent, et ita mundi principem diabolum, qui per illa imperium mortis habet [36], effugere, bonus, misericors et benignus Deus homo fieri, contumeliis et tormentis affici, ac per mortem *in inferiores partes terræ descendere* [37] omnino nihil necesse habuisset. Nam odisse mundum, et ea quæ in mundo sunt, quæque ad carnem spectant, sola divinæ virtutis Jesu participatione contingit.

[34] II Petr. I, 4. [35] Isa. LIII, 4. [36] Hebr. II, 14. [37] Eccli. XXIV, 45.

Digitized by Google

Ergo quicunque in Christum credunt, nisi ante A virtutis ejus auxilio mundana, et carnalia medullitus oderint nunquam, ulli mandatorum ejusdem gerere morem poterunt, sicut legimus : *Declina a malo, et fac bonum* [38]. Ex quibus sequitur, credentem in Christum ante omnia Christi virtutem, gratiam, et misericordiam flagitare debere, ut mundum, et mundana carnalesque concupiscentias detestetur, et in id operam dare cum fide, ut ea detestatus, etiam eorum mortificationem consequatur, quæ solius Dei est, juxta Apostolum : *Ego enim*, inquit, *mortificationem Jesu in corpore meo porto* [39]. Hæ sunt Deo gratæ petitiones, de quibus J annes Theologus : *Quodcunque petierimus secundum voluntatem Dei, faciet nobis* [40]. Ista enim sola homines ab se rogare vult Deus : quæ nimirum ad æternam eorum salutem accommodata sunt. Quandiu igitur cuique vita suppeditat, ne alia in re præter hanc studium, occupationemque suam consumat : in hac omnibus diebus vitæ suæ elaboret, ut anima ejus supremo illo die, quando effundet extremum halitum, bene valens, omnique carnis ac mundi affectu expedita ac libera inveniatur, necessarium est itaque eam sanam esse, ac potentem, ut pro sana Christo inserviat, sanctorumque ac divinorum ejus præceptorum operatrix sit : ut cum ad illius tribunal steterit, nec erubescat. Id si factum non fuerit, at saltem sospitem eam inveniri necesse est, ne morbos ejus gehennæ ignis corruptos, camino suo, qui C nunquam exstinguitur, cohibeat, et sine ullo fine exurat. Sententia siquidem gehennæ natura sua eos tantum potest attingere, quorum animæ ad futurum illud sæculum sanitatis expertes abierunt. Nam peccatum ex voluntario, et non voluntario proficiscitur, ex utroque, inquam. Videtur itaque peccatum quasi esca quædam, ad quam cum mens modo quodam intelligibili se inclinarit, animarum tyrannus, quem animo, non oculis cernimus, ipsam a tergo incitat, ut se illa esca farciat, quo peccatum ex voluntario per involuntarium consummatum inveniatur. Quapropter sapientia Dei Christus principia peccatorum elidit, ut neque cupiamus, neque infoeamur. Etenim cum in cupiditate, et aspectu peccati anima fuerit, difficile se potest D avertere, quod e vestigio dæmones, citius ictu oculi eam impellant. Ac necessario omnis anima accessum ad hæc fugere debet. Fuga autem non alia est, nisi ut non concupiscas.

ORATIO XII.

Argumentum.

Si quid boni actitat homo, id totum propter se actitare. Unde cognoscatur, jejunium, eleemosynam, orationem placere Deo. Quomodo psallendum. Sanctificationem, et libertatem per fidem acquiri. Psalmodiam proprie humilitatem esse. Quæ res gratiam exstinguant.

Quoties audieris sanctos Patres nobis dicentes, propter Deum jejunemus, aut eleemosynas impertiamus, aut aliud quippiam bonorum operum præstemus, existima eos ad nostram sese imbecillitatem accommodantes ita loqui : Deus enim qui nulla re eget, nullius horum indiget. Omnia autem, quæ in vitæ hujus curriculo cum virtute egerimus, ad nostram utilitatem redundant Dei, qui nulla re opus habet, nihil intersunt. Nam qui jejunat, et qui sese afflictat, et qui eleemosynas dispertit, ut miserationem et misericordiam Dei consequatur, hæc faciet, et hic Dei benigni cultus atque obsequium est. Nam si in loco vitæ hujus caliginosæ, ac plenæ offendiculis non libenter angustiamur, nec naturæ nostræ socios misereamur Deus vicissim misericordia et commiseratione nos haud B dignatur. Qui enim homo hominis non miseretur, nec justus Deus miserebitur. Qui autem libere peccat, nec dolorem ob id concipit, ejus vicem misericors judex minime dolebit. Nemo itaque cum quidpiam ex virtute facit, propter Deum, sed propter suam ipsius salutem se id facere arbitretur. Hoc siquidem sciens, et sentiens, et non poterit quidpiam boni perpetrare ut ab hominibus, sed tantum ut ab oculis nunquam dormientibus occulta cognoscentis Dei videatur. Nam Christianus, potissimumque qui in disciplina justitiæ procedit, nisi crediderit, planeque persuasum habuerit, quemadmodum noster hic sol, nullo pacto hominis alicujus eget (propterea quod servitute, aut ministerio quopiam humano neutiquam opus habet, cum ipso potius omnibus mortalibus serviat, exoriens, totumque terrarum orbem radiis suis illustrans, fructus omnes calore fovens, ad maturitatemque perducens, et ad coagmentationem corporum humanorum, universorumque e terra nascentium plurimum adjumenti afferens) nec potest, aut poterit quisquam dicere se servisse, aut servire soli : sic neque Deum alicujus operam requirere, aut ut ei a quoquam ministretur, opus habere. Qui ita non sentit, primum gradum principii salutaris viæ haud potest unquam contingere : sed quamvis jejunando, vigilando, laborando, psallendo eleemosynas ac justitias faciendo et docendo, et commonefaciendo alios se Deo servire existimet, cum eo tamen partem habere nequibit. Nam qui hæc agit, ideo aget, ut misericordiam apud Deum inveniat : *Quia omnes egent gloria Dei, et justificantur gratis per gratiam ipsius* [41], quærentes, et pulsantes, et petentes, ut misericordiam consequantur, et janua misericordiæ ipsis aperiatur, et apud Dominum misericordiam inveniant. Qui non quærunt non pulsant, non petunt, sententia et lege Christi regis omnipotentis immutabili statutum est, ut nec inveniant, nec illis ostium misericordiæ recludatur : *Qui habet aures audiendi audiat* [42].

Qui igitur jejuniis, precationibus, eleemosynis dat operam (per quæ tria Christiani omnes ab

[38] II Cor. IV, 10. [39] Psal. XXXVI, 27. [40] I Joan. V, 14. [41] Rom. III, 23. [42] Matth. XI, 15.

Digitized by Google

exsilio ad salutem revocantur, ac restituuntur) A ne dies jejunii numeret, ne ad eleemosynæ modum, nec ad laborem vigiliarum atque precum respiciat, quam multum jejunaverit, quam benignus in pauperes, quam multus in precibus fuerit : sed an Dominus attenderit. Si attendit, missa est ipsi gratia de cœlo, quam si suscepit, se contritum et humiliatum, pœnitentem et compunctum, et per hunc statum infirmitatem suam, peccata sua ut deformia, ut turpia, ut belluina, ut anima rationis participe indigna, et ab homine mente prædito remota cernentem inveniet. Talis enim contingit animæ prima a Deo illuminatio. Proinde hæc visa ut odio digna odit, et exsecratur. Si sefta constitutum non cognoverit, et jejunia, et eleemosynas, et orationes perdidit. Unum quippe Deo sacrificium, a quovis homine, spiritus contribulatus [45] : ac propter tale sacrificium, peccata remittuntur; quemadmodum propter ipsum hoc sacrificium et jejunium, et eleemosyna, et oratio instituitur. Hoc enim est mysterium Christiani, et ita agere par est. Nam jejunia, vigiliæ, humi strata cubilia, eleemosynæ, preces, psalmodiæ, voluntaria mendicitas, et quæ homo fecerit omnia, ad Deum sibi placandum facit. Quod si ille secum in gratiam non redierit, quod tandem in his emolumentum? Anima enim Deo reconciliato humilis, et mansueta fit, Deoque astans, ut Deo astat, nec se huc et illuc versat. Itaque si talis nondum est, Deum nondum amicum habet : sed B sive psallat, sive oret, adhuc sub potestate maligni est, et reconciliationem istam ante psalmos et orationes petere oportet; alioqui spes salutis nulla superest. Errant, qui antequam se Deo reconcilient, canunt, ac psallunt, et voces in aerem frustra jactant, Deumque ad iram provocant. Avertit enim ab ipsis faciem suam. Et ore quidem psallentes, mente et cogitatione in rebus diabolicis versantur. Non igitur sola jejunia, preces, et eleemosynæ sanctitatem libertatemque pariunt : sed ante hæc fides, et cognitio ejus, qui liberare potest, divinorum mysteriorum, nempe immaculati corporis, et sanguinis Domini Jesu, ac Dei omnipotentis communicatio : *Qui dicit his qui vincti sunt, exite : et his qui in tenebris, revelamini* [46], cum is C qui communicat, anima et corpore illi conjungitur ac miscetur, inque divinam naturam commutatur. Alia via fidelem salvari, et remissionem peccatorum accipere, cœlestemque regnum obtinere impossibile est, nisi cum timore et tremore mysteriorum corporis, et sanguinis Christi particeps fiat. Deus autem quomodo queat esse servus, aut impurus, aut cum facultate aliqua peccandi? In his enim relinquere, sanctimoniæ amissio est : amissio autem ex arrogantia; arrogantia ex oblivione; oblivio ex contemptu; cum, qui semel sanctificatus est, sanctificatoris sui obliviscitur; quis nempe ipsum sanctificarit sanctificationemque in ipso contineat, et per gratiarum actionem continuam, humilemque spiritum custodiat. Qui enim a quopiam e profundo maris extractus, ac veluti a mortuis excitatus est, qualem, et quantum humilitatis sensum habebit? *In humilitate enim nostra memor fuit nostri Dominus* [47] ; proprie enim demissio animi psalmodia, et omnia quæ facimus, huc spectant.

Quid porro est demittere animum, seu sentire de se submisse ac humiliter? Humanam imbecillitatem cognoscere, quæ cognitio, est a Deo credentibus in ipsum cœlitus demissa illuminatio : alioqui homo quilibet scipsum noscere nequit. Quare superbus nihil cernit, sed cæcus est, ut aiunt Patres. Qui baptismo tinctus non est, nec illuminatus est. Ut autem absque lumine oculis videre non potest : sic anima a Christo mystice non illuminata, suam ipsius imbecillitatem conspicere nequit. Sed ad hanc illuminationem quænam pertinent? Infidelibus quidem fides in Christum, et divinum baptisma, ut diximus : ast iis, qui post baptismum cæcutiunt, atque ideo superbiunt, et in leges committunt (*Superbi* enim, inquit, *agebant usquequaque* [48]. Et : *Dominus superbis resistit* [49]. Et, *Principium omnis peccati superbia* [50]. Et : *Principium peccati, nescire Dominum* [51]), talibus, inquam, ante alia mysteriorum Christianæ fidei institutio, ut cum crediderint, illuminentur. Si enim primam fidem tenuissent, non utique cæcutivissent. Et postquam instituti fuerint, crediderintque, videbunt omnino, totoque affectu pœnitebunt, metuentes Judicium Dei, et aspicientes quæ aut turpia, aut perversa designarint sibique persuadentes, mille supplicia se commeruisse. Turpia, ut voluptates ac libidines; perversa, ut avaritiam, injustitiam, dolum. Et quoniam omnis pœnitens humiliatur, huic Deus, tanquam humili, dat gratiam, ut et voluptates, et pravitates oderit, semperque imbecillitatem suam agnoscat, quo eorum vicem doleat, qui similiter vitiosis affectionibus laborant, et animum aliena incommoda sentientem gerat, offendentesque non condemnet, et sit mitis ac patiens, inveniatque D animæ suæ requiem, et sic *Cantet Domino canticum novum, carmen Deo nostro* [52], quæ est ex puro et contrito corde gratiarum actio. Cor enim contritum et humiliatum, est purum cor : quod si desit, omnis alia psalmodia nihil valet. Nam qui Deo hoc modo non psallit, non potest psallere, etsi multum sudarit : sed lingua loquitur, animo autem illa volutat, quæ Deum irritant, ejusque iram contra ipsum accendunt. Quapropter, quomodo quævis creatura aspectabilis semper lucem postulat, ut videatur, ita omnis quæ intellectui patet creatura, semper lucem sub sensum non cadentem requirit,

[45] Psal. L, 19. [46] Isa. XLIX, 9. [47] Psal. CXXXV, 23. [48] Psal. CXVIII, 51. [49] Jac. IV, 6. [50] Eccli. X, 15. [51] Ibid. 14. [52] Psal. XXXIX, 4.

Digitized by Google

ut comprehendatur. Et sicut quis de multis præclaris facinoribus, et actionibus suis dicere non potest, noctu, et sine lumine feci : sic neque qui vitam Deo placentem egerit, dicere quibit, sine lumine, quod in intelligentiam cadit, feci. Si ausus fuerit, mendax est, et filius diaboli : nec seipsum aliquando est contemplatus, nec viam Dei ambulavit omnino. Unde scriptum est : *Qui gloriatur, in Domino glorietur* [81].

Cæterum attendas oportet, o illuminate a Christo desuper, ne forte inde veniens te lateat illuminatio, cum sit occulta, tibique eam ut propriam, et ex te ortam ascribas, ideoque ab oculis tuis ablata, rursum te in tenebris deserat. Deus enim qui sub aspectum non venit, lumine quodam haud aspectabili illuminat : et ea illuminatio (quomodo item Deus) inaspectabilis, ex effectis suis perspicitur. Si te humilem et contritum experiere, quam humilis, tam illuminatus es. Proficit enim anima, si in humilitate proficit; cognitioque humilitatis et mansuetudinis, sui ipsius, et Dei cognitio est, ut divinæ sapientiæ antistites affirmarunt. Animæ quæ Dei visitationem, sive divinam illuminationem, ac serenitatem adepta est, pacata est, et nullis turbis agitatur. Hujusmodi illustrationem exstinguunt inhumanitas, judicare fratrem, tenax injuriarum memoria. Qui enim ex misericordia et humanitate Dei servatus est, per misericordiam et humanitatem salutem sibi custodiet, secundum divinam et [B] giam vocem ita sonantem : *In quo judicio judicabitis, vicissim judicabimini : et qua mensura metiemini, remetietur vobis* [82]. Idcirco præcedat misericordia, et sequatur misericordia. Nam qui a gravi et incurabili animæ morbo per solam Dei visitationem liberatus, et sospitati restitutus est gaudebit, et exsultabit; et qui ipsius misertus, sanitatem ei donavit, Deo nimirum, tota anima, et tota mente gratias aget, eritque mansuetus ac lenis, Dei erga se misericordiam, benignitatem, pietatem admirans: ac totus in benignitatem, et viscera pietatis effusus, similibus obnoxios miserabitur, adversus neminem tollens supercilium, sed omnibus se hilariter subjiciens. Sic sane peccator omnis, cum per Christum a turbulentis motibus expeditus fuerit, gaudebit et exsultabit in salutari ejus. Si autem [D] post sanitatem efferatur, prope est tyrannus diabolus, et apud eos instrumenta motionum rationi non obedientium. Gratia Christi se subducet, et dæmon propior factus, mente concussa, per corpus deteriora prioribus efficiet.

ORATIO XIII.

Argumentum.

Quinque magnæ artes diaboli. Quidquid boni propter Deum agit homo id agere vel quia petit, vel quia gratias agit. Quomodo voluntas veri cupientis salvari, salutem velle debeat. Quorum rex sit, quorum non sit, is qui est Dominus, et rex omnium.

Quia diabolus est spiritus intelligentiæ compos, [A] et in naturam nostram depravatam libertatem nactus, secundum quam in eam agit, cum qui ab ipso sine intermissione oppugnantur, sæculis sibi succedentibus prætereant ac dilabantur, ipse vero annos amplius sexies mille sexcentos semper hostis humani generis, et quidem occultus atque clandestinus permanserit, hominesque par ipsosmet oppugnet, et eos præsertim, qui modo nascentes in vitam introierunt, qui non solum certaminis hujus periti non sunt, sed etiam ires ejus bellicas funditus ignorant (sic enim jaculatur, ut videatur, nec tamen ipsi vident : ut angelus lucis apparet, et ut tenebræ bellum gerit), adversus unumquemque non mediocrem usum, experientiamque est consecutus. Finis autem et scopus ejus oppugnationis [B] non contemnendus, et formidabilis est. Nam cum a principio genus hominum a Deo exterminaverit, contendit nihilominus, ut ab eo exterminatum maneat : aut ut ab exsilio ad Deum Christi opera revocatum (sicut est sapiens ad male faciendum) rursum ab eo segregetur et exsulet. Hinc igitur quivis scientiis scientissimus evasit, Hellenismi, Judaismi, hæresum, vitæ orthodoxorum, et asceticorum certaminum. Ac per Hellenismum quidem, perque externam, ut vocant, sapientiam, homines in fraudem inducit, per Judaismum vero, et cultum Dei ab illo præscriptum, judaizantibus persuadet, eos bono in statu versari. Idque etiam Agarenis fecit. Per hæreses cultores Dei circumscriptos, ab [C] una in Deum fide divellit. Orthodoxos quoque per id, quod orthodoxæ, seu ex vera et recta opinione institutæ vitæ adversatur, per voluptatem scilicet, per avaritiam, et vanam gloriam, a Deo abducit. Per asceticam denique, et philosophicam vivendi normam, multorumque incommodorum perpessionem, cum vectem subjecerit, initium improbitatis, nempe existimationem sui, sive arrogantiam, desideriumque honoris ab hominibus impotentissimum, hoc omnium virtutum adversario, et inimico machinamento, animas in sanctitate ac justitia viventium prosternit atque subvertit. Quibusdam item zelo Dei injecto, sed non secundum scientiam miseros illos tyrannos reddit, quod profecto multis deflendum est lacrymis : siquidem præsentibus fu- [D] turisque bonis privantur. Quid enim est aliorum omnium interitus, si cum talium hominum jactura comparetur? Hæc namque singularis est et incomparabilis calamitas. Sequitur ergo ut investigandum sit, quo pacto ejus insidias devitemus. Id aliter inveniri non potest, nisi ad extremam humilitatem animi, et summam contritionem cordis, atque ad unum Deum, eumdemque hominem, et Dominum Jesum Christum confugiamus : *Qui pro nobis pugnabit, et nos tacebimus* [83]; in quo solo datur contra hostem hunc aciem instruere, et resistere, et vincere : nec est hic alia via, ratioque sapientiæ.

Quapropter si in Christi gratiam in egestate quispiam vixerit, inediam vigiliasque toleraverit,

[81] I Cor. I, 31. [82] Matth VII, 2. [83] Exod. XIV, 14.

Digitized by Google

et per continentiam corpus macerarit, liberalis in pauperes, alienam vicem dolens ac benignus fuerit, bene sane, sunt enim bona hæc. Verumtamen caveat diligenter, ne labores et mercedem perdat. Etsi enim hæc opera bona sunt, tamen præterea aliud quiddam bonum est, per quod salvantur, qui per ista salutem adipiscantur : siquidem duarum magnarum rerum instrumenta et efficientia sunt, propitiationis puta, et gratiarum actionis, et ea comparate fieri necesse est. Nam dilectus ille Joannes ait : *Omnis qui peccat, non vidit Deum, neque novit eum* [54]. Si igitur quis agnitis peccatis suis pœnitentiæ lumen acceperit, et pœnitere cœperit, talia opera suscipiet, ut Dominus ejus contritionem, humilitatem, studium alacre videat, et misertus ei reconcilietur. Argumenta autem reconciliationis sunt, affectuum turbidorum sedatio, odium peccati, perpetuus Dei ubique præsentis timor, compunctio, religio, animi in sacris cantibus, lectionibus, auditionibus a Deo inspiratarum Scripturarum attentio. Omnino enim nemo quidquam horum ante recuperatam Dei gratiam consequitur. Animam quippe gratia Dei quodammodo tangit, inaspectabili quadam ratione ei reconciliata, et quæ eo usque instabilis et vaga fuit, firmari ac stabiliri incipit. En unam rem magnam et admirabilem, pro qua gratiæ debentur Deo. Consecutus autem misericordiam, sanitatem, firmitudinem, si hæc opera facit, ut pro adeptis gratias agat, pro reconciliatione, inquam, cum Deo, etiam sic rationi convenienter faciet, ut perfectam redemptionem consequatur, et diviniore cognitione occultorum Dei bonorum (quorum pulchritudo ab oculis non peccantium modo, verum etiam pœnitentium abscondita est) dignus evadat. Quicunque igitur hujusmodi actiones usurpant, simpliciter ut bonas, nec ob has causas, culpa non carent, viventesque in egestate voluntaria, jejunantes, eleemosynas impertientes, moriuntur peccatores. Atque id lamentabile est, eos apud tam placabilem Deum se in gratia non reposuisse, neque secundum rationem videlicet, neque congruenter reconciliationem operatos. Congruenter dico, quia si jam reconciliatus adhuc iisdem pro reconciliatione impetranda deditus sit, Deum a se avertit : quemadmodum et ante reconciliationem, si pro gratiarum actione ista præstet. Etenim homo, ut intelligentiæ ac mentis particeps animal facultatem cognoscendi habet, omniaque cum ratione et cognitione illi facienda sunt : id quod erga homines alios facere consuevit. Qui enim regem pro offensa sibi propitiare studet, non prius gratias agit, quam in ejus amicitiam restitutus sit : sed conatur, ut prius placatum habeat, ac tum demum gratiarum actione fungitur. Alioqui τὸν λογικὸν (mentis compotem) Dei Patris λόγος (mens) et Filius, et solus Salvator salvare ἀλόγως (sine mente seu temere) non vult. Sed ut justus, juste postulat eum in quo est ratio et intellectus, ita se erga Deum gerere, quomodo se erga homines gerit : et timere illum, ut homines timere solemus. Sane si nos dignitatem ac præstantiam, quam ratio nobis affert, labefactamus atque imminuimus, ipse eam labefactare et imminuere non potest : sed secundum naturam a se cuique tributam, etiam legem teneri vult in omnibus.

Quis ergo salvari concupiscit, quamvis id se concupiscere omnes fateantur? Omnes cupiunt affluentibus rerum copiis ditari, aurumque et argentum, lapides pretiosos, margaritas citra laborem, lassitudinem, ærumnam, sollicitudinem possidere, quod fieri haud potest. Qui igitur aiunt : salvari volumus, et pro salute acquirenda defatigationem animi et corporis nullam suscipere instituunt, qui tandem salvari queunt? quando etiam qui salutis causa ad laborandum prompti sunt, totoque animo, verbo et opere eam expetunt, nec ipsi quidem salvari possunt. Ut enim, qui cum nihil laborent, tamen salvari desiderant, salvari nolunt, cum salus sine labore non constet : sic qui facultate, prudentiaque propria ad labores pro salvatione obtinenda aggrediuntur, ideo ea potiri nequeunt, quod non in virtute salvari cupientis, sed in misericordia Dei per Jesum Christum constituta est. Alius enim est qui salvatur, et alius qui salvat. *Absque me non est salvator* [55], ait Deus. Et apostolus Paulus : *Velle bonum adjacet mihi, perficere autem non invenio* [56]. Quid igitur, Paule? Dic age, quo pacto salvari licet? Gratias ago Deo meo, respondet, per Jesum Christum, *quia lex spiritus vitæ in Christo, liberavit me a lege peccati et mortis* [57]. Et gratia sit benigno Deo, qui ex immensa charitate erga homines ipsum velle cum infirmitate copulavit, ut homo volens non possit bonum operari, tametsi cum labore multo; et in ipsum arrogantiæ vestigium declinet, quæ primum peccatum, et fons criminum, et naturæ lapsæ ac debilitatæ causa fuit. Solo namque Deo vires sufficiente, etiam ipsa voluntas nostra ad ejus voluntatem ab omni arrogantiæ macula purgatur.

Verum dicat fortasse aliquis, quid porro salutem consequenti proprium relinquitur? Si enim ipsa quoque voluntas ejus sublimiore quadam virtute indiget, quomodo volens salvatur? Hoc est quod solum ei relinquitur, ut audiat de salute, ejus desiderio flagret, et norit eum, qui salvare possit : cætera ut sibi donentur ab eo qui salvare, et conservare, et restituere in pristinum statum potest, ex imo pectore, omni dubitatione remota roget, ducto initio ab accipienda voluntate qua velit, quæ Dei, et salutis sunt, usque dum eam adipiscatur, et desiderium conquiescat. Primum quippe Dei munus est, aliquem de salute verba facientem nancisci; præcones enim ignorantibus mittuntur : et hoc donum plane mittentis est. Secundum autem

[54] Joan. III, 6. [55] Isa. XLIII, 11. [56] Rom. VII, 18. [57] Rom. VIII, 2.

Digitized by Google

munus, quod humanæ naturæ antea insitum est, aures dictis commodare. Ideo enim et illis qui non audiunt, his verbis Christi gravissime minatur. *Si non receperint, nec audierint vos, tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii, quam illis* [58]. Tertium Dei donum lumen quoddam est, quod intellectu perspicitur, quodque maxime recens per baptismum illuminatis tribuitur. Qui namque de salute audivit, seque docenti attentum præbuit, ipsam quidem desideravit, elegantiam autem et pulchritudinem ejus nondum aspexit, et divino lumine mystice opus habet, quod ei desuper obumbret. Hoc animæ oculos illuminans, duo hæc ostendit, pulchritudinem et fœditatem : pulchritudinem quidem salutis, fœditatem vero ejus qui salvatur.

Quid amplius ? postquam desiderium primam animæ motionem assumens, voluntatem adhuc imbecillem, et cunctatiorem et impotentem ad salutem habuerit, senseritque anima voluntatis miseriam, ex alto virtutem flagitat, ut voluntas confirmetur, et tota salutem cupiat. Post hæc incipit oratio, laboriosa ad cognoscendum, et a spiritibus adversariis, ut arundo agitata. Hic confirmata hæc voluntas laborabit, et sudabit multum, petens divinum orandi donum coelitus accipere, ut in Spiritu sancto fiat oratio. Jesum enim non potest anima Dominum suum, hoc est, sibi imperantem dicere, aut explorate nosse, nisi in Spiritu sancto [59], ut ipse Spiritus sanctus cum habitaverit in anima. *Postulet pro nobis gemitibus inenarrabilibus, clamans Abba Pater* [60], quo illius vox glorificatorum propria fiat, et per orationem gratiosam, acceptamque anima fructus spiritus germinet, charitatem, gaudium, pacem, longanimitatem, benignitatem, bonitatem, fidem, mansuetudinem, continentiam [61]. Hic ordo eorum est, qui salvantur. Sin minus, in montibus, et solitudinibus, et locis quos Dominus non visitat, oberrabit, qui hunc ordinem non sequitur. Nam nullum servare ordinem, licentiæ et contumaciæ indicium est. Cujus autem initium lubricum, etiam finis inutilis, laborandoque fatigabitur, et studio inani lassescet, qui saluti vacat. Ferme enim salus omnis in Christo Jesu Domino nostro posita est. Idcirco et rex, et Dominus appellatur, quoniam super singulos in eum credentes, per Spiritum sanctum regnat, et ut rex, ac Dominus suorum fidelium, ipse per eos quod placitum coram se est, operatur. Fit enim iis, in quibus regnat, viæ dux, gubernator, magister, œconomus, præses, opitulator, ab omni peccato redemptor. Atque enim si quidam citra Christum boni quispiam agere videantur, mendacium sunt. Tunc autem veritas fiunt, cum Christus super ipsos regnaverit, cui dicebat Pilatus : *Ergo rex es tu ?* et respondit ei : *Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati* [62]. Tum ille quæsivit, quid esset veritas. Sed tacuit Dominus, quod sciret Pilatum hoc mysterium absconditum non posse capere. Nam cum regnare super omnem hominem oportet, quoniam aliter characteres rationales humanæ naturæ apud unumquemque resplendere nequaquam possunt : et irrationabilitatem præter naturam ex peccato in genus humanum ingressam, atque ita firmatam, ut secundum naturam existimetur, obscurari ac deleri. Non enim possumus, non, inquam, possumus ab ἀλογίᾳ liberari, nisi Christus, qui est Λόγος, super nos regnaverit. Atque hæc est illa veritas, cui ut testimonium perhiberet, Christus venit. Nisi enim ipse rex noster fuerit, nunquam quod placitum est coram eo, præstare poterimus : sed ab impostore et inimico humani generis regemur, nec sentiemus. Ubi enim regnat Deus, non ibi diabolo servitur, sed ministerium omne in Deum confertur.

Etenim quis ignorat Deum esse conditorem cœli ac terræ, et omnis creaturæ, tam quæ cogitatione percipitur, quam quæ sub aspectum subjicitur? Esse etiam regem eorum, quæ ex nihilo ut exstarent, producta sunt, creatis simul ab eo omnibus? Deus enim Pater Verbi sui ac Filii, Dei ac Domini nostri Jesu Christi, per quem fecit omnia, etiam in Spiritu sancto suo regnat super omnia. Hæc igitur una Deitas, Pater, Filius, et Spiritus sanctus, quæ in tribus subsistentiis, coæterna, principii coexpers, consubstantialis regit cœlum, solem, lunam, stellas, aerem, terram, mare, et omnia quæ in eis sunt, et angelos, et homines velint nolint, quia Dominus unus est [63]. Quoniam autem regiæ potestatis proprietas est providere omnibus, in quos regnum est, etiam Deus hisce omnibus providentiam et curam suam declarat. Sed quia omnis condita natura, præter ratione præditas, angelos nimirum atque homines cognitionem ac notitiam capere nequit, hoc ipso quod ratione caret, ideo Deus quoque ut ignoranti, simplici via providet : cum angelorum hominumque, quorum est cognitio, curam gerat assiduam. Vult autem hos, ut naturas intelligentia ornatas nosse opificem, provisorem, et Salvatorem Deum. Ea propter siquidem procreati sunt, ut tanquam naturæ consilii, mentisque participes, et ingeneratam cognitionem habentes, conditorem perpetuo celebrarent, eique tum pro seipsis, tum pro universis gratias agerent. Unde quanquam Deus rex est omnium, tamen hominum duntaxat et angelorum volentium rex esse vult : nolentium nequaquam, ut ne arbitrii libertatem illis tollat. Qui enim ratione utens natura sit, si voluntate careat? Quocirca etiam Dominus noster Jesus Christus nostrum similis homo natus, et magister, quod latebat, et ignorabatur, consortibus generis ac fratribus suadet, dum ita docet ac dicit : *Quærite regnum Dei, et justitiam ejus* [64], ut volentibus nobis imperet. Simul enim naturam

[58] Matth. x, 15. [59] I Cor. xii, 3. [60] Rom. viii 26. [61] Galat. v, 23. [62] Joan. xviii, 37. [63] Deut. vi, 4. [64] Matth. vi, 33.

Digitized by Google

rationis capacem regnum Dei attingit, et simul omni eam justitia cumulat. Hinc et quotidie Deum ita precamur : *Adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua* [65]. Hoc enim vult, et ob hoc ipsum corpus humanum induit, et istud primum editum, etiam principium Evangelii fuit. Nam quod dicitur : *Appropinquavit regnum cœlorum* [66], hoc est. Nisi enim intelligens anima modo intelligibili sensum regni Dei acceperit, quod ipsam tetigit, spes salutis in irritum cadit. Animam porro in qua Deus regnat, regnantis beneficia, et efficientias nosse oportet. Ubi enim rex præsens est, ibi item regni notæ et indicia plane sunt, æquitas, mansuetudo, veritas, humilitas, quæ illam regis humilitatem referat, bonitas, justitia, et omnis pietas. Insuper patientia, humanitas, compassio, dilectio sine simulatione, longanimitas, tolerantia, sustinentia. Et horum contraria in iis, in quibus Deus non regnat, perspiciuntur, et inde cognoscuntur, de quibus præcepit Dominus exercitibus suis : *Illos inimicos meos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, et interficite coram me* [67]. Qui enim audiverunt, et didicerunt multifariam, per quæ opera et mandata a Christo regnum cœlorum adepturi sint, et ea contempserunt, terrena ac pereuntia, temporalemque gloriam præferentes, prorsus quam infideles acerbius punientur, quoniam Christum cognitum recipere noluerunt. Nam qui recusavit illud opus, cujus causa Christus ex sancta Virgine natus in mundum venit, manifestum est utique eum neque Christum recipere, etiamsi eum recepisse videatur. Qui autem vere in Christum crediderunt, eumque receperunt : *Dedit eis potestatem filios Dei fieri* [68]. Mox enim ut crediderunt, divinitas ejus ipsis creditur, ut quemadmodum ille est Deus homo ic qui credit sit homo Deus.

ORATIO XIV.

ARGUMENTUM.

Quam potestatem Christus acceperit. Prius Christi gratiam participare, atque ita vitam secundum Deum consectari oportere. De peccato, et justitia. De carnali, et spirituali. De virtutum capite, et pedibus.

Apud Davidem legimus : *Quis est homo qui vivet, et non videbit mortem, et eruet animam suam de manu inferi* [69]. Si igitur istud cuivis et ubique impossibile, soli autem Christo possibile est, ob quod etiam in terras venit, id est, Deus homo factus est, nemo propter aliud quippiam, nisi propter hoc solum vim inferat, id est, ut volentem omnes liberare, cogat et cogentem liberare. Cogitur quippe rex Jesus, volens hoc non propter se : sed quia res ardua est, et nos magnitudinem salutis ignoramus, vult a nobis cogi, et vim pene tyrannicam sustinere, ut partim quidem ex iis quæ patimur, a peccato graviter circumsessi; intelligamus in qualem necessitatem non sponte venerimus : partim vero, ut cum libertatem a peccando adepti fuerimus, gratias liberatori magnificas agamus, tanquam pro re ingenti, et cuivis omnino impossibili. Propter hoc obsecrationibus et jejuniis, et erogatione, et contritione, et aliis afflictionibus opus est. Non enim citra laborem, et otiosis gratuito hoc præstare vult Christus; sed postquam id in immersione baptismi cujuslibet fecit, infantes magnam, præcellentemque gratiam, non potuerunt agnoscere, necesse fuit hoc rursum per laborem acquiri, iterum accepta gratia, quæ hoc habet, ut apud neminem se ignorantem perseveret : sed ob ignorantiam illam avolet. Quisquis ergo Christianus nondum ex imbecillitate ad faciendam Dei voluntatem per divinam Christi virtutem confirmatus est, eat, ac per fidem, et impositionem manuum dispensatorum gratiæ confirmetur prius (quæ gratia ex fide donatur, non ex operibus) ut virtute ex alto prius indutus, ita demum vitam Christiano dignam transigere possit : ne nudus a Christi gratia inventus, extra Christi partem ejiciatur : nec enim tantum propter peccatum recedit, qui illa potitus fuit, quantum propter ignorantiam. Nam hoc est omnem hominem velle ad agnitionem veritatis venire [69*], quoniam non aliud quidem veritas, quam gratia Christi, ac propter eam gratiam venit, et occisus est Christus : qui cum Deus, Dominus ac hæres sit omnis creaturæ per ipsum conditæ, potestatemque habeat in ea quæ condidit, non tamen habet potestatem gratis dandi hanc gratiam hominibus : *Quoniam justus Dominus, et justitias dilexit* [70], Injustum siquidem erat, volentem, et nulla compulsum necessitate, et per dolosum mendacium tantum ea sponte nudatum, et scelere inquinatum, sine magna vi in resistendo adhibita, eadem rursus circumdari. Idcirco et nobilis facta est compensatio, Deus ipse natus homo, in sacrificium pro ea datus est. Unde et Christus post resurrectionem ait : *Data est mihi omnis potestas in cœlo, et in terra. Euntes docete omnes gentes, et baptizate eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis* [71]. Hinc et nomen ejus est apud Isaiam [72] ἐξουσιαστής, potestatem habens, non ut Dei, sed ut θεανθρώπου, Dei et hominis. Etenim ut Deus, quomodo eorum, quæ fabricatus est, non habebat potestatem? Sed ut homo, cum se volens pro redemptione in sacrificium obtulisset, ab ipsa natura operis quod peragebat, potestatem accepit. Si enim Deus in pretium redemptionis impensus est, patet non fuisse ullum donum isto præstantius, quod ad oblitterandum Adami delictum Divinitati offerretur. Lapsus enim Adamus, intelligibili Dei gratia qua fruebatur, exutus est, quam nunc salutari perfusus unda quilibet rursus induit. Nam *quicunque in Christo baptizati sunt, Christum induerunt* [73].

[65] Matth. VI, 10. [66] Matth. X, 7. [67] Luc. XIX, 27. [68] Joan. I, 12. [69] Psal. LXXXVIII, 49 [69*] I Tim. II, 4. [70] Psal. X, 8. [71] Matth. XXVIII, 18, 19. [72] Isa. IX, 6. [73] Galat. III, 27.

Digitized by Google

Itaque humana quæ sentiuntur, cernunturque, humanorum quæ tantum intelliguntur, nec sub oculos veniunt, formæ et imagines quædam sunt. Exempli causa, homo nascitur nudus, puer infans, qui nulla re semet juvare potest, quandiu lacte materno alitur, ab ea sola curatur : ast ubi ratione jam uti, et institui, ac proficere cœperit, ut sibimet opem ferre queat, tum nimirum quærere et rogare potest. Pari modo anima omni virtute nuda creatur : cumque ad regenerationem accesserit, Christum induit, a Christo nutritur, eruditur, quærere et rogare discit. Exinde nisi roget, nihil ei Christus largitur. Rogabit vero conducibilia. Primum quidem lumen, ut videat. Videbit autem omnem in seipsa miseriam, illicoque humiliabitur, et humiliata mansuescet, mansuefacta vias Domini a Domino mystice docebitur : *Qui mites docet vias suas* [74]. Sane qui prius gratiam Christi non induit, atque ita ad vitam, moresque Christianos sese dat, operam perdit. Quæcunque enim mala pertulerit, aut bona egerit, nondum Christi gratia vestitus, nullam inde utilitatem reportabit, perinde ut Judæi et ethnici Deum nescientes : siquidem non est in orbe terrarum quisquam adeo impius, qui nunquam aliquid cum virtute conjunctum naturæ hortatu effecerit. Prius igitur contendendum, quod supra docuimus, ut per fidem, per pœnitentiam, per impositionem manum presbyteri gratiam adispiscare : sine quibus ad eos, qui ipsam post baptismum amiserunt, non reveniat. Quod si etiam citra manuum impositionem in aliquos venit, certe eorum exiguus est numerus, duo aut tres forsitan, et raritas legem Ecclesiæ non præfigit. Nec peccasse itaque, nec peccare peccatum est : quemadmodum nec cæco aut offendisse pedem ambulando, aut offendere cæcitas est, nec ægroto morbus cibi stomacho nocentis appetitio : sed non participare divinam naturam ejus, qui pro nobis in cruce pependit Deus Jesus Christus, hoc peccatum est. Est enim nimium quantum difficile, atque adeo impossibile, ut non peccet, qui cum Jesu communionem non habet. Hæc etiam justitia est, participare et communicare cum Jesu. Cum hoc qui non communicat, nunquam a peccato mundabitur. Communicanti autem cum eo, peccatum non dominabitur. In ipso enim vivunt, moventur et sunt Christiani [75]. Atque ut breviter dicam, frustra Christiani nomen gerit, qui in agnitione Jesu communionem cum eo non habet. Talis porro ex confidentia et audacia adversus divina et sacra, ex iracundo et præfracto, arrogantique animo; quomodo alius contra ex reverentia et pietate erga res divinas et sacras, item ex summa morum suavitate, et animi submissione cognoscitur. Nam ut ille nescit, sic iste novit, nihil se fecisse laudabile, nisi in communione boni Jesu, qui usque eo se nobis attemperavit, ut formam atque substantiam nostri similem in se capesseret, ut per cognationem communionemque cum eo, vitæ rationem homini respondentem inveniamus.

Sunt vero qui in terris etiam et in corpore angelicos mores æmulantur, cum penitus tota animæ et corporis natura Jesus communicanti sibi permistus fuerit, et cum eo unum evaserit, ut hujusmodi homo possit usurpare illud : *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus* [76]. Duo quippe sunt citra confusionem unita : disjunguntur autem aliquando, idque in nobis ipsis, et ea carnalia ac spiritualia dicuntur : quando idem homo interdum carnalia, interdum spiritualia sapit. Qui igitur spiritualia sapit, et agit, fidelis est, et nominatur; nisi enim in seipso gratiam sanctissimi Spiritus haberet, sibi creditam, spiritualibus non fungeretur. Qui autem quæ carni affinia sunt et sapit, et agit, infidelis, et nullius pretii est. Quod nisi ita esset, nunquam vacuus gratia Christi et diaboli patiens incursus, carnalia operaretur : quia omnis qui facit malum, ex maligno est [77]. Idcirco qui male agunt, eos certum est a dæmonibus impelli, habentes nequitiæ principem, qui in ipsis habitare cognoscitur. Etenim spiritus nequam et intelligentiæ notus est, qui infideles, et a divina gratia desertos spiritualiter afflat. Quocirca ratione præditi, et libera voluntate cohonestati, velut alieno arbitrio subjecti cernuntur regi, sibimet ignoti, et opinantes ex illa sua libertate malum se committere. Quam opinionem magnum robur architecti improbitatis esse novimus : cujus omne studium in id impenditur, ut eo annitente, in iis qui malum operantur, operantes se id facere existiment.

Quid igitur? dicet quispiam, periit arbitrii libertas (5)? Sane, at non tota. Remansit enim in nobis

[74] Psal. xxiv, 9. [75] Act. xvii, 28. [76] Galat. ii, 20. [77] I Joan. iii, 8.

(5) Locus lubricus censuraque dignus, videtur enim Simeon existimare, peccata ab homine per liberum arbitrium non committi, sed potius a dæmone in homine et per hominem, tanquam per instrumentum operante; quod adeo falsum est, ut peccati ratio nulla ratione subsistere possit; nisi a libero arbitrio procedat; neque est ulla res præter ipsum hominem qui peccat; quæ voluntatem directe ad peccatum movere et inclinare queat, docet sanctus Thomas, 1-2, quæst. 80, art. 2. Indirecte tamen potest et solet diabolus inducere ad ad peccatum; vel proponendo et objiciendo materiam, qua quis ad peccatum allicitur, vel suggerendo et persuadendo objectum propositum habere rationem boni, quia et suggerens, et suadens, seu persuadens aliqualiter proponit, *proprium objectum voluntati, quod est rationis bonum verum vel apparens*, ut inquit sanctus Thomas : *Sed nullo istorum modorum potest aliquid esse directa causa peccati, quia voluntas non ex necessitate movetur ab aliquo objecto, nisi ab ultimo fine. Unde non est sufficiens causa peccati, neque res exterius oblata, neque ille, qui eam proponit, neque ille, qui persuadet. Unde sequitur, quod diabolus non sit causa peccati directe vel sufficienter, sed solum per modum persuadentis vel proponentis appetibile.* Hæc sanctus Thomas.

Digitized by Google

sola cognitio, quod mali simus : sicut ægroto in lecto jacenti scire, se ægrotum jacere. Vult ille quidem surgere, at non potest. Illud potest, voleus, ac pro arbitrio suo medicum quærere. Idem hic usu venit. Quapropter ait Dominus : *Omnis qui facit peccatum; servus est peccati, servus autem non manet in domo in æternum. Si igitur filius vos liberaverit, vere liberi eritis*[78]. Quoniam igitur arbitrii nostri libertas eo devenit, ut tantummodo medicum quærere debeamus, ad Christum accedamus, qui a dominatione diaboli nos vindicet. Nemo ergo malum operans existimet, aut dicat, dæmonem non habeo : pro portione enim pravitatis aut parvum, aut magnum, aut etiam multos dæmonas habet : sicut spiritualis pro mensura virtutis aut modicam, aut multam gratiam obtinet, aut etiam plenus est Christi gratia. Jam vero divina Scriptura diversa charismata virtute præditorum spiritus appellare consuevit.

Omnes itaque virtutes bonum quoddam sunt ; omnium vero caput quoddam et pedes esse oportet : corpus enim sine capite ac pedibus constare nequit. Pedes virtutum sunt humilitas, caput charitas. Absque his duabus virtutibus omnis alia virtus vana et inanis est. Omnes siquidem virtutes A simul columnæ possunt comparari, cujus basis humilitas, caput charitas, Deum portans. Nam sub charitate sunt ordine quodam miseratio, compassio, eleemosyna, communicatio, patientia, longanimitas, beneficientia, et quæ Deus facit, benignitas. Circum humilitatem autem quasi circa basin columnæ versantur obedientia, tolerantia, cognitio, prudentia, humanæ imbecillitatis et altitudinis divinæ cognitio, pro Dei beneficiis gratiarum actio, qui benefacit *a dexteris et a sinistris, per ignominiam et bonam famam*[79]. Jam ubi erga Deum est gratiarum actio, ibi etiam videtur Deus. Qui autem pulchritudinem Dei intuetur, quomodo hunc ut longe pulcherrimum, omnisque pulchritudinis originem non amabit? Jam qui Deum diligit, etiam ejus mandata servabit, cujus mandatum est, ut amemus inter nos[80]. Cæterum *qui non diligit fratrem suum quem videt*, inquit Scriptura, *Deum quem non videt, quomodo potest diligere*[81]? Per gratiarum vero actionem, et charitatem acquiritur Dei visio. Sustinet igitur humilitas charitatem, et charitas firmat humilitatem. Hæc quidem veluti pedes, qui per medium corpus ipsum et caput sustentant : at charitas ut cherubicus thronus Deum portans, per interpositum corpus ab humi-

[78] Joan. VIII, 34-36. [79] II Cor. VI, 7. [80] Joan. XIII, 34. [81] I Joan. IV, 20.

quæst. et art. cit. qui etiam articulo proxime sequente pulchre docet, quomodo dæmon possit esse causa peccati interius ad peccandum instigando; hoc est, commovendo phantasiam et appetitum sensitivum. Nec aut obest nostræ et veræ, aut prodest Simeonis sententiæ; quod qui peccat, servus peccati efficitur. Hæc enim servitus, et sponte contrahitur, cum quivis per peccatum libere se dæmoni subiiciat . et sponte etiam seu libere servitur, cum homo divina gratia adjutus libere possit illam deserere, et ad libertatem filiorum Dei transire : et quidquid mali fit, dum quis in servitute dæmonis permanet, id libere fit ab ipso homine, quamvis impellente et incitante diabolo; quæ tamen incitatio non affert necessitatem, libertati voluntatis. Nec notio servi excludit libertatem voluntatis; quia, licet servus sit instrumentum Domini, non est tamen instrumentum naturale aut inanimatum, sed animatum; nec qualecunque animatum, sed ratione præditum. Quare in quamcunque servitutem incidat, quidquid agit ut homo, id libere agit, tametsi jussus et impulsus a Domino : nam et servus mandato domini sui homicidium perpetrans, libere illud perpetrat; quis enim cogeret, si nollet? Par ratio in nostro argumento.

Quod addit Simeon, *periisse arbitrii libertatem, sed non totam*, id itidem benigna interpretatione temperari debet, potest enim intelligi de imminuta naturali inclinatione potentiarum animæ ad bonum, quam ex peccato exstitisse communiter tradunt theologi : quod tamen non est absolute intelligendum, quasi ipsa anima seu potentia amiserit aliquam partem ejus inclinationis, sed accipiendum est ex parte objecti, ut sensus sit peccatum, removendo justitiam, atque adeo naturam corrumpendo, obstitisse quominus potentiæ (et in his ipsa etiam voluntas libera) prompte et sine peccato ferantur in bonum; quod planius significaretur, si diceremus inclinationem potentiarum per peccatum impediri. Vide sanctum Thomam 1-2. quæst. 85, art. 1 et 2, et ibid. Gregorium de Valentia quæst. 15, part. II, alioquin ex fide catholica certum et constitutum est, hominem habere liberum arbitrium ad omnes actiones civiles seu externas, et morales et etiam supernaturales ; cum hoc tamen discrimine, ut liberum arbitrium per suas vires naturales minime sufficiat ad omnes actiones, sed ad quasdam supernaturali adjutorio gratiæ indigeat, cujusmodi sunt in primis actiones illæ quæ ad pietatem et salutem pertinent : de quo copiosissime disputat Bellarminus, lib. IV, V et VI, *De gratia et libero arbitrio*.

Hæc pro explicatione verborum Simeonis, cujus mentem certius fortasse attigeris, si dicas, eum amissionem liberi arbitrii, etsi non totius, tantum in hoc collocasse : quod homo in peccatum lapsus, nequeat amplius per solum liberum arbitrium resurgere, et cum Deo in gratiam redire, quod verum est, quamvis modus loquendi durior sit; non enim propterea dici debet amissum ex parte liberum arbitrium; licet namque homo a peccatis resurgere non possit solis liberi arbitrii viribus; potest tamen resurgere per liberum arbitrium gratia Dei excitatum, corroboratum et adjutum, ita ut adjuvanti libere cooperetur. Ergo cum homo gratiam Dei per peccatum perdit, nihil perdit de libero arbitrio simpliciter et proprie loquendo, sed perdit tantummodo usum quemdam liberi arbitrii, qui est supernaturales actiones exercere quas liberum arbitrium sine subsidio gratiæ exercere nequit, quippe quæ longe excedant vim et facultatem naturalem liberi arbitrii. Gratiam tamen amissam, ipsa gratia divinitus adjuvante, potest liberum arbitrium denuo libere acquirere. Deique amicitiam recuperare; sicut et æger (quod est exemplum Simeonis) studio et beneficio medici, libere sanari potest; licet sanitatem,suis duntaxat viribus obtinere non queat.

Digitized by Google

litate, tanquam a pedibus sustentata. Paupertas, jejunium, continentia, iræ, linguæ, cupiditatis omnis sub jugo sunt justitiæ, quæ virum pium ac religiosum decet, ut ne sit injustus, nec alium, sed ante alios semet multet. Plura enim quam necessitas requirit possidere, aut necessaria quidem, sumptuosiora tamen, injustitia est : quemadmodum et ventri definito alimento plus dare, injustitia est. Iræ autem frenos laxare, stultitia; proterve loqui, fatuitas; cupiditatibus sæcularibus indulgere, amentia. Non enim virtus est, a malo abstinuisse : etsi qui malum non fecit, non vapulabit, sicut ille scilicet qui fecit. Si autem faciet, omnino etiam vapulabit. At qui bonum fecerit, illi bene fiet : non quidem secundum rationem justitiæ, sed ex humanitate et bonitate Dei. Una enim quædam Christi sententia est, qua dicitur : *Qui cognovit voluntatem Domini sui, et non fecit, vapulabit multis* [82]. Alia : *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus : quia quod facere debuimus, fecimus* [83].

ORATIO XV.

ARGUMENTUM.

Tenere, seu observare quæ in divinis Scripturis leguntur, totum Dei munus esse. De oratione, et lectione, et quomodo Christiano psallendum sit.

Qui docetur, nisi quæ doctus est in animo retinet, nihil profecit. Qui litteras sciens, legit, nisi intelligat quæ legit, quodammodo illitteratus est. Qui legit et intelligit, nisi intellecta servare potest, nihil ei podest. Divinas Scripturas legere, nisi arbitratus est intelligere lecta in nobis est, et non est. In nobis, studium : intelligere a gratia Dei pendet. Verum tenere, seu præstare intellecta, id totum supremæ gratiæ acceptum referri debet. Quocirca pauci sunt qui ea præstant [84]; sicut pauci sunt qui salvantur. Sunt ergo duo, oratio et lectio, quorum hæc qua via ad Deum perveniamus; docet, facitque hominem divinum : illa Deum flectit, ut mentem legentis illuminet, quo lecta et intelligat, et observet. Alia etenim scripta percipere et cognoscere possunt qui legunt : quæcunque autem divina et salutaria sunt, citra Spiritus sancti illuminationem comprehendi servarique nequeunt. Et quidem qui orare ut debet, edoctus est, tantopere lectionis non indigebit, divinæ gratiæ divino lumine replente ejus animam, et in statum quemdam diviniorem immutante. Qui autem continuam lectionem pluris facit, antequam orare, ut oportet, didicerit, errat, seque ipsum a divina salute abducit : imo vero sensus omnino expers est, tametsi in tota Scriptura sacra exercitatum se, et eam recitare memoriter posse fateatur. Ut enim citra calorem solis, fructus provenire non potest, sed hieme quidem nascitur, vere maturescere incipit, frigore autem nascitur, vere maturescere incipit, frigore autem perseverante ad maturitatem non pertingit, sed inutilis efficitur, meliusque erat, si nec a principio germinasset : sic qui calori solis illius, quem intelligentia percipimus, sese per orationis præstantiam non subjecit, nunquam fructum maturum per lectionem edere poterit : siquidem et discere prius, quemadmodum oratio instituenda sit, ut ubi didiceris, etiam orare queas, multum tempus, laboremque, et animi magis quam corporis desiderat. Quamobrem et Apostolus hortatur assidue cantare et psallere Deo in corde non in labiis [85]. Sed quoniam *ex abundantia loquitur* [86], necesse est etiam per os ex abundantia illius orationem promi, cum ipsum cor prius mundum creatum, deinde divinus rectitudinis Spiritus innovatus fuerit : post lætitiam salutaris Dei gustaverit, quæ ex consortio et communione Christi exsistit : deinde gratia Spiritus principalis firmitatem acquisiverit, ut spiritualia nequitiæ, quæ cogitatione cernuntur, nulla ex parte ejus motiones, cogitata concutere et quassare suis flatibus possint [87]. Ac tunc precibus divinis vacans, per radios mysticos per orationem super orantem exortos cognita et agnita, ad frugem maturam perducere potest : alioqui insipiens ac stupidus est.

Psallere igitur Deo bonum est, quia in primis fructuosum. Si enim quiddam singulare est, cum rege terreno colloqui, quanto singularius cum rege cœlesti? Quis accedere propius, et cujusquam cum rege sermonem interturbare audet? Sic neque dæmones ad illum appropinquare sustinent, qui cum Deo loquitur. Non psallere Deo, magna est jactura : anima quippe non psallentis divino lumine, divina virtute et quiete insultibus dæmonum privatur, et omnis petulantia, omnis immunditia, omnis improbitas et injustitia, omnis fastus, ostentatio, arrogantia ab iisdem in eamdem invehitur. Sicut enim cœli aspiratione corpora, ita perenni Dei memoria omnis anima prorsus indiget. Verum enimvero psallere Deo simpliciter ac perfunctorie, et sine timore, qui Deo astanti est necessarius, quem Cherubim tremunt, tantum abest, ut aliquid commodi, ut potius incomparabile detrimentum afferat; quia Deum exasperat, et a nobis avertit, nosque ab illo tanquam in exsilium ejicit. Nimirum quemadmodum cum contemptu regi astantem satellites regis abripiunt, et a conspectu ejus exturbant, idque rex minime reprehendit : sic angeli Dei, mentem contemptim Deo astantis a Dei visitatione ejiciunt, quam confestim dæmones arreptam, majore auctoritate libertateque (quia velut a lupanari aut caupona) imperiose quolibet, sive ad turpia et nefanda, sive ad improba, sive ad vana et inania ductitant : et neque qui patitur animadvertit, neque Deus liberat, quoniam ipsemet spretus atque contemptus est. Lege enim ita sanxit : *Servite Domino in timore, et exsultate*

[82] Luc. xii, 47. [83] Luc. xvii, 10. [84] Matth. vii, 14. [85] Ephes. v, 1 seqq. [86] Luc. vi, 45. [87] Ephes. vi, 12.

Digitized by Google

ei cum tremore [88]. Quapropter homini tali multo erat melius, si non psalleret. Dæmones namque in cæteris peccatis omnibus non æque, ut in isto contemptu Dei in animam dominari possunt. Et rex quidem terrenus debitores, quique in se peccarunt, patitur, contemptores severe ulciscitur. Quare cum contemptu psallere peccatum est omnium maximum. Deus enim cum a corpore segregatus sit, nec oculis istis aspiciatur, etiam modo quodam incorporeo et visibili colitur. Quem corporea ratione, et ut videri possit, colere, minus est illi conveniens ac proprium, sicut et apud Davidem est : *Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem utique : holocaustis non delectaberis* [89]. Idcirco *cor contritum et humiliatum Deus non despiciet* [90]. Contritio autem cordis mente et cogitatione fiat. Non tangunt oculorum sensum mens nostra et cogitatio, id est, ipsa anima. Hæc igitur mens, inquam, et cogitatio Deo qui intelligibitur, nec videtur, danda sunt. In hoc enim cultus ejus consistit, ut inaspectabilia inaspectabili, intelligibilia intelligibili, et corporalia cum anima quoque ad Deum colendum se subjiciant, qui manibus humanis colitur. Quod vero etiam, quæ in sensus cadunt, non respuit, sciendum, tunc ea accipere, cum mente pura ac sincera oblata fuerint.

Omnis quippe oratio, ac psalmodia divinæ Scripturæ, cum Deo reconciliatio est. Aut enim petitio est eorum quæ Deus per gratiam, pro eo ac ipsum decet, hominibus donare solet. Aut sunt gratiarum actiones Deo pro opificio, qui nulla subjecta materia procreavit universa. Aut commemoramus per ætates admiranda opera, prodigia et signa ad gloriam ejus, et salutem hominum, et vindictam iniquorum, improborumque exhibita. Aut arcanioribus rationibus divinam ejus administratam providentiam. Aut mysterium Incarnationis Verbi Dei, quomodo quem universitatis ambitus non cœpit, immaculatæ Virginis utero captus, natus, educatus sit, cœlestemque vivendi normam docuerit et ostenderit, salutaremque mortem perpessus, ab inferis resurrexerit, spemque resurrectionis, et vitæ æternæ generi hominum donaverit, et in cœlum, ut homo, assumptus fuerit, ut Spiritum sanctum ex Deo Patre suo procedentem, in eos qui in ipsum credidissent, demitteret; quem ab initio princeps homo Adamus habuit, et ob infidelitatem amisit. Hic namque totius œconomiæ finis, ut credentes in ipsum velut Deum et hominem, in duabus naturis non separatis neque confusis unum Christum, Spiritum sanctum in suas animas, quasi animam accipiant, et ita nominentur fideles, et quasi sursum conflati, ac de integro facti, et a principio informati, ac per sanctum baptisma reformati, factique denuo, qualis primus homo erat, animo et conscientia, et sensibus omnibus sanctificentur : ut de cætero penitus non habeant in seipsis vitam corruptam, quæ possit appetitum animæ in carnales et mundanas appetitiones, cupiditatesque abstrahere. Qui ergo de his et similibus Deum qua die, qua nocte, et longis temporum spatiis alloquitur, et lingua quidem loquens, mente nescit quid loquatur, nonne hic nugari videtur? Nondum sane fidelis hujusmodi, neque Deo reconciliatus est. Fidelis siquidem est, et appellatur, cui donum sancti Spiritus concreditum est, quique, illud habet, quod donum simul mentem ipsam accipientium illustrat, et simul continet, colligens et conservans horum duorum intelligentiam, cui dicatur et quid dicatur. Prius itaque credere, et reconciliari Deo necesse est, et tum illi psallere sic ut qui psallere constituit, ante veniam de admissis qua verborum, qua operum, qua actionum, qua cogitationum petat. Reconciliata autem Deo anima, mansueta, humilis, et contrita efficitur, id quod reconciliationis cum Deo argumentum est. Sunt enim ista præcipua Dei dona, et charismata, mansuetudo et humilitas. Animam mitem et humilem dæmones ad voluptates corporis, aut avaritiam, aut ad vanam gloriam iterum oppugnare, ut ante, non possunt. Et in his duobus Christi donis levationem, ac requiem ab hujusmodi necessitatibus, invenit anima. Quamobrem pauca, cum timore et intellectu psallere debemus. Quod tamen omni sæculari monacho, anachoretæ, clerico, diacono, sacerdoti, episcopo impossibile est prorsus, nisi horum uniuscujusque anima pro mensura fidei ipsius in Christum, Spiritus sancti particeps fiat. Quoniam *nemo potest dicere Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto* [91]. Et quia spiritus est, in quo adoramus, et preces inimus [92]. Et quia *Ubi Spiritus Domini, ibi libertas* [93], libertas autem et securitas a dæmonibus videlicet, qui odium, tristitiam, perturbationem, pusillanimitatem, pravitatem morum, nequitiam, incredulitatem, iracundiam, intemperantiam in anima excitant. Quibus qui constricti sunt, jejunantes, vitam solitariam quietamque sectantes, possessionibus carentes, multum psallentes, divinarum Scripturarum explanatores, orthodoxorum dogmatum conscriptores, et magistri Ecclesiarum, et sanctissimi, ac justissimi, et longe religiosissimi, cum Christo, vero lumine, qui omnem hominem sponte sua in verum mundum virtutum venientem illuminat, partem habere non possunt : *Nulla enim societas luci ad tenebras* [94].

ORATIO XVI.

ARGUMENTUM.

Deum propter excellentem charitatem multis calamitatibus hominem exposuisse. Penuriam, seu indigentiam Dei munus esse, quique eam fugit, eum

[88] Psal. II, 11. [89] Psal. L, 18. [90] Ibid. 19. [91] I Cor. XII, 3. [92] Joan. IV, 24. [93] II Cor. III, 17. [94] II Cor. VI, 14.

Digitized by Google

Christianismum fugere : Dei enim sententiam naturam nobis factam ; et tribulationes omnes gratiarum actionem docere. Cujus rei causa peccatum, morbi, et mors exstiterint.

Deus hominem post lapsum timoribus multis, et omnigenis casibus, quasi muro vallavit, et undique fecit turbis ac terroribus impeti atque jactari, ipsumque in se a semetipso oppugnari. Causa hujus rei, admirabilis, omnique charitate ac bonitate referta est. Sicut enim pater quispiam, dives ac fortunatus bonis omnibus, si filium haberet sibi multo charissimum, ac propter vehementiam amoris erga hunc germanum ac dilectum filium suum nec cibum, nec potum, nec vestem, nec calceos, nec aliud commodum, recreationemve, nisi tantum ab se genitore vellet illum accipere, ut idcirco a patris latere nunquam discederet, et super ejus genua requiesceret : si quando autem a patre alienari eum contingeret, et ab aliis, non a parente ad usum suum necessaria sibi præberi vellet, aut non inveniret, aut invenire quidem, sed in sudore ac labore et afflictione acciperet, quod omnibus patri servientibus valde serio imperatum esset, talem filium missum facere, repellere, et modis omnibus molestiis afficere, quando extra patris conspectum versantem viderent, ut alibi non inveniens requiem, adactus necessitate, et invitus ad patrem, qui eum incredibiliter, et plus omnibus dilexisset, reverteretur, in eoque conquiesceret : eodem modo Deus egit cum homine, ut nullam in hac vita rebusque mundi requiem inveniens (quoniam hæc omnia vanitas) ad bonum Deum, Dominum, Herum, Patrem, Tutorem, Provisorem, Redemptorem, Salvatorem reverteretur, et cum eo continenter versaretur, et inveniret ipse quidem requiem, Pater autem et Deus eo perfrueretur, ac super eo lætaretur. Erat enim, cum homo circumflueret omnibus copiis, et propter eam abundantiam in quiete ac voluptate esset, vacaretque afflictione et ægritudine, gaudens et exsultans, nesciretque prorsus quid ægritudo esset. Ex negligentia igitur propter affluentiam desiderium parturivit eorum quæ supra ipsum erant, et quæ assequi non poterat, et quæ cum tetigisset, ut illi videbatur, de ipsa illa copia et abundantia dejectus, ad multorum, imo sane omnium penuriam redactus est, in tanta egestate constitutus, ut summæ abundantiæ summa indigentia e regione, et ex diametro opponeretur ; arrogantiam scil. vindicans, unde audax illud facinus exstitisset, quo in donatam sibi affluentiam præ satietate contumeliosus exstiterat. Ex quo autem in egestatem devenit, multis ob eam ærumnis, laboribus, defatigationibus cumulatur, nec expleta penuria, tristatur, afflgitur, desperat : naturaliaque A et inevitabilia vincula indigentiæ fugere volens, magnopere contendit, ut in vita nulla re egeat. Hinc aut occultus, aut manifestus et impudens alienorum invasor, avarus, injustus, rapax sit, zelo agitatur, invidet, rixatur, mentitur, pejerat, insidiatur, calumniatur, maledicit, pugnat, irascitur, bellat, se ulciscitur, occidit, etiam ipsum Deum contemnens quodammodo, qui velut temporaneum supplicium in hac vita indigentiam esse voluit, quam mortalium generi protoplasti transgressio induxit, et Deo inimicitias indicit, ac propterea rerum copias sibi parans, inde gloriosus, superbus, jactabundus redditur. Quid deinde ? *Dominus superbis resistit* [95], et tandem extrema ejus in eamdem damnationem cum desertore Dei diabolo B cadunt. Scire igitur licet, indigentiam justum esse a Deo supplicium, gratoque ferendam animo, ut ita commiserationem et misericordiam, et providentiam Dei in nos excitemus. Idcirco *Quem diligit Dominus castigat*, longe eum a superbia propter indigentiam removens : *Flagellat autem omnem filium, quem recipit* [96], per morbos varios, et invaletudines eum sibi copulans, gratias agentem, et patientem, et pro hujuscemodi certaminum corona adoptionem reportantem. Etenim protoplastus non ob aliud violavit mandatum, nisi quod nulla prorsus re egeret, essetque sine labore dives bonorum omnium.

Quare qui indigentiam fugit, quam effugere nun- C quam poterit, Deo videtur adversari, et ab ipso pronuntiatam sententiam, naturæque loco constitutam, quasi evertere conari, nempe qua jubet, ut *in sudore vultus nostri panem nostrum comedamus, donec revertamur in terram, de qua sumpti sumus* [97]. Quoniam igitur indigentia quilibet homini in hoc sæculo, parvo et magno naturalis pœna est, qui hanc quærit effugere, in pœnas sempiternas incurret. Aliter enim quam per avaritiam, injustitiam, rapinam, præsentem indigentiam explere non datur. Solet autem bonorum copia generare superbiam, unde peccatis principium, et caput. Ea prostrata, superbum et arrogantem turpia designandi voluntas invadit, quæ ex amentia, et discessu a recta ratione progignitur. Omnis itaque D Christianus qui indigentiam fugere laborat, etiam germanum Christianismum fugit. Esse enim Christianum, et nullius egere, impossibile est. Etenim Deus nostri similis inter nos factus, ut humanam naturam usque a principio instauraret, decreta sua, quæ ad damnationem transgressoris mandati sui, primi, inquam, parentis nostri fecit, corruptionem videlicet et mortem, cum dixit : *In sudore vultus tui comedes panem tuum* (6) : Et : *Terra es, et in*

[95] Jac. IV, 6. [96] Hebr. XII, 6. [97] Gen. III, 19.

(6) Illa verba Domini ad Adamum post divini præcepti transgressionem Gen. III, 19. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, non magis significant præceptum, quam illa ejusdem ad eumdem : *Pulvis es, et in pulverem reverteris.* et illa ad Evam : *In dolore paries filios ;* sed significans pœnam, qua Deus primos parentes, eorumque posteros mulctavit. Ergo, qui modis licitis operam dat, ut ἔδαφον

Digitized by Google

terram reverteris [98], non ita leviter sustulit. Ecce A enim et sudor ad panem acquirendum permanet; et in terram de qua sumpti sumus, revertimur. Sed virtutis suæ ut divinæ virtutis, et sapientiæ suæ ut divinæ sapientiæ participes faciens, qui in ejus incarnationem crediderunt, eatenus legem suam infirmat; ipse primum nobis exemplar factus, multis doloribus et afflictionibus usque ad mortem crucis ignominiosam perferendis. Similiter apostoli et fideles omnes a Christo bene corroborati, cum gaudio sudores et tentationes sustinent, et in multa patientia fructum ferunt. Propter hoc item martyres et ascetæ, illi quidem pœnis et suppliciis non eximi, hi vero labores asceticos non abjicere, sed egregiam sibi tolerantiam suppeditari rogabant, B propositum certamen per patientiam certantes, ut pro labore suo mercedem in futuro sæculo reciperent. Unde Deus patientiæ et longanimitatis Deus nominatur [99]. Igitur pro cuilibet angustia, et omnis tristitia necessaria est, propterea quod ante omne tentamentum nemo tentationum notitiam adipiscitur. Ubi autem a tentationibus irruentibus vindicatus fuerit, vindici sive Deo, sive homini gratias agit. Cum itaque homo a tentationibus immunis custoditur, ad gratias ob id Deo agendas segnis ac piger est. Lapsus autem in tentationes, et ereptus, impense ei gratias agit. Quin si quis etiam semper Deo gratias agat, non ita, nec tantopere tamque alacriter agit, quam tentationibus et tribulationibus liberatus agere consuevit. Ut ergo ex animo, C et ex tota mente, et ex omnibus viribus gratias agat in tentationes et afflictiones, et angustias, et tristitias incidere oportet, ut virtutem Dei cognoscat. Alioqui remissio, et feriæ duo non mediocria mala pariunt, nimirum, ut non tota anima gratiæ agantur Deo; et ut mens curis inanibus occupetur. Adamus in illa sua quiete, tranquillitateque inexplicabili, si Deo gratias egisset, deceptus non fuisset; neque malum illud consilium unquam admisisset, neque Deus fieri concupivisset. Quare quemadmodum aspiratione aeris, sic gratiarum actione erga Deum opus habemus, si in tentationes, afflictiones, angustias, mœrores, quod velle debemus, inciderimus.

ORATIO XVII.

ARGUMENTUM.

De vero monacho, et pecuniæ, aut voluptatis, aut gloriæ cupidum, non esse monachum: qui mores ut a Deo sanentur, ascetis dura perpetienda. Cur omne opus bonum hunc habeat finem, ut sanctificationem Christi recipiat. Cum intellectu psallere, solius Dei beneficio ascribendum. Quo pacto inter Deum, et homines inimicitiæ intercedant.

Monachus est, qui professus coram Deo et angelis, se mundo, et iis quæ in mundo sunt, nuntium remisisse, et ad Christum se aggregasse, divina gratia, quæ animo concipitur, mystice dignatus est, et ejus gratiæ sensum quemdam intelligibilem hausit. Præ ipsa enim omnes carnis mundique illecebras detestatus, per eamdem mortuus, et ad omnes illas inhabilis, et ineptus efficitur. Ac tunc cum summo gaudio, ferventique desiderio ad divina Christi mandata fit strenuus, et ab omni voluptate, pecuniarumque, et honorum studio alienus (velut qui extra carnem, et mundum viveret) cognoscitur, et soli Spiritui sancto arctissime conjunctus, semper lætus et psallens: *Ego autem in Domino gaudebo, et exsultabo in Deo salutari meo* [1]. Aliter quispiam referri in album monachorum neutiquam potest. Tria enim sunt, voluptas, pecunia, gloria. Monachus qui adhuc voluptatibus se submittit, nondum monachus, sed etiamnum peccati, et Satanæ mancipium est. Monachus cui amor pecuniæ adhuc imperat, nondum monachus, sed idololatra est. Monachus adhuc ambitiosus, nondum monachus, sed principis hujus mundi probatissimus miles est. Qui igitur possidetur aut ab his tribus ex parte, aut ab uno horum trium universe, seu jejunet, seu vigilet, seu oret, seu psallat, seu humi cubet, et quævis alia incommoda, laboresque ac molestias subeat, omnemque scientiam norit, cum Patre, Filio, et Spiritu sancto societatem non habet. Necesse est enim hunc prius libertatem, quæ mente videtur a Dei Filio adipisci, qui ait, *Omnis qui facit peccatum servus est peccati: servus autem peccati non manet in domo Dei in æternum* [2]. Est autem domus Dei regnum ejus. Audin' formidandam sententiam? *Si igitur filius vos libe-*

[98] Gen. III, 19. [99] Rom. II et XV. [1] Habac. III, 18. [2] Joan. VIII, 34, 35.

seu indigentiam, partis opibus, effugiat, is non D magis peccat in præceptum Dei quam si det operam ut morbos effugiat; ipsamque mortem, si non semper vitet, certe differat. Itaque quando Simeon dicit: *Eum, qui indigentiam fugere nititur, fugere etiam germanum Christianismum*, et si quid aliud hujus generis in hac oratione occurret, id accipiendum est de illo qui paupertatem intolerandum gravissimumque malum reputat, immissamque sibi invito et iniquo animo tolerat: oblitus Salvatoris sui, qui hanc omnibus divitiis anteposuit, immemorque pœnæ illius primævæ, quam Deus in mortales statuit, ut scilicet in sudore vultus sui vescerentur pane suo, vitamque inter varias ærumnas et paupertatis incommoda exigerent, quam pœnam, cum a Deo infligitur, quivis patienter persolvere debet; tametsi ipsemet ea se afficere, nec tenetur, nec jubetur. Et si quis aut exsisteret, aut unquam exstitisset, quem sudor iste vultus nunquam tetigisset, omnisque indigentiæ expertem vitam traduxisset, paratus ferre si quid a Deo sibi mitteretur: is nihil propterea in ullum præceptum Dei commisisset, quanquam quis unquam fuit, qui indigentiam penitus a suo limine excludere potuerit, et hoc sudore aspersus non fuerit? imo quo quis avarior est; eo egentior est. Vere poeta: *Semper avarus eget.*

Digitized by Google

rarerit, inquit, *vere liberi eritis* [a]. Cum ergo quis a tribus hisce liberatus fuerit, tum demum, ut jam Christianus, et Christi servus effectus, psallere et orare debet. Certe enim qui aut ab his tribus tyrannicis affectionibus, aut ab harum aliqua subjugatus est, etiam volens in libertatem se vindicare nequit. Soli enim Dei Filio, atque Regi Jesu Christo, secundum potestatem quam a Patre propter necem perpessam accepit, istam donare libertatem concessum est, qui post resurrectionem suam dicit : *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra* [b]. Ad liberatorem igitur confugiendum, quem penes solum est ista auctoritas. Et ne quid omittamus, quo ab eo a tribus hisce tyrannis in libertatem asseramur, pro ea nos inedia maceremus, et eleemosynas distribuamus, ut videat nos cupere libertatem, qui vult misericordiam. Cæterum partæ libertatis indicium est, perfectum odium illorum; ut a quorum cervicibus hoc jugum servile depulsum est, hæc tanquam monstra fœdissima, quæ secundum Salomonis exsecrationem nunquam impleri queant [c], detestentur etiam. Itaque bonum est psallere Deo, orare, jejunare, vigilare, misericordiam exercere, et propter Christum egere. Bonum se humiliare : sed videmus in his, fratres, multos in vacuum aut cucurrisse, aut currere, et laborare inutiliter. Causa aperta est. Etenim quidquid agitur, propter aliquid agitur. Quia vero tota natura hominum post prævaricationem corruptibilis et mortalis esse cœpit, atque idcirco imbecilla et ærumnosa, omniumque vitiorum et stultitiæ capax, quonam pacto ipsa sese a semetipsa liberaverit? Quomodo ergo liberabitur? Si jejunia, vigilias, precationes frequentarit, et laborarit, et facultates suas pauperibus distribuerit, ut a corrupta voluntate diviniore virtute liberetur, ab eo qui solus liberat, et qui venit tollere peccata mundi Jesus Christus et Deus. Qui ob hanc causam jejunat, vigilat, aliaque facit, et laborat, optatis potietur, et cognoscet, et gratias aget, et *humiliabitur sub potenti manu Dei* [d]. Qui autem in vita agenda hunc scopum sibi propositum non habet, ineassum laborabit, infelixque et miser Christianus ad futurum sæculum transmittetur.

Intelligendum est autem, omnem operam diaboli, dæmonumque adversus Christianos in hoc collocari, ut hanc ignorantiam per omnium mentes diffundant. Atque ob eam rem dæmones ad jejunia, vigilias, humi cubationes, et cætera, quæ dicta sunt, ascetica administros se præbent, ut qui se affligunt, cum se recte fecisse putaverint, minime se a Jesu curatos inveniant. Lex enim Christo posita est inviolabilis, ne quemquam perturbationes, et morbos suos, eorumque medicum, et ipsam sanationem ignorantem curare possit : quam quidem primum apostoli, post eorum discipuli docuerunt. Atqui non doceri, et nosse sanitatem impossibile est. Affectus enim morbo quispiam, qui prius bene valebat, de statu suo in quo sanus erat, cogitat. Verum ab ipsa conceptione, nedum ab ortu et exitu in lucem, natura æger, quomodo quid sit sanitas nosse possit? Qui etiam de sanitate audiens, non modo doctrinam non complectetur, sed et pro nugis ducet, quæ dicuntur, propter suam incredulitatem omnia, jejunia scilicet, ejusque comites pro incredibilibus habens, et pro vinculis ferreis, de peccatis tum propriis, tum fratrum dolere, et flere cum flentibus, ut etiam gaudere cum gaudentibus. Sed hæc omnia bona, admirabilia, et laude digna in nihilum recidunt, si is, qui ea consectatur, Dei sanctificationis particeps non fiat : huc enim una tendunt universa, sicut Apostolus ait [e] de iis quos Deus erudire tanquam filios dignatur, quoniam erudit ad id quod utile est, in recipiendo sanctificationem ejus. Quod nisi fiat, inanis labor, inanis fides. Primum igitur neque sine virtute Jesu, et Dei ipsa legitime exercere possis : et non coronatur, qui non legitime certat. Lex porro in his una, ut occulte et cautissime fiant, coram oculis solius Dei, usque adeo diligenter, ut neque sinistra nostra cognoscat, quid dextera faciat. Quæ autem sinistra, et quæ dextera? Dextera est, quæ Christum dicentem audit : *Cum omnia feceritis, dicite, quia servi inutiles sumus, quoniam quod facere debemus, fecimus* [f]. Sed enim, quis ille qui omnia fecit, quæ facere debet? Quod si quis aut omnia, aut nonnulla aliquando fecit, quis hoc potuit, ut prius mysticam Christi virtutem non susceperit? Sin autem sine Christo fecit, væ ipsi, et operi ejus. Sinistra est, cum quis officio functus, honorem sibi a Deo deberi existimat. Talis post tantum certamen, et laborem ac defatigationem nunquam Christi sanctificatione impertietur. Et væ illi, postquam ex hac luce migraverit. Et quæ tandem receptionis notæ? quæ? Non irasci, mundum esse a sordibus, quas amor impuræ voluptatis creat. Item mansuetudo, et firmissima horum basis humilitas, malorum tolerantia et compassione non secus quam ferreis fulta tibicinibus ferens dextera globum aureum, lucentem et coruscam, simplicem, immaculatam (per bonam puta conscientiam) quæque nunquam excidit, benignam charitatem : sinistra autem fidem, ut arma solidissima. *Credidit* enim *Deo* sine dubitatione, *et reputatum est ei ad justitiam* [g] : alioqui omnia faciet volens nolens, ut glorificetur ab hominibus. Non enim ubi Christus, illic dæmones; ubi autem dæmones, ibi a curriculo rectæ rationis deflectitur. Nam ut vespertiliones noctu circumvolant, et pascuntur : ita etiam dæmones cum principe suo, naturæ intelligentes, solutæque ac liberæ in vita hominum misera ac perdita, velut noctu terras atque aerias regiones perambulant.

[a] Ibid. 36. [b] Matth. xxviii, 18. [c] Prov. xxvii, 20. [d] Petr. v, 6. [e] II Tim. ii, 1 seqq. [f] Luc. xvii, 10. [g] Gen. xv, 6.

Digitized by Google

Similitudinem quispiam ex nostra mente ducat. Quæ enim hæc aliquando cognovit, quantumvis longe posita, momento ac puncto temporis pervadit, idque adhuc corporis sui constricta vinculis. Hinc non est promptum vero Christiano animum sursum ad Deum, divinorumque perspicientiam erigere, atque sustollere, et cum illo summo bono colloqui, et per sanctissimas notiones illic circumfusi luminis participem fieri, nisi ante a Spiritu sancto velut sigillo insignitus sit. Cum enim diabolus eam divina gratia destitutam, aerem modo quodam spirituali concitatam penetrare, et Deum concipere, suorumque erratorum recordari viderit, audacter viam custodiens, quodammodo clamat, Quo infelix per meum imperium pergis? Ego princeps tenebrarum. Ego eorum qui mundum sapiunt princeps appellatus sum. Ego corrupti aeris Dominus et arbiter Satanas. Nondum e potestate mea translata es (ut inquit Apostolus [10] de his, quos Christus transtulit de potestate Satanæ ad Deum.) Adhuc ditioni meæ subjecta, quæ mea sunt respice. Mea est enim salacitas, insolentia, injustitia, improbitas, quæ te antea, ut admodum bona docui. Vidisti, gustasti, delectata es, mane infra. Ideo scriptum est: *Et nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto* [11].

Non ergo ullum Christianum ad psalmodiam, divinosque hymnos concinendos astare oportet, qui prius a sancto Spiritu mentem insignitam non habuerit; ne coram Deo astans, quæ Satanæ sunt, ut minister ejus, operari intelligatur: et ex hac causa sordibus inquinatior, malisque iræ, et carnalis cupiditatis dirius, et suavius repletus subvertatur. Qui namque in officinam medicamentariam ingressus, vulnera vibicum immitius sibi refricuerit, præstabat hunc eo nunquam ingressum. Multo igitur studio, accurationeque cujusque Christiani mens corrigenda est prius, ne hoc ipso fiat deterior, quod ante correctionem psallit, hymnosque ac preces persolvit. Non enim potest impurus animus astare Deo, quantumvis corpus astet: quia non ipse unusquisque, sed quæ unumquemque obumbrat Christi gratia, ea est, quæ Deum benedicit, et in ipso laudat, et mysterium illud admirabile admittit. Omnes itaque homines congredientes, norunt quid loquantur, et quænam sint, quæ mutuo disserunt, cognoscunt. Qui vero audiunt, quæ ipsis dicantur non ignorant; et est manifesta stultitia, colloquentes vicissim aures non dare. Quoniam vero, cum Deo astantes cum alloquimur, ut imprudentes ac fatui animum ei non attendimus, unde salutem nos adepturos confidimus? præsertim si id diu fecerimus, noctes scilicet ac dies ita sine intellectu psallentes, et nos Deo placituros existimantes. Opus est enim, cum Deo loquentes tantam saltem attentionem adhibere, quantam dum pro hujus vitæ rebus contendimus, et jurgamur, adhibere solemus. Hinc perspicitur, quo pacto diabolus mentem hostam gravi malo involuti circumducat. Et omnis medicina spiritualis, curatioque experienda est, ut medicus animorum, et corporum Jesus hunc morbum sanet. Sin minus, psalmodia tota, habitusque ad Deum sermo inanis est, et evanescit. Quare ingemiscere, et plorare insipienter, ac sine intellectu psallentem oportet, nec putare, se psalmos cecinisse. Quod si idcirco non dolet, quid salutem sperat? Illud enim: *Non est speciosa laus in ore peccatoris* [12], non de atheo, et infideli quopiam scriptum est (nullus quippe horum laudat Deum, quem ignorat) sed de eo qui Deum cognoscens, et in eum credens, per opera mala impius, et per peccatum Dei inimicus atque hostis est. Quemadmodum namque speciosum aliquid pulchrum est et elegans, ut pulchritudinem et elegantiam continens aspectuque jucundissimum, et ideo etiam oculorum obtutum ad se allectat: deforme contra est odiosum, et intuentium oculos a se avertit: sic laus peccatoris divinos oculos a se repellit. Solis enim labiis eam pronuntiat, corde autem cum peccatis, quæ id præoccuparunt, loquitur: a quibus ut tuta ac certa possessio retinetur. Nemo siquidem Deo cantare, et interim non in pectore infanda volutare potest, ni prius per pœnitentiam, et confessionem illum sibi reconciliaverit; quæ reconciliatio est quædam, quæ intellectu percipitur, ejus ad animam obumbratio. Cujus obumbrationis argumentum, in laudibus divinis timore quodam et reverentia perfusus animus, bonus ordo, et attentio ad ea quæ canuntur: *Quia nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.* Qui sic non laudant, sive sacerdotes sint, sive celsiores his, aliorum apud Deum interpretes ac deprecatores, adhuc a divino conspectu remoti sunt. Quod si hi inimici sunt ejus apud quem hoc officio funguntur, quid facient, qui hujusmodi interpretes, et causæ suæ actores quæsiverunt? At enim si sol calidus cum sit, apricantes radiis suis calefacere consuevit: quomodo Deus, cum sit sanctus, omnes per orationem secum agentes non sanctificat? Quoniam ibi sol iis qui calefiunt sensum affert, sentiunt quippe se calefieri, et ob hoc ipsum ad solem sedere se sciunt; hi autem qui Deo preces fundunt, quid petant nesciunt: quod matri filiorum Zebedæi, ipsisque filiis ejus Christus dicebat [13]. Talibus, ut vel centum annos precando consumant, Deus nihil dat. Quia igitur frustra laborant, qui psallunt et orant, nec sanctificantur, magistros a Deo afflatos prius adeant, et doceantur, quid orare debeant. Ni faxint, seu sapientes, seu insipientes sint, profani atque impuri morientur. Nam quid petant nescientes, Deus exaudire nescit

[10] Coloss. I, 13. [11] I Cor. XII, 3. [12] Eccli. XV. 9. [13] Matth. XX, 22.

Digitized by Google

ORATIO XVIII.

ARGUMENTUM.

De immutatione animæ, et corporis ex iis quæ nobis tum ab aere, cæterisque elementis, tum a cibo ac potione, atque etiam a dæmonibus accidunt.

Non solum conversiones, et mutationes, quæ in animo exsistunt, verum etiam eorum causas, quales tandem sint, et unde sibi eveniant, monachus scire, atque intelligere debet. Interdum quippe repentinum gaudium animam incessit : interdum improvisa tristitia eamdem occupat, et tanquam onus quoddam premit. Et nunc quidem facile compungitur : nunc ita ad dolorem de peccatis obfirmatur, et obdurescit, ut tota saxea videatur. Aliquando mitis fit, et humilis : paulo post se erigit, iracundiaque et rabie concitata, adversus omnes fratres furit, et insanit. Est quando remissa, et iners ad omne opus bonum torpet; est quando excitatur et vigilat, et ad omnem obedientiam gestit, ut et in socios ac familiares jocetur, eosque ad capessendam virtutem exstimulet. Nonnunquam timore contrahitur, et circumspicit omnia; nonnunquam se impudenter effundit. Modo nugatorum, et ridiculorum libenter meminit, eosque ad se accersit; modo nec illos, nec contubernales intueri sustinet. Quandoque in se ipsa ita pressatur, et arctatur, ut etiam hujus lucis pertædeat; quandoque sic dilatatur, et sic amplifice exsultat, ut quamvis magno conatu reprimere, atque cohibere se nequeat. Et ista quidem circa naturales animi motiones fieri consueverunt, cum ad certamen in exercenda virtute, et ad mandata observanda accingitur. Sed quemadmodum animus, ita et mens nostra immutatur variaturque. Alias etenim ad intelligendum expedita est, et ad ea quæ intelligit, seu perspicit celeriter percurrenda ac discernenda expeditior : alias pigra, et tarda ad utrumque. Interdum eadem mens quasi amens, muta et surda fit : interdum viget, et facunda est, et audire potest, atque percipere. Aliquando cæca, aliquando oculata, in profunditatem et altitudinem contemplationis supra captum humanæ naturæ ingredi enititur; aliquando ad omnem contemplationem inepta, eaque vacans, universe peccatorum præteritorum meminit, nihil quidquam simile excogitans prorsus; nonnunquam varie, velut non facta cogitans, et comminiscens, et nequiter agens, et tanquam flamma in lignis humidis fumo suffocata, fit maligna, non in præsentes tantum, sed et de absentibus nonnullis sæpe inania, et falsa in semetipsa fabricans. Et cum cor multum contristetur, nec cum mente in talibus sentiat, nihil penitus tamen proficere, nec avertere ipsam a vanis cogitationibus potest. Et hactenus de mutationibus mentis, animæque nostræ intelligentis, ac divinæ dictum esto.

Quæ porro circa corpus varietates nobis contingunt, etsi parvo negotio videantur posse dijudicari, facileque cognosci, tamen aliter res habet. In hoc enim potissimum multa frequentissime incidit mutatio. Anima namque natura et essentia immutabilis est : similiter et mens illi a Conditore concreatæ. Solæ consilio reguntur, propriaque voluntate virtutem aut vitia capessentes, luminis, aut tenebrarum sociæ et hæredes in æternum constituuntur; anima, inquam, et mens alteri horum consilio, ut dictum est, et voluntate ultro adhærentes, seu bono, bona fiunt, seu malo, mala vocantur. At vero corpus etiam natura sua est mutabile, quia compositum, et essentia fluxum; nempe ex materia interitui obnoxia, et caduca, ex contrariis scilicet commistum sive coagmentatum. Ex calido enim et frigido (ut docent philosophi, et veritas idem testatur) ex arido et humido hujus essentia conflatur. Verumtamen ipsum secundum se arbitrio, et voluntate caret, atque etiam, si dicendum est, motu : nisi omnino hujus fluxionem pregressumque ad interitum, motionem quispiam ejus hypostaseos naturalem dicat, in qua nihil rationis cernitur. Quod cum ita sit, certum est etiam, non inesse peccatum, nec eam a Deo condemnari. Et merito. Quod enim naturam comitatur, illud quoque damnationem haud meretur. Ardorem autem, appetitionemque nuptiarum, conjunctionem corporum veneream, voluptatem, helluationem, ingluviem, somnolentiam, pigritiam, ornatum vestium, aliaque omnia, quæ vulgus existimat corpus requirere, non corpus (haud magis, quam cum exanime jacet) sed anima per hoc requirit, anima, inquam, semel huic luto indita, gaudens, et velut sus in cœno in his voluptari concupiscens, carnisque sibi consociatæ voluptates affectans. Quare nemo a corpore suo ad hæc compelli, et cogi se arbitretur, quod falsum est. Sed audi, et intellige quomodo. E gleba terræ Deus hominem finxit. En ostendi jam tibi corpus. Tu vicissim, quales in eo concitationes, ac turbidi motus sint, ostende, quod penitus non poteris. Quid postea? *Et inspiravit Deus in faciem ejus, et factus est homo in animam viventem* [15]. Et ab humo excitatus, spiritu qui in ipso erat (herili videlicet) corpus movente ambulabat; ardor, aut inciuatio libidinis, aut bruta ventris insania, et immoderatus cibi appetitus nusquam adhuc apparebant, vitaque tranquille, et citra molestiam traducebatur. Videamus igitur, ne forte, quia non exstabat femina, aut quia non suppeditabant escæ, cupiditatem irritantes, idcirco homo nec ad concubitus desiderium, nec ad ingluviem moveretur. Quid ergo ait? *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu* [16]. *Et erant Adam et Eva in paradiso nudi, et non erubescebant* [17]. Cernis, neque quia femina esset Eva, neque quia essent ambo nudi, ideo alterius ex ipsis læsam

[15] Gen. II, 7. [16] Gen. II, 9. [17] Ibid. 25.

Digitized by Google

esse pudicitiam? Sed et nudi erant, et se non cognoscebant, nec erubescebant, nec tamen a natura corporis ad rem habendam sollicitabantur. Sed post peccatum, et transgressionem, et postquam paradiso pulsi, ac Deo nudati fuerunt, et divina ejus gloria exciderunt, tunc, ut scriptum est : *Cognovit Adam uxorem suam, concepitque et peperit* [17]. Proinde, dilecte, si tu quoque Deum sincere amaveris, et in ejus dilectione manseris, nunquam ullus animi motus a ratione alienus tui dominabitur : neque corporis necessitate quadam tyrannide opprimet. Sicut enim corpus sine anima ad nihil moveri potest : sic neque Deo per charitatem conjuncta anima ad ventris et libidinum voluptates pessumdari : nec ad alias quasdam cupiditates rerum aspectabilium, aut non aspectabilium, in quibus locum habet perturbatio : quandoquidem appetitus cordis ejus, aut potius omnis inclinatio voluntatis ejus, cum dulci amore Dei devincta est. Ipsa igitur Conditori suo colligata, ut diximus, cedo, quomodo a corpore incendi, aut moveri, aut per ipsum suas omnino cupiditates explere potest?

Naturam autem consequentes, et in ipso corpore exsistentes mutationes manifestæ sunt; omnibus enim, etiam sanctis, contingunt. Aliquando etenim sanum esse dicitur, cum illa ex quibus concretum, et compositum est, non dissident. Aliquando morbum sentire cogitur, quando unum ex quatuor elementis seipso vel acutius, vel minutius contra alia insurrexerit, imo ab illis devictum oppressumque fuerit. Hinc distillationes, extremarum corporis partium mutilationes, et nonnunquam totius animantis pernicies et interitus, citra damnum animæ nostræ, cum horum plurima ex intemperantia victus generentur. Quorumdam vero corporum mutatio ventis et aeri ascribenda est. Aer enim quia frigidus, corporis frigidam sortita naturam offendit, ac debilitat, ut nimium refrigerata videlicet. Alia, quoniam constitutione calidiora sunt, cœlo frigidiore temporaria potius ac valentiora redduntur. Contra, cum aer incaluerit, frigida foventur quodammodo, et reviviscunt : ut muscæ, et reliqua insecta a radiis solaribus tepefacta, et validiora, et agiliora evadunt. At quibus constitutio calida est, vehementissime exardescunt, et ad omnem actionem atque motum similiter languida, et imbecilla fiunt : et omnino unumquodque pro temperamento suo in aeris ventorumque mutatione ipsum quoque pro rata portione mutationem admittit. Quin etiam sine his separatim ex cibo, potuque immodico, et ex intemperantia immutatio sequitur. Præterea ex multo somno, ac labore, aut pigritia corporis. Rursum alia est, quod ex ipsa concretione corporis, et calore naturali producitur fumosum incendium, velut ab aqua exstinctis carbonibus, quod alias caput solum petit, alias toto se corpore diffundit. Postremo alia restat, quæ connivente bono Deo, ac Domino nostro, secundum œconomicam institutionem ad humilitatem nobis a dæmonibus infertur tentatio. Quænam isthæc? ipsum hoc onus, et pondus corporis nostri, quod quamvis nulla alia de causa, propter vanam gloriam solum, aut elationem animi aut per damnationem alterius, ut negligentis, aut propter alias etiam causas plurimas, dæmoni traditur in interitum carnis, et contritionem animæ; probationem vero, et exercitationem ampliorem ejusdem, et ut cum viscera pietatis, et miserationem Dei circa nos cognoverimus, totum amoris affectum ad eum transferamus, totoque in illum desiderio feramur. Quare et hæc non omnes omnia norunt : sed animæ quidem alterationes, et corporis mutationes, qui mediocriter ad virtutem affecti sunt, eorum quisque ex parte novit, si forte contigerit in ipso quippiam hujuscemodi : nam plane tenebris offusos non curamus.

At quas mens patitur conversiones, et mutationes, de quibus diximus, soli turbidis affectibus carentes, et perfecti, puri et liberi anima atque mente cognoscunt. Quin ne ipsi quidem. Non enim sui ipsorum, sed alterius sunt, a quo de his etiam erudiuntur. Interdum quippe ex istis diversitatibus menti accidentibus, constringitur, tristaturque anima, cum de præsenti gaudio aliquid amiserit. Verumtamen viriliter mentem exsuscitat. Interdum vero mens in his quæ patitur anima compatitur et ipsa, et in nocte versari urgetur illa quidem, sed non cedit : conatur autem manere in lumine, et forsitan etiam animam illustrat. Alias rursum ab inconstanti et inæquali corporis habitu utraque premuntur vehementer. Aliquando extrinsecus gravantur, et onus sentiunt; et tamen in pace sunt. Interdum intrinsecus turbantur, et commoventur, perturbationibusque generatim subduntur, ut qui patitur, priorem tranquillitatis suæ conditionem sperare non possit. Sic itaque anima, et mens a corpore, mens ab anima ipsa, et anima denique a mente, et corpore habet, quod delinquit. Neque hæc duo, anima et mens semper turbantur : sed ex iis est quando anima patitur sola, percunctaturque mens, et, quid, inquit, est tibi? illamque consolatur. Interdum mens excæcatur, et obtegitur, animaque cum sit libera, virtute ignis sui persequitur caliginem, et sublato velamine mentem facit aspicere. Quamobrem, patres et fratres mei, non solum mutationes, conversiones, quæque nobis eveniunt alterationes, verum etiam unde eveniant, et quomodo, et a quibus, quique venti cogitationum spirent, et ex quibus pravarum affectionum, tentationumque flumina descendant, aut superveniant, intelligere debemus, ut domum animæ tuto firmemus, et navigii clavum bene moderemur ne artis imperiti, naturaque inhabiles ipsum versemus : quorum cognitionem vita studiose se-

[17] Gen. IV, 1.

Digitized by Google

cundum regulam perpetuo acta suppeditat. Sibi enim ipsi terminum ac typum ponere monachum oportet, et scire quo pacto singuli dies peragendi sint, ut curriculum virtutis expedite queat currere, et ne per inscitiam cursus ejus impediatur. Sic etiam sibi viam virtutis asperam simul et laboriosam complanabit : cum nimirum habitum, consuetudinemque recte faciendi acquisierit, et proficiens, ascensionesque in corde suo disponens, et ex parvis ad majora perfectioraque se attollens Deo placebit, dictorumque a nobis omnium notitiam habebit [18], et multorum aliorum magister audiet, sermone, et morum innocentia eos qui cum ipso versabuntur illuminans, ut qui etiam ipse desuper illuminatus sit; et profunda revelans his, qui cum desiderio quærunt discere profunda spiritus [19], in Christo Jesu, Domino nostro, cui gloria, et imperium cum Patre, et sancto Spiritu nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XIX

Argumentum.

De cognitione spirituali : et thesaurum spiritus in littera sanctarum Scripturarum absconditum, non omnibus, quanquam cupientibus manifestum esse : sed possidentibus duntaxat illum, qui sensum ad Scripturas intelligendas aperit.

Spiritualis cognitio, fratres, cuipiam domui in medio mundanæ, et gentilis cognitionis ædificatæ similis est : in qua domo, velut scriniolum solidum, et communitum est cognitio a Deo inspiratarum Scripturarum, et divitiarum, quæ in eo inexplicabiles, instar thesauri jacent reconditæ : quem, qui domum ingrediuntur, videre nequeunt, nisi arcula illis penitus reseretur; quam tamen humana sapientia reserare nunquam valebit. Quocirca spiritus opes in ea repositæ, mortalibus universis ignotæ manent. Et quemadmodum, licet ipsam arculam totam humeris suis impositam quis ferat, locatum in ea thesaurum ignorat : sic, etsi quis omnes Scripturas legerit, et in pectore recondiderit, et quasi unum psalmum eas recitare ex memoria possit, absconditum nihilominus in arcula sancti Spiritus donum nescit. Neque enim per arculam quæ insunt in arcula, neque per Scripturam quæ sunt in Scriptura, noteseunt. Audi quanam ratione. Cernis arcam parvulam, bene clausam undique, quantumque ex ejus pondere, et exteriore elegantia colligis (aut forsitan etiam ab aliis audivisti) credis thesaurum intus latere : qua etiam sublata, festinanter ambulas. Narra igitur mihi, quid proderit, si obsignatam, et clausam ipsum solum in omni vita circumferas, nec aperias, nec aliquando ibidem repositum thesaurum inspicias? si lapillorum in ea fulgorem, margaritarum claritatem, auri coruscum splendorem non videos? Quis fructus, si dignus non sis, qui ex iis vel pauxillum auferas, et inde ad victum vestitumve aliquid commodi percipias; sed arculam quidem obsignatam, magnoque, et opulento thesauro refertam, quandiu in vita commoraris, circumferas, ut diximus, tu autem ipse interea fame, siti, nuditate crucieris? Nullus plane opinor. Ista mihi, frater mi, etiam de spiritualibus cogita, et arculæ nomine Christi Evangelium, cæterasque Scripturas intellige, habentes in se conclusam, et signatam vitam æternam, et cum eadem quæ in illa sunt, nullis exprimenda verbis, quæque oculis corporeis non cernuntur bona æterna, secundum Domini vocem : *Scrutamini Scripturas, quoniam in ipsis est vita æterna* [20]. Hominem porro, qui arculam in humeros sustulit, pone illum esse, qui Scripturas omnes reddere queat ex memoria, et in ore eas semper habeat. Eas itaque in arcula memoriali animæ, mandata Dei ut pretiosos quosdam lapides continente, in quibus est vita æterna (verba enim Christi lux et vita sunt ut idem ipse ait [21], et qui non credit in Filium Dei, non videbit vitam) apportat. Cum mandatis autem virtutes, ut margaritas quasdam, a mandatis enim virtutes, in quibus mysteriorum in littera latentium, et obvelatorum revelatio. Factitandis enim mandatis virtutes exercentur : virtutibus exercendis mandata implentur. Atque ita per hæc nobis janua cognitionis aperitur; imo vero non per hæc, sed per eum qui dixit : *Qui me diligit, mandata mea servabit, et Pater meus diliget eum, et ego manifestabo ei meipsum* [22].

Si ergo habitaverit, et ambulaverit inter nos Deus, et ipse seipsum nobis clare manifestaverit, tunc quæ in arcula, id est, in divinis Scripturis abscondita sunt mysteria, cognoscendo intuebimur; aliter fas non est. Nemo erret, quasi ei arcula cognitionis aperta sit, et bonis quæ in ea sunt perfruatur; aut eorum sit particeps, eaque aspiciat. Qualium vero, quorumque horum, obsecro? perfectæ charitatis erga Deum, et proximum. Contemptus eorum quæ videntur omnium; mortificationis carnis, et membrorum ejus, quæ sunt super terram, usque ad malam cupiditatem [23] : ut quomodo mortuus penitus nec cogitat, nec sentit aliquid, ita et nos ipsi nullam cogitationem improbæ cupiditatis, aut sensus cum perturbatione conjuncti omnino unquam concipiamus; aut tyrannicæ turbationis malum experiamur, et tantum mandatorum Salvatoris memores simus. Insuper immortalitatis, incorruptionis, æternæ gloriæ, vitæ sempiternæ, regni cœlorum, adoptionis per regenerationem sancti Spiritus, et ut per adoptionem, et gratiam dii fiamus, vocemurque hæredes Dei, cohæredes autem Christi [24], et una cum his Christi sensum possideamus, per quem Deum, et Christum ipsum secundum divinitatem inter nos habitantem, et ambulantem videamus, et cognoscamus. His igitur omnibus, et his majoribus, quæ verbis comprehendi et explicari nequeunt, mandata Dei audien-

[18] Psal. LXXXIII, 6. [19] I Cor. II, 10. [20] Joan. V, 39. [21] Joan. VI, 64. [22] Joan. XIV, 31. [23] Coloss. III, 5. [24] Rom. VIII, 17.

Digitized by Google

tes, eaque custodientes ac facientes, per apertam arcam, de qua locuti sumus, id est, per revelationem intelligibilium oculorum, intuitu in divina Scriptura latentium digni habentur, et iis largiter fruuntur. Cæteri omnia quæ scripta sunt imperite nescientes, eorum dulcedinem vitam æternam complectentem non gustaverunt, soli Scripturarum doctrinæ innitentes, quos ipsa in exitu, magis quam eos qui omnino non audierunt, judicatura, et condemnatura est. Ex his enim quidam errantes, omnes divinas Scripturas pervertunt, eas secundum pravas ipsorum cupiditates interpretantes, commendare volentes seipsos; quasi nimirum etiam sine accurata mandatorum Christi observatione salutem adepturi sint, virtutem sanctarum litterarum funditus abnegantes. Et merito. Obsignata enim, et clausa, quæ nulli mortalium nec visa nec cognita sunt, a solo autem sancto Spiritu reserata, et ita nobis revelata, factaque spectabilia, et ad cognoscendum exposita, quomodo tandem scire, aut cognoscere, aut saltem aliquantum animo pertractare poterunt, qui adventum sancti Spiritus, illuminationem, illustrationem, inhabitationem in semetipsis nunquam se cognovisse dicunt? Quo pacto talia mysteria assequantur, qui nunquam prorsus sese ab eodem spiritu iterum conflatos, renovatos, immutatos, regeneratos animadverterunt? Quod si nondum in Spiritu sancto baptizati sunt, immutationem in eo baptizatorum quomodo scire possunt? Qui denuo nati non sunt, denuo natorum (ut ait Dominus) ex Deo, inquam, et inter filios Dei ascriptorum gloriam quomodo videant? Qui hoc sibi contingere noluerunt, sed hanc gloriam neglectum iverunt, (etenim potestatem acceperant, ut tales fierent) dic mihi, quali cognitione perspicere, aut saltem quoquo modo cogitatione informare poterunt, quales illi appellati sunt?

Spiritus est Deus, qui sub aspectum non venit, immortalis, inaccessus, incomprehensus; et tales efficit, ex se natos, similes patri suo, a quo geniti sunt, corpore solo comprehensibiles, et aspectabiles, cætera soli Deo cognitos, et solum Deum cognoscentes, vel potius a solo Deo cognosci volentes, ad quem et semper respicere, et ab eo respici desiderant. Præterea sicuti expertes litterarum, perinde ut earum gnari libros legere nequeunt: sic neque qui factis per Christi mandata ambulare noluerunt, atque, ut qui ipsis invigilarunt, eaque impleverunt, et pro iis sanguinem suum profuderunt, sancti Spiritus revelatione, sicut illi aliquando dignabuntur. Nam ut homo accepto libro clauso, et signato, in eo scripta videre aut qualia scripta sint, cogitare non potest, quandiu liber clausus et signatus est, quantumvis universam mundi sapientiam dilexerit: sic neque qui sacram Scripturam totam in ore habet, ut dicebamus, mysticam, et divinam gloriam, virtutemque in ipsis contectam nosse, et perspicere aliquando poterit, nisi omnia Dei mandata, ea servando quasi peragraverit, et Paracletum sensa illi, ut librum aperientem, quæque in ipsis est gloriam mysticè demonstrantem habuerit. Neque hoc solum, sed etiam in his latentia, et æterna Dei bona, cum ipsa hæc effundente Deitate revelantem: quæ omnibus contemptoribus, et negligentioribus operta et obscura sunt omnimodis. Nec injuria. Quia enim sensus suos omnes mundi vanitatibus affixerunt, et jucunditatibus vitæ, corporumque pulchritudine afficiuntur, animæ videndi facultatem caliginosam circumferentes, inenarrabilium bonorum elegantias, ad quas intelligentia penetratur, intueri nequeunt. Et quomodo cui obtusa est acies oculorum, nec leviter potest puriorem solis radium aspicere, sed si in illum oculos intendat, statim quem habuit aspectum plane amittit: sic nempe qui vitiatos animi oculos, et sensus ipsos motionibus turbulentis obnoxios habet, sine commotione, citraque damnum venustatem elegantiamque corporum contueri nequit? sed et quam ante id tempus cogitationum pacem, et a pravis cupiditatibus tranquillitatem obtinebat, hanc ipsam in meditatione affectus sui commorans amittit. Proinde nec imbecillitatem suam talis ullo modo pernoscere potest. Si enim se totum ægrotare sibi persuasisset, alios quosdam bene valere credidisset, et forsitan aliquando se ipsum incusasset, seque sibimet causam morbi esse dixisset, et quæ ad sanitatem recuperandam attinerent, animo reputasset. Nunc hujuscemodi homo omnes arbitrans passionibus deditos, se illis exæquat, et ut ipse solus sit invictus, et omnibus superior, fieri neutiquam posse autumat. Quid hoc? ut una cum improbo affectu suo moriatur miser, ab hoc malo liberari refugiens. Si enim voluisset liberari, potuisset, utpote qui a Deo potestatem acceperat. Quicunque enim in nomine ejus baptismo abluti sumus, præteritam ignobilitatem corruptionis, ut vestimentum vetus exuendi, et Christum superinduendi, ac filios Dei nos appellandi auctoritatem ab eo consecuti sumus. Verum absit, fratres, ut ita affectis, et talia sapientibus captivis, ac terrenis similes evadamus. Contingat autem sequi Christum, qui nostra causa mortuus est, et resurrexit, et nos secum in cœlum exaltavit, ejusque vestigiis semper insistere, purgatis per pœnitentiam a labe peccati, ac superindutis lucidam tunicam incorruptionis spiritus, in ipso Christo Deo nostro, cui gloria, et imperium cum Patre, et sancto Spiritu nunc et semper, et in omnes sæculorum ætates. Amen.

ORATIO XX.

Argumentum.

De ea quæ certantibus fidelibus e Spiritu inest etiam ante mortem vivifica mors, sive mortificatio: et qui in gratia supra legem jam sunt, eos divini luminis gratiam in seipsis accipere. Quod qui in hac vita adepti nondum sunt, neque id liquido cernunt, eos adhuc sub umbra legis esse, et ab ea judicatum iri. Quemadmodum fideles Spiritum sanctum, sanctimoniam, pertubationumque vacuitatem nanciscantur.

Scrutamini Scripturas, inquit Dominus ac Deus

Digitized by Google

noster Jesus Christus [26], ut ante omnia scilicet viam salutis doceamur. Deinde etiam in mandatis ejus citra conversionem peracta via, ad ipsam animarum nostrarum salutem perveniamus. Quæ est igitur salus nostra? Jesus Christus, id quod et angelus pastoribus astans prædicabat : *Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David* [26]. Festinemus igitur unusquisque, dilecti ; curramus contente, nihil oneris, aut ad vitam hanc pertinens, aut portatu grave nobiscum gestantes ; ne ob hoc lentius coacti incedere, civitatem David attingere, atque ingredi non possimus. Obsecro vos, per operantem in nobis gratiam, ne salutem nostram in minimis ducamus : sed velut a somno perversæ arrogantiæ, socordiæque expergefacti, ne stemus, nec sedeamus, donec extra hunc mundum toto animo simus, Salvatoremque ac Dominum nostrum inventum, et conspectum illic procidentes adoremus. Et neque tum stemus, sed donec ille nobis dicat : *Vos non estis de hoc mundo, sed ego elegi vos de mundo* [27]. Quinam autem aliquis eo perveniat, ut non sit de hoc mundo? si seipsum mundo crucifixerit et mundum in seipso, ut Paulus ait : *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo* [28]. Et quomodo hæc verba cum illis consentiunt? Verba quidem, inquit, alia sunt, vis amborum una eademque. Quemadmodum enim qui extra domum est, intus conclusos non videt ; sic mundo crucifixus, aut mortificatus, rerum mundanarum sensum nullum habet. Rursum sicuti corpus mortuum nec viva, nec secum jacentia corpora mortua sentit quoquo modo : sic nec qui extra mundum in spiritu Dei est, et cum Deo est, mundo, aut rebus mundanis affici potest. Atque ita, fratres, et ante mortem mors, et ante corporum resurrectionem animarum resurrectio fit opere, virtute, experientia, veritate. Mortali enim cogitatione ab immortali sensu delecta ac profligata, et mortalitate a vita effugata, anima tum velut a mortuis excitata, semet convenienter videt (ut qui de somno surrexerunt, semetipsos conspiciunt) et Deum a quo excitata est agnoscit : quem intelligens, gratias agit, adorat, et immensam ejus bonitatem dilaudat. At vero corpus ad proprias cupiditates nullam vel qualemcunque inspirationem, aut motionem, aut cogitationem habet : sed est in his totum mortuum et exanime. Nonnunquam, imo sæpe, etiam eorum quæ secundum naturam sunt, propter assiduam animæ in rebus quæ supra naturam sunt mentalem occupationem ac studium obliviscitur. Et recte, inquit enim : *Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis* [29]. Caro igitur, ut dictum est, per adventum Spiritus facta mortua, imperturbatos de cætero vos relinquet, et citra impedimentum vivetis : *Ubi enim spiritus Domini est*, inquit, *ibi libertas* [30], libertas ex subjectione sub legem per omnia. Lex quippe dux viæ, et pædagogus, et manuductrix, et magistra justitiæ est, dum dicit, hoc et hoc facies. Gratia autem et veritas non ita : sed quomodo? et facies omnia, et loqueris secundum datam tibi, et loquentem in te gratiam, sicut scriptum est : *Et erunt omnes docibiles Dei* [31] ; non per litterarum notas, et signa quod bonum est discentes, sed in Spiritu sancto id edocti : nec in verbo solo, sed in lumine Verbi luminis mystice divinis initiati. Tunc enim vobis ipsis, inquit, et proximis doctores eritis, neque id solum, sed et lux mundi [32], et sal terræ [33]. Illi ergo ante gratiam velut sub lege erant, et sub umbra ejus sedebant. Nos autem post gratiam ut in lumine, et die constituti, ab umbra seu servitute legis liberati sumus, superiores scilicet illa facti, quasi per gradus quosdam vitæ evangelicæ in altitudinem sublati, et cum legislatore viventes, vel potius etiam ipsi legislatores, aut legum custodes.

Num igitur est, qui habet aures audiendi, ut eorum quæ a Spiritu dicuntur vim auditione queat percipere? Num etiam est, qui sensum Christi habeat, ut probe et Deo convenienter intelligat quæ ab eo scripta sunt? Num etiam invenietur quispiam, Christum in se ipso loquentem habens, ut bene possit eloqui, quæ verbis teguntur mysteria? *Sapientiam enim loquimur*, inquit, *non sæculi hujus, quæ evacuatur, sed sapientiam in mysterio, quæ abscondita est* [34] multis, nobis autem probe revelata, et cognita, qui in timore Dei velut ab elementis instituti sumus, et ad illum semper respicimus. Non enim quod nescimus loquimur ; sed quod scimus testificamur, quoniam lux in tenebris jam lucet [35], et in nocte, et in die, et intus, et extra. Intus quidem in cordibus nostris ; extra autem in animo circumlustrans nos sine vespera, sine mutatione, sine varietate, sine figura, loquens, operans, vivens, et vivificans, et collustrates lumine reddens. Nos testificamur quoniam Deus lux est, et qui digni sunt habiti, ut eum viderent, omnes ut lucem viderunt, et qui eum acceperunt, ut lucem acceperunt. Quoniam præcedit ante illum lumen gloriæ illius, et sine lumine apparere non potest : quique ejus lumen non viderunt, nec illum viderunt, quoniam ipse lux est. Et qui lumen non acceperunt, nondum gratiam acceperunt. Qui namque gratiam acceperunt, lumen Dei et Deum acceperunt, sicut ipsa lux Christus ait : *Inhabitabo, et inambulabo in eis* [36]. Quibus autem hoc nondum contigit, nec digni sunt habiti, qui id assequerentur, omnes hi sub lege ante gratiam censentur, servi, servorumque discipuli. Et auditores legis, circum umbram et typum adhuc

[26] Joan. v, 39. [26] Luc. II, 10, 11. [27] Joan. xv, 19. [28] Galat. VI, 14. [29] Galat. v, 16. [30] II Cor. III, 17. [31] Joan. VI, 45. [32] Matth. v, 14. [33] ibid. 13. [34] I Cor. II, 6. [35] Joan. I, 5. [36] Levit. XXVI, 12 ; II Cor. VI, 16.

Digitized by Google

oberrantes, filii ancillæ, et filii tenebrarum sunt, sive imperatores, sive patriarchæ, sive episcopi, sive sacerdotes, sive principes, sive subjecti, seu profani, seu monachi, seu ascetæ, seu præpositi, seu pauperes, seu divites, seu ægroti, seu sani sint. Omnes enim, qui in tenebris sedent, et pœnitere nolunt, filii tenebrarum numerantur. Pœnitentia siquidem est janua, quæ e tenebris educit, et ad lumen deducit. Qui igitur ad lumen ingressus non est, januam pœnitentiæ non bene pertransiit. Nam si pertransisset, ad lumen venisset. Qui autem non pœnitet, peccat, propterea quia non pœnitet : *Scienti enim bonum*, inquit, *et non facienti, peccatum est illi* [37]. Jam *qui facit peccatum, servus est peccati, et odit lucem, et non venit ad lucem, ne arguantur opera ejus* [38]. Nunc enim sponte, et nostro ipsorum arbitratu ad lumen per pœnitentiam ingressi redarguimur, et judicamur : sed mystice judicium istuc, et abscondite, in interiore animarum nostrarum cubiculo, ad purgationem, et remissionem peccatorum nostrorum misericordia, et benignitate Dei subimus, solo nimirum Deo res nostras sciente ac intuente. Hoc igitur tam præclaro judicio quisquis hic judicatus fuerit, aliud supplicium aut examen non timebit, nec tentationes sibi superventuras formidabit. Tum vero, hoc est, in adventu Domini, iis qui nunc ad lumen venire, et ab ipso judicari, purgarique nolunt, sed id oderunt, quod modo absconditum est lumen revelabitur, occultaque horum omnia manifestabuntur. Et quales nunc sumus unusquisque nostrum, nos ipsos occultantes, et per pœnitentiam nostra manifestare nolentes, tunc a luce manifesti, et aperti Deo et omnibus sumus, et erimus ; et magnitudo pudoris ac dedecoris illic pro spectaculo erit.

Etenim sicut in domo januas intus obseratas habente, si quis e nobis, quasi foris a nemine visus effuse peccet, adulteria scilicet, aut masculorum concubitus, aut alia exsecranda perpetrans, deinde subito in ipso flagitio deprehendatur, magnam incurrit infamiam ; aut (ut aliud exemplum demus), si quis adversus regem insidias meditetur easque illi scripto exponat, aut si dicat, statuatur nefas aliquod, omnino intra ædes, ut dictum est, latitans, post rex cum toto senatu suo, consuetoque satelli io adveniat, et domum cingat, statimque ea tota eversa ipse, et omnia ejus consilia appareant, pœnam magnam damnationemque sustinet ; ad eumdem modum tunc omnibus qui in mundo sunt fiet. *Et nox quidem sicut dies illuminabitur* [39], domus autem omnis, et spelunca, et cœlum ipsum ac terra tollentur, omnesque qui Christum non induerunt, seu qui lumen non acceperunt, ut supra docebamus, et in ipso prius non fuerunt, et lumen non fuerunt, nudi apparebunt, A omnique ignominia undique replebuntur. Nec istuc tantum, sed et omnis cujuslibet actio seu bona, seu mala, omnis sermo, omnis cogitatio commentatioque ab ipso cujusque ortu videlicet, usque ad ultimum halitum illic collectim in unoquoque hominum apparebit. Et quam, quæso, fratres, ignominiam cum hac, quæ vere sola est ignominia, tunc comparabimus? aut quæ pœna timore illo pudoreque major, cum, ut dictum est, adeo tenebrosi, et sine illuminante spiritu inventi fuerint? Qualem porro vitam, quale oblectamentum habebit homo, qui in tenebris sedet, ac metuit, ne repentina lucis illuminatione cogitationis, aut actionis alicujus sordes in ipso reperiantur?

B Quare studeamus, fratres mei, hinc jam per pœnitentiam portam angustam intrare [40], quodque intus est lumen spectare. Etiam, rogo, ne deficiamus pulsando, quærendo, et petendo antequam exaudiamur, et aperiatur, et detur nobis : insuper donec ingressi lumen accipiamus, et illud exstinctum in cordibus nostris habeamus. Nolite igitur errare, fratres. Qui in tenebris vivit, extra ostium est. Qui autem se ingressum existimat, et per ostium ingressus non est, etiam ipse extra ovile est. Si enim lux mundi, et ostium est Christus, omnino lucidum ostium est, non ostium simplex. Et qui in eo est, in luce mundi est. Lux autem mundi est, non quam oculorum sensus percipiat, sed quam animus videat, atque contempletur.
C Nam sol hic, quem sensus attingit, tantummodo corporis oculos illuminat hominum, bestiarum, volucrum : at sol qui sub intelligentiam cadit, qui mundo illuxit, animas duntaxat ratione præditas, neque has citra discrimen omnes, et indignas etiam illuminare novit. Haud enim inanimus, seu, ut melius dicam, non animal est, nec servus, aut creatura ad aliis ministrandum constituta, sicut nempe iste sol quem cernimus, quique oritur super justos et injustos, probos simul et improbos [41]. Sed quanquam lux, et sol nominatur, tamen et supra lucem, et supra solem, et ut lucis ac solis conditor ac Dominus est, vita, vivificus, veritas, justitia, et sanctificatio [42], simplex, ab omni compositione liber, et omne bonum, et melior omni
D bono. Ut igitur veritas est ac dicitur, vere convertentibus se veritas efficitur. Ut justitia est, omnem injustitiam exorsis justitia est. Ut sanctificatio, elutis ac per lacrymas purgatis. Ut simplex, illis qui nullam perversitatem, aut nequitiam intus gestant in præcordiis. Ut non compositus, nullam duplicitatem, aut ambiguitatem, aut incredulitatem animi habentibus. Ut bonus, iis qui spiritualibus pœnitentiæ operibus, ad corpus, aut vitam istam pertinentes curas ac sollicitudines non inducunt, quibus ea misceant atque confundant; sed nuda voluntate, et applicatione animi in malo-

[37] Jac. IV, 17. [38] Joan. III, 21. [39] Psal. CXXXVII, 12. [40] Matth. VII, 13. [41] Matth. V, 45. [42] I Cor. I, 30.

Digitized by Google

rum patientia ad eum accedentibus ; quorum sinceritatem approbans, omni bono brevi eos cumulat, et bonorum intellectum, cogitationemque vincentibus, dum illis revelatur, apparetque, statim participes reddit. Si enim bona, *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus sè* [43], humani ingenii captum excedunt, et omnia quæ cernuntur bona exsuperant, quanto magis ipse qui hæc præparavit Deus : nec solum ipse, sed etiam qui eum videre, ei assistere, et cum eo versari meruerunt, et ejus divinitatis, gloriæque consortes, ac participes effecti, superiores omnino bonis, ipsis a Deo paratis, utpote Dominum ipsum, qui bona illa præparavit pro hæreditate possidentes evaserunt ? Tales autem eos evasisse, et usque nunc evadere, non dico post mortem solum, sed adhuc superstites, tota divinitus inspirata Scriptura docet, eumesque per vitam et mores suos sanctitatem consecuti, testimonium ferunt. Porro sanctorum laus omnis, et beatitudo his duobus constat, orthodoxa fide, et laudabili vita. Item dono sancti Spiritus, et charismatum ejus, duobus enim his hoc tertium copulatur. Nam cum quis vitam bene, et cum amore Dei traduxit, cum sensu orthodoxo, et gratia donatus, atque a Deo per sancti Spiritus donum glorificatus est, comitatur illum laus, et ab omni fidelium Ecclesia, ab omnibusque magistris ejus beatus prædicatur. Fide autem, et operibus perfecte non suppositis, adorandum ac divinum scriptum advenire, et donum ejus accipere quemquam hominum impossibile est ; sicut etiam sanctus Jacobus ait : *Quid proderit, fratres mei, si quis dicat fidem se habere, opera autem fidei non habeat ? num fides eum salvare potest ? Quomodo enim corpus sine spiritu mortuum est, sic fides sine operibus mortua est* [44]. Et iterum : *Si frater aut soror nudi sint, et quotidiano victu egeant, dicat autem aliquis vestrum illis, Ite in pace, calefacimini, et saturamini, non dederit autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit ? sic et fides, nisi opera habeat, mortua est in semetipsa* [45]. Hæc et Joannes apostolus : *Filioli, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate* [46]. Et : *In hoc cognoscimus, quoniam ex veritate sumus, et in conspectu ejus suadebimus corda nostra, quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, major est Deus corde nostro, et novit omnia. Si enim cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, et quidquid petierimus, accipiemus, quoniam mandata ejus custodimus, et ea quæ sunt placita coram eo, facimus* [47]. Et : *Hoc est mandatum ejus, ut credamus in nomine Filii ejus Jesu Christi, et servemus mandata ejus* [48]. Et : *Qui servat mandata ejus, in Deo manet, et Deus in eo. In hoc autem cognoscimus, quod in nobis manet, ex Spiritu quem dedit nobis* [49]. Nam si Spiritus sanctus in hominem non venerit, nec in eo habitare cognitus fuerit, alienum est quemvis spiritualem appellari. Qui autem spiritualis nondum est, quomodo sanctus erit ? qui sanctus nondum est factus, per quænam alia opera, actionesque beatus evadet ? Beatitudo Deus est, cujus qui non est particeps, vel potius quem qui totum in se non habet, quo tandem modo beatus ? nullo, ut mihi quidem videtur. Sol sine luce, num dicetur sol ? et homo Spiritus sancti expers, num sanctus dicatur ? *Estote sancti*, ait Dominus, *quoniam ego sanctus sum* [50]. Quibus verbis nos explorate cognitos peccatores ad imitationem per opera misericors ille cohortatur ; ac si diceret : Desistite a rebus improbis, et ad omnem probitatem incumbite, omne genus virtutis pro viribus vestris consectemini, et quantum potestis, sancti evadite, si modo communionem mecum habere desideratis. Ego enim sanctus sum, hoc est, purus, incontaminatus, idque natura. Vos autem in mandatis meis exsequendis ab inquinamentis peccatorum abstinentes, meique participes gratia Spiritus mei facti, sancti quoque eritis. Hoc enim sibi vult, *Estote*. Ergo mala fugiendo et bona operando fit sanctus homo : non quasi omnino ex operibus sanctificetur (*Non enim justificabitur ex operibus legis omnis anima* [51]), sed quia sancto Deo per hujusmodi actionum frequentationem se adjungit, eumque sibi conciliat. Hoc porro etiam ad eos, qui jam Spiritus gratiam acceperunt, et magis quidem Dominum dicere opinor. Qui præcipere videtur, non fidendum dono, et per desidiam ad vitia et peccata redeundum, et quodammodo his uti verbis. Heus tu spiritualis, ne te otio dedas, qui gratiam sancti Spiritus, et per illam me accepisti. Otium enim generat nequitiam, nequitiæ omne genus vitiorum procreat. Mandatis igitur quotidie servandis sanctus esto, siquidem me in te, et tecum, et te in me, et mecum esse vis. Nihil enim adeo ex omnibus inconstans et mutabile est, ut mens humana, tum denique consistens, cum fluxis et creatis, et quæ cernuntur omnibus rejectis, tenebras quibus circumfunditur pertransierit.

Quoniam vero hæc ita se habent, et mens res est semper mobilis, nunquam potis requiescere, eam sollicitam, divinarumque legum studiosam esse oportet, cum alioqui vita omnis humana sollicitudinum et curarum plena sit, et ex re nulla possit quietem capere, quanquam id multi supra vires suas facultatemque contenderunt. Quin ab initio ea conditione conditus est homo. Operari enim et custodire paradisum jussus est Adamus, et dum ad honestatem movemur, natura operamur. Qui itaque, otio et inertiæ seipsos tradiderunt, quicunque fuerint, alioqui sancti et spirituales, in affectiones naturæ parum consentaneas se præcipitant.

[43] I Cor. II. 9. [44] Jac. (XXII) 14-26. [45] Ibid. 15-17. [46] I Joan. III, 18. [47] Ibid. 19-22. [48] Ibid. 23. [49] Ibid. 24. [50] Levit. XI, 44. [51] Galat. II, 16.

Digitized by Google

Ut enim fons perennem aquam scaturiens, si paulum constiterit, exsiccatus, nec jam fons, sed fovea potius est ; ita qui mandatis factitandis semper se purgat, et ex Deo purgatus ac sanctificatus est, si ab exsecutione paulum deflexerit, pro portione etiam a sanctitate deflectit. Qui vero cum uno quodam peccato sciens simul abducitur, totus e puritate excidit ; sicut et vas aquæ plenum modico cœno totum inquinatur. Nec solum peccatum, quod per corpus admittitur, sed alia quoque vitia, quæ intra nos per nos perpetrantur, nec videntur, intelligo, vanam gloriam, hominibus placendi studium, superbiam, fastum, jactantiam, hypocrisin, amorem dominandi, dolum, malignitatem, odium, perfidiam, invidiam, elationem, zelum, sui complacentiam, amorem sui, contentionem, insipientiam, et reliquas omnes passiones ignominiæ, quæ in anima operantur, a quibus et propheta David liberari desiderans, Deum rogabat in hunc modum : *Ab occultis meis munda me, et ab alienis parce servo tuo. Si mei non dominabuntur, tunc immaculatus ero, et mundabor a delicto maximo* [52]. Et : *Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar* [53]. Et rursum : *Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis* [54]. Et : *Spiritu principali confirma me* [55]. Quæ enim utilitas, fratres, laborum corporalium, si opus intellectus postponatur ? An non audimus Paulum dicentem : *Corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia* [56]. Et rursum : *Mundemus nosmet ipsos ab omni inquinamento carnis et spiritus* [57]. Eadem et sanctus Petrus clamat in hæc verba : *Succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfecte, sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, in revelationem Jesu Christi, quasi filii obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis, sed secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, et ipsi in omni conversatione sancti sitis, et Dominum Jesum sanctificate in cordibus vestris. Idcirco scriptum est : Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et, si patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum judicat secundum uniuscujusque opus, in timore incolatus vestri tempore conversamini : scientes quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi* [58]. Optemus igitur et nos toto animo, et fixa sit sententia, non decipi, aut ab aliqua corporis, animæve perturbatione inescari, et alligari, ne per unam seu parvam, seu magnam mandati transgressionem via in cœlum ferente excidamus. Sed cum ambulaverimus, nec retro respexerimus, festinemus antecedentem nos Jesum prævenire, factique ejus compotes, ante eum procidamus, et coram ejus bonitate ploremus [59], ardenterque oremus, uti prorsus a nobis ne separetur, neve sinat nos abire a via, qui est ipsemet, qui dixit : *Ego sum via, resurrectio et vita* [60]. Hunc ergo exquiramus, hunc prævenire studeamus, ut etiam illum teneamus. Quod si factum fuerit, et ad ejus exemplum vitam nostram instituerimus, non solum cum hinc emigraverimus, sed nunc etiam in cœlum cum ipso ascendemus, et una assumemur : imo potius ipse nos secum sustollet, et glorificabit, et donabit felicitate sempiterna perfrui.

ORATIO XXI.

ARGUMENTUM.

Videndum, ecquid beatitudines, de quibus locutus est Christus, in nobis habeamus ; eas enim esse indicium signaculi, et proprietates characteris ejus. Qui signo Christi signatus non est, nec characterem illius in se fert, hunc in regnum cœlorum introire neutiquam posse.

Quicunque signo Domini ac Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi, signati non sumus, curramus ut signemur. Quicunque insigniti non sumus, nota spiritus insigniri properemus. Mors enim in animas primitivorum [61] per sanguinem Christi, et gratiam sanctissimi Spiritus non dominatur : nec lupus qui mente percipitur, sigillum principis pastorum Christi, quo oves suas signare consuevit, contra intueri audet. Itaque, fratres fideles, divinarumque rerum cupidi, festinemus, agentes et molientes omnia quæ Christo sunt placita, ut ab ipso quoque signati, de cætero sine metu vivamus : quin etiam, ut de manu ejus misericordiam accipiamus, et digni habeamur, qui mysterium Christi cognoscamus. Cognitionem autem intelligo, non quæ verbo duntaxat et auditione traditur : sed quæ in ipso opere et actione elucet. Audi igitur quemadmodum cognitio mysteriorum Dei per opus, et actionem in nobis perspiciatur. Christus Deus noster per Evangelium suum quotidie aperte clamat : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* [62]. Hoc quoties audimus considerare, et nos ipsos diligenter excutere debemus, num revera pauperes istiusmodi simus, ut etiam nostrum sit regnum cœlorum ; adeo ut nos id tuto possidere animo sentiamus, itaque ejus tenere divitias, ut citra dubitationem nos in eo esse experiamur, et illius bonis atque deliciis oblectemur. Intra nos enim illud esse, ipse Dominus pronuntiavit [63]. Argumenta porro, quibus id intra nos esse demonstretur, hæc sunt : Nihil eorum quæ oculis subjiciuntur et pereunt, concupiscere ; res, inquam et oblectamenta hujus vitæ, non opes, non gloriam, non delicias, non ullam denique aliam vitæ præsentis, aut corporis voluptatem : sed ita se his omnibus abstinere, et sic judicio, ac voluntate ab illis abhorrere, ut potes-

[52] Psal. xviii, 13, 14. [53] Psal. cxviii, 80. [54] Psal. l, 12. [55] Ibid. 14. [56] I Tim. iv, 8. [57] II Cor. 7, 1. [58] I Petr. i, 13-19. [59] Psal. xciv, 6. [60] Joan. ii, 25. [61] Hebr. xii, 23. [62] Matth. v, 3. [63] Luc. xvii, 21.

Digitized by Google

tate et bonore regio præcellentes ab his qui lupanaria obeunt, abhorrent : et quantum qui pura et munda vestimenta induti, et suaveolentibus unguentis perliti sunt, graveolentiam ac lutum aversantur. Qui enim ad unum aliquod nominatorum sese convertit, regnum illud cœlorum neque vidit, neque olfecit, neque jucunditatem et dulcedinem ejus degustavit. Deinde : « *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* [66]. » Videamus nunc iterum, et in nosmet inquiramus, num hunccc luctum in nobis habeamus, et quænam sit ista consolatio, quæ luctus hujus comes dicitur. Primum quidem pauperes spiritu beatos affirmavit, utpote quorum sit regnum cœlorum. Pauperes autem, ut docuimus, hisce præsentibus plane non capiuntur, neque animum ita cum iis copulant, atque conjungunt, ut vel modica delectatione deliniatur. Quo igitur pacto, et quam ob causam lugebit, qui totum mundum detestatus est, et corde tam longe ab eo abest, quam corpore illi appropinquat? qui nullo rerum aspectabilium amore tenetur, quid est, obsecro, cur se tristitiæ, lætitiæve dedat? Et quomodo lugebit, solatiisque mulcebitur, qui regnum cœlorum habet, et in eo lætatur assidue?

Attendite mentes, roge, iis quæ dicam, et quæsiti rationem cum ejus solutione accipietis. Homo fidelis, qui ad mandata Dei exhaurienda sedulo semper incumbit, cum omnia servarit, et ad fastigium horum, id est, ad inculpatam vitam, et puritatem ingressus fuerit, tunc modulo suo se metiens, imbecillum inveniet, quique ad celsitatem illam mandatorum pertingere non possit : sed et pauperem imprimis, sive indignum ad suscipiendum Deum, ad gratias et laudes eidem tribuendas, ut qui nunquam proprium, ac suum aliquod bonum possederit. Hæc qui propter se cum animi sensu reputat, omnino lugebit luctu vere beatissimo, qui et consolatione promissa levatur, et animam mitem efficit : est siquidem pignus regni cœlorum ex luctu progeneratum solatium. « *Fides* namque, secundum Apostolum, *est rerum sperandarum substantia* [67]. Consolatio porro, quam in animis lugentibus illustratio spiritus conciliat, adventus Dei est, præmium certaminis humilitatem eis donans, quæ et semen, et talentum vocatur. Aucta quippe, et multiplicata in ipsis certantium animabus, partim tricesimum, partim sexagesimum, partim centesimum Deo fructum fert [68], fructum sanctum charismatum, ac donorum Spiritus. Ubi enim non fucate sed vere humilis ac demissus animus, ibi etiam humilitatis fundum. Et ubi humilitas, ibi illuminatio spiritus. Ubi spiritus illuminatio, ibi divini luminis copia, et Deus in sapientia et cognitione mysteriorum ejus. Ubi vero hæc, ibi regnum cœlorum, et regni cognitio, et absconditi thesauri scientiæ Dei, in quibus etiam paupertas spiritus patescit. Ubi autem paupertatis spiritualis notitia, ibi quoque luctus gaudio mistus. Ibi item jugiter manantes lacrymæ, quæ animam hanc amantem purgent, ac prorsus lucidissimam reddant. Per hæc igitur anima sursum respiciens, et Dominum suum cognoscens reliquas virtutes studiose progignere sibi, et Christo orditur. Nec immerito. Irrigata enim continenter, et pinguescens lacrymis, et iram in se penitus exstinguens, mitis totaque ad irascendum immobilis efficitur. Concupiscit autem et appetit, esuriens simul, et sitiens discere justificationes Dei. In his vero et misericors, et alienis incommodis dolens fit : quo ex his omnibus cordis ejus puritas perficiatur, et ipsa Deum videat, ejusque gloriam secundum promissionem clare intueatur. Qui hunc in modum animas suas compararunt, pacifici sunt in veritate, et filii Altissimi nominantur, qui et pure Patrem Dominumque suum agnoscunt, et ex tota anima illum diligunt; quemvis laborem videlicet : et quamvis afflictionem ejus causa sustinentes, injuriis vexati, contumeliis appetiti, angustiati ob justum ejus mandatum, quod et nobis servandum præcepit, exprobrationes, persecutiones, et omne verbum malum falso contra se dictum, propter nomen ejus toleranter sufferentes, exsultantes, quoniam digni sunt habiti, qui pro ejus amore ignominia ab hominibus afficerentur [69]. Animadvertistis, fratres, signaculi Christi expressam effigiem? Agnovistis, fideles, proprietates characteris ejus? Unum profecto signaculum illuminatio Spiritus est, etsi multæ sunt formæ operationum illuminationis hujus, multaque virtutum ejus indicia, quorum primum, et magis necessarium, et tanquam principium ac fundamentum est humilitas : *Ad quem enim respiciam*, inquit, *nisi super humilem et quietum, et trementem sermones meos* [70]?

Alter luctus est lacrymarum fons, de quibus cum copiose velim disserere, verbis ad sensa explicanda destituor. Res mira, et quam lingua non potest effari. Per oculos fluere sentiuntur, et ex anima cœnum peccatorum eluere intelliguntur : et in terram cadentes, dæmones urunt, ac prosternunt, animamque e vinculis peccati inaspectabilibus eximunt. O lacrymæ ex divina illuminatione scaturientes, cœlum ipsum reserantes, et divina mihi solatia parientes : iterum quippe et sæpius eadem præ suavitate, et desiderio dico. Ubi lacrymarum copia, fratres, cum cognitione vera, ibi etiam divini luminis splendor; ubi luminis hujus splendor, ibi bona suppeditant omnia, et signaculum sancti Spiritus plantatur in corde, unde et omnes vitæ fructus exoriuntur. Hinc Christo mansuetudo producitur, pax, eleemosyna, compassio, benignitas, bonitas, fides, continentia. Hinc manat inimicos diligere, et pro illis orare, gaudere intentationibus, gloriari in tribulationibus, alienos lapsus ducere suos, et deflere tanquam proprios,

[66] Matth. v, 5. [67] Hebr. xi, 1. [68] Matth. xiii, 8 seqq. [69] Act. v, 41. [70] Isa. lxvi, 2.

Digitized by Google

animam pro fratribus prompte ad mortem offerre. Audite igitur, obsecro, Christiani fratres, et resipiscite, et videte, num lumen in cordibus vestris illuxerit; num magnum illud lumen cognitionis aspexeritis : num visitaverit vos Oriens ex alto, illuscescens vobis in tenebris, et in umbra mortis sedentibus [69]. Deus enim cum nullius egeat, sitque bonorum plenus, nihil a nobis præter salutem nostram requirit; qua aliter potiri fas non est, nisi mens nostra divina virtute immutetur, ut sit enthea, id est, Numine afflata, a Deo acta, sive omni perturbatione carens, et sancta. Mens enim enthea est, quæ Deum in se habet. Talis autem a semetipsa fieri haud potest. Jam qui Deo per fidem conjunctus est, perque mandatorum observationem illum novit, eum quoque per contemplationem cernere omnino dignus est. Per fidem siquidem certam Christus in eo habitat, et mens enthea fit. Servatur porro enthea ex eo, quod res ad Christum pertinentes semper exercet, et legibus ejus attendit. Inde fit, ut etiam mandata ejus custodiat, quemadmodum ex eo quod mentem divinitus afflatam habet, efficitur, ut mandata Christi et cogitet, et exsequatur : singula enim et cohibent, complectunturque quod proximum est, et cohibentur ab ipso, continenturque et continent. Contendamus itaque Dei præceptis facessendis (per quod divinum lumen amplius apparere, et amplificari consuevit) divinum ignem in nobis abundantius alere. Ut enim apud nos ignis sub sensum cadens in ligno conspicitur, et scintillula, si materiam comprehenderit, magnam facem incendit, appositoque nutrimento flammam ingentem suscitat : sic se habet ignis ille spiritualis, in his quæ soli intelligentiæ patent. Quod igitur lignum est igni corporato, hoc anima rationis compos habens mandata, igni Divinitatis. Non enim secundum seipsam Divinitas perspicitur, si in id, quod est rationis et consilii particeps, non inciderit. Sicut autem se habet ignis hic noster in his, ad quæ sensus pertingit : ita ignis intelligibilis in his quæ ad intelligentiam spectant. Et quomodo ignis sensibilis non videtur, nisi in materia fuerit excitatus : ita neque intelligibilis in intelligibilibus, nisi in materia sacrorum mandatorum, quasi in lignis exstiterit : *Qui diligit me*, inquit Dominus, *mandata mea servabit, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum* [70]. Ignis quem sensu percipimus, antequam emicet, latet in sensibilibus : et abditum est divinum lumen, priusquam eluceat, in his quæ intelligentiæ sunt. Ignis principium non comprehenditur, estque occultum in sensibilibus : et intellectualis ignis principium, est occultum in rebus ad intelligentiam spectantibus. Verum sensibilis ignis sensibilibus substantia similis est : intelligibilis autem ignis intelligibilibus substantia dissimilis est, quia opifex cum opificio suo idem non est. Multò igitur ignis intelligibilis in ipsis intelligibilibus occultior, et arcanus magis, quam sensibilis in sensibilibus.

Proinde inspiciamus, fratres, subtiliterque nosmet perscrutemur, et pernoscamus animos nostros, num in nobis Christi signaculum sit. Discamus an in nobis sit Christus, ex indiciis et signis, quæ protulimus. Quod si Christum, aut ejus signaculum necdum accepimus, dictaque signa in nobis ipsis haud agnoscimus : quin contra potius, mundus fallax in nobis vivit, nosque in ipso infelices vivimus, temporaria magni ducentes, et in tribulationes incidimus, et propter ignominias, ac detrimenta cruciamur, honoribus ide verso, divitiis, deliciis gaudemus et exsultamus, proh damnum, proh ignorantiam, proh cæcitatem, proh miseriam, stuporemque nostrum, a quibus subacti, in terram proculcamur. Sane miserabiles, longeque infelicissimi, atque ab ipsa æterna vita et a regno cœlorum extranei sumus, non amplius in nobis ipsis Christum possidentes, sed mundum in nobismetipsis viventem habentes, utpote in ipso viventes, et terrena sapientes. Qui ita est animatus, inimicus Dei apertus est. Nam affectio erga mundum, inimica est Deo [71], juxta illud Apostoli : *Ne diligatis mundum, neque ea quæ in mundo sunt* [72]. Quia nemo potest Deo servire, et secundum hominem vivere. Vere nihil melius, fratres, in mundo, quam nihil habere mundi, neque ultra ea quæ corpori necessaria sunt, desiderare quidquam. Necessitas autem ista, si rationem audiamus, est panis et aqua, vestimentum et tegumentum, secundum divinum Apostolum, *habentes victum et vestitum, his contenti erimus* [73] Quod si re aliqua insuper egebimus, ipse pro certo præbebit nobis credentibus et sperantibus, qui majora largitus est, *et implet omne animal benedictione* [74], modo cætera omnia hujus fluxæ et caducæ vitæ relinquamus; puta vanam gloriam, invidiam : contentionem mutuam, dolum, murmurationem, rixas, mendacium, perjurium, injustitiam avaritiam, contumeliam, calumniam, maledictum, concertationem, obtrectationem, criminationem, superbiam, hominum odium, improbitatem, cæteraque universa, quæ diabolus genus humanum docuit. Propter hæc enim non diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt, jussi sumus. Non ut creaturas Dei sine ullo discrimine odio persequamur : sed ut malorum occasiones præcidamus, Propter hæc itaque mundum, et omnia a Deo aversentia, et ad periculum animæ deducentia fugiamus censeo. Etenim quis gloriæ et honoris humani avidus, extremum vilissimumque omnium se unquam reputabit, et humilis spiritu, aut corde contritus fiet, aut lugere unquam, omnino poterit? Quis item amans divitias, pecuniarumque et possessionum cupiditate pessumdatus, ad aliis tribuendum

[69] Luc. I, 78, 79. [70] Joan. XIV, 21. [71] Jac. IV, 4. [72] I Joan. II, 15. [73] I Tim. VI, 8. [74] Psal. CXLIV, 16.

Digitized by Google

misericors, et aliena mala dolens, et non potius omni fera immitior atque crudelior invenietur? Quis vanæ gloriæ mancipium, et arrogantiæ obsessus, aliquando ab invidentia, et obtrectatione discedet? Qui autem ad corporis etiam voluptates perfruendas sese demiserit, et in cœno libidinum volutatur, quando tandem mundus corde evadet, aut quando, et quomodo Deum fabricatorem suum videbit?

Jam pacificus quo pacto futurus est, qui seipsum alienavit a Deo, nec dicentem audit : *Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo per nos exhortante, reconciliamini Deo* [75]. Quisquis enim per mandatorum violationem cum Deo bellum gerit, etiamsi omnes inter se pacificaverit, Dei hostis est : siquidem nec ut ipsi, inter quos pacem conciliat, Deo placeant, id facit. Nam cum ipse primus sit inimicus sui ac Dei, inimici Dei fiunt etiam hi, qui per tales pacem amplectuntur. Prorsus enim qui adversus quempiam hostilem gerit animum, quæ hosti videntur et placent, cæteris ex animo suadere, et docere eos facere, quæ ille vult, nescit, utpote alia via, et illius voluntati contraria incedens. Itaque, dilecti fratres, oderimus mundum, et ea quæ in mundo sunt. Quid namque nobis cum mundo, et cum iis qui in mundo vivunt hominibus? Desideremus contra medullitus, quæ Deus amplecti nos jubet, paupertatem spiritus, quam divinus sermo humilitatem nominat : luctum perpetuum die ac nocte, ex quo tanquam e fonte gaudium animæ, et consolatio Deum diligentibus in horas profluit. Ex hoc omnibus in veritate certantibus mansuetudo etiam feliciter procedit, justitiam esurientibus ac sitientibus, semperque regnum Dei, quod omnem humanum sensum exsuperat, quærentibus. Neque hoc tantum, sed et quempiam misericordem fieri, et mundo corde, plenum pacis, et pacificum, contraque tentationes animosum ac virilem hinc est, ex quotidiano luctu videlicet. Hinc item peccatorum odium in nobis nascitur. Hinc divinus in anima zelus accenditur, qui nullo modo eam quiescere, aut cum improbis ad improbitatem declinare patitur : sed eam virilitate ac virtute implet, quo in rebus adversis usque ad finem perseveret. Curramus, persequamur, donec quippiam e stantibus, ac minime fluentibus comprehendamus. Præsentia cuncta pereunt, et ut somnia præterreunt, nihilque inter ea quæ oculis aspicimus, firmum est, ac stabile. Sol, astra, cœlum, et terra, omnia transeunt ; solus ex omnibus homo manet. Quid ergo ex aspectabilibus universis prodesse nobis poterit, cum moriendi necessitas advenerit? cum hinc ad illam illius sæculi requiem abibimus, et fugacia ista post nos relinquemus? Quod si hæc visibilia nondum transibunt, quid lucri inde nobis, ex hoc sæculo morte digressis, et hic exanimi relicto corpore? Ex quo enim anima corpus suum deseruerit, nec videre amplius potest per id, nec videri ab alio ; sed exinde solis invisibilibus afficitur, nullusque ei harum quæ apud nos sunt rerum sensus, aut cura superat, cum illic duplicem vitam, et geminum certamen habeat, aut regni cœlestis, et æternæ gloriæ ; aut gehennæ, ac pœnæ ignis. Alterum quippe horum ad hæreditatem sempiternam pro meritis a Deo recipit. Quocirca ob hæc fallaciam hujus vitæ, et quæ putatur, ejus lætitiam fugiamus, et ad solum Christum animarum Salvatorem accurramus, quæso. Hunc invenire studeamus, qui ubique præsens adest, et, inventum teneamus, prostratique pedibus ejus, eos fervide amplectamur. Eia obsecro, studeamus dum supersumus ipsum videre et contemplari. Si enim digni habebimur, qui eum hic sensu vigenti videamus, non moriemur, mors nostri non dominabitur [76]. Ne expectemus ut in futuro eum videamus, sed nunc eum videre annitamur, cum et Joannes Theologus ita dicat : *Scimus autem, quoniam Deum habemus in cordibus nostris, ex Spiritu, quem ab ipso accepimus* [77]. Quicunque igitur fidem in ipsum ex operibus infractam ac stabilem ostendistis, quæ a nobis a principio dicta sunt accurate, beneque dijudicantes, cavete, ne dum putatis vos Christum in vobismet habere, non animadvertatis vos nihil habere, vacuisque manibus e vita subducamini, et audiatis (quod Deus avertat) vocem illam horribilem : *Tollite quod servus nequam videtur habere, et date plus habenti* [78]. Tunc in omnem æternitatem plorabitis, et lugebitis, et tristabimini.

ORATIO XXII.

ARGUMENTUM.

Quid sibi velit illud : « Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit : qui vero non crediderit, condemnabitur [79]. » *Quæ sint charitatis erga Deum, et proximum argumenta. De perfecta, et consummata charitate, ejusque efficientia. Nisi hic charitatis, et sanctissimi Spiritus participes fieri laboremus, non posse nec fideles, nec Christianos esse, nec filios Dei appellari : sed potius pro infidelibus in die judicii condemnatum iri.*

Dominus ac Deus noster Jesus Christus, germanus Dei Patris Filius, ejusdem cum illo substantiæ, naturæ, gloriæ, sedens in eodem throno, et throni socius, in Patre manens, sicut et Pater in ipso, ad miseriam, afflictionemque nostram, quia etiam ad servitutem, quam per peccatum ab inimico seducti, eidem inimico serviebamus, cum respexisset, benignitate sua quanta dici non potest nos miseratus, volensque e servitute, et seductione turpissima eripere, totus inde descendit paternum sinum haud relinquens, ut ipse novit, et exsistens in terra, in tenebris, et in umbra mortis sedentibus apparuit [79a], de Spiritu sancto, et sancta semper Virgine Maria humanis artubus contectus videlicet. Cumque ambulasset, et cum hominibus nobis ac peccatoribus conversatus esset, ac divinam vivendi rationem, modumque nobis demon-

[75] II Cor. v, 20. [76] Rom. vi, 8 seqq. [77] Joan. i, 13. [78] Luc. xix, 24 seqq. [79] Marc. xvi, 16. [79a] Isa. ix, 2.

Digitized by Google

strasset, præceptaque salutaria sanctis discipulis suis edidisset, rursus ad patrem suum cum gloria ascendit, dato iisdem mandato, nempe hoc : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia.* Non hoc aut illud servare, sed *omnia, quæcunque mandavi vobis*[80]. Quoniam autem dixit, *Omnia*, nihil prætermisit, quod non servare jusserit. Quid amplius? *Qui crediderit*, inquit, *et baptizatus fuerit, salvabitur : qui autem non crediderit, condemnabitur.* Num igitur, fratres charissimi, quid hoc sit nostis, quod ait : *Qui crediderit, et baptizatus fuerit;* deinde iterum : *Qui non crediderit?* Arbitror enim quod dictum est planum esse, ac facile ad intelligendum. Habet tamen alicubi sensus profunde latentes. Fidem hic dicit, non hanc solam, Christum esse Deum, sed illam maxime, quæ omnia de sanctis mandatis ejus dicta complectitur, quæque in se omnia divina ejus mandata continet, et credit, nihil in illis, usque ad ultimum apicem otiosum : sed omnia usque ad unum iota vitam, et vitam sempiternam conciliare. Itaque si quis credit, ita se illa habere, et per sacrum baptisma ad hæc omnia servanda, ac sine prætermissione facienda descriptus est, salvabitur. Qui vere sermones ejus etiam usque ad unum apicem, aut unum iota, ut dictum est, non crediderit, non secus, quam si totum negavisset, damnabitur. Et merito. Qui enim in magnis ei credidit, nimirum, quod Deus cum esset, sine immutatione factus sit homo; quod in crucem actus; quod mortuus, quod ab inferis redierit; quod redivivus clausa janua ingressus, discipulis suis in conspectum se dederit; quod in cœlum profectus, ad dextram Dei Patris sedeat; quod venturus judicare vivos et mortuos, et unicuique secundum opera sua redditurus : restitutis videlicet in vitam prius nobis omnibus Adami posteris, usque ad ultimum illum diem nasciturus, qui in his, inquam, ei credidit, dicenti autem : *Amen dico vobis, quia etiam de verbo otioso reddent homines rationem in die judicii*[81], qui istuc, inquam, ei non credit, qui tandem fidelis erit, interque fideles numerabitur? Qui ergo in venerandis illis, mentemque et humanam omnem cogitationem excedentibus Christo credit, factisque, et faciendis ab ipso Domino nostro Jesu Christo obtemperantem, et consentientem gerit animum, non credit autem illi, cum ab eo audit : *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me*[82]. Et : *Qui diligit patrem, et matrem, et fratres, et sorores, et uxorem, et filios, adhuc autem et animam suam plus quam me, non potest meus esse discipulus*[83]. Et : *Qui solverit unum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cœlorum*[84]. Quomodo hic fidelis, et non magis ut infidelis, aut etiam infideli deterior judicabitur; quoniam in majoribus quidem confitetur se Christo credere, in minimis autem ipsum, universorum Deum, ac Dominum contemnit : et profitens se in aliis credere ut Deo, æque ut cuipiam plebeio, ac vulgari fidem denegat, dicenti, etiam de verbo otioso homines rationem reddituros in die judicii : putatque se ridentem, obscenaque, et inania garrientem salvari posse, cum ille miseros affirmet, qui rident, beatos autem qui lugent[85]. Quinimo qui se non abnegat etiam, neque crucem bajulat, in omnium tentationum impetu usque ad mortem alacriter sustinendo, quomodo sua causa crucifixum sequi se existimet? Et qui plus illo parentes, cognatosque diligit, quomodo se Christi dignum discipulum ex animo reputat? Et qui non abnegant animam suam, sed seipsos amant potius, suisque voluntatibus, magis quam Dei obsequuntur, frustra se ejus discipulos esse confidunt. Et qui in horas non unum, et minimum mandatorum, sed multa, et præcipua solvunt, nihil omnino, illicitum se committere, committere autem? imo sic constituti magnos se in regno cœlorum fore arbitrantur. Et quod caput malorum est omnium, omnino ne mandata quidem se his modis violare autumant, et nos patrocinium, veritatis suscipientes, ad idem sentiendum inducere stolide conantur.

Duo enim sunt mali genera, unum, cum quis in multitudinem peccatorum delapsus salutem suam desperat; alterum, cum malum loco boni habet, certoque sibi persuadet, se mala perpetrando benefacere. Ac prior quidem, si de pœnitentia, et benignitate Dei doctus didicerit, nullam esse peccatorum tantam multitudinem, quam pœnitentia non deleat : *Et ubi abundavit delictum, ibi et superabundasse gratiam*[86]; item illud : *Gaudium est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente*[87], forsitan se colligens, et compunctus, concupiscet aliquando peccatis liberari, ac pœnitentiam ferventer amplexus exsurget, intoleranduque conscientiæ onere levabitur. Alter revocatu difficilior, prorsus medicamentis hujusmodi curari recusat. Qui enim curationem admittat, qui penitus ne in morbo quidem se esse, aut lapsum jacere credit? Neutiquam profecto. Nemo igitur vos seducat, fratres. Omnia quippe quæ Christus Deus apostolis præcepit, nos quoque similiter servare jussit; quæ quidem in hoc mundo servare possumus. Sed id plane deliberatum nobis non est, quia fide charitateque in Christum infirmi sumus. Et hoc verum esse testantur omnes, qui ante legem, et in lege, et post Salvatoris adventum cum liberis et conjugibus, et omnium ad vitam requisitorum curis, ac sollicitudinibus Deo placuerunt, cum se voluntate et affectu, quo illis inhærebant,

[80] Matth. xxviii, 18, 19. [81] Matth. xii, 36. [82] Matth. xvi, 24. [83] Matth. x, 37. [84] Matth. v, 19. [85] Luc. vi, 25. [86] Rom. v, 20. [87] Luc. xv, 9.

Digitized by Google

separassent, iis qui in montibus et speluncis vixerunt illustriores, fide et moribus per charitatem erga Deum conspicui. *Primum enim et magnum mandatum est, diligere Deum ex toto corde, et ex tota anima, et ex totis viribus, et ex tota mente*[88], ut ipse Dominus et antiqua lex ait. Alterum, *diligere proximum, ut seipsum*[89]. Notæ autem, et probationes Deum amantis sunt, observare mandata Christi, et pro eo usque ad mortem dura perpeti : *Qui habet*, inquit, *mandata mea, et servat ea, iste est qui diligit me*[90]. Et Apostolus : *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? sicut scriptum est, quoniam propter te* (id est, justum mandatum tuum), *mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis*[91]. Qui enim universas vitæ hujus cogitationes transcendentes, nihil aliud, quam solam Dei voluntatem cogitant, ut ad perfectam Christi charitatem pervenire possint, quotidie moriuntur. Hoc item beatus Paulus desiderans dicebat : *Persequor, si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo*[92], hoc est, ut diligam, in quo et dilectus sum a Christo, consummatam charitatem per hujuscemodi verba indicans.

Documentum porro non diligentis Deum, et Christum ejus, est mandatis illius non parere, quod ipse Dominus testificatur, cum ait, *Qui non diligit me, sermones meos non servat*[93]. Proinde et nobis, fratres, una communis via esto, mandata scilicet Christi, quæ nos ad cœlum, ac Deum perducant. Quanquam enim sacra Scriptura diversas vias præscribit, non tamen penitus secundum naturam suam; verum ad facultatem, consilium atque scopum cujusque in multa figurari dicitur, quando ex multis, et diversis operibus actionibusque incipientes, quasi ex locis diversis, multisque urbibus singuli abiremus, in unum diversorium, nempe in regnum cœlorum studemus devenire. Actiones autem, et spirituales divinorum virorum viæ virtutes intelligendæ sunt. Omnis enim virtus Dei mandatum est. Cæterum aliud mandati, aliud virtutis actio est, tametsi bonorum occasiones ex se mutuo accipiant. Actio mandati est, facere quod justum est; virtutis, ut quod fit, veritati placeat. Est enim qui mandato obtemperat, et aperte vitioso affectui servit, et pravis cogitationibus bonam actionem obscurat, ac perimit. Qui igitur in mandatis Christi ambulare cœperunt, ad unam metam debent currere, ut ex diversis regionibus et locis in unam urbem (regnum cœlorum puta), ut supra diximus, conveniant, et digni habebuntur, qui una cum Christo regnent. Urbem hic unam mihi, non multas, sanctam, et individuam virtutum trinitatem intelligito : vel potius primam reliquarum, quam et ultimam dicunt, ut finem bonorum et majorem omnibus, charitatem, inquam, ex qua, et in qua fides omnis fundata, et spes ædificata est, ac sine hac nihil eorum quæ sunt, constructum, atque constitutum est, nec constituetur omnino. Etenim virtutes omnes sine hac marcidæ, et inutiles censentur. Et qui charitate destituuntur, quamvis interim nulla virtute careant, divina gloria nudi in die judicii invenientur. Corpus siquidem absque capite mortuum, ac spiritu vacuum est. Multa porro charitatis nomina, multæ actiones, multa indicia, proprietates divinæ et plurimæ, natura una, et æqualiter omnibus prorsus ineffabilis, angelisque et hominibus, et omni alii creaturæ (7) (quæ forte ignoratur a nobis), ratione incomprehensibilis, gloria inaccessa, consilio non investigabilis, æterna, quia et sine tempore, sub aspectum non cadens, et quæ intelligitur quidem, non tamen comprehenditur. Multa hujus non manufactæ, et sanctæ Sionis decora et elegantiæ, quam qui intueri cœpit, de cæteris spectaculis sensum moventibus non delectatur; non amplius gloriæ mundi hujus adhæret.

O desideratissima charitas, beatus qui te complexus est, quoniam post hanc terrenam pulchritudinem turbido agitatus affectu non amplexabitur. Beatus qui ex amore Dei tibi est impilcitus : totum quippe mundum abnegabit, et cum homine quocunque familiarius versans, nequaquam inquinabitur. Beatus qui venustates tuas exosculatus est, et infinita tui cupidine in te delicias suas habuit : nam aqua et sanguine ex te puriter distillante, secundum animam sanctificabitur. Beatus qui te cupide attraxit, quia pulchra immutatione immutabitur, spirituque et animo lætabitur, quoniam tu es gaudium inexplicabile. Beatus qui te acquisivit, quoniam thesauros mundi pro nihilo reputabit. Tu enim revera inexhausta es opulentia. Beatus, ac ter beatus, quem tu assumpsisti. Erit enim in abjectione quæ cernitur, omnibus gloriosis gloriosior, et honoratis omnibus honoratior, atque augustior.

[88] Matth. xxii, 37, 38. [89] Ibid. 39. [90] Joan. xiv, 21. [91] Rom. viii, 35, 36. [92] Philipp. iii, 12. [93] Joan. xiv, 23.

(7) Videtur Symeon dubitare, num præter angelicam et humanam creaturam sit alia intellectu prædita. Sed pro certo statuendum est non esse aliam; unde enim quis divinet aliam esse, cum nec Scripturæ, nec conciliorum, nec Patrum auctoritas, nec ratio aut experientia quidquam de ea tradat? Imo in cap. *Firmiter*, extra. Voy. *De summ. Trinit. et fide catholica* dicitur Deus *creator omnium visibilium et invisibilium, spiritualium et corporalium, qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condiderit, creaturam spiritualem et corporalem; angelicam videlicet et mundanam, ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu et corpore constitutam.* Ubi nulla alia creatura mere spiritualis agnoscitur præter angelicam; et nulla partim spiritualis, partim corporalis præter humanam.

Digitized by Google

Laudabilis qui te quærit, laudabilior qui te invenit. Beatior qui susceptus est a te, qui doctus abs te, qui habitavit in te, qui per alimentum tuum Christum immortalem nutritus est. O divina charitas, ubi Christum contines? ubi eum abscondis? Cur arrepto Salvatore mundi longe a nobis recessisti? Aperi etiam nobis indignis ostiolum tuum, ut et nos eum videamus, Christum, inquam, propter nos passum, et credamus misericordiæ illius, ut eo conspecto ne amplius moriamur. Aperi nobis, quæ facta es ejus janua, ut in carne appareret, quæ larga, et quæ cogi non poterant viscera Domini nostri, peccata et infirmitates omnium portare coegisti. Ne abjicias nos, dicens: *Non novi vos* [95]. Esto nobiscum, ut noveris nos; etenim tibi incogniti sumus. Habita in nobis, ut propter te Dominus, cum illi occurreris, nos quoque humiles visitet (nos quippe simul et semel indigni sumus) ut maneat, paululum tecum colloquens, et sinat etiam nos peccatores ad immaculatos ejus pedes procidere: et loquere pro nobis bona, rogaque ut peccatorum debita nobis remittantur: ut ipsi per te rursus digni simus, qui Domino serviamus, et is alimenta nobis providcat. Nam nihil quidem debere, fame autem ex mendicitate emori, pœnæ par supplicium importat. Per te, sancta charitas, veniam consequamur. Per te bonis Domini nostri perfruamur, quorum suavitatem, nisi per te nemo gustabit. Qui enim te non, ut oportuit, dilexit, et abs te non est dilectus ut debuit, currit quidem fortasse, sed non comprehendit. Omnis autem qui currit, ante confectum curriculum de palma incertus est [96]. Ast qui te comprehendit, aut abs te comprehensus est, omnino certus est, quandoquidem finis legis tu es. Tu enim prophetarum magistra, apostolici cursus socia, martyrum virtus, Patrum et doctorum inspiratio.

Curramus igitur et nos, fratres, quantum possumus eamque cum fide et observatione omnium Christi mandatorum consectemur. Qui namque hanc comprehendere meruerunt, spe sua nequaquam aliquando exciderunt. Imitamur vero, sicut per omnia, ita etiam per mutuam charitatem Deum colere. Omne siquidem studium, omnisque exercitatio cum multis conjuncta laboribus, quæ non in charitatem cum spiritu contrito tendit, inanis est, et in nihil fructuosum desinit. Discipuli enim Christi ex dilectione mutua, tanquam tessera cognoscuntur: nec potest quispiam in alia quapiam virtute, aut observatione Dominici mandati discipulus Christi agnosci: *In hoc*, inquit, *cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem* [97]. Quod idem et B. Paulus indicat, in quo ipse Christus loquebatur. Quinque enim excellentia dona complexus, et citra charitatem inutilia, et periculosa esse docet, linguarum, prophetiæ, fidei, eleemosynæ, et martyrii: *Si linguis hominum, et angelorum loquar*, inquit, *si habuero prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam: si habuero omnem fidem, ut montes transferam: si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest* [98]. Qui autem vere ea prædituS sit, ex operibus manifeste declarans, ait: *Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit* [99]. Propter hanc et *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Propter quam homo factus Dei Filius, omnes vivificos cruciatus sponte ac libens pertulit, ut plasma suum, humanam naturam in multas partes a diabolo dissectum ac diremptum, per fidem rectam et charitatem spiritualem in unum congregaret, et a vinculis inferni liberatum recuperatumque in cœlum subveheret. Propter hanc et apostoli irrequietum illum cursum cucurrerunt, et cum totum mundum reti ac sagena verbi conclusissent, e profundo idolomaniæ ad littus regni cœlorum incolumem extraxerunt. Propter hanc Christi martyres, ne Christum amitterent, sanguinem suum profuderunt. Propter hanc divini Patres nostri, et orbis terrarum magistri animas suas pro catholica et apostolica Ecclesia non inviti abjecerunt. Propter charitatem sancti omnes usque ad sanguinem peccato restiterunt, nullam rationem præsentis vitæ ducentes, et varia mortis genera sustinuerunt, ut a mundo ad seipsos, et ad Deum colligerentur, et naturæ verba in seipsis unirent (8). Hæc est enim vera, et inculpata Dei sapientia, cujus finis illud bonum est, et veritas: siquidem bonum humanitas, et veritas amor Dei secundum fidem; argumenta charitatis, Deo homines, et illos inter se copulantis, et idcirco stabilem bonorum permansionem habentis. Hæc est, ostium et via, quam Dei Verbum seipsum appellavit, et in ea procedentes, Deo et Patri puros ab omni concitata, et sinistra motione exhibet.

Vidi ego hominem, fratres, qui diligens in eo studium poneret, variosque modos experiretur, ut fratrum, quibuscum familiariter vivebat, hunc quidem sermone, alium muneribus, alium alia quadam occasione a vitiosis actionibus et cogitatis abduceret. Et vidi talem nunc quidem flentem hu-

[95] Matth. xxv, 12. [96] I Cor. ix, 24, 25. [97] Joan. xiii, 35. [98] I Cor. xiii, 1-3. [99] Ibid. 4-8.

(8) Græce καὶ τὰ τῆς φύσεως ἐφ' ἑαυτῶν ἐνώσωσι ῥήματα, *per ῥήματα φύσεως videtur intelligere leges et decreta naturæ, seu appetitiones naturales. Ista enim sunt, quasi verba et voces naturæ.*

Digitized by Google

jus, nunc lamentantem illius causa : aliquando et faciem suam, et pectus verberantem propter alium, qui verbo, aut opere offenderat; suscipientem ejus personam videlicet, et se illum ipsum, qui deliquerat reputantem, ac Deo confitentem, et illi procumbentem suppliciter, lugentemque vehementer. Vidi alium super certantibus et vincentibus tantopere gaudentem, illorumque in virtute progressus approbantem, ut appareret, ipsum illum potius, quam eos virtutum laborumque præmia accepturum. Propter eos autem, qui verbo, aut opere delinquerent, et in peccatis perseverarent, adeo tristem ac gemebundum, ut ipsum solum revera pro iis omnibus rationem reposcendum, et pœnis tradendum existimares. Et vidi alium salutis fratrum suorum tanto flagrantem desiderio, ut sæpe calentibus lacrymis, toto pectore, divinoque, et Mosaico zelo benignum Deum oraret, aut illis salutem dari, aut se quoque cum ipsis condemnari. Sancta enim charitate in sancto Spiritu spiritualiter iis colligatus, ne in ipsum quidem regnum cœlorum intrare, et ab eis sejungi volebat.

O sanctum vinculum, o vis inenarrabilis, o cœlestia cogitans, vel potius divino afflatu concitata, atque in Dei proximique charitate egregie perfecta anima ! Qui igitur ad hanc charitatem nondum pervenit, nec vestigium ejus in anima sua vidit, nec ejus præsentiam ulla ex parte sensit, adhuc in terra et terrenis, imo sub terra instar talpæ jacet, cæcus nimirum, ut illa bestiola, et solo sensu aurium in terra loquentes auscultans. O calamitatem, quoniam ex Deo nati, et immortalitate donati, vocationis cœlestis participes, et hæredes Dei, cohæredes autem Christi, et cives cœlorum facti, nondum tantorum bonorum sensum hausimus : sed sine sensu, ut ita dicam, sicut ferrum in ignem mittitur, aut ut inanima pellis colore purpureo imbuitur, nec sentit : ita et nos adhuc in tam multis Dei bonis manemus et versamur, nos in illis nullo affici sensu confitentes, et ut jam salvati, sanctisque ascripti efferimur, et velut schemate in theatro obvelati, sanctimoniam ut histriones simulamus, vitam miseram ducentes ; mimisque et scortis similes, quæ naturali carentes pulchritudine, fucis infricandis, et exoticis pigmentis seipsas stulte ornare creduntur. At non sanctorum denuo natorum characteres hujusmodi. Sciendum autem, quomodo infans utero materno egressus, cum aerem hunc non sentiens sentit, statim ad fletum et vagitum nullius impulsu movetur : sic et qui denuo natus est, et e mundo hoc, ut ex utero tenebroso prodiit, et in cœleste lumen, quod mente cernitur ingrediens, paulum in illud quasi prospexit, mox incredibili gaudio repletur, et sine dolore lacrymas profundit, cogitans ut consentaneum est, qualibus e tenebris liberatus, in quali luce versari dignus sit existimatus. Nam qui e tenebris eximitur, hic solus eorum miseriam, quibus illæ dominantur, præclare cognoscit. Principium itaque in Christianismo quempiam censendi hoc est. Cæterum qui bonum tale nondum cognoverunt, et inspexerunt, nec ipsum perseverantia multa, lamentisque et lacrymis quæsiverunt, ut per hujuscemodi actiones purgati eo potirentur, et perfecte illi uniti, cum eo communionem haberent, quomodo, dic mihi, simpliciter, et absolute spirituales nominentur? non enim sunt, quales esse oportet. Si enim *quod e carne natum est, caro est, et quod ex spiritu natum est, spiritus est* [99], qui secundum corpus genitus est, et virilem ætatem attigit, spiritualiter autem se nasci debere aut cogitavit, nec credidit, nec unquam studuit, quomodo tandem spiritualis fiet, et spiritualibus sese annumerabit? nisi clam, ut qui sordidas vestes induit, sese sanctis splendide amictis interserat, et in mensa regia cum illis discumbens, ejiciatur foras, ligatus manus et pedes [1], non ut filius lucis, sed carnis et sanguinis, et mittatur *in ignem æternum, qui præparatus est diabolo et angelis ejus* [2].

Curramus igitur fideles totis viribus ; festinemus pigri in laborum patientia ; resurgamus mortui, ut obtineamus, seu potius ut participes fiamus charitatis, et ita cum ipsa ab his rebus demigrantes, Creatori ac Domino assistamus, extra creaturas aspectabiles cum ipsa constituti, et inaspectabili, increato, et experti omnis principii Deo uniti, cum ipso inaspectabilibus, et incorruptibilibus uniamur : *Præterit enim figura hujus mundi* [3], *et cœlum ac terra magno impetu transibunt, elementa vero in medio ardentia solventur* [4]. Et qui charitate tum vacaverint, cum visibilibus creaturis ut creaturæ derelicti, in igne et horribilibus suppliciis invénientur ; charitas enim Deus est, et non creatura : *Et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo*, ut dilectus ille Joannes ait [5]. Sed forsitan : aliquis insipienter quærat, quomodo extra thalamum, et regnum, et chorum justorum alius insuper locus salutis, aut requiei non est? Stulte, sacram Scripturam dicentem non audis, locum omnium qui salvantur Deum esse? *Esto mihi*, inquit, *in Deum protectorem, et in locum refugii, ut salvum me facias* [6]. Salus autem est, quæ a Deo dabitur dignis, plenissima deificationis gratia, quam vix assequetur, qui acceptam in sacro baptismate gratiam fideliter custodivit, et per multa quæ passus est mala, adoptionem filiorum per Spiritum sanctum in hoc mundo sartam tectam conservavit. Pauci enim sunt profecto, qui quasi decumanis vitæ fluctibus non jactentur, neque spinis ejus suffocentur, et ejus voluptatibus inescentur ac serviant. Domus autem Dei, thalamus, et regnum omnia complexu ambiens suo, ejus deitas est, solis dæmonibus, et peccatoribus inaccessa. Videtur quidem præclusa omnibus sed fidelibus ac pro nobis tantum patet.

[99] Joan. III, 6. [1] Matth. XXII, 13. [2] Matth. XXV, 40. [3] I Cor. VII, 31. [4] I Petr. III, 10. [5] I Joan. IV, 16. [6] Psal. XXX, 3.

Digitized by Google

Si igitur Deus lux est, a luce separati, quomodo tenebras effugiemus? Si extra thalamum inveniamur, quomodo vel aliquantum lætabimur? Si gratia privemur, quomodo tristitia carebimus? Si regno excidamus, aspectu, inquam, et contemplatione Christi, et Dei nostri, quam aliam salutem, aut consolationem exspectabimus, aut in quo alio loco delectari possimus? nusquam certe. Locus enim positionem cum circumscriptione significat. Deus autem non est in loco, sed super omnia, ut qui capi et comprehendi non potest, in quo omnium qui salvantur sedes. Quis ergo locus eorum qui regnum ejus amittunt? Annon audimus, unum mandatum transgressum primum parentem nostrum Adamum in paradiso, et ipsum cum Eva divina gloria exutum, illicoque paradiso exterminatos esse? Sic mihi etiam de terribili judicii die cogita. Quicunque divina gloria virtutum et charitate, ut ille, nudatus reperietur, extra cœlestem thalamum, et regnum Dei mox expelletur, etiamsi peccatum non habeat, audiens a justo Judice : Non novi te : qui sis. Et : *Quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem* [7]? Qui namque potestatem accepit in hoc sæculo Filius Dei, regnique Dei, et bonorum vitæ æternæ hæres fieri : qui didicit multis modis, per quæ opera et mandata ad hunc honorem et gloriam sustolli debeat, et hæc omnia floccipendit, prætulitque terrena et fluxa, et vitam porcorum præoptavit, temporalemque gloriam æterna potiorem duxit, quomodo non jure ab omnibus fidelibus secludetur, et cum infidelibus, cumque ipso diabolo condemnabitur? In hoc enim, ait Scriptura : *Manifesti sunt filii Dei, et filii diaboli, quia omnis qui facit justitiam, ex Deo natus est : qui autem facit peccatum, ex diabolo est* [8]. Sicut et ipse Dominus apud incredulos Judæos testatur : *Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere* [9].

Idcirco rogo, patres et fratres, dum tempus est, et inter vivos numeramur, studiose contendamus, ut filii Dei et lucis appellemur, id quod regeneratio nobis præstat. Nam ut Dominus noster Jesus Christus affirmavit : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum cœlorum* [10]. Sic rursum affirmavit : *Nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei* [11]. Et iterum : *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni* [12]. Hoc enim est semen Christi, per quod nos mortales cognationem ejus adipiscimur. Oderimus itaque mundum, et ea quæ sunt in mundo. Oderimus carnem, et quæ inde pullulant motiones malæ. Oderimus omnem pravam cupiditatem, et avaritiam funditus. Id facere poterimus, si magnitudinem excepturæ nos gloriæ, gaudii deliciarumque cogitabimus. Quid ergo, cedo, in cœlo et in terra majus, quam Dei filium, et hæredem, et cohæredem Christi fieri? Nihil utique. Quicunque enim crediderunt, et in veritate ipsum receperunt, dedit eis filios Dei fieri [13], qui non possunt peccare, ut scriptum est : *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia semen ejus in eo manet, et non potest peccare, quia ex Deo natus est, et mandata ejus servat* [14]. Et : *Qui servat mandata Dei, in Deo manet, et Deus in eo, et malignus non tangit eum* [15]. Nos autem, quia terrena, et quæ in manibus sunt præponimus, et quia bona in cœlis reposita non quærimus, nec ab eorum desiderio pendemus, primum quidem perspicuum videntibus damus indicium, nos infidelitatis morbo oppressos, sicut legimus : *Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab invicem accipitis, gloriam autem quæ a solo Deo est, non quæritis* [16]? Deinde et perturbationum nostrarum servi, terræ et terrenis affigimur, nec ullo modo in cœlum ad Deum vultus tollere volumus, sed in animi insipientia ejus mandata repellentes, facimus, ne ab eo adoptari possimus. Nam qui credit Deum esse, magna quædam de eo concipit : novit enim eum solum herum, conditorem ac dominum esse omnium inexplicabilem, immortalem, et regni ejus non fore aliquando finem. Ergo qui scit talem esse Deum, quinam eumdem non amabit? quomodo non etiam animam suam in mortem pro ejus amore tradere conabitur, ut dignus sit, non dicam filius ejus, et hæres, sed unus saltem e germanis ejus servis ipsi propius assistentibus, fieri? Si autem omnis qui in agone contendit, et mandata Dei custodit, sic ut ab iis non deflectat; Deique filius factus, denuo nascitur, et pro vere fideli Christianoque ab omnibus agnoscitur, nos vero mandata ejus contemnimus, et legem Dei aspernamur (quos, quando iterum cum gloria et virtute tremenda veniet, suppliciis subjiciet) in nostra fide ipsis operibus infideles nos ostendimus, in infidelitate autem verbis solum fideles. Nolite errare, sine operibus nihil nobis sola fides proderit [17]; est enim mortua, mortui vitam non adipiscuntur, nisi prius per exsecutionem mandatorum hanc quæsierint. In qua exsecutione velut fructus cum usura producitur in vobis charitas, eleemosyna erga proximum compassio, mansuetudo, humilitas, lacrymæ, tentationum patientia, castimonia, puritas cordis, per quam dignamur visione Dei; et in qua Spiritus sancti adventus atque illuminatio sita est, quæ denuo nos generat, et Dei filios efficit, Christumque superinduit, et animæ lampadem accendit, et filios lucis reddit, et ab anima nostra tenebras dispellit, et deinceps jam æternæ vitæ consortes, quod cognoscamus, facit. Quare ne quibusdam aliis actionibus, et solis conflsi jejuniis dico, vigiliis, et aliis corporis afflictationibus, hanc mandatorum Dei obedientiam vilipendamus; quasi per illas sine hac salvari queamus. Hoc enim fieri non potest, non potest, inquam, fieri, idque tibi quin-

[7] Matth. xxii, 12. [8] I Joan. iii, 8, 10. [9] Joan. viii, 44. [10] Joan. iii, 5. [11] Ibid. [12] Matth. iii, 11. [13] Joan. i, 16. [14] I Joan. iii, 9. [15] I Joan. v, 18. [16] Joan. v, 44. [17] Jac. ii, 20.

Digitized by Google

que virgines fatuæ persuadeant, quique multa signa et prodigia perpetrarunt. Quid quod charitatem in se, et sanctissimi Spiritus gratiam non haberent, a Domino audiverunt : *Discedite a me operarii iniquitatis : non enim novi vos* [18], unde sitis. Nec isti modo, sed cum istis alii præterea non pauci, qui fuerunt quidem a sanctis apostolis, eorumque successoribus baptizati, verum Spiritus sancti gratia propter improbitatis magnitudinem carnerunt : nec vitam vocatione qua vocati erant, consentaneam egerunt : nec Dei filii appellati sunt, sed caro et sanguis manserunt ; nec an esset omnino Spiritus sanctus credentes : nec illum quærentes ; nec se accepturos exspectantes. Unde hujusmodi homines nec desideriorum carnis, nec turbidarum affectionum capessere imperium unquam poterunt, nec ullum egregium virtutis documentum præbebunt, cum Dominus dicat : *Sine me nihil potestis facere* [19]. Sed elaboremus, obsecro, patres et fratres, et quantum in nobis est, ut de cætero charitatis, et Spiritus sancti communionem promereamur, quo et præsentia, et futura bona assequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XXIII.

De abnegatione et excidio propriæ voluntatis. Qua ratione vita ascetica colenda sit ; in qua expediat habere ducem, id est, Patrem spiritualem, cujus opera virtutem, asceticæque artis opus perdifficile discas. De fide in Patres spirituales, et visione luminis, a quo illuminata omnis anima proficit in charitate erga Deum.

Cum te in cœnobio, frater, collocaveris, noli patrem, a quo detonsus es adversari, tametsi scortis, aut poculis deditum, et opinione tua monasterii res male administrantem videas, atque etiam verberibus et ignominia, multisque aliis vexationibus ab eodem afficiare. Ne sedeto cum illis qui probra in eum torquent : neve ambulato cum iis qui malum ei machinantur. Quæcunque autem laudabilia factitantem cernis, ea in corde tuo reconde, eaque tantummodo meminisse contende. Quæ vero indecentia, et improba vel agentem vel loquentem notaveris, ea tibimet ascribe, et in peccatis tuis numera, et cum lacrymis pœnitentiam age : illum pro viro sancto habe, et preces ejus implora. Quod si in cœnobio non vivis, Deum impense ora, uti hominem tibi demonstret, qui te commode regat : quemque ille aut secreto per semetipsum, aut aperte per aliquem servorum suorum ostenderit, eum pete, nec aliter quam si Christum aspiceres, et alloquerere, venerator. Nam non secus quam ipsi Deo ejus voluntati parere debes : ut quæ in rem tuam sunt, ab illo doceare : quæque is tibi dixerit, sine ulla hæsitatione in opus confer, quamvis tibi non bona, et damnosa videantur. Præstat enim, discipuli discipulum vocari, quam ad numeros suos vitam instituere, inutilesque propriæ voluntatis fructus decerpere. Quando igitur ab eo audies, exi de terra voluntatis tuæ, et de cognatione sensus tui, ne cuncteris, neve erubescas, a vana gloria victus videlicet. Si dixerit : Agedum veni in terram obedientiæ, quam monstrabo tibi, curre, mi frater, quantum potes : ne des somnum oculis tuis, ne pigritia, aut desidia dissolutus, contrahas genua tua. Fortassis enim illic apparebit tibi Deus, qui patrem multorum filiorum te facturus, terramque promissionis tibi donaturus est, quam hæreditatem justi duntaxat adipiunt. Si te sursum in montem duxerit, impigre conscende. Etenim sat scio, Christum transfiguratum, et divino lumine clarius ipso sole collucentem aspicies, nec sustinens intueri, quæ nunquam spectasti, pronus fortasse cades, vocemque Patris desuper audies, et nubem obumbrantem, ac prophetas astantes, et eum vivorum mortuorumque Dominum esse confirmantes videbis [20]. Si te sequi hortabitur, fidenter cum eo per oppida vade, maximum inde fructum capturus, si in ipsum solum respexeris. Si cum fornicariis, et publicanis manducantem cernes [21], nihil commoveare, nec humanum aliquid, sed omnia affectu sinistro carentia, et sancta de ipso cogita. Item illud : *Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrarer* [22], in animo versa, dum eum humanis se affectibus attemperantem observas. Sed neque si oculis tuis videas aliquid, universe et plane illis credito : falluntur enim etiam hi, quod expertus novi. Ipsum sequens, illique dicto audiens, ne comites et socios tuos considera, neve dicas de aliquo : *Domine, hic autem quid* [23] ? sed tibi semper attende, et ante oculos mortem propone, ac tecum expende, qua virtute Deum glorifices.

Ne supercilium tollas propter magistrum tuum, si honorere a majoribus : non, quod propter illius famam multos tibi obsequentes habeas : sed gaude potius, si nomen tuum in cœlo humilitatis scriptum sit [24]. Quod si etiam umbram tuam videris dæmonibus formidabilem, ne tibi istuc, sed patris tui precibus attribue, et amplius te formidabunt. Si te in mensa, et propius assidere hortabitur, agnosce gratiam et admitte, illumque tacitus sancte observa, et cole, et ne quid de appositis, nisi precibus ab eo factis, attinge : nec citra ejus jussum ac voluntatem alteri porrige : nec quempiam alteri præferre aude. Quod si post omnes alios te vocabit, cave dicere : A dextris, aut sinistris sedebo, cum hoc aliis paratum esse non ignores, et audieris : *Qui vult omnium primus esse, sit omnium ultimus* [25]. Partem infimam, ut primæ conciliatricem amplectere, et magistrum dilige, quippe qui scite per vilia et abjecta ad majora te laboret evehere.

[18] Luc. XIII, 27. [19] Joan. XV, 5. [20] Matth. XVII, 1 seqq. [21] Matth. IX, 10, 11. [22] I Cor. IX, 22. [23] Joan. XXI, 21. [24] Luc. X, 20. [25] Matth. XX, 27.

Digitized by Google

Neque vero per arrogantiam primus cum ipso manum in paropsidem intinges : cujus enim sit hæc audacia, non te fugit. Si tibi pedes abluere voluerit, cum ut dominum et magistrum reverere, et renitere. Sin dixerit : *Nisi pedes tibi lavero, non habebis partem mecum* [26], etiam totum corpus tuum abluendum alacriter expone : ut ex his quæ tibi fiunt, sublimitatem et magnam humilitatis, etiam deos facientis, intelligas, et majorem tunc utilitatem referas, si animadvertas, quam si tu patris tui pedes abluisses. Si dixerit inter accumbendum : *Unus ex vobis me tradet* [27], aut scandalizat me, ne tegas dolum : sed si conscius tibi es, confitere : sin autem, ad pedes ejus in faciem tuam prostratus, cum lacrymis interroga : *Numquid ego sum, Domine* [28] ? Etenim *in plurimis, et per ignorantiam offendimus* [29]. Porro in pectus Patris recumbere non conducit tibi. Nam etsi Joannes præ multa erga Christum charitate, ut cum homine egit libere, nihilominus et ipse cum omnibus, cum omnia fecisset, seipsum inutilem servum vocare jussus est. Si videris ducem tuum supra naturæ morem mira edere, famaque clarescere, crede, et lætare, Deoque gratias age, quod hujusmodi magistrum sortitus es. Sed ne invidi scandalum tibi pariant, cum eum ab illis fortasse ignominiis multari, et alapis cædi, et raptari conspicies : quin ut fervidus ille Petrus gladium arripe, ejusque qui contra patrem tuum blaterare, aut eum attingere non veretur non auriculam solum, sed et manum et linguam amputa. Quod si etiam, ut ille, castigere, omnino tamen ob egregiam fidem et charitatem magis laudabere. Sin, ut homo, perterritus dixeris : *Non novi hominem* [30], rursum super hoc amare plora, et ne desperatione absorbeare. Quod si faxis, persuasum habeo fore, ut ille te primum ad se attrahat. Si cum tanquam sceleratum in crucem affigi, et pro sceleratis mori aspexeris, si potes, commorere : aut certe ne malis ut malus, et proditor te adjunge, neque cum ipsis in sanguine innocenti communica; sed ut qui ex timiditate, et infractione animi paulisper pastorem deseruerit, fidem in illum de integro custodi. Si vinculis levabitur, ac dimittetur, iterum accede, ac velut martyrem amplius venerare. Quod si in tentationibus animam reddiderit, corpus ejus sine metu require, et illud multo magis quam vivens præsens honora, unguentoque delibutum, sumptuose tumula. Quamquam enim non post triduum extremo die profecto cum universis resurget. Crede autem, illum cum fiducia astare Deo, tametsi corpus ejus sepulcro abs te conditum jaceat, ac sine dubitatione preces ejusdem exposce, et opitulabitur tibi hic, atque in adversis omnibus tuebitur te, et e corpore excedentem recipiet, æternamque mansionem præparabit tibi. Si post omnia quæ diximus, scor- A sum te vocarit, et ad quiescendum hortatus, dixerit : sede hic, et publico abstine, *donec induaris virtute ex alto* [31], cum firma spe et inexplebili gaudio obedi : verax siquidem, fratres mei, talis magister, et a mendacio alienus est. Superveniet namque in te etiam nunc par sanctissimi Spiritus virtus, non in specie ignis, ut sensu percipi possit, apparens ; nec cum multo sonitu, in spiritu vehementi (hæc enim propter incredulos facta sunt) sed in specie luminis, quod menti patet, cum omni tranquillitate et jucunditate animi, sic, ut intelligas, tibi apparebit : quod æterni ac primi illius luminis proœmium, et fulgor ac scintilla quædam sempiternæ beatitudinis est. Hoc nunc lucente lumine, omnis inquieta ac turbulenta cogitatio dispe- B rit, et omnis concitatior animi motio dissipatur, omnis corporis morbus sanatur. Tunc oculi cordis tui purgantur, cernuntque Deum, quod in beatitudinibus scriptum est [32]. Tunc velut in speculo parva errata sua intuens anima, in abyssum humilitatis dejicitur, perspectaque gloriæ magnitudine, omni lætitia et voluptate repletur, et insperato attonita miraculo, lacrymis ubertim rorat : atque ita totus homo immutatur, et Deum cognoscit, ab eoque primum cognoscitur. Hæc namque sola omnium cœlestium ac terrestrium, præsentium et futurorum, tristificorum, lætificorumque contemptionem homini ingenerat, quem simul amicum Dei, et Filium Altissimi, et Deum (quantum quidem in ho- C minem cadit) efficit.

Vide igitur, frater, ne forte præter voluntatem deteriores sequaris. Nam qui perspicientia valet, lupum ab ove, latronem a pastore internoscet : sicut nimirum ipse Dominus ac Deus noster affirmavit : *Attendite*, inquit, *a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos* [33]. Ut enim arbor ex fructu, sic homo ex sermone et opere suo qualis sit cognoscitur : sed cognoscitur ab iis in quibus sana est ratio, et animæ sensus constat. Cæteri namque homines etiam ad ipsa opera discernenda stupidi ac stolidi sunt. Quempiam ex inedia captantem auram popularem videntes commendant, et cum humilitate comedentem damnant. Alium in humilitate cibo abstinentem D pro hypocrita habent ; contra ingluviei deditum, simplicem, et minime in epulis accuratum ducunt, qui cum crebro accumbere delectantur, vitiosas inde affectiones suas consolantes. Quin etiam sallem simulantes, facetasque nugas intempestive effutientes, et gestibus indecoris risum aliis moventes, velut qui per studia istiusmodi, gestus, et sermones virtutem suam, et ἀπάθειαν tegere conentur dum reputant, eos qui cum religione, cum virtute et simplicitate cordis vitam traducunt, vere sanctos, ut aliquos de fæce vulgi falsis ratiun-

[26] Joan. XIII, 18. [27] Matth. XXVI, 21. [28] Ibid. 22. [29] Jac. III, 2. [30] Matth. XXVI, 72. [31] Luc. XXI, 49. [32] Matth. V, 1 seqq. [33] Ibid. VII, 15.

Digitized by Google

cullis decipiant, iisque antevertunt. Adhæc alii loquacem, et ostendabundum, appositum ad docendum, et spiritualem esse existimant : taciturnum, et otiosa verba caventem sedulo, agrestem et mutum pronuntiant. Alii in Spiritu sancto loquentem, ut alta sapientem ac superbum aversantur, verbis ejus attoniti magis, quam compuncti : natura autem, aut ex disciplinarum peritia ore rotundo disserentem, et contra salutem suam mentientem, supra modum commendant et probant. Atque ita nullus inter hos est, qui recte, et ut se habet, rem videre, dijudicareque possit. Rari sunt enim, et his temporibus potissimum, qui animos bene regere, eorumque morbos probe curare sciant. Jejunia enim, et vigilias et speciem pietatis multi fortasse simularunt, aut etiam opere exercuerunt, nec pauca e pectore depromere, et verbis docere plures facile possunt : ast qui cum lacrymis motus a ratione aversos exscindant, virtutesque comprehensivas ita possideant ut iis spoliari nequeant, perpauci reperiuntur. Virtutes comprehensivas appellamus humilitatem, vitiosarum affectionum jugulatricem, et cœlestis atque angelicæ apathiæ conciliatricem. Item charitatem, quæ nunquam stat, neque cadit; sed prioribus semper adjicit, desiderium desiderio, amorem amore cumulans. Ex qua discretio exsistit, quæ et seipsam, et sequentes se recta ducit, et bene procedendo ac proficiendo mare, quod sola intelligentia percipitur, trajicit; quam et tu Deum poscere debes, nunc maxime, quo res tuas secundum ejus beneplacitum discernas atque dijudices, et ita labores contendasque, ut Christum et in hac vita adjutorem, et in futura claritatis suæ voluptatem affatim et tibi impertientem invenias. Et neque ut pastorem sequaris lupum, neque morbido gregi te immisceas, neque solus seorsum reperiare; ut neque aut a lupo animarum perditore, aut a bellua interceptus conspiciare; aut alio atque alio morbo ægrotus, secundum animam intereas; aut cum solus cecideris, illud *Væ* in te quadret [34]. Qui enim bono se præceptori tradiderit, nihil istorum curabit, sed sollicitudinis expers, vita peracta, in Christo Jesu Domino nostro salvabitur.

ORATIO XXIV.

ARGUMENTUM.

Ducem Christi gregis ratione præditi primum semetipsum accurate considerare et explorare debere; quippe quem discere, et exsequi Dei voluntatem semper oportet, et ita demum alios idipsum docere quo sermo doctrinæ ejus cum actione conjunctus, auditoribus gratus accidat. Alioqui salutem sibi suam ipse curet, ne tum sibi, tum quibus præest, perniciem atque interitum creet.

Dominus noster Jesus Christus non solum docentem beatum prædicat : sed eum quoque, qui fecit, ante quam doceret : *Beatus*, inquit, *qui fecit et docuit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum* [35].

A Et sancti Patres Ecclesiæ lumina ac magistri, nihil scriptis mandarunt, aut voce docuerunt, quod ipsi prius facto non præstitissent, et ubi præstiterunt, res illis successit ex sententia. Etenim discipuli magistro tali operam dantes, ad ejus imitationem incitantur : nec tantum ex illis sermonibus proficiunt, quantum præclaris ejusdem actionibus et exemplo ad virtutem capessendam exardescunt, et iisdem vestigiis incedere coguntur. At enim, væ nobis, fratres, cum in istam confidentiam, et in has tenebras monachi- incidimus, ut vos Christi oves sine Christo pascere aggrederemur, ac propter voluptatem, commodaque corporis, et acquirendam pecuniam, honoremque ab hominibus (væ abjecto mihi atque misero) apostolicam dignitatem omni- B modis assumere contendimus, illorumque potestatem auro mercamur, nec Deum timentes, nec homines nos intuentes reveriti. Ac solium quidem regis illo invito conscendere nemo audet. Sed neque grammatici, aut rhetoris alicujus occupare locum, qui idiota sit, neque audiente populo Scripturas recitare, qui litteras nescit, cum nos interim apostolici muneris amplitudinem quærimus; aut etiam delatam non rejicimus, qui gratiam apostolorum nondum accepimus neque fructus ejus in nobis demessos aspeximus. Et quomodo, fratres, tantam audaciæ magnitudinem concipere non formidamus? Dicite mihi, dilecti, si frequens ista, et ampla civitas quempiam advocaret, ac diceret : Te C præpositum, et imperatoris protovestiarium creabimus, tu solus ascende in regiam, ingressusque, causam nostram apud imperatorem age, ipsumque precare, ut hæc et illa nobis præstet. Si is palatium nunquam intravisset; sed tam ipsis aulicis omnibus, quam imperatori ignotus esset, num istuc unquam facere, aut dignitatem istam inire sustineret? Adeo projectum fore neminem omnes procul dubio fatebimur, et suasores istos ut insanos et amentes reprehensurum et irrisurum, dignitatemque non ut honoris, sed ut dedecoris, et supplicii materiam repudiaturum. Si igitur in rebus humanis hæc, et similia committere nefas est, nonne horribile est ac videtur, fratres, apostoli- D cam dignitatem inconsiderate suscipere, et ad inaccessibile lumen accedere, mediatoresque, et interpretes Dei et hominum fieri? Num leve quiddam, et despicabile hujus rei conatum ducimus? Proh dolor! fratres, quoniam, ut vereor, in quamdam tenebrarum universitatem devoluti sumus, atque idcireo quam audaci nos facinore obstrinxerimus, non videmus. Nam si videremus, nunquam eo arrogantiæ, confidentiæque processissemus, ut divinis rebus insultaremus, majoreque honore ac timore terrenum, quam immortalem regem Christum coleremus. Quocirca nos ipsos excutere, examinareque, et ad hunc magistratum indigne conantes ascendere, omni ratione evertere, eorumque

[34] Eccle. IV, 10. [35] Matth. V, 19.

Digitized by Google

consiliis obviam ire ne desinamus, sed pro virili nostra appetitu rationi haud consentaneo eos prohibere studeamus, ut et ipsos damnatione liberemus, et nos vitam securiorem agitemus.

Porro qui in semet diligenter inquirens, omni gloriæ desiderio solutum, nec ullum in se voluptatis, aut corporeæ cupiditatis vestigium invenit, avaritiaque, et malevolentia ob illatam injuriam purgatum, perfecte mansuetum, et irasci nescium, ut sola auditione nominis Christi ejus amore ac desiderio accendatur, et oppleatur lacrymis, et insuper proximorum vice lugeat, alienaque delicta sua æstimet, ac se majorem omnibus peccatorem ex animo reputet, ac postremo, si uberem sancti Spiritus gratiam, solis instar in se micantem, et interiora cordis ejus perficientem videt, et ubi miraculum in se manifeste perpetrari animadvertit, ut ardeat quidem in eo, quod igni inaccessibili uniatur, non autem comburatur, in eo, quod ejus anima omni turbido motu vacet : præterea, si sic humiliatur, ut se haud idoneum, et indignum, humanæ naturæ infirmitatem sciens, arbitretur, fidit vero supernæ gratiæ, et aptitudini, quam illa largitur, et eadem ita postulante munus alacriter capessit, omnem humanam ratiocinationem repellens, animamque ipsam propter solum Dei mandatum, charitatemque proximi pro fratribus morti objectat : si insuper mentem omni mundana cogitatione immunem habet, et lucida humilitatis tunica coopertus est, ut erga adjutores suos nec modice afficiatur, sed pari bonitate, candore, et innocentia cordis sui in omnes est; ne tunc quidem citra patris sui consilium ac voluntatem provinciam suscipere audeat : sed humillet se, et eo bene precante jubenteque id faciat, præfecturamque ob solam fratrum salutem accipiat. Verum si patrem suum spiritualem ejusdem spiritus participem, et eadem cognitione ac dono dignatum novit, ut non divinæ voluntati contraria, sed secundum ipsum donum et mensuram loquatur ei, quæ Deo placent, et ejus animæ conducant, quo non Deo, sed homini obediens inveniatur, et gloria collatoque sibi dono exuatur. Si enim adjutorem bonum, et spiritualem consiliarium invenerit, tutius istuc munus auspicabitur, et humilius de se sentiet. Hæc itaque omnia et his plura si videns viderit, vere inveniet, et per scipsum cognoscet, imo vero a Sole justitiæ discet, si forte etiam in solem aliquando oculos intendit. Quod si quæ prætexuntur talia et tam difficilia sunt, nec facile est intelligere, quomodo secundum Deum fiant, quanto tandem operosior erit rei ipsius aggressio, et administratio, et ad tentationes sufferendas patientia, et in bellis istiusmodi subtilissima dijudicatio.

Quare, pater spiritualis etiam atque etiam cor tuum inspecta, oculum animi tui magis semper lava, purumque et mundum conserva, per quem et cor tuum, et commissarum tibi ovium, vel potius patrum et fratrum tuorum perspicere poteris, bene illos internoscens, ac pro eo ut decet gubernans. Ecclesia enim, seu conventus et congregatio monachorum corpus quoddam est, ut audis ex Paulo [35] de Christianorum Ecclesia, et ejus caput præpositus. Jam quemadmodum cætera corporis membra singula seorsum suam propriam functionem habent, ut pes ambulandi, manus tenendi et operandi, caput autem totius instar est, utpote in quo omnes sensus, et mens, et ratio habitant; sic et in monasterio fratres non omnes omnia, sed alius aliud quiddam efficere, et in hoc vel illo ministrare consuevit. Unde in cœtu sub unius obedientia degentium vix unam, aut duas virtutes in eodem invenias. Nec mirum, membra enim particulatim sunt; præses autem, sive præpositus omnes virtutes poscitur; nec solum illas quæ in anima, sed etiam quæ in corpore subjiciuntur : et insuper cum virtutibus ipsa mystica, magnaque charismata. Sicut namque viri caput, ab externa conformatione, et decora specie eximiam, honore dignam præfert elegantiam : verumtamen nisi mens in eo vigeat, sensusque salvos, et integros habeat, inutile judicatur, sperniturque ab omnibus : ita sane et præfectus. Non enim tantummodo ab animæ et corporis dotibus ornari et fulgere, verum etiam a charismatis spiritualibus plus honestari debet : siquidem aliud est virtus, et aliud charisma. Virtutibus enim studio ac diligentia nostra recte fungimur, et nostris eæ laboribus comparantur : spiritualia vero charismata dona sunt, quæ certantibus a Deo dantur. Verbi causa, jejunium, et castitas virtutes sunt, marcidas etenim reddunt voluptates, et corporis incendia compescunt : quæ quidem nostræ voluntatis et arbitrii opera sunt. At vero sine afflictione, ac labore has exercere, et ad castimoniam, absolutamque perturbationum vacuitatem pervenire, hoc donum Dei, et charisma summum est. Rursum, iræ, et excandescentiæ imperare, magni certaminis est, laborisque non mediocris. Eo autem venire, ut ab his motum nullum sentias, et cordis tranquillitatem, perfectamque mansuetudinem possideas, solius Dei opus, et illius dextræ mutatio est [36]. Rursum, dispergere ac distribuere facultates omnes pauperibus, mendicumque fieri, et stipem cogere, nostri est propositi atque consilii. Sed nihil concupiscere, quin cum gaudio et voluptate mendicitatis durissima perferre incommoda, mystica quædam, et divina operatio est. Sic quælibet actio bona et honesta, secundum Dei legem suscepta, virtus dicitur. Tamen sicut agricola solum arando, fodiendo, et semina humo obruendo laborat, Dei autem munus est, ut eadem semina comprehendant, et fructum ferant matutinum ac serotinum : ita et in spiritualibus omnino usuvenire comperies. Nostrum est

[35] Rom. XII, 4 seqq. [36] Psal. LXXVI, 11.

Digitized by Google

nullam actionem subterfugere, et cum labore ac sudore virtutum sementem facere : Dei solius donum et misericordia ut imber quoque benignitatis ejus, et gratiæ terram cordium nostrorum irriget, et ex sterili frugiferam efficiat : ut si granum sermonis, quod in animas nostras cecidit, divinæ clementiæ humorem acceperit, oriatur, atque augescat, et in arborem proceram excrescat, in virilem videlicet perfectionem mensuræ ætatis plenitudinis Christi [37].

Te igitur pastorem ovium Christi omni virtute, ut diximus, qua spiritus, qua corporis conspicuum esse oportet, ut caput reliqui corporis ; ejus nempe quæ tibi subest Israeliticæ Ecclesiæ : quo fratres tanquam in archetypum bonitatis in te intuentes, ipsi quoque bonos, ac regales characteres quam maxime sibimet insculpant. Ne ergo tuba resonare in te unquam desinat : sed aliis quidem venturam super inobedientes, et præfractos rhomphæam prænuntia : ut si tibi non obtemperetur, tuam saltem a terribili ira Dei serves animam. Alios autem admone, doce, roga. Si qui interdum reprehensionibus et objurgationibus egeant, insta opportune, importune, argue, increpa, conatus eorum ad malum comprime, ut tibi mandat divinus Apostolus [38]. Viscera tua omnibus fratribus tuis æqualiter aperi, totumque collegium dilige, et honorem cuique pro dignitate (quantum scilicet ejus virtus meretur) tribue, spirituali ac virtute prædito ne illum quidem anteponens, quem in ministeriis gregis tui principem habes. Qui enim ministrant, septem diaconorum, de quibus est in Actis apostolicis [39], dignitatem officiumque adumbrant ; qui etiam velut Spiritus administratorii sunt, in ministerium missi, et sincere, ut illi, fideliterque, ac nullius turpis lucri gratia ministrantes, mercedem merito et magnam tum hic, tum illic recipiunt. Cæterum qui orationi, quieti et ministerio verbi instant, in patientia exercitationis operum præstantissimorum, ipsorum apostolorum et coryphæorum excellentiam tecum repræsentant ; quos et in Evangelio spiritualis doctrinæ tuæ auxiliares habebis, fratrum onera suscipientes, et laboribus te levantes, in medio videlicet reliquorum, ut lapides pretiosos versantes. In hoc munere nulla tibi requies corporis, nulla oblectatio. Noctes perinde ut dies in curam concreditarum tibi animarum impendes, ne qua ex ipsis a bestia excipiatur ; aut ab urso concupiscentiæ devorata, aut a dracone iracundiæ absorpta, aut a gryphibus superbarum cogitationum discerpta, et una unius diversitatibus hujuscemodi distracta ac dissipata, multa fiat : sed ut gregem tuum incolumem, fecundum, totum virtutibus multis fructuarium, divina cognitione illustratum, non scabiosum, non truncum auribus, aut plane claudum principi pastorum [40] conserves. Sic enim et multos servabis, in operibus perfectis perfectos reddens, nemini in ullo cedentes, totos castos, et a sordidis operibus puros Christo tuo offerens ; teque ipsum magnis et cœlestibus remunerationibus dignum præstabis, contubernalis apostolorum et pastorum Christi factus, et una cum ipso Dei Filio in infinita sæcula regnaturus.

Vita tua inculpata, et recta in medio fratrum, ac patrum tuorum pro canone seu regula esto proposita, ad quam aliorum obliquitates, tortuositatesque dirigantur. Ne vanitatum mundi sis amans, ne gloriæ, ne voluptatis, ne mensarum, ne vini. Ne sis nugator, aut scurrilis, aut avarus ; ne iracundus, ne inanis gloriæ cupidus, ne contumelioaus, ne injuriæ memor, et malum pro malo rependens : sed esto potius pauper, gloriam, omnemque vitæ hujus voluptatem, et carnis delicias odio habens, demisso animo, frugalis, ad compunctionem facilis, placidus, mansuetus ; expers iræ, non avarus, incuriosus, quietus, decenter vestitus, patiens, fidelis, continens, sine sollicitudine, vigilans, diligens, æmulator, commendatarum tibi animarum, non secus quam tuorum ipsius membrorum curam gerens ; et, si res postulet, pro unaquaque illarum etiam tuam animam ponens, nihil quidpiam mundanum charitati erga illos præferens. Etenim postquam aliis, ad gregem Domini ac Dei tui rationis compotem pascendum, regendumque prælatus es, oportet te juxta verbum ejus, spiritu et humilitate tua secundum Deum, ultimum esse omnium, ut tanquam validus infirmitates invalidorum sustentes ; ut medicus autem secundum animam ægrotantium morbos, et affectiones cures ; ut pastor, quod errat in viam reducas, et quod bene valet, virtutibus fecundum reddas, scabie vero opertum, et incurabile, a grege tuo abscindas, ne etiam sanis ovibus tuis luem affricet. Domini tui gregem augere labora. Ne ad remissiones, aut suavitates corporis deflectas, neque lanam, et adipem ovium Christi perperam consumas, tibi magis quam fratribus tuis monasterii opes ad voluptates tuas in thesaurum recondens. Ne propter hominum gloriam quidquam rerum ad monasterium tuum pertinentium agas aut corrigas. Ne ames crebro prodire in mulis splendide instratis, cum magno præcedentium sequentiumque famulorum comitatu. Sufficiat tibi vel semel in mense foras exire, et gregis tui negotia majoris momenti obire. Cætera curabunt qui ministrant, qui abs te ministerio verbi, et procurationi fratrum, cum precibus intento, nunquam distrahuntur. Ne tibi epulas sumptuosas, filiis abjectas, plebeias, et inconditas para : sed communis mensa, sine aliquo morbi periculo, et invitatione amicorum, tibi cum filiis tuis esto, quorum idem tecum sensus, idem institutum vitæ, sive ex coctis oleribus, et leguminibus, sive ex pisce semel per hebdomadem, Dominico die, et festo despo-

[37] Ephes. iv, 13. [38] II Tim. iv, 1 seqq. [39] Act. vi, 1 seqq. [40] I Petr. v, 4.

Digitized by Google

dico (hoc est, solemnioribus Domini festis per annum) a cellario communiter paretur. Ubi nihil existit, quod animæ periculum afferat, cavebis ira, et clamore contra fratres ac filios tuos insurgere; sed miti sermone et alloquio docebis eos, quomodo unumquemque ambulare, et in medio fratrum conversari deceat. Juniores, et nondum confirmatos monebis parcere sibi ipsis, et aliis fratribus, ne aspicientibus incessu, moribusque, ac studiis incompositis offendiculo sint. Qui in statu religioso diutius vixerunt, eos prudenti oratione ad patientiam tentationum ab inimico supervenientium, humilitatem, contritionem cordis, compunctionem, lacrymas, diligentiam, persolutionem precationum, beatum luctum, et ad verbo opereque cæteris commodandum erudies. Sacerdotes pietatem docebis, quietem, divinarum Scripturarum meditationem, accuratam apostolicorum canonum, traditionumque scientiam, dogmatum sinceritatem, cordis puritatem, in precibus constantiam et compunctionem, in timore et tremore ad Dei sollum assistentiam, sacrificii mysterium, revelationem mysteriorum Dei, quoniam secundum Domini vocem [41], ipsis datum est nosse mysterium regni Dei, ut toti fratrum multitudini, et extraneis divinum sal, et lumen, verbum vitæ in seipsis continentes fiant. Quod si etiam contra turbulentos, et inordinatos aliquando te in virga et baculo cum ratione irasci oportet, ut malum aliquod prohibeas, et pestiferam inter eos labem reprimas, ne opus malum, et affectus vitiosus in deterius serpat, neque istuc apostolicis Constitutionibus, et divinis Patribus alienum judicatur. Omnis siquidem motio, et actio nostra, quæ improbitatem compescit, ac persequitur, justitiæ autem ac virtuti patrocinatur, laudabilis est, et Deo placet, justisque omnibus probatur maxime. Testis Jesus, qui contumaces Judæos ex domo orationis domum negotiationis facientes, flagello percussit, et mensas nummulariorum evertit [42]. Ne igitur prætexens mansuetudinem, propter solam laudem humanam modicum quidpiam præter Dei mandatum admissum ad subversionem apostolicorum canonum, et constitutionum, contumeliamque vitæ evangelicæ, et status monastici neglexeris; sed Jesum ac Dominum tuum imitatus, infremens, ac teipsum sine turbatione turbans, mandata Dei, et canones ab ejus apostolis præscriptos ulciscere. Cum omnibus istis etiam cujusque cogitationes diligenter investiga, ut noris, qui ex ipsis ad comprecantium, et communicantium cœtum admittendi, et quibus excommunicatione ac pœnitentia cum lacrymis, stationeque pœnitentium opus sit, ne Ecclesiam pro templo sancto speluncam latronum, aut lupanar vel scias vel insciens faciens, dum per affectum cuiam affixus es, et idcirco horrendum Dei judicium non effugias. Scito enim unicuique talium ab iis qui spectatores, et discipuli sermonis fuerunt, locum convenientem (9), ac jure destinatum esse, quorum canonibus, constitutionibusque legendis incumbere necessario debes ut ne ignores, quæ credentium in Christum abscondita sint mysteria, et ne pecces, dum pietati erga Deum parum consentanea geris. Spirituales filios tuos secundum Scripturas religiosos redde, eosque a sacris et divinis locis, simul et vasis templi. Dei sanctificati, et ministerii ejus abstinere doce siquidem scriptum est: *Beatus homo, qui semper est pavidus* [43], quandoquidem solis consecratis, et qui ex certaminibus ac pœnitentia per lacrymas multas purgati, immaculatorumque Christi mysteriorum participes sunt, sanctificatis, et religiosissimis monachorum ministerium talium, et contrectatio a Patribus, et apostolis dicata est. Non omnibus, et cuique volenti ingressum divini tabernaculi, sed sacratis duntaxat, ut dictum est, et sanctificatis, religiosissimisque fratribus, et patribus tuis permittito. Reliquis, et inordinate ambulantibus (vide quid tibi dicatur) ipsum claudes. Multi quippe, mihi crede, propter contemptum istiusmodi rerum e vita præsenti tolluntur. Et plane, si hoc præceptum vilipenderis, sanguis de hac vita sublatorum de manibus tuis requiretur [44].

Hæc sunt, et plura his, o pastor ovium Christi, quæ ad gregis tui custodiam perfecte scire, et studiose facere debes. Proinde si nosti, te ad tantam sufficientiam progressum, tantaque charismata feliciter adeptum, ex solo elucente ex te lumine bonorum operum, et divinæ sapientiæ ac notitiæ, ad illuminandum omnes familiariter adeuntes ad te tuos, alienosque et rege fidenter oves Christi scienti sermone collatæ tibi gratiæ, et actione virtutis secundum modum et legem tibi prius datam desuper; et pasce agnos ejus in pascuis salutiferis mandatorum illius, donec crescant, et in mensuram ætatis plenitudinis Christi occurrant [45], et inde præmium consequere, quando cum apostolis consedebis et habitabis. Sin minus, apud te ipsum pavita, si quid mihi credis de salute tua sollicito: siquidem Deus noster ignis consumens est [46], quem decet omnis gloria, honor et adoratio in sæcula. Amen.

ORATIO XXV.

ARGUMENTUM.

De primordiis vitæ admodum frugiferis ac salutaribus, pro iis qui nuper mundo, et mundanis renuntiantes, ad vitam solitariam confugerunt, et doctrina ad tyrones, seu novitios longe utilissima.

Quicunque, fratres, mundo et iis quæ in mundo sunt universis recens renuntiavit, seque ad vitam

[41] Luc. VIII, 10. [42] Joan. II, 1 seqq. [43] Prov. XXVIII, 14. [43*] Ezech. III, 18. [44] Ephes. IV, 13. [45] Deut. IV, 24.

(9) De loco pœnitentium vide epist. 5. Gregorii Thaumaturgi can. XI. Bal. Sum. in scholiis ad can. cit. Ant. Augustinum in notis ad eumdem canonem.

Digitized by Google

et stadium monachorum contulit, si quidem propter Deum id fecit, et hanc artem artium discere constituit, suumque e mundo discessum non inanem esse desiderat, ab ipso statim initio impigerrime, et ardentissima cum voluntate, propositoque ad virtutis opera incumbere debet. Atque ut elementa et principia scientiæ scientiarum, nostri, inquam, religiosi instituti et ἀσκήσεως his qui nuper e mundo ad eam tanquam ad scholam quandam accesserunt, introductione quadam scriptis tradamus, primo loco ipsis, et qui eos sequentur, hæc rudius summatimque præcipimus. Scire igitur licet, qui jam terrenum hominem cum prudentia sua per ea quæ apparent exuit, cœlestemque cum habitu monastico induit, nocte media, ante diluculum surgere debere, precem præscriptam fundere, atque ita demum cum omnibus ad doxologiam congregari, eaque considerate, et vigilanter perfungi, ut ad principium hymnodiæ attentus sit vehementer, sive ad hexapsalmum, ad versiculos, ad lectionem, citra omnem pigritiam; non discincto corpore, et pedem ante pedem collocans, aut muris, columnisve se acclinans. Manus constanter junctas, pedes æqualiter in terra firmatos habere, caput non hac illac agitare, et antrorsum illud inflectere, mente non efferri, nec curiosa cogitare, aut cum negligentioribus, et inter se fabulantibus ac susurrantibus a cœptis abduci: quin potius nec oculos, nec animum in sublime tollere, solique psalmodiæ, et lectioni, et virtuti eorum quæ psalluntur, atque e divinis Scripturis leguntur, quoad ejus fieri potest, attentum se præbere, ut ne quid eum non admodum adversum prætereat: verum ex omnibus pinguescens ejus anima, ad compunctionem, humilitatem et illuminationem sancti Spiritus pertingat.

Quocirca vos universos tanquam unum, Patres, fratres, et filii mei, obsecro, et hoc ut legem salutarem jubeo, ut unusquisque vestrum tale initium ad opus virtutis, imo vero ad opus Dei faciat (per quod et mercedem laboribus nostris respondentem, ceu ab eo qui bonos amet accipimus) ut si fieri queat, nemo nostrum sine lacrymis ad officium et lectionem accedat. Si enim, mi frater, ita te ad opus hoc assuefeceris, brevi tempore processus efficies, et in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi occurres. Instans enim tibi ipsi, ne citra lacrymas præscriptum Ecclesiæ, seu congregationis officium decurras, habitum boni hujus adipisceris, atque in ipsa stichologia, et troparils quæ psallis, alitur animus tuus, dum divinos eorum sensus, in se recipit, et per ea quæ dicuntur, ad ea quæ intelliguntur, mens provehitur, dulcique fletu stillans, ita in cœtu fratrum, ut in cœlo cum beatis mentibus vivis. Fer igitur tibi et hanc legem, ne ante ultimam precationem e synaxi sine magna necessitate, aut corporis levandi unquam exeas: sed in statione tua, ut dictum est, persevera: siquidem *qui perseveraverit usque in finem, hic*, ut scriptum exstat, *salvus erit*[46]. Non hoc tantum; sed primum quidem auxilium occulte, ut non sentiat: deinde etiam ut sentiat, pauloque post in illuminatione ab omnipotenti Deo accipiet. Absoluta matutina doxologia, statim egrediens ne ab hujus, aut illius ore pendere, et otiosa colloqui incipias. Verum postquam seorsum in cella consuetam, et longam precationem cum lacrymis, et adoratione multa persolveris, ad opus aliquod corporeum aggredere, statimque eo decurre, sive ministerium est ad ministerium, sive opus manuum ad opus manuum, sive lectio ad lectionem. Ne porro otiosus omnino in cella desidere velis, ne, quod dictu nefas: *Otiositas te multam malitiam doceat*[47]. Sed neque monasterium obambula, laborantesque, aut ministrantes curiose observa. Custodi autem silentium, et abstine te ab omnium familiaritate et consuetudine, quæ est vera peregrinitas. Tibi soli, et operi manuum qualecunque est, attende. Alterius cellam, nisi a patre tuo spirituali, aut a monasterii curatore missus sis (10), ne ingrediare. Quo cum veneris, cave neve dicas, neve audias quidpiam extra id quod res postulat, cujus ergo missus es: sed cum breviter responderis, revertere. Quod si in transitu fratrem solum, aut cum altero sedentem, et intempestive garrientem aspexeris, capite profundius inclinato tacitus præteri. Noli accedere, et una considere, memor illius ex Psalmo: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit*[48]. Pestilentes namque sunt hujusmodi, sicut et Paulus ait: *Corrumpunt bonos mores colloquia prava*[49]. Jam si quid pestis est, idem est et corruptio. Quare cum otiosa fabulantibus, dilecte, ne sederis; nec dicas: Audiam et ego quid loquamini; sed ut modo alebam, sub misso reverenter capite, præteri.

Silentium et statum conditionemque peregrini serva. Silentium, dum tibimetipsi tacens ais, quidnam ego boni possum proloqui, qui totus sum lutum, et fatuus? imo etiam hospes, et indignus, qui loquar, aut audiam, aut inter homines numerer. Peregrinitatem vero, fugamque omnis consortii, dum hæc cogitas, et tibimet occinis, constituens tibi peccata tua ante oculos, nec primoribus duntaxat labris, sed ex præcordiis dicis: Quis sum ego abjectus et vilis, ignobilis et mendicus, ut cellam alterius subeam? nonne ut me viderit, quasi monstrum aversabitur? nonne dicet, quid exsecrandus iste ad me venit, ut cellulam meam incestet? Et quanquam a principio hæc apud te

[46] Matth. x, 22. [47] Eccli. xxxiii, 29. [48] Psal. i, 1. [49] I Cor. xv, 33.

(10) Περὶ τοῦ διακονικοῦ τῆς μονῆς vide Cassian. Collat. xxi, cap. 1 et 2.

Digitized by Google

dicere non potuisti, tamen sensim etiam ad hoc, gratia tibi cooperante pervenies. Tantum audi me humilem; tantum fac horum initium, frater, tantum hæc facere, et agere, et loqui ordire, et Deus te non deseret: mire enim te amat, teque ad agnitionem veritatis venire [80], et salvari desiderat. Cum tempus usque ad horam liturgiæ, seu missæ sic transegeris, iterum magno studio, et alacritate ad synaxin vade. Sta ea forma, quam in matutina doxologia tibi præscripsimus, et luctus neutiquam obliviscere. Asta cum tremore, utpote Filium Dei propter te sacrificari conspiciens, et si dignus es, atque ad hoc expiatus, in timore et gaudio accede communicaturus bonis inenarrabilibus. Post extremas preces egressus, cum omnibus accubitum ito, nec te a fratribus tuis separa. Et siquidem ministrare jubeberis, asta ut Christo, non ut hominibus, sincero affectu, et ex charitate, omnibus, ut sanctis, vel potius, sicut dicebamus, ut ipsi Christo ministraturus: animo singulos veluti complexans, et teipsum intentione ac voluntate totum per charitatem eis impendens, et te ex ministerio isto ad sanctimonii fructum percipiendum confirmans. Quod si mensæ cum cæteris tu quoque accubueris, en quid tibi, ut dilecto patri, ac fratri meo mandem. Ad appositas epulas ne festinus ac præceps manum extendas, antequam seniores de fratribus comedere incipiant, et antequam superne a sacerdote recitata sit benedictio. Cumque simul cum fratribus ac patribus tuis corpus cibo reficere cœperis, attende tibi, quam compositissime, et tacitus sedens, cum nullo penitus loquens, in lectione defixus, et ut corpus, sic animum quoque ex divinis sancti Spiritus oraculis alens. Oportet enim te, cum geminus sis, ex animo, inquam, et corpore constans, convenienter gemino alimento ac mensa uti. Et cum corpus tibi sit terrestre, quod sensu percipitur, animus vero, qui sola ratione comprehenditur, ac divinus est, illud etiam sensibilibus, et e terra nascentibus eduliis, hunc intellectualibus, divinisque Scripturarum dapibus nutrire. Itaque partes in mensa appositas, quæ forte major aut minor sit curiose ne inspicias: sed quæ tibi præbita fuerit, eam cum omni gratiarum actione susceptam comede, idque temperanter, in omnibus saturitatem fugiens; indignum videlicet te fratrum mensa reputans, taliaque tecum volvens: Quis sum ego abjectus et nullius pretii, ut hisce sanctis assideam, et cibum una capiam? Sic tecum loquens, toto corde te solum peccatorem ducito. Quemadmodum mendicus aliquis, et pannis obsitus, si in medium principum ac divitum splendide sumptuoseque vestitorum inciderit, erubescit, ac timore perfusus, ne appropinquare quidem, aut liberius accedere ad quemquam eorum audet. Similiter tu erga omnes te gere, locum postremum semper eligens, et os pudore suffundens, cum ante quempiam sedere conspiceris; perinde ac si omnes illi divites sint virtutibus, tu autem mendicus, et nudus, et qui inter eos versere, eorumque vultus aspicias, indignissimus.

Cæterum cibum tacturus, rursum ista peccatorum tuorum recordatus cogitabis: An non in judicium et condemnationem fiat, si quid ex appositis contigero? Deo enim qui hæc procreavit, nobisque vescenda largitus est, ego ab infantia mea inobediens fui, et sanctas leges ejus non custodivi. Et quomodo bonis ipsius proinde ut sancti Patres isti ego quoque indignus et reus perfruar? Quo vultu ante oculos Domini mei ego nequam et improbus et ingratus servus, priusquam peccatorum me pœnituerit, et ab illius benignitate veniam perfecte acceperim, sicut qui non peccaverunt, aut cum peccassent, per pœnitentiam veniam impetrarunt, ipse pariter comedam, et bibam et cum sanctis gaudeam? Nullo modo, sed cibo et potione solum utar, ne vita deficiam, et meipsum macerabo, cruciabo et damnabo, ut Deus desuper respiciens, et angustias voluntariamque afflictionem meam intuens, misereatur, et multa mihi peccata mea ignoscat. Hæc igitur cogita, horum identidem memento. Adhæc impera tibi tot bolos edere, ut saturitas non sequatur, multo pauciores utique, quam pro necessitate, et quam concoquere posses. Item unum, aut duo pocula, et id una hora diei constituta sumere. Cum comedis, ne cogitationi subeunti cedas, ut aliquid de appositis eligas, quod absumas: sed cave ne quid comedas, quod tibi sapidum fore visum est: sola vero quæ ante te sunt, comede. Quin etiam si forte fructus, aut alia quædam bellaria fuerint, et unum quiddam tibi arriserit, dixeritque tacita cogitatio: Pulchrum est illud, accipe et comede, da operam ne vincare, neve tangas illud; quando per aliud nihil Adamus e paradiso exterminatus est, nisi quia arboris fructus pulcher ei, et bonus ad vescendum apparuit, et comedit ex ipso, ideoque ejectus et expulsus, morteque et corruptione damnatus est. Qui ergo in paradisum illum, vel potius in regnum cœlorum reverti volunt, continentiam sine ulla transgressione etiam ad hæc usque servare debent, ne paulatim in majores, et noxias cupiditates incurrant. Si te fratres simul accumbentes hortantur, ut amplius comedas, aut bibas, nihil aliud respondebis, nisi quod junctis manibus paulum assurgens, inclinato capite, ac voce leni dices: Ignosce. Sic semper in omnibus respondeto. Nec quemquam de tuis reliquiis honora, nec ab aliis quidquam accipe. Si vinum non bibis, illud ne poscas; sed nec alteri cuipiam ex fratribus porrigas, nisi forte peregrinus est, et usus alicujus gratia ad te venit. Noli unquam cum aliquo ante tempus gustare, nec vesperi comedere, aut bibere, aut cœnare iterum; hinc enim mala omnia proti-

[80] 1 Tim. II, 4.

Digitized by Google

ciscuntur. Atque hæ sunt insidiæ, et tendiculæ diaboli, quæ cum speciem boni habeant, tamen venenum tegunt mortiferum, quas, qui credit nobis, fugiet, et qui paret verbis meis, adjuvante Deo, et Spiritus sancti gratia, nullum ab eis vulnus detrimentumve reportabit. Cæteri vitam mundanam sub habitu monachi se consectari nesciunt, nec se in barathra et præcipitia incidere sentiunt.

Tu igitur, frater amantissime, hæc servare velis, etiamsi tibi moriendum sit; alioqui dæmonem gastrimargiæ, seu gulæ effugere non poteris. Si servaveris, scito diabolum conspectum tuum non ferentem, omnes contra te ignavos ac desides excitaturum, qui te probris conscindent, irridebunt, invidebunt, illudent, vexabuntque millies, ut te a bono consilio, et actionibus salutiferis avocent: quæ si æquo animo toleres, magnum a Deo et Salvatore nostro auxilium, solatiumque consequere. Proinde et aliis in cœna sedentibus ac vescentibus, te autem non, sed sive ministrante, sive aliud agente, ne obliviscare, etiam hæc tibimet tacitus cantare: Si satis et me pœnituisset, et mihi quoque peccata mea remissa essent, gauderem et ego, et cum fratribus meis accumberem. Quoniam autem per fœda facinora mea indignum me reddidi miser, hic secundum opera mea recipio. Hæc tibi dicito, et impera ventri quantum potes. Primos accubitus nunquam desidera; sed odi ex animo, ut superbiæ materiam. Humilitas enim tua exaltabit te: et infimum esse omnium, primum te efficiet; quia scriptum est: *Omnis qui seipsum exaltat humiliabitur, et qui seipsum humiliat exaltabitur* [61]. Ubi vero cum fratribus universis de mensa surrexeris, Deoque gratias egeris, atque a sacerdote dimissus fueris, cum silentio in cellam tuam festina, clausoque ostio librum arripe, et post brevem lectionem, si quidem dies æstivi sunt, super storeolam tuam recubans, breviculum somnum carpe. Etenim saturitatem vitans, et tenuem adhibens alimoniam, panem scilicet et aquam cum mensura, et olera, aut legumina, minus dormies, et citius exsurges. Si hiems fuerit, postquam pauca legeris, operi manuum accingere, et in eo persevera, quoad lignum ad vespertinam hymnodiam vos convocaverit (11). Tum rursus synaxin ingressus, sta cum timore et attentione coram Deo, psallens ei, et confitens, nihilque penitus negligens. Vespertino officio completo, si potes a cibo et potu abstinere omnino, decereverisque semel in die cibum sumere, non vulgarem in persolvendo vespertino officio tuo, et in nocturna precatione, vigiliaque utilitatem invenies. Sin autem, uno paximatio seu pane, et uno aquæ poculo, extra in valitudinem aliquam et languorem stomachi, contentus esto. Ubi cum fratribus preces vespertinas Deo reddideris, ad pedes præpositi perinde ut ad ipsos Christi pedes procumbes et benedictione ab eo percepta, salutatisque sanctis fratribus, tacitus, nemini verbum faciens in cellam tuam recede, obseratoque ostio, corripe primum codicem, et paginis circiter tribus attente perlectis, sta ad orandum, psalle, et adora Deum quiete, ut a nullo audiaris. Sta autem honeste, nec cogitationes alibi temere vagari sine, sed eas collige. Conjunge manus, conjunge pedes æqualiter, et immobiliter, pari vestigio. Oculos claude, ne aliud aspiciant, meatemque distrahant. Mentem porro ipsam, totumque cor tuum in cœlum ad Deum eleva, inde cum gemitibus et lacrymis misericordiam implorans. Psalmos a Patre tuo spirituali tibi constitutos habe, qui nimirum verba pœnitentiæ et compunctionis continent, et quotquot viribus, voluntatique sufficiunt. Necesse est enim te psalmorum hymnodiam, et crebritatem genuflexionis, tempus stationis ad vires, et robur tuum exigere, ne te conscientia tua reprehendens dicat: Adhuc stare, hymnos promere, ac Deo confiteri poteras. Adhæc sint tibi etiam preces ipsæ definitæ, matutinam et vespertinam ad Deum confessionem continentes. Defunctus precibus, denuo paulisper lege. Deinde opus manuum capesse, et usque ad primam vigiliam finitam, id est, usque ad tertiam horam noctis hoc age. Cum sic surrexeris, et feceris τὸν ἅμαμον, (psalmodiæ genus est) signato corpore toto super stoream tuam cuba, et usque ad noctem mediam somno capto, deinceps fac, ut tibi a principio formam tradidimus (12).

Præterea cogitata cordis tui Patri tuo spirituali in horas, si potest, indica, sin minus, ne unam vesperam, dilecte, prætereas, sed post matutinum, discussis omnibus quæ tibi contigerunt, ei expone, et fidem indubitatam erga illum habe, et si totus mundus ei convitietur atque obtrectet, et

[61] Matth. XXIII, 12.

(11) Ἕως τοῦ ξύλου τὴν ὑμνῳδίαν σημάνῃ τοῦ λυχνικοῦ Syn. 7: act. 4 *sacra ligna pulsantes*; neque enim olim in hunc usum erant æra, ut hodie.

(12) Præcipiebant hæc et similia veteres illi monasticæ vitæ magistri, tum reverentiæ causa erga superiores; tum ut subditos a temerariis judiciis arcerent: a quibus nemo remotius distat, quam ille qui ne de manifestis quidem judicium ferre solet. Nec mirum, talia præcepta religiosæ vitæ professoribus fuisse data, quando et Constantium Magnum imperatorem simile quid factitasse accepimus: *In Scripturis narratur Constantinum imperator dixisse:* inquit Nicolaus primus Pontifex, in epist. ad Ludovicum imperatorem, et refertur a Gratiano d. 96: *Vere si propriis oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum qui monachico habitu circum amicti sunt, peccantem, chlamydem meam exspoliarem, et cooperirem eum, ne ab aliquo videretur.* Hæc de Constantino Nicolaus Pontifex, et ante eum Rufinus et Theodoretus.

Digitized by Google

quamvis tu ipse oculis tuis fornicantem videas, ne scandalizeris, nec fidem tuam in ipsum minuas, obtemperans dicenti : *Nolite judicare, et non judicabimini* [55]. Sic te faciente, et certante quotidie, non procrastitinabit Deus te visitare desuper, sed auxilium de sancto habitaculo suo mittet, et gratia sanctissimi Spiritus ejus obumbrabit tibi, brevique in instituto tuo progressus, spiritualem ætatem augebis : *Et in virum perfectum occurres, in mensuram ætatis plenitudinis Christi* [56], illuminatus, et lumine cognitionis omnes tecum familiariter versantes, tecumque sermonem conferentes, instar solis illuminans, ac Deum, qui donum sancti sui, ac vivifici Spiritus impertivit, moribus et oratione glorificans; quem decet omnis gloria, honor, et adoratio nunc et semper, et in omnium sæculorum æternitatem. Amen.

ORATIO XXVI.

Argumentum.

De pœnitentia, et principio vitæ solitariæ, et quomodo quis via et ordine ad virtutem procedens, mandatorum observatione perfectionem consequatur.

Qui omnia oculis subjecta, et insuper animam suam contempsit, ut veram ac legitimam pœnitentiam secundum Dei mandatum præstare queat, et opus istuc incepit, non a seipso id dicendum existimat : sed ubi se ad artificem peritumque virum applicarit, cum timore ac tremore multo, et contentis precibus, eidem se subjiciens, spiritualem ab eo actionum cum virtute conjunctarum disciplinam, et exercitationem, quæque pœnitenti facienda sint, docetur ac percipit. Timorem autem, et tremorem eum postulo intelligi, ne tali bono frustretur, et ut reprobus mandatorum Dei executor, ad ignem sempiternum condemnetur. Nam sermones ejus quasi ex ore Dei procedere arbitratur, et quasi in iisdem custodiendis, aut despiciendis vita æterna verteretur, accurate eos servat. Atque ita cum fide indubitata cœperit, a promissis Dei pendens, quotidie secundum Deum proficit, et via progrediens, ætate spirituali crescit, virque perfectus in Christo Deo evadit. A quibus igitur promissis ? Audi intelligenter, qualia Dominus noster Jesus Christus nobis polliceatur : *Amen amen dico vobis, quia gaudium erit in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente* [54]. Et iterum : *Qui venit ad me* (tali videlicet itinere) *eum non ejiciam foras* [58]. Et rursum : *Qui sitit, veniat ad me, et bibat* [59]. Et : *Qui credit in me, non gustabit mortem in æternum* [57]. Et alibi : *Convertimini ad me, et convertar ad vos* [60]. Et : *Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos* [61]. Et alio loco : *Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligitur a Patre meo, et ego et Pater per Spiritum veniemus, et mansionem apud eum faciemus* [62]. Et : *Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se* [63] ? In his ergo pollicitationibus, et promissis Dei, fide non dubia sperans, ut diximus, multa alacritate, cupidissimeque omnia ejus mandata impigre observat; quorum primum hoc est : *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum* [64]. Et rursum : *Pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, et qui quærit invenit, et pulsanti aperietur* [65]. Post hæc docere nos volens Deus, quemadmodum, et qualibus verbis, aut operibus petere oporteat, inquit : *Qui vult inter vos esse primus, sit omnium ultimus, et omnium servus, et omnium minister* [66]. *Qui enim seipsum exaltat humiliabitur : qui vero seipsum humiliat, exaltabitur* [67].

Hæc omnia, et his similia, qui jugitur animo versat, et in ipsis dies, noctesque est occupatus, intelligensque et sentiens ea reputat, et studiose facit, paulatim obliviscitur mundi, rerum mundi, rerum hujus vitæ, cognatorum, rerum denique suarum, et consuetudinem spiritualium pro portione capit. Sic autem in dies proficiens, quomodo cogitationes pristinarum, seu anticipatarum opinionum sensim recedant, experitur ac sensit. Deinde quo pacto ipsæ illæ opiniones ac sententiæ minuantur, et emollitum cor humilitatem amplectatur : et quomodo postea ipsum cor cogitationes humilitatem, ingenerantes producat. Hæc autem ita experiens, vix ad compunctionem, et fletum adducitur, sed tamen adducitur multis tribulationibus, et plus humiliatum, amplius compungitur. Nam humilitas luctum gignit, luctus genitricem suam alit, et crescere facit. Ipsa autem mandatorum per humilitatem observatio (o rem admirandam) sordes omnes ex anima eluit. Etiam omnem affectionem rationi adversantem, et concupiscentiam malam, corpoream, inquam, et ad vitam istam pertinentem expellit. Qua ratione homo secundum animam ab omni terrena cupiditate asseritur ac liberatur ; non solum a vinculis corporeis, sed similiter ac si quis exuta veste totus nudus fiat. Et jure quidem. Absolvitur enim primum anima a stupore, quem Apostolus velamen appellat [68], qui Judæorum incredulorum corda occupat. Imo et nunc omnis, qui mandatis novæ gratiæ non quantum potest ac valet, et ferventi animo paret, hoc velamen parti intelligenti animæ suæ superpositum habet, et ad sublimitatem agnitionis filii Dei subvehi nequit. Sicut insuper qui secundum corpus exutus est, vulnera in corpore suo videt : ita iste vitiosos affectus animam ejus obtinentes tunc liquido perspicit (exempli causa, amorem gloriæ, avaritiam, injuriarum memoriam,

[55] Matth. vii, 1. [56] Ephes. iv, 13. [58] Luc. xv, 7. [58] Joan. vi, 37. [59] Joan. vii, 37. [57] Joan. viii, 52. [60] Zach. i, 3. [61] Matth. xi, 28. [62] I Joan. xiv, 21-23. [63] Matth. viii, 11. [64] Matth. iii, 1. [65] Matth. vii, 8. [66] Marc. ix, 34. [67] Matth. xxiii, 12. [68] II Cor. iii, 15.

Digitized by Google

odium fraternum, invidiam, zelum, contentionem, existimationem præclaram sui, et reliquos deinceps) mandata ut medicinas, tentationes ut cauterem, seu ferrum chirurgicum his imponens, humiliatusque ac lugens, et opem divinam ardenter exquirens, gratiam sancti Spiritus advenientem, ac singulos evellentem perimentemque videt, donec animam ejus ab omnibus istis tandem perfecte liberam reddat. Non enim illam ex parte, sed omnino ac pure Paracletus præsens in libertatem vindicare vult. Cum nominatis enim affectionibus quidquid est mœstitudinis, quidquid negligentiæ, quidquid desidiæ, ignorantiæ, oblivionis, gastrimargiæ, studii voluptuarii, hæc, inquam, omnia fugat, adeoque hominem renovat, et instaurat anima simul et corpore, ut non interitui obnoxium, et ponderosum atque crassum, sed spirituale, et expers materiæ, et jam idoneum, quod in cœlum rapiatur, corpus gestare videatur. Nec istud solum gratia Spiritus in eo operatur : sed nec intueri quidpiam sensibilium ei permittit : vel potius quasi non intueretur, ita eum has res intueri facit. Nam cum mens iis quæ intelliguntur, se dediderit, ab his quæ in sensum cadunt tota discedit, etsi ea videre et animadvertere putetur. Sic igitur in his, nempe quæ intelligentia sola perspiciuntur, immorans, secundum sanctum, cujus illa vox : *Nostra autem conversatio in cœlis est, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur* [67], ibi detinetur, illuminatur, assiduo spirituali ætate augescens, et infantiæ sensibus evacuatis, in virilem perfectionem proficiens. Quapropter juxta mensuram quoque ætatis hujus suæ, secundum vires et functiones animæ immutatur, et ad mandata Dei factitanda fortior ac potentior fit. Quæ quotidie implens, pro portione exsecutionis eorum adhuc purgatur, splendescit, collustratur, magnorum mysteriorum revelationes meretur, quorum profunditatem nemo illorum qui in eamdem puritatem ut eveherentur, non contenderunt, aut vidit unquam, aut videre potest.

Mysteria autem dico, quæ cum ab omnibus videantur, non tamen comprehunduntur. Etenim mens a Spiritu innovatore illuminata, etiam oculos novos, aures item novas acquirit, et de cætero non ut homo sensibilia sensibiliter, sed ut homine jam superior, sensibilia et corporea spiritualiter, et tanquam similitudines inaspectabilium, eorumque formas velut informes ac specie carentes intuetur, auditque, non ut quispiam dixerit, vocem, aut voces hominum ; sed solius, et viventis Verbi, quando per humanam vocem se exeruerit. Hoc enim, et solum, tanquam notum sibi, et amicum per aures anima suscipit, eique aditum concedit, et receptum libens amplectitur : sicut ait Dominus : *Oves meæ vocem meam audiunt, alienorum autem non audiunt* [68]. Reliquos omnium hominum sermones audit illa quidem, non tamen admittit, nec ad se penetrare patitur ; sed eos aversata, vacuos dimittit. Aliquando nec allapsum, aut pulsum eorum percipit : sed quanquam audit, veluti surdus non audiens [69], sic erga eos sese habet. Proinde cum talis evaserit, statim Deus eam inhabitat, fiuntque in ea quæcunque cupiverit, etiam supra quam cupiverit. Deus enim cum sit omne bonum, animam, in qua sedem posuerit, omni bono implet, quantum potis est natura nostra impleri ; Deus quippe a nulla re condita capitur ac sustinetur. Bona autem illa intelligo : *Quæ oculus non vidit, et auris non audivit, nec in cor hominis ascenderunt* [70], ejus puta, qui talis nondum exstitit. Quare etiam docet hujusmodi hominem habitans in eo Deus, de futuris, et præsentibus ; nec verbo, sed opere, experientia, et reipsa intellectuales ejus oculos revelans, quæcunque vult, et quæ ei conducunt, demonstrat. Cætera non indaganda, nec quærenda, nec curiose scrutanda suadet [71] ; quandoquidem nec quæ Deus ipsi revelat et ostendit, sine reverentia, ac libere potest perspicere atque intueri : sed quasi per transennam profunditatem divitiarum sapientiæ, et cognitionis Dei inspiciens, mox æstuat, et percellitur, semet aspiciens, et cogitans quis sit, et qualibus spectandis dignatus sit. Magnitudinem enim benignitatis Dei considerans, et obstupescens, seque talium bonorum spectaculo toto pectore indignum statuens, nec ad ea aperte respicere, nec ea pernoscere vult : sed timore et tremore, ac reverentia coarctatus exclamat : *Quis sum ego, Domine, et quæ domus patris mei* [72], quoniam talia mysteria indigno committere non dubitasti, meque tantorum bonorum tuorum non modo contemplatorem, sed etiam participem et consortem admirabiliter fecisti ? Talis itaque qui jam super omnem creaturam se extulit, retro redire, et quæ creaturæ sunt, in iis curiose inquirendis versari minime vult. Nam cum angelorum Dominum possidet, essentiam et naturam ministrantium ei angelorum pervestigare abhorret, cum sciat, Deo non placere, hominem quæ supra hominem sunt, per curiositatem indagare. Si enim jussi sumus divinas Scripturas non curiose discutere [73], multo magis supra ea quæ scripta sunt, nos curiosos esse omnino haud oportet. Talis Deum videt, quantum fieri potest, et quantum ipsi Deo libet, et semper eum videre studet, atque ut post obitum videat, perpetuo rogat, et sola ejus visione contentus, nihil præterea requirit. Unde nec Deum ac Dominum suum, a quo repletur lumine, et a quo vitæ sinceræ, et incorruptæ voluptatem habet, relinquere, et ad sua vincula respicere cupit. Talis visus, sive desuper a Deo illustratus, et ipse præcellentem ejus

[67] Philipp. II, 20 ; II Cor. IV, 18. [68] Joan. X, 16. [69] Psal. XXXVII, 14. [70] I Cor. II, 9. [71] Rom. XI, 33. [72] II Reg. VII, 18. [73] Eccli. III, 22.

Digitized by Google

gloriam videns, ut ab aliis qualis, et in quanta gloria sit videatur, hoc illi in mentem venire nunquam potest. Quælibet enim sancta anima omni cupiditate gloriæ vacat : siquidem regia, et lucidissima spiritus tunica ornata, et immensa Dei gloria repleta, non solum humanam gloriam pro nihilo putat, sed omnino nec ad oblatam sibi sese convertit. A Deo quippe visa, et ipsa vicissim eum videns, alium aliquem hominem videre, aut ab alio videri nunquam desiderabit.

Quamobrem obsecro vos, fratres in Christo, ne verbis duntaxat ineffabilia discere velimus, quod et docentibus et audientibus æque est impossibile. Neque enim qui quæ solo intellectu percipiuntur, et divina sunt docent, ea manifestis exemplis perspicue demonstrare, eorumque veritatem, ut in negotio aliquo solertes, ac triti repræsentare : nec qui docentur, ex verbis solis eorum quæ dicuntur evidentiam discere possunt : sed actione, laboribus et sudoribus ipsa comprehendere, et contemplari studeamus : ut si inde etiam rationes horum, velut sacra mysteria docti fuerimus, et glorificetur Deus, sic nobis habentibus, et nos per illorum cognitionem glorificemus eum, ipseque glorificet nos in ipso Christo Deo nostro ; quem decet omnis gloria, honor et adoratio cum Patre, et sanctissimo ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XXVII.

ARGUMENTUM

De turbida et infideli ac prava affectione. Quæ sit Dei cum filiis lucis consociatio, et quonam pacto in illis efficiatur. Ad finem, sacerdotio indigne fungi audentium insectatio.

Semper, et omni tempore, fratres, inter se contraria sunt lux et tenebræ, fides et infidelitas, cognitio et ignorantia, charitas et odium. Nam cum ab initio dixisset Deus, *Fiat lux* [76], eaque exstitisset, illico tenebræ evanuerunt. Luce occidente, statim nox rediit. Adam vero fide in Deum munitus ac tutus, immortali gloria circumfluebat, et in paradiso erat. Ab inimico autem ad infidelitatem detortus, morte damnatus, et paradiso exturbatus, pro divina spiritualique cognitione carnalem cognitionem recepit. Etenim oculis animæ orbatus, vitaque perenni spoliatus, corporeis oculis cœpit aspicere, iisque sensibilibus et aspectabilibus ex commotione adjectis, cognovit Evam uxorem suam, quæ concepit et peperit Cain [78]. Porro talis cognitio vere omnis boni ignorantia est. Nisi enim prius divinam cognitionem visionemque perdidisset, nunquam in istam cognitionem devolutus esset. Sic deinde et Cain filius ejus, nisi ante in odium, et invidiam erga Abel fratrem suum exarsisset, non ei necem attulisset. Quotquot igitur tenebris ab ortu insitis obsidentur, et in lumen quod animo et cogitatione cernitur quodque primus ille pater amisit, aspectum defigere nolunt, hi in ipso lumine natos, et quæ luminis sunt disserentes, eorum sermonibus perculsi, pro hostibus sibi adversariis ducunt. Quemadmodum namque radius solis, ubi domum quampiam obscuram intraverit, tenebras ut jaculum penetrat, ac dissecat : ita spiritualis, et sancti viri a Deo inspirata oratio, ceu gladius anceps cor hominis carnalis consauciat, idque ad contradictionem et odium, præ ignorantia, et infidelitate concitat : *Qui autem existimat se aliquid scire, cum nihil sciat* [76], etiamsi angelum de cœlo ad se descendentem viderit, ut malum dæmonem adversatur : et quamvis Apostolum, quamvis prophetam Dei, etiam ipsum ut alium quemdam Simonem Magum abominatur ; et quod extremæ stoliditatis est, cæcus videntem ut cæcum ducit quique ipsemet revera nugator est, ejus verba pro nugis habet. Et quomodo cæcus, si qui noctu sæpius affirment solem lucere, fidem eis adjungit, et rursum in meridie lucem esse dicentibus non credit, suspicans se ab utrisque decipi : et sive lucem in die, sive tenebras in nocte sibi prædicantes ambiguus rejicit : ita qui in tenebris animi perturbationum sedent, sensumque ignorantia obcæcatum habent, vel potius, qui sensum Christi non habent, ipsius sensum habentem, velut ejus expertem, et non habentem velut ejus compotem reputant. De quibus bene David propheta : *Stulti, et insipiens peribunt* [77]. Quocirca tales totam divinam Scripturam secundum proprias ipsorum concupiscentias depravant, et pro vitiosis eorum affectibus, quos in ipsa non inveniunt, sed adulterantes eam patiuntur, corrumpunt. Cedo igitur, qui de rebus perperam indicant, nec præ arrogantia doceri se sinunt, et cæci sunt, recte unquam per semetipsos sensus lucis cognoscent? Oculis captus, nec lucem intuens, qui tandem litteras in luce leget? Qui vero cæcus est sensu, et Christi sensum in se non habet, quomodo in lumine Christi sensus repositos ac reconditos videre, et expendere potest? Talis, quamvis millies exterioribus oculis scripta sensum moventia legat, nunquam, opinor, spiritualia, et materiæ expertia, et luci similia in nocturno ac tenebroso loco videre queat. Nemo itaque vos seducat. Deus lux est, et quibus conjunctus fuerit, cum iis pro gradu puritatis ipsorum claritatem suam communicat. Atque tunc exstincta lampas animæ, id est, mens divinum ignem se circumplexum, et redaccensum esse cognoscit.

O mira res, homo Deo spiritualiter corporaliterque unitur (13) : siquidem anima non a mente, nec ab anima corpus sejungitur, et unione essen-

[76] Gen. I, 3. [78] Gen. IV, 1. [76] I Cor. VIII, 2. [77] Psal. XLVIII, 11.

(13) Verba Græca sunt ista : Ὢ τοῦ θαύματος, ὅτι ἄνθρωπος θεῷ ἑνοῦται πνευματικῶς, καὶ σωματικῶς, εἴπερ οὐ χωρίζεται τοῦ νοῦ ἡ ψυχὴ οὐδὲ τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα, ἀλλὰ τῇ οὐσιωδῶς ἑνώσει γίνε-

Digitized by Google

tiali, etiam homo per gratiam τρισυπόστατος fit, unus per adoptionem Deus, ex corpore videlicet et anima, et (cujus factus est particeps) divino Spiritu constans, impleturque tunc illud Davidis prophetæ: *Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes*[78]. Filii Excelsi secundum imaginem videlicet, similitudinemque Altissimi: divina progenies ex divino Spiritu; quibus dixit merito Dominus, semperque dicit: *Manete in me, ut fructum multum afferatis*[78a]. Fructum intelligit eorum copiam, qui apud ipsum salvantur: *Palmes*, inquit, *nisi manserit in vite arescit, et in ignem mittitur. Manete igitur vos in me, et ego in vobis*[79]. Quomodo igitur maneat in nobis, et quomodo vicissim nos maneamus in ipso, Dominus ipse docuit illis verbis, *Tu, Pater, in me, et ego in te, et hi in me, et ego in illis*[80]. Et istud volens confirmare, iterato ait: *Hi in me, et et ego in illis, sic ut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint*[81]. Adhuc porro, ut audientibus plenam fidem ac certam faciat, hæc adjungit: *Sicut tu me dilexisti, ego illos dilexi: et gloriam quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut nos unum sumus*[82]. Patet ergo, sicut manet Pater in Filio suo, et Filius in sinu Patris, secundum naturam: sic etiam qui in veritate crediderunt, et per Spiritum sanctum regenerati sunt, Christique ac Dei per ejus donum facti sunt fratres, et filii Dei, et adoptione dii, manere eos in Deo per gratiam, et Deum in illis.

Quam ob causam qui tales non evaserunt, nec actione, et cognitione, spectationeque universe sunt immutati, quomodo seipsos appellare Christianos non verentur? quomodo os aperire, deque occultis mysteriis, velut super stratum neglectim jacentes impudenter loqui audent? quomodo inter Christianos, et spirituales se numerare non pudet? quomodo sacerdotum assessores, corporisque et sanguinis Domini sacrifici, et ministri esse non perhorrescunt? Prorsus mirari satis non queo. Sed nimirum cæcitas mentis, ut dictum est, illiusque comites stupor et stultitia, et hinc nascens arrogantia, tale aurum, pretiosissimumque lapidem ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, ut lutum conculcare facit. O audaciam horribilem, cujus impulsu tanquam sublimem gradum conscendunt, ut ibi stantes, infimæ multitudini excellentes, et conspicui appareant. Quis ergo Christianus hosce Christianos nominabit?

Verum hactenus contra eos qui omnia scire et dicere conantur, et existimant se aliquid esse cum nihil sint, velut in cippo quales sint Christiani docuimus: ut sese cum archetypo comparantes, quantum a germane Christianis absint, intelligant. Ad vos autem Christi servos, et discere cupientes, paratosque ad audiendum, universitatis Dominus per sancta Evangelia sua clamat: *Dum lucem habetis, ad lumen currite, ne vos tenebræ comprehendant*[83]. Currite per pœnitentiam in via mandatorum ejus, currite. Currite dum durat ejus illuminatio, priusquam nox mortis vos comprehendat, et ad tenebras sempiternas amandemini. Currite, quærite, pulsate, ut janua regni cœlorum vobis aperiatur, et sitis intra illud, et ipsum intra vos possideatis. Qui enim ante de hac vita exierunt, quam id acquisissent, ubi tandem ad mortuos profecti illud reperient? Hic ergo petere, et quærere, et pulsare in pœnitentia et lacrymis jussi sumus; et sic facientibus, Dominus id se nobis daturum est pollicitus. Quod si hoc facere, et Christo Domino obedire detrectabimus, ut adhuc superstites ab ipso regnum cœlorum intra nos accipere festinemus, nonne cum illuc excesserimus, merito dicentem nobis audiemus, quid nunc quæritis, quod a me oblatum vobis accipere noluistis? Nonne sæpenumero hortante me, ut laboraretis, et id a me sumeretis, vos recusastis, et contempsistis: pereuntiumque, ac terrenorum voluptatem prætulistis? Quibus ergo factis, aut qua oratione id in posterum invenire poteritis? Quapropter, Patres et fratres mei, quæso vos, omni sedulitate mandata Dei nostri custodiamus, quo vitam regnumque æternum consequamur; et ne audiamus nunc quidem: *Qui non obedit Filio, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum*[84]; in futuro autem sæculo, *Nescio unde sitis*[85]: sed benedictam potius illam vocem excipiamus: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum vobis præparatum*[86], quoniam salutem vestram esurientem me per observationem mandatorum meorum pavistis, potastis, vestivistis, collegistis, et venistis ad me, purgate corda vestra ab omni macula, et sordibus peccati. De reliquo fruimini bonis meis cum

[78] Psal. LXXXI, 6. [78a] Joan. XV, 4, 8. [79] Ibid. 4. [80] Joan. XVII, 21. [81] Ibid. 23. [82] Ibid. 22. [83] Joan. XII, 35. [84] Joan. III, 36. [85] Matth. XXV, 12. [86] Ibid. 34.

ται τρισυπόστατος κατὰ χάριν, καὶ ὁ ἄνθρωπος, εἷς θέσει θεὸς ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς, καὶ οὗπερ μετέλαβε θείου πνεύματος, καὶ πληροῦται τηνικαῦτα τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ προφήτου Δαβίδ Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες, καθ' εἰκόνα δηλαδή, καὶ καθ' ὁμοίωσιν τοῦ Ὑψίστου, γεννήματα θεῖα ἐκ τοῦ θείου Πνεύματος. Occurrit, quod Jureconsultus, ff. *De legibus*, monet: *Benignius leges interpretandæ sunt, quo voluntas earum conservetur.* Et: *In ambigua voce legis, ea potius accipienda est significatio, quæ vitio caret: præsertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit.* Idem ego in hac Simeonis oratione faciendum esse dico. Nam illud ὑσωδῶς ἐνώσει, nec ad Deum, nec ad gratiam referendum est. (Neque enim homo justus aut cum Deo, aut cum gratia essentialiter unitur) sed ad solam conjunctionem corporis et animæ; quæ utique essentialis est; et quia corpus, anima et gratia sunt res trinæ in eodem composito; ideo ait hominem per gratiam fieri θεὸν τρισυπόστατον. Ubi vox τρισυπόστατος improprie et secundum similitudinem accipi debet; ut ipse Simeon satis superque declarat.

Digitized by Google

voluptate inexplicabili, cum vita immortali ac sempiterna, qua contingat nos omnes potiri, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium cum Patre principii experte, et sanctissimo vivificoque Spiritu nunc et semper, et per infinita sæcula. Amen.

ORATIO XXVIII.

Argumentum.

De corruptoribus ac pestiferis hominibus fugiendis, deque repudiandis eorum sermonibus, et cultura virtutis arripienda. De indicio libertatis animæ, et quis crucem suam tollens, Christum sequatur. Quemadmodum fideles Dei bonis ineffabilibus tum in hoc tum in futuro sæculo fruantur. De justo Dei super justis, et peccatoribus judicio.

Quisquis Deum invenire desiderat, abneget semetipsum, et animæ suæ ne parcat : sed inimicitias inter se, et omnes secundum carnem ambulantes ponat, ne alicujus horum sermonibus hortatoriis incitatus, retro convertatur. Ne cum iis in cathedra sedeat; nec colloquia cum illis mala serat, per quæ virus in animam infundatur, et ipse prioribus nequam consiliis, cogitationibusque immorari cogatur. Homo cum hamo escam time; audi me, et procul ab illis recede ne animam tuam iterum ad inferos deducas. Mentem tuam fige, et constabili, et ne illam ad vana, et inania audienda vagari sinas. Ne pedem referas. Ne piger sis, neve socordia gravere, et opprimare. Ne des somnum oculis tuis, neu guttur tuum alicujus cibi suavitate demulceas, donec videas per quid, et propter quid vocati simus, et quorsum secundum scopum tuum festines. Hujusmodi cogitationibus, cum te subierint, locum non relinques. Quid tibi labore, et ista importuna defatigatione opus est? Tempus jam implevisti, hæc bis terque faciens, nec ullum inde fructum perspexisti. Ne, frater mi, ne hoc laqueo impliceris, neve prodas salutem tuam; sed impensius ac generosius ad virtutis opus incumbe potius, Patrumque tuorum secundum Deum sermonibus, et institutionibus ne diffide. Constitue igitur apud animum, a vita citius, quam ab hac vitali inquisitione discedere. Quod si ab initio nihil cunctatus fecisses, benignus Deus non te despexisset, tibique desiderii tui fructum pro certo concessisset.

Media nocte experrectus, memento ejus qui dixit : *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super judicia justitiæ tuæ* [87]. Et gratias age Deo, qui te ad laudes ipsius canendas e somno excitavit; gaude, et exsulta, quia dignus es habitus, qui cum sanctis angelis Deum concelebres. Christianus enim peccator, de flagitiis anteactæ vitæ dolens, et vitam Deo gratam instituens, nisi ad divinas synaxes, et sacras psalmodias, et precationes lætitiam, alacritatem, taleque studium, et attentionem, quantam et qualem antea ad voluptates, vitæque improbitatem, ostendit; sed velut laborans adhuc, et quodam onere pressus, vim ut uno verbo dicam, ac tyrannidem se perpeti existimat, ac proinde invitus his fungitur, ne is e manibus diaboli se evasisse, verum improbi tyranni imperio etiam num subjectum intelligi arbitretur. Ast ubi cum gaudio et jucunditate animi se orantem ac psallentem, mentemque omnia hujus vitæ blandimenta, et quidquid ea in pretio habet, exsecrantem cognoverit, tum demum sub Christi regnum se successisse credat. Hoc redemptionis et libertatis manifestum argumentum est, de qua scripsit Apostolus : *In libertate, qua nos Christus liberavit, state* [88]. Ergo unusquisque ad hanc libertatem adipiscendam properet, eamque a Christo flagitet. Sin consuetam synaxin moleste fert, et longitudinis hymnorum, qui Deo canuntur eum tædet, et frangitur, profecto nescit : *Quam dulcia sint eloquia Dei in faucibus diligentium eum, et super mel ac favum in ore cognoscentium ipsum* [89] : sed totus caro, nempe carnali præditus animo, et magis carnali sensu, non potest spiritualiter gustare, quæ a Deo data sunt nobis beneficia, verum omnia divina ei amara videntur; et illud : *Gustate, et videte, quoniam suavis est Dominus* [90], ignorat. Quod qui evidenter non scit, a charitate, et dulcedine Dei alienus est. Qui porro gustus horum exsors est, proh dolor! Dei inimicus, et a regno cœlorum extraneus, ac peregrinus est. Quam enim, quæso, aliam spem habebit, aut cujus alius dilectione implicabitur, aut a quo consolationem seu hic, seu post obitum inveniet? In die vero judicii, quid respondebit, quando Christus veniet reddere unicuique secundum opera sua [91] : quando a monachis, qui se illi coram multis testibus aggregarunt, pacta quæ ad sanctum altare, et coram sanctis angelis ejus præstituros ac servaturos se pepigerunt, requiret.

Quid enim interrogati respondemus? Annon, ad sanctum altare, et ad sacrum hunc conventum, vitam monasticam, et vitæ institutum angelicum sectari desiderantes nos accessisse? Quid enim ad singula referimus? nonne illud : *Etiam, venerande Pater?* Sacerdos autem, quid rursum nobis dicit? Scitote, fratres, venisse vos, ut militibus ac famulis Christi regis cœlestis adnumeremini, ideoque ad tentationes vos comparate. Videbitis enim jam hinc inimicum omnes artes suas adversum vos ferventius experiri. Oportebit igitur et esurire, et sitire, et algere, ignominiam accipere, conspui, alapis cædi, subsannari, et quævis tristia propter Deum perferre. Quid nos tum ad ista? nonne passuros et toleraturos omnia promittimus, et illud solemne : *Etiam, reverende Pater*, ad omnem interrogationem per patientiam ferendorum incommodorum enuntiamus? Nonne continentiam, vigilias, obedientiam usque ad mortem servaturos, præposito, totique fratrum collegio coram

[87] Psal. cxviii, 62. [88] Galat. iv, 31. [89] Psal. cxviii, 103. [90] Psal. xxxiii, 9. [91] Matth. xvi, 27.

Digitized by Google

Deo et angelis promittimus? Quam ob causam vero militare, Christique bellatoribus accenseri voluimus? nonne ut contra hostes sub aspectum non venientes pugnaremus, ut contra concitatos animi motus bellum capesseremus? Et nunc, perinde ut si pacta conventa nemo a nobis exacturus sit nos gerimus: solutique timore Dei et mandata ejus contemnentes vivimus. Mihi equidem in mentem venit admirari, quomodo in tantam caliginem præcipitaverimus, omniaque cum animorum nostrorum detrimento faciamus: eumque nosmetipsi jugulemus, id tanquam vivi ac superstites non curemus: et cum ipsi nos peccatorum vinculis constringamus, etiam gaudium agitemus, committamusque omnia quæ Deus odit, et quæ in gehennam ignis animas nostras deturbent, et ea vincula a nobis auferentes, quasi truculentæ bestiæ, devorare conemur. Nam si a quopiam fuerimus impediti, ne quid contra animas nostras moliamur, illum more canum rabidorum allatramus, et convitiis incessimus, nec desinimus, donec re perpetrata animis nostris exitium conflaverimus. Postmodum ad hujusmodi perversitatem assuefacti naturaliter perversi, atque improbi reddimur, nec amplius cœlo caput tollere libet. Ubi post hominum memoriam similis machinatio audita est? Quis dæmon modum perditionis hoc majorem adversum animas nostras excogitabit imo certe, quid hoc amplius contra nos dæmones cum omni cura, et sollicitudine invenire poterunt? Monachos fore nos spopondimus, et en supra mundanos improbitati nos alligavimus. Ad famem, sitim, afflictionem sustinendam, ut ante dicebamus, descripti sumus, et propter unicum panis frustum (quod forte extra definitum cibi sumendi tempus requirimus) verbis velitari, et probra jactare non erubescimus. Omnibus quæ in mundo sunt, renuntiare venimus, parentibus, inquam, fratribus, et amicis, et tamen illos de monasterii panibus alere potius non cessamus. Mundum ut hostem fugimus, et interim mundanos, et quæ mundi sunt, plus quam Christum ipsum diligimus.

Qui autem assequi vult quæ cupit, et desiderat, bona Dei videlicet, et ex homine in angelum terrestrem migrare, afflictationem corporis amabit, malorum perpassionem amplectetur, tentationes ut omnis boni sibi conciliatrices haud aspernabitur. Ut enim aurum multa infectum ærugine, nisi in prunas conjiciatur, et malleis tundatur, purgari aliter, atque in pristinum fulgorem restitui non potest: sic anima quoque peccati ærugine cooperta, et ad summum facta inutilis, alia via purgari, et antiquam recuperare pulchritudinem nequit, nisi tentationibus jactetur, et tribulationum conflaturam subeat. Nam et istuc Domini nostri verbum subindicat: *Vende facultates tuas, et da pauperibus, et tolle crucem tuam, et veni sequere me*[95], tentationes, ac tribulationes crucis nomine insinuans. Dare porro omnia, pecunias ac possessiones, incursibus autem tentationum reliquorum acerborum ac molestorum non excelso animo resistere, animæ ignavæ, ac sua commoda non intelligentis mihi videtur. Nihil enim pecuniis tantummodo aliisque rebus abjiciendis ac deferendis, et ad vitam solitariam confugiendo proficitur, nisi in tentationibus, et tribulationibus, et secundum Deum molestiis usque ad finem perseveres. Neque enim Christus Deus noster in rerum nostrarum abjectione, sed in patientia nostra animas nostras possessuros affirmavit[96]. Facultatum in pauperes distributionem, et fugam sæculi bonam atque utilem esse constat: verumtamen sola per seipsam, citra tentationum tolerantiam, hominem secundum Deum perfectum reddere non potest. Quod ut ita se habere, et ita Deo placere credas, audi ipsius verba ad divitem: *Si vis perfectus esse, vende quæ habes, et da pauperibus, et tolle crucem tuam, et veni sequere me.* Vocabulo *crucis*, ut dictum est tribulationes et tentationes obscurius significat. Quoniam enim *regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud*[97], aliterque fidelis in ipsum, nisi per angustam portam tribulationum, et tentationum introire nequit, merito divina Scriptura præcipit: *Contendite intrare per angustam portam*[98]. Et iterum: *In patientia vestra possidebitis animas vestras*[99]. Et: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum*, ut et alibi id Scriptura testatur[100]. *Fili, accedens ad servitutem Dei præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, et sustine*[101]. Et Apostolus: *Quod si extra disciplinam estis, cujus participes facti sunt omnes, ergo adulteri, et non filii estis*[102]. Et alio loco: Omnia quæ tibi inferuntur, ut bona suscipe, sciens sine Deo nihil fieri. Qui enim fortunis suis in egentes collatis e mundo et rebus ejus recedit, in spe mercedis, et voluptate multa gestat conscientiam. Et aliquando vana gloria mercedem furatur. Qui vero, postquam omnia dedit pauperibus, etiam molesta sustinet, et gratias agit, et adversa patienter perfert, in eo quidem maximam acerbitatem, laborem, ac dolorem sentit: sed præsens ac futurum præmium, ingentemque retributionem pro perfugio habet; utpote qui passiones Christi imitetur, eumque in diebus tentationum, et adversitatum irruentium sustineat, et exspectet. Quocirca oro vos, fratres in Christo, demus operam secundum vocem Domini, Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi, ut postquam mundo, et his quæ in mundo sunt valediximus, per angustam portam intremus, quæ carnalis nostri sensus, et voluntatis præcisio, et fuga est. Nisi enim carni, concupiscentiis, ac voluntatibus ejus moriamur, remissionem, abso-

[95] Matth. xix, 21. [96] Luc. xxi, 19. [97] Matth. xi, 12. [98] Matth. vii, 13. [99] Luc. xxi, 19. [100] Act. xiv, 21. [101] Eccli. ii, 1, 2. [102] Hebr. xii, 8.

Digitized by Google

lutionemque malorum, et libertatem, et sequentem a sancto Spiritu consolationem adipisci non poterimus : quæ nisi superveniat, nemo Dominum nec in hoc nec in futuro sæculo videbit. Nam recte te fecisse, cum omnes facultates tuas in pauperes distribuisti (si tamen nihil tibi exemplo Ananiæ illius reservasti [1]) et adhæc mundo, et iis quæ in mundo sunt renuntiasti, desertisque hujus vitæ curis ad portum æternæ vitæ cucurristi, speciem et figuram pietatis indutus, ego quoque non inficior, et te ob hoc studium laudo : sed insuper prudentiam carnis velut tunicam exuere, et secundum stolam, quam per Christum induisti, mores animæ, ipsamque spiritualem prudentiam possidere necesse est : neque hoc solum, sed etiam per pœnitentiam tunicam lucidam, qui est ipse Spiritus sanctus, superinduere ; quod nisi per constantem mandatorum observationem, et tolerantiam tribulationum non est ut fiat. Pressa enim per tentationes, ad lacrymas commovetur ; lacrymæ cor purgantes, templum, et diversorium Spiritus sancti efficiunt. Nec enim nobis ad salutem, et perfectionem solus vestitus, et exterior statuæ ornatus sufficit : sed ut exteriorem, ita interiorem hominem nostrum ornare amictu Spiritus, totosque et integros cum anima, et corpore Deo se offerre oportet. Et corporalem quidem exercitationem propter virtutis labores assumere, ut egregie molestis secundum Deum assuescamus, et feramus ingenue amaritiem jejunii, difficultatem continentiæ, necessitatem vigiliarum, afflictionis omne genus : pictate autem spiritus erudire animam ad sapiendum quæ oportet sapere, et meditandam semper vitam æternam, esse humilem, mitem, contritum, compunctum, lugentem assidue, et lucem spiritus per preces ad se elicientem, quæ et adesse illi per pœnitentiam ferventissimam consuevere, purgatæ per uberes lacrymas, sine quibus nec tunicam ejus mundari, nec in sublime contemplationis eam ascendere licet. Nam ut vestimentum e cœno alicunde, et sterquilinio nimium quantum defœdatum, nisi aqua multa, et crebro pedibus calcatum non purgatur : sic et animæ vestis ex luto, et sterquilinio peccatricum affectionum turpata, nisi per ubertim fluentes lacrymas, tentationumque, et tribulationum tolerantiam a sordibus non abluitur. Nam cum a corporis nostri substantia naturaliter duæ fluxiones exsistant, una superior lacrymarum, altera inferior, a facultate genitali : et hæc quidem si contra quam natura, et legibus institutum est, fiat, animam contaminet ; illa, si ex pœnitudine procedat, eamdem purget, eos qui turbulenta, et cum peccato conjuncta cordis motione, cupiditatum a ratione alienarum formas sibi insculpserunt, et ita animam inquinarunt, plurimis lacrymis mundari, tunicamque animæ purissimam acquirere oportet. Alioqui videre Deum, ipsum lumen, quod cujusvis nominis per pœnitentiam ad se venientis cor illuminat, est impossibile : siquidem mundi corde Deum vident [2].

Enitamur itaque patres, fratres, et filii mei per diligentiam in moribus, et jugem occultarum cogitationum confessionem cor purum obtinere. Quæ enim frequenter, et quotidie fit a nobis harum confessio, si ex animo pœnitente procedat, resipiscentiam doloremque in nobis factorum, meditatorumve operatur, qui ex intimis animæ lacrymas ciet ; lacrymæ animam purgant, et ingentia peccata delent ; quibus deletis, sancti Spiritus solatiis permulcetur, ex compunctione fluento quodam dulcedinis irrigatur, unde quotidie, ita ut intelligentia percipiatur, pinguescit, et fructus spiritus alit ; quos tempore congruenti ceu frumentum multo cum fœnore ad se in vitam immortalem, ac sempiternam citra ullam absumptionem nutriendam offert. Cum hucusque studio suo præclare pervenerit, Deo familiaris, et domicilium habitaculumque sacrosanctæ Trinitatis evadit, pure intuens Deum fabricatorem suum, et cum ipso versans quotidie, e corpore, et mundo, et aere isto excidit, et virtutibus, atque alis charitatis a Deo elevata in cœlum ascendens, cum omnibus justis a laboribus suis requiescit, et est in infinito ac divino lumine, ubi apostolorum Christi, martyrum, sanctorum et omnium supernarum virtutum ordines una choris indulgent. Hunc itaque statum, fratres in Christo, nos quoque complectamur ne sanctis Patribus nostris inferiores simus : sed ut per exercitationem rerum honestarum, et per obedientiam Christi mandatorum, in virum perfectum evadamus, in mensuram ætatis plenitudinis Christi [3]. Nihil enim prohibet, si velimus. Sic et Deum nobis ipsis glorificabimus, et Deus a nobis lætitia afficietur, et ex hac vita demigrantes cum inveniemus, qui nos ut magnus Abrahæ simus in regno cœlorum excipiat, et foveat. Et qui in medio tumultu, et strepitu, et qui in cœnobiis, et qui in montibus, ac speluncis sunt, mandatisque Christi convenienter vivunt, salvantur, et magnis a Deo donis dignantur : *Voluntatem enim timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiet, et salvabit eos* [4]. Ubi timor, ait divinus Gregorius, ibi mandatorum custodia ; ubi mandatorum custodia, ibi carnis purgatio ; nempe nubis obtenebrantis animam, nec sinentis divinum radium clare intueri. Ubi purgatio, ibi illuminatio. Illuminatio autem desiderii impletio his, qui maxima, aut maximum, aut plusquam magnum appetunt. Itaque cum hæc dixit, finem non finem esse omnis animæ illuminationem Spiritus significavit, quam adeptus quis, finem quidem, et extremum sensibilium omnium comprehendit, principium autem cognitionis spiritualium invenit. Quamobrem uti cursum mandatorum Christi patienter laborando curratis oro, et

[1] Act. v, 1 seqq. [2] Matth. v, 8. [3] Ephes. iv, 13. [4] Psal. cxliv, 19.

Digitized by Google

facies vestræ non confundentur : sed sicut cuilibet patienter, constanterque pulsanti portas regni sui aperit, et dat petenti Spiritum rectum, et sanctissimum, nec fieri potest, ut tota anima quærens non inveniat, et ditescat divitiis donorum ejus : sic et nos in bonis ejus ineffabilibus, nunc quidem ex parte, cum intelligentia, et cognitione præstantiorum ; in futuro autem sæculo perfecte et consummate cum sanctis omnibus delicias nostras habeamus. Æterna quippe bona a Deo electis, et salvandis partim jam nunc pignora dantur, ipsis proposita, revelata, apparentia, et visa, partim post mortem, et resurrectionem contingunt.

Discite igitur, dilecti fratres, thesaurum inexplicabilem, super omnem principatum et potestatem, cujus hæreditatem justi adituri sunt, non in futuro sæculo duntaxat, sed jam quodammodo ante oculos, et manus, et pedes nostros propositum esse ; quem nos animæ oculos præ ignorantia, infidelitate, sensu perturbationum, quasi quadam caligine offusi, et cæcati, non videmus : Venite, credite thesaurum istum, quem vobis prædico, lumen mundi esse : *Ego sum resurrectio et vita* [5]. Ego sum *granum sinapis* [6], quod in terra absconditur. Ego sum *margarita* [7], quæ a fidelibus emitur. Ego sum *regnum cœlorum* [8], quod intra vos latet. Et quemadmodum cernor ab his qui me nunc quæsierunt, et invenerunt : sic fulgebo, in illis, et super omnes cœlos residens. Ego qui etiam hic natura a vobis non capior, et invisibilis videor, non quantus sum me ostendens, quanquam totus maneo qui sum, dum videor ; sed quantum me videntium natura, et virtus capit. Ego sum *fermentum* [9], quod acceptum anima misit in tres partes suas, et fermentatur ipsa, et tota mihi similis efficitur. Quale enim fermentum, talis fit etiam farina, quæ huic cum aqua, et sale miscetur. Qui enim, inquit, mecum est, connaturalis Pater meus, et ejus Spiritus, idonei natura sunt, ut pro aqua, et sale sint. Ego pro sensibili intelligibilis paradisus servis meis factus sum, in quo colloco omnes credentes in me, et regeneratos per Spiritum : qui peccare amplius non possunt ; nec princeps hujus mundi quidquam adversum illos valet. Ego enim sum in illis, et ipsi in me, et vincunt mundum, quia extra mundum sunt, meque fortissimum omnium secum habent. Ego sum fons lucidus immortalis fluenti ac fluvii, in quo non post mortem, sed in horas, qui me toto pectore diligunt, aqua ex me defluente lavantur, corpusque et animam ab ea labe purgant, et toti instar lampadis, et in speciem radii solis micant. Ego sum qui in horas, ut mane, in his exorior, et videor sol per intellectum ; sicut olim quoque in prophetis manifestabam meipsum, ipsique videntes laudabant, et invocabant me semper. *Mane*, inquit David, *exaudi me* [10]. *Mane astabo tibi et videbo* [11]. Et alius : *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanitas tua citius orietur* [12], quando et tu videlicet mandata mea custodiveris. Et quid attinet omnia percensere, quæ Deus salutis nostræ sitiens ad nos loquitur ? nisi omnino, ut per omnia cognoscatis et credatis, sedentes in tenebris magni luminis fulgorem videre oportere, si quidquam vident. Et ne qui de vobis cogitent, fulsisse quidem, sed qui adhuc in corpore sunt homines, ipsum videre non posse. Si enim hoc fieri non poterat, quid luxit, et lucet adhuc, cum ab eis non cernatur ? Imo vero lumen semper erat, et semper luxit, et lucet in his qui purgati sunt, et in tenebris apparebat, et tenebræ id non comprehendebant [13]. Et nunc lucet, et tenebræ id non comprehendunt, sive non tangunt. Quod autem dixit, quia ortum est populo sedenti in tenebris [14], id est, modo placuisse revelari iis in quibus et manifestatur. Alii enim in tenebris versantes, illud non comprehendunt. Invisibilis enim, tunc quidem per corpus visus est omnibus, qui aspexerunt cum credentibus et non credentibus. Etiam divinitatis ejus lumen cognitum et revelatum est solis illis per opera fidelibus, qui et dicebant ei : *Ecce nos, Domine, reliquimus omnia, et secuti sumus te* [15]. Quod ait, *omnia*, ea voce pecunias, possessiones, voluntates, contemptum hujus vitæ et abominationem ejus, propter gustum subsistentis in nobis et æternæ illius vitæ complexus est. Hoc enim plane dulcius est, et anteponendum omnibus, quod est ipse Deus. Hæc, fratres mei, sunt Dei admirabilia. Misereamur itaque nostri ipsorum quæso, et hujus vitæ participes fieri elaboremus, quæ est lumen Dei, ipse Spiritus sanctus, sui participes sanctificans, et deos per adoptionem faciens. Credamus toto animo in Deum, terram, et omnia prætereuntia relinquamus, ad illum accedamus, ei adhæreamus, quoniam adhuc modicum, et cœlum ac terra transibunt, et extra illum non est status, nec terminus, nec comprehendi potest, quo peccatores decidant. Deus enim capi non potest, nec intellectu comprehendi. Quis igitur locus est, dic mihi, regno ejus excidentium.

Cogor lamentari, et cor meum comedo, et maceror, cum cogito Dominum tam munificum et humanum, ut propter solam in se fidem talia nobis largiatur, quæ mentem, auditum, et cogitationem superant, nec in cor hominis ascenderunt unquam; eos autem velut bestias præferre terram solam, et terrena, nobis per multam misericordiam ad sufficientem corporis usum impertita, ut ex his moderate et pro portione alamur, et anima nostra citra impedimentum ad superna gradiatur, ipsa quoque intellectuali pastu ex Spiritu, juxta men-

[5] Joan. xi, 25. [6] Matth. xiii, 31. [7] Ibid. 46. [8] Luc. xvii, 20. [9] Matth. xiii, 33. [10] Psal. v. 4. [11] Ibid. 5. [12] Isa. lviii, 8. [13] Joan. i, 5. [14] Isa. ix, 2. [15] Matth. xix, 27.

Digitized by Google

suram purgationis et ascensus sui nutrita. Hoc enim est homo, et hoc fine conditi, et ob istud in mundum procreati sumus, ut hic paucis affecti beneficiis, per gratiarum actionem, et pium erga Deum affectum, majoribus, et æternis illic perfruamur. At enim, proh dolor! nihil prorsus de futuris solliciti, ingrati etiam de his sumus, quæ in manibus habemus, et dæmones imitamur, vel dæmonibus etiam, si vera dicenda sunt, deteriores sumus. Atque idcirco et atrocius supplicium nobis debetur, quanto et præstantioribus beneficiis cumulati sumus, et Deum propter nos similem nostri, solo peccato excepto, factum cognoscimus, ut nos ab errore et peccato liberaret. Sed quid de his sigillatim verba facere opus est? Profecto, verbo tantum credentes; factis negamus, ut etiam beatus Paulus infidelitatem reprehendens ait: *Confitentur se Deum nosse, factis autem negant, abominati, et incredibiles, et ad omne opus bonum reprobi* [16]. An non ubique Christi nomen personat? in urbibus, in vicis, in cœnobiis, in montibus. Quære, si placet, et scrutare diligenter, an servent mandata ejus, et vix invenies unum e millibus, ut dilectus ille discipulus Joannes ait: *Omnis qui peccat, non vidit Deum, neque novit eum* [17]. Et iterum: *Omnis qui facit peccatum, ex diabolo est* [18]. Ubi igitur, bona quæ sunt in manibus nostris relinquentes, inanibus autem, et fluxis dediti et affixi, spem habemus?

Ut porro ad singulos vanitati adhærentes sermonem convertam, age, quo pacto dicis, hæc omnia novi, et me mortalem, et umbram esse quæ videntur, et mortem improvisam, et gloriam justorum æternam, et confusionem peccatorum carere fine, et interim ab improbitate non desistis? Si enim vides, quomodo tanquam cæcus offendens, totum corpus, totamque animam denigratus es? Si nosti meliora, quomodo quasi expers sensus, deteriora sequeris? Si nosti omnia esse umbram, et omnia præterire quæ videntur, non erubescis cum umbra collidere, et fluentia pro thesauro colligere? non advertis te, ut puerum, in vas confractum haurire? et te putas tibi amicissimum. Perabsurdum sane et grave est, putare, et existimare; nam per hæc esse aufertur. Homo, credin' Christum esse Deum? Si credis, time, et mandata ejus serva. Si non credis, at saltem dæmones ipsos, quos forsitan fide digniores existimas, interroga. Disce ab iis, a quibus in servitutem redactus es, et quos sequeris, quoniam non est alius Deus præter illum, cui nullus assimilatur, nec comparari potest, omnium enim Dominus ipse est, omnium rex, conditor lucis, et vitæ arbiter. Ipse lumen illud ineffabile, inaccessibile, qui solus est. Ipse in adventu suo dissipabit a facie sua inimicos suos, et qui non obediverunt mandatis ejus, quomodo noctis caliginem exoriens sol dispellit. Et erit proprie Deus solus non potis capi inter ea quæ non capiuntur, et in incomprehensibilibus incomprehensibilis solis dignis apparens, pro mensura fidei in ipsum. Peccatores vero erunt ut in lumine operti ac circumfusi tenebris, in gaudio erubescentes, et in lætitia ipsi tabescentes, et ardentes horribiliter, et diversis suarum affectionum generibus cruciati: sicut scilicet et justi a lumine collustrati, et diversis virtutibus ornati apparebunt. Nam Deus, qui secundum naturam suam charitas est, et vocatur, nec damnatos odit, omni affectu naturaliter liber, nec a damnatis jure odio habetur: sed quibuscum nostra voluntate et sententia in hoc sæculo pravorum studiorum societatem elegimus, cum his ut merito, et necessario in futuro sæculo, quamvis nolentes simus, condemnabimur. Etenim prout quisque affectus, ac dispositus est, Deus unitus omnibus, in fine sæculorum sicut novit ipse, sensum cuique præbet, quomodo ab ipso formatus sit. Dignis igitur per gratiam unitus supra naturam, divina, et omnem cogitationem superans voluptas esse consuevit. Indignis autem præter gratiam unitus, præter naturam secundum privationem hujus gratiæ constitutum, et ineffabilem dolorem facere solet, ut et magnus Gregorius Theologus ait: O Trinitas, quæ aliquando omnibus, aliis illustratione, aliis vocatione cognita fuisti. Sic igitur corporaliter in Scripturis divinitus inspiratis hæc posita inveni, et spiritualiter edoctus sum a Spiritu, et ad vos plene instruendos ex multa charitate, nihil subtrahens scripsi dicta mihi, et declarata, et jussa a Domino nostro Jesu Christo, per adorandum et sanctum ejus Spiritum, de sublimibus donis, et charismatibus simul principii expertis Dei, et patris ejus. Quorum ut sint participes, qui cum labore quærunt, iis semper concedit per fidem, ipse etiam nunc bonus, et benefactor noster Deus. Ecce, annuntiavi vobis omnia, et talentum non abscondi. Unusquisque igitur vestrum de cætero quod vult eliget: ego enim quod ad vos attinet, crimine vaco, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium cum Patre principii experte et sancto Spiritu in sæcula. Amen.

ORATIO XXIX

Argumentum.

Omnes homines a Christo non illuminatos, cæcos esse, nec opera lucis efficere posse, nec in via recte vivendi progredi. Quare circumspiciendum, et advertendum animum, an vero itinere in cœlum ambulemus, quod in Dei mandatis situm est. Qui parvis peccatis succumbunt, eos magnorum servos fieri. Quibus actionibus ab affectibus illaudatis vindicemur.

Quemadmodum cæcus ingrediens, velit nolit, pedibus offendit; sic homo oculis animæ sub intelligentiam cadentibus, non ante apertis ab eo, qui ut cæcorum oculos aperiret, humanum corpus

[16] Tit. I, 16. [17] I Joan. III, 6. [18] Ibid. 8.

Digitized by Google

assumpsit, non potest non viam hujus vitæ carpendo delinquere: adhuc enim cæcus est, et ad id quod proprie malum est, a bono internoscendum superno divinoque lumine, opus habet. Ab omni igitur peccante hæc quatuor requiruntur. Ut cognoscat unde privetur lumine, edoctus mysterium, ne sit stupidus. Confessio peccatorum, ut sit verus. Fuga occasionum et causarum, quibus ad peccandum impellitur, ne sit stultus et insipiens. Postremo, ut medicum petat a solo Christo medico, qui contritos sanat, et modo quodam inexplicabili contritiones alligat, dicitque : *Fides tua te salvum fecit, vade in pace* [18] : alioqui enim vita in pace, citraque lapsus degi non potest. Ex his primum illud bonum est ; secundum melius ; tertium præstantius; quartum proprie bonum, extra quod non datur salus ; uti sinè tribus antecedentibus quartum hoc Christus operari nequit. Valde siquidem opus habet, ut nos ipsos prius agnoscamus, quo sanati, demus gloriam Deo. Quò enim pacto quispiam adepta sanitate medico gratias agat, si morbi magnitudinem, gravitatem, et summam ejus depellendi difficultatem ante non perspexerit ? maxime, si is ab alio nullo medicorum curari queat. Meretur enim supplicium dirissimum, qui curatus medico pro dignitate gratias non agit. Ac propterea eum a quo sanandus est, nosse debet. Hinc visitare, et sanare infirmitates nostras sæpe moratur, quantumvis imploretur. Parcit enim nobis, ne ingrati ad pœnas majores devolvamur. Quamobrem quotquot hominis vocabulo censemur, dispiciamus, et attendamus nobis necesse est, fideles juxta atque infideles, parvi atque magni : ut infideles quidem ad cognitionem et fidem Dei conditoris nostri veniamus : fideles, ut vita pie acta, eidem in omni opere bono placentes appareamus ; parvi, ut magnis propter Dominum subjiciamur ; magni, ut erga parvos tanquam parentes erga liberos afficiamur, propter mandatum Domini, dicentis : *Quamdiu fecistis uni istorum ex minimis meis, mihi fecistis* [19] Non enim, quod quidam opinantur, de pauperibus tantummodo, et victu corporeo egentibus hoc dixit, sed de fratribus item nostris omnibus, qui non fame panis, et siti aquæ, sed segnitiei, et inobedientiæ mandatorum Dei contabescunt. Omnes itaque curramus, antequam nobis per mortem pœnitentiæ janua claudatur. Curramus, ut ante exitum comprehendamus. Festinemus, ut accipiamus. Pulsemus, ut priusquam de hac luce migremus, paradisi portam Dominus nobis reseret, et seipsum manifestet. Studeamus regnum cœlorum intra nos acquirere, et idipsum cognoscere, ac sentire, et ne sine illo hinc discedamus. Idcirco enim et Christi mandato pro subsidio utimur, utpote propter nos, infirmitatemque nostram præscripto. Idcirco renuntiamus omnibus, et ad angustam atque arctam viam procedimus, et a mundo, mundanisque corporaliter quodammodo amputamur, et ab alia regione, loco, et urbe ad aliam habitationem, mansionemque abeuntes, ad stadium, in quo virtutis viget exercitatio, devenimus, per institutum vitæ, et sanctæ vivendi normam pro suo quisque arbitrio incedentes, aut etiam accelerantes, curruntesque et vestigiis Domini nostri Jesu Christi insistentes, ut nec amplius rebus perituris delectemur, et voluntas carnis voluntati spiritus subdatur. Idcirco e mundo secedentes, statim mandata Domini capessimus, et ejus jussis obtemperantes, viam in cœlum ferentem auspicamur.

Hic porro mihi pensiculate dictorum vim considera. Informa animo viam bene tritam, quam longa est, pedibus scilicet eorum qui præcesserunt. Hinc inde montes, silvas, rupes excelsas, scopulos atque valles concipe. Cum his nihilominus campos, hortos, loca jucunda et umbrosa, longeque amœnissima, et omnigenis fructibus abundantia. Deinde non mediocrem bestiarum multitudinem, latronumque, et sicariorum globos per loca illa absconditos. Iis ita se habentibus, ex hisce locis nullus aut inescabit nos, sensumque nostrum commovebit, aut nocere nobis poterit, sequentibus sanctos, qui præiverunt, eademque semita ambulantibus, qua illi ambulaverunt. Incedentibus quippe nobis per viam mandatorum Dei ac Domini nostri citraque respectum ad ea quæ retro sunt omnia quæ audisti permeantibus, nemo neque latronum illorum, neque belluarum aperte ac proterve insultat, aut appropinquare audet. Verumtamen alias remotius, alias vicinius ; alii minas intendunt, cædemque spirantibus oculis nos obeunt ; alii quibusdam delinimentis et blanditiis amicisque colloquiis vicissitudinem et intermissionem nobis offerunt, et ostentant locorum per regiones delectamenta, et fructuum speciem pulcherrimam, hortanturque ut paululum requiescentes, laborem viæ consolemur, et de fructibus edere suadent, plus voluptatis, quam pro eorum aspectu afferentibus. Multos insuper laqueos nobis, occasionesque ad capiendum varias, callide excogitant ; nec id per diem solum, sed per noctes etiam : nec vigilantes modo, verum etiam dormientes aggrediuntur ; interdum quidem titillationibus, et exorationibus ; interdum ciborum interdictorum gustu ; interdum cum facibus, lampadibus et ensibus tanquam latrones, et more latronum nos invadunt, terroremque mortis inculiunt. Percellunt nos, arbitrantes etiam a recto itinere aversuros. Et nonnulli quidem de ipsis monent fieri non posse, ut quandiu vivimus, hujus viæ difficultates sustineamus. Alii, hæc esse infrugifera, et quæ laborantibus nullam queant utilitatem parere. Alii nunquam esse nec fore finem hujus viæ, eo argumento, quod quibusdam res parum feliciter pro-

[18] Luc. VII, 50. [19] Matth. XXV, 40.

Digitized by Google

cesserit, et eo in primis quod qui multum temporis in hoc vivendi genere contriverunt, nullum ex diuturnitate fructum reportarint, dum putarint se cursum mandatorum Dei currere, et id non secundum scientiam, ac sano judicio præstiterint, sed ad numeros, quos sibi finxerint, et ad opinionem, quam de se ipsi stulte habuerint : quibus merito etiam gressus secundum Deum præciduntur, illusis, et ad ea quæ retro sunt revertentibus, seque per negligentiam maligno, ad suam in ipsis voluntatem explendam tradentibus.

Sed cur ego ista apud vos fratres meos spirituales dissero? Quia numerum excedunt adversarii nostri diaboli, malignorumque ejus spirituum insidiæ et tendiculæ. Consideremus nos ipsos in via, de qua diximus, qui vel nuper eam inivimus, vel diutius in ea perreximus, et ab omnibus istis quæ dictæ sunt bestiis et latronibus, multa quidem passi eorum quæ commemoravimus, gratia autem Christi neque adulationibus decepti, neque elegantia rerum apparentium ad voluptatem furtim pertracti, neque timore aut minis ad declinandum de recta via, aut a progressu desistendum inflexi, neque vero retrorsum conversi sumus, sed potius, et quidem contentius currimus. Num in tali statu et conditione nostra, quievit a nobis oppugnandis Satanas; et num aliquando tandem quieturus est? Nunquam sane. Quocirca Deus semper nobis summo desiderio, totaque mente orandus est, ne nos unquam irrescari a maligno, aut falli patiatur. Hæc pauca e multis decertantibus disputavimus.

De iis porro, qui nullo discrimine, et nihil omnia pendentes hac via, et vita ingrediuntur, quid ego dicam? quandoquidem velut stupidæ aves omnis generis diaboli laqueis irretiuntur, semet cuivis affectui dedentes ac mancipantes, et escam semper maligno se objicientes, circumeunti, *et rugienti instar leonis, quærentique quem devoret* [31], et mori præoptant, quam e dentibus et faucibus ejus crudelissimis extrahi. Hortor itaque, et omnes oratos volo in Christo Jesu, ut sibimetipsis attendant, et unusquisque non plus quam oportet, sed ad sobrietatem sapiat [32], directamque viam, quæ Deus et Christus est, ambulet (cui et respondere oportebit, ut justo Judici, et qui circumscribi nequit) non declinantes ad dextram, nec ad sinistram [33] : sed ejus vestigia perpetuo prementes, in mandatis ejus omnibus absque ulla omissione custodiendis, ut salvemini sicut caprea e maculis, et passer e laqueo [34]. Primum quippe mandatum est, diligere Dominum Deum, et mandata ejus servare [35], sicut ipse ait : *Qui diligit me, mandata mea custodit* [36]. Secundum, diligere inter se, sicut ipse Deus mundum dilexit. Vera autem dilectio his quasi characteribus cognoscitur [37], adversus fratrem non inflari, nec efferri, nec æmulari illum, sed æmulari bonum : non agere perperam, non esse audacem adversus eum, non murmurare, non illudere, non irridere, in judicio nunquam nec parva, nec magna de re contendere. Persuasissimum ergo habeatis, fratres mei dilecti, nihil tam facile salutem vobis conciliaturum, quam divina Salvatoris jussa facessere. Nihilominus multis lacrymis, multo timore, multa patientia, perseverantiaque in precibus nobis opus est, ut saltem unius verbi Domini virtus reveletur nobis, ut noscamus quod in parvis sermonibus ejus absconditum est mysterium, ut pro uno apice mandatorum Christi animas nostras ponere ne dubitemus. Sermo enim Dei armatus, et quasi gladius anceps [38], et a quo quis victus est, ejus et servus est [39].

Ut autem exemplo quoque credibile faciam, quod dico, vos interrogabo. Cui cum decem, aut duodecim viris suscepta est dimicatio, dum manus cum iis conserit, si antesignanos et fortissimos eorum simul prima impressione in fugam compulerit, reliquos vulneraverit, ac prostraverit, unum vero, aut duos ex his despicabiliores, infirmioresque relictos postea timide, et cum blanditiis procul ad se venientes viderit, nec occurrens eos comprehenderit, manus pone revinxerit, aut occiderit, nonne sæviter ab iis ipse trucidabitur? Si enim ex superbia et arrogantia projectis armis recubuerit, illisque contemptis supinus dormiverit, an non sciens et volens in servitutem miseris illis se tradidit? An non qui supervenerunt duo ex illis, aut etiam unus, ligatum eum in suo mancipio habebit, et pro servo abducet? aut si etiam gladio jugulaverit, faciet omnibus mortalibus ludibrium? Annon præterea omnes sui negligentem et confidentem illum, imo dementem ac stupidum merito cæsum dicent? Omnino enim non tam laudabilis erit propter pugnam et victoriam illam contra fortiores, quam vituperabilis, abominandus, et vilipendendus seu servus, seu mortuus, ut libere dicam, quod ab uno illo victus sit. Sic igitur, fratres mei charissimi, nihil nobis proderit, si majoribus perturbationibus edomitis, in minorum potestate simus. Exempli gratia (eadem enim rursus dicam, et dicere non desinam) si carnis inquinamenta vitemus, si ab invidia, et furtis magni momenti abstineamus, si a nefariis puerorum amoribus, et aversa libidine, si a mollitie, et omni alia petulantia temperemus, vitio tamen ventris, aut multo vino, aut somno, aut inertiæ, aut pigritiæ, contradictioni, inobedientiæ, murmurationi tanquam servi, et flagrionos subjiciamur, quem, obsecro, ex sola operum pessimorum abstinentia fructum consequemur? Si etiam panis fragmenta surripimus, et comedimus, aut quippiam aliud aliunde sublegimus, idque citra permissum præfecti nostri, qui nos peccati immunes pronuntiet? Si a synaxi absque magna corporis imbecillitate, aut necessitate aliqua sponte abfuerimus? Si fructus custodientes, ab ipsis gulam non

[31] I Petr. v, 8. [32] Rom. xii, 3. [33] Deut. xvii, 11. [34] Prov. xi, 15. [35] Deut. vi, 5. [36] Joan. xiv, 15. [37] I Cor. xiii, 1 seqq. [38] Hebr. iv, 12. [39] II Petr. ii, 19.

Digitized by Google

continuerimus? Etenim quid aliud Adamum e paradiso ejecit, mortique dedidit? Quid ex graviorum illorum vitatione commodi nanciscemur? Nec enim quispiam toto corpore lacer, deinde pluribus medicamentis, præter unam modicam plagam curatus, dici sanus potest, si vulneris parvas reliquias, ut foramen acus adhuc circumferat : sed qui etiam vulnerum cicatrices, si potest, sustulerit, ille curatus prædicabitur ob omnibus. Ne igitur ista parviducamus : sed propter ea alios punitos, et vehementer damnatos audientes, quod nos inde nocumentum manet, totis viribus fugiamus. Et nemo, dilectissimi, in aliquo horum, aut alio quopiam turbulento, ac vitioso affectu de cætero permaneat ; sed hinc jam profligato, pœnitentiæ faciat initium, et se victum fuisse confiteri ne cesset, donec pudefactus suggestor inimicus, ab eo oppugnando discesserit. Ne dominetur nostri invidia, ne ira, ne furor et clamor, ex quibus turpiloquia, et contumeliæ generari consueverunt. Ne inanis gloria, superbia, sui admiratio nobis imperantes, in profundum inferni nos trahant : verum his omnibus procul exterminatis, virtutes eorum loco comparemus.

Sed occurrat forte quispiam, cum tam multæ sint, et innumerabiles propemodum quæ recensitæ sunt motiones in reprehensione positæ, quis eas omnes scrutari, et ab universis cavere sibi potest, ut ne ab una quidem occupetur? Quis? ego Christo adjuvante vos docebo. Qui peccata sua semper ante oculos habet, futurumque judicium assiduo prospicit, ac pœnitentia fervet, et amaras fundit lacrymas, hic supergreditur, longeque vincit omnia simul, a pœnitentia in sublime actus, ut ne una quidem, et sola ex dictis motionibus ad eum pervenire, ejusque tanquam per aereas regiones incedentem animam attingere possit. Pœnitentiæ namque, et ex imo corde emissarum lacrymarum fervor, peccati sordes quomodo ignis conflat et absumit, animamque contaminatam expurgat. Tantumne? imo et lumen largum in illam, per adventum Spiritus sancti magnifice infundit, ut inde misericordia, et bonis fructibus abundet. Quod nisi anima nostra a pœnitentia et lacrymis, et quæ hinc in ea nascitur humilitate, velut alis acquisitis ad excelsa ἀπαθείας tollatur, a nulla harum, quarum meminimus passionum liberari poterimus : sed nunc quidem ab hac, nunc ab alia semper vulnerabimur, et non secus quam ab immitibus belluis devorabimur, ac post obitum cœlorum regno idcirco exclusi, pœnas in omnem æternitatem expendemus. Quare vos omnes obsecro, spirituales mei fratres, et obsecrare charitatem vestram non cessabo, ut unusquisque salutem suam ne contemnat ; sed omnimodis a terra se paulum efferre conetur. Hoc miraculum, quod vobis stuporem incussit, ab humo, inquam, in aera suspendi, si factum fuerit, descendere in terram, in eaque consistere nullo modo in posterum voletis. Per terram porro carnalem, per aerem spiritalem sensum, cogitataque intelligo. Nam si mens pravis cogitationibus, et motibus expedita, quam Christus Deus nobis donavit libertatem aspiciendi facultatem præbuerit, ad pristinam peccati servitutem, carnalesque sensus descendere amplius non sustinebimus : sed secundum Domini verbum [30], vigilare et orare non desinemus, donec ad beatitudinem illam evecti, promissis bonis potiamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria cum Patre et sancto Spiritu nunc et semper ætatibus sæculorum sempiternis. Amen.

ORATIO XXX.

ARGUMENTUM.

Non esse dicendum, hodie ad fastigium virtutis perveniri, et cum veteribus sanctis certari non posse ; etiamsi velis. Quicunque divinis Scripturis contraria docet, eum sibi credentes nova hæresi imbuere. Lacrymas nobis a natura datas esse.

Complures quotidie, Patres et fratres mei, nos etiam dicentes audimus, si vixissemus temporibus apostolorum, et Christum perinde ut illi istis oculis cernere digni fuissemus, nos quoque sancti, quemadmodum illi evasissemus. Hæc dum dictitant, ignorant eumdem esse qui tum, quique nunc mundo loquitur. Nam si nunc non idem est, qui olim, æque super omnia Deus et in efficiendo, et in effectis, quomodo videtur in Filio semper loqui Pater, et Filius in Patre per Spiritum hæc dicere : *Pater meus usque modo operatur, et ego operor* [31] ? Sed objiciet forsitan aliquis, non idem est, illum ipsum tunc corporeis oculis vidisse corporeum, et hodie ejus verba duntaxat audire, quæque ad eum, et regnum cœlorum pertinent, edoceri. Fateor ego quoque, non prorsus idem esse nunc et tunc : sed quod modo et nunc est, id aio longe majus esse, et ad pleniorem fidem, persuasionemque certiorem facilius multo nos adducere, quam si tunc eum in corpore humano videre et audire nobis contigisset. Tunc enim nefariis Judæis homo nullius pretii apparebat : at nunc verus Deus a nobis prædicatur. Tunc cum publicanis et peccatoribus versabatur, et cibum per corpus capiebat : nunc ad dexteram Dei, et Patris sui considet, a quo nunquam, et nusquam separatus ; mundum alere universum creditur, sine quo nihil fieri dicimus. Ac, si credimus, tunc a vilissimis homuncionibus despiciebatur, illa scilicet opprobrantibus, nonne hic est Mariæ, et Joseph fabri filius [32] ? nunc a regibus et principibus, ut veri Dei Filius, ac verus ipsemet Deus adoratur et glorificatur, atque glorificabit adorantes se in spiritu et veritate (tametsi sæpe eos peccantes punit) cum ferreos eos super omnes gentes quæ sub cœlo sunt, pro testaceis fecerit scilicet. Tunc ut unus de cæteris hominibus, interitui

[30] Matth. xxvi, 41. [31] Joan. v, 17 [32] Matth. xiii, 55 ; Marc. vi, 3.

Digitized by Google

obnoxius, censebatur, magnumque erat in corpore humano Deum sine varietate aliqua, et mutatione sui carentem forma, nec sub aspectum venientem, forma præditum, et nihil nisi hominem apparentem, nihil præ aliis mortalibus in his quæ aspectu sentiuntur habentem : sed comedentem, bibentem, dormientem, sudantem, lassum, et humanis denique universis, dempto peccato, fungentem, talem, inquam, agnoscere et credere Deum esse, qui cœlum et terram, et quæ in eis sunt, omnia condidisset. Quare et Petrum propter vocem illam : *Tu es Christus Filius Dei vivi*, beatum Dominus affirmavit, *Beatus es*, inquit, *Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi*, ut hæc, inquam, videres et diceres, *sed Pater meus, qui in cœlis est* [33]. Itaque qui nunc cum quotidie in sancto Evangelio clamantem, et benedicti Patris sui voluntatem annuntiantem audit, nec cum timore, ac tremore illi obedit, et ejus jussa facessit, ne tunc quidem, si præsens præsentem spectavisset, docentemque auscultasset, plane in eum credere potuisset. Timendum potius, ne neutiquam credens, eumque non pro vero Deo, sed pro Dei adversario reputans blasphemasset.

Et hæc quidem qui sunt omnino cæteris hebetiores ac stupidi. Quid vero his graviores? Si exstitissemus, inquiunt, ætate sanctorum Patrum, certassemus et nos. Bona enim eorum vitæ instituta, contentionemque intuentes, imitandi studio exarsissemus. At nunc cum desidiosis, et negligentibus versantes, una cum iis ferimur, et nolentes simul perimus. Sed hi quoque, ut credibile est, ignorant, nos magis quam illos in portu navigare. Sæculo patrum nostrorum (arrigant isti aures) multæ vigebant hæreses, multi erant pseudochristi [34], multi Christum cauponantes [35], multi erant pseudomagistri, qui vagarentur libere, et maligni zizania spargerent [36], nec paucos sermonibus suis in fraudem illectos secum abstraherent, eorumque animas ad exitium mitterent; id quod ex Patrum Antonii, Euthymii et Sabbæ vitis verum esse reperias. Traditum est siquidem litteris, Antonium tunc veste splendidiore præter consuetudinem indutum, in locum editum ascendisse, semet exhibuisse, ostentasseque, ut manifestus et conspicuus, omnino ab hæreticis apprehenderetur et neci daretur. Certe nisi tum persecutio ferbuisset, hoc ille non fecisset. Temporibus autem sancti Patris nostri Euthymii, Ecclesiis a Deo tranquillitatem donatam esse, nonne litteris exstat? cum nimirum tunc persecutiones et hæreses conquievissent. Sanctus vero pater noster Sabbas cum esset præpositus, an neseitis quantopere pro Ecclesiis contra illius temporis hæreses pugnaverit, et quot monachi tum ab hæreticis seducti sint? Quid quæ sub Stephano Juniore contigerunt? annon gravissimam et acerbissimam persecutionem habuerunt? Annon cogitatis, qualis tum procella, quanta vis tempestatis monachos in salo jactaverit? Sed quid ego omnia niter persequi? Cum enim recordor, quæ ante hæc sub Magno Basilio, sicut magnus narrat Gregorius, et quæ sub aureum orationis flumen fundente Joanne Chrysostomo, et Patribus consecutis acciderunt, et ipse me miserum judico, et hæc non expendentes miseror. Haud enim satis sciunt, omne tempus præteritum fuisse mœstius, et palam repletum maligni zizaniis.

Veruntamen quamvis tristia et adversa fuerint præterita, nihilominus etiam hoc tempore multi sunt hæretici, multi lupi, aspides, et serpentes inter latera nostra; sed nihil contra nos possunt, ac velut quamdam malignitatis suæ noctem agunt. Et quidem ad se ventitantes, et tenebris suis involutos rapiunt ac devorant. In lumine autem divinarum Scripturarum ambulantibus, et in via mandatorum Dei incedentibus, ne occurrere quidem audent : sed cum per transeuntes cernunt, eorum conspectum perinde ac flammam fugiunt. Quosnam igitur hæreticos me significare suspicamini? num eos qui Dei Filium negant? num qui Spiritum sanctum blasphemant, ac divinitate spoliant? num qui Patrem Filio majorem asserunt? num qui Trinitatem in unitatem confundunt, aut unum Deum in tres deos dividunt? num qui Christum Dei quidem Filium nominant, eumdem vero ex muliere corpus sumpsisse non credunt? num qui corpus quidem assumpsisse, sed sine anima nugantur? num qui illud animatum, ut integrum hominem, non autem unum secundum hypostasin Dei et Mariæ Filium appellatum, Deum esse contendunt, sed in duos filios unum Christum secernunt? num demum qui Patrem principio carentem, principio circumscribunt, et dicere non verentur, fuit, cum non esset Pater, id est, aliquando non fuit Pater? aut qui Patrem quidem paternitatis carere initio, Filium vero ut ex eo genitum post tempus aliquod initium accepisse, tanquam creaturam perverse et sentiunt, et docent? Erat enim, inquiunt, aliquando Pater, cum Filius ei non coesset. Et qui tandem Pater, qui sine Filio est, appellabitur? An fortasse eos, qui alium quidem passum, alium e mortuis exstitisse asseverant? Apage, neminem istorum impiorum, et atheorum, nec aliorum hæresum ullam tibi dico, quæ, cum ut tenebræ emersissent, a Patribus qui tum claruerunt, velut a lumine discussæ ac dissipatæ sunt. Usque adeo enim gratia sancti Spiritus per eos resplenduit, dictarumque hæreseon tenebras propulit ut usque hodie Deo dictante composita eorum volumina, solis luce fulgidius reluceant, et iis contradicere nemo attentet.

Sed de iis loquor, eosque nomino hæreticos, qui docent, non esse quemquam nostro hoc ævo, et in medio nostrum, qui evangelica mandata servare, et ad exemplar sanctorum Patrum se conformare

[33] Matth. xvi, 17 [34] Marc. xiii, 22. [35] II Cor. ii, 17. [36] Matth. xiii, 25.

Digitized by Google

possit : ut primum quidem omnium sit fidelis, et actioni deditus, nam ex operibus fides, quemadmodum per speculum faciei intuentis similitudo demonstratur : deinde contemplatione maxime excellat, Deumque cernat, dum scilicet ab eo illustratus, et Spiritu sancto auctus, per eumdem quoque Filium cum Patre cognoscit. Qui igitur hoc fieri non posse ratiocinantur, non particularem quamdam hæresin aiunt, sed, si dici potest, universas : quandoquidem hæc omnes impietatis, et blasphemiæ magnitudine exsuperat et includit. Assertor ille Scripturas divinas ad unam evertit. Frustra, puto, dicit ineptus, modo legi Evangelium : frustra magni Basilii, aliorumque sacerdotum sanctorumque Patrum nostrorum scripta volutari, aut confecta esse testificatur. Si igitur quæ Deus dicit, omnes sancti et factis exsecuti sunt omnia, et ad nostram admonitionem scripserunt, impossibile nobis est opere præstare, ita ut nihil omittatur, quid est quod ii et tum illa cum tanto labore litteris consecrarunt, et nunc in Ecclesia eadem lectitantur? Qui hæc dicunt, cœlum a Christo descendente nobis reseratum claudunt, et ascensum in illud, quem idem ipse nobis instauravit, intercidunt. Nam cum ille, qui est super omnia Deus, desuper velut ad portam cœli astet, et despiciat, atque a fidelibus aspiciatur, et per sacrum Evangelium clamet : *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* [37], isti hostes Dei, seu Antichristi potius aiunt, hoc fieri non potest, non potest istud fieri. Quibus recte Dominus magna voce refert : *Væ vobis Scribæ et Pharisæi. Væ vobis duces cæci cæcorum, quoniam et vos in regnum cælorum non introitis, et volentes introire prohibetis* [38]. Cum A ille lugentes manifeste ac palam beatos declaret, isti impossibile esse reclamant quempiam lugere et flere quotidie

O stuporem, et os hoerum ac solutum nimis, scelestas contra Deum altissimum voces emittens, et Christi oves belluis capiendas objiciens, pro quibus unigenitus Dei Filius revera sanguinem suum effudit! Bene de talibus divinus pater David vaticinatus est : *Filii hominum, dentes eorum arma et sagittæ, et lingua eorum gladius acutus* [39]. Cur enim, dic mihi, istud est impossibile? et per quid aliud sancti in terris emicuerunt? et luminaria mundi exstiterunt? Si impossibile erat, nec illi unquam recte facere potuerunt, quando ipsi quoque similes nostri homines erant, nec plus nobis B habebant, nisi certum ac deliberatum bene agendi propositum, studium, patientiam, humilitatem, et amorem Dei. Hæc tu similiter possideto, et anima tua nunc petrosa, fons lacrymarum tibi fiet. Sin tu tribulationes et angustias pati recusas, at saltem rem humana facultate majorem esse ne affirma. Nam qui hoc dicit, purgationem negat. Etenim post homines natos nunquam auditum est, animam quæ post baptismum peccato se fœdasset, absque lacrymis ab illis sordibus purgatam esse. Per baptismum namque Deus omnem lacrymam a facie terræ abstulit, cum Spiritum suum sanctum abunde effudit. Verum ut a sacra Scriptura didici, etiam in ipso baptismate quidam coævi baptizati, superventu C Spiritus compuncti fleverunt. Non habent dolorem parturientium, nec sunt operosæ lacrymæ : sed efficientia, et munere sancti Spiritus molle dulcioresque, qui eas sine labore, sine strepitu per oculos derivat (13).

[37] Matth. XI, 28. [38] Matth. XXIII, 13, 24. [39] Psal. LVI, 5.

(13) Videri posset Simeon noster cum hic, tum alibi præsertim oratione 52, nimis multum lacrymis tribuere; si quidem de lacrymis corporalibus loquatur, ut certe loqui videtur. Etsi enim lacrymæ ex interno cordis dolore manantes, multum ad peccati sordes eluendas conferunt, non tamen ita necessariæ sunt, ut si absint, maculæ post baptismum contractæ expiari nequeant : cum non sint in potestate hominis. Et quandoque homo fleat, invitus, et quandoque non possit flere volens, ut recte dixit Durandus, IV, d. 17, q. 4. Quod etiam Simeonem agnovisse conjicio inde, quia oratione 52 monet, ut si quis lacrymis careat; eas nihilominus ex tota virtute et anima desideret. Quo indicat, se non modo lacrymis, sed et desiderio lacrymarum contentum fore, licet nec hoc sit absolute necessarium explicite, ut vocant; implicite autem et tacite omnis ille hoc desiderium habet, qui veram contritionem habet; hoc ipso, quod Dei placandi gratia quidvis facere et tolerare paratus est. Tantum porro abest, ut fletus iste corporalis per se simpliciter sit necessarius ad remissionem peccatorum obtinendam; ut aliquando maxima contritio sine hoc externo fletu in animo inesse posset; quia lacrymæ non sunt immediate et per se effectus doloris illius interni, qua voluntas afficitur; sed mediate tantum et indirecte : *Prout vires inferiores moventur ex redundantia superiorum*, inquit Durandus, *quod non fit ita efficaciter, sicut quando moventur a propriis objectis*. Tametsi ne mediate quidem necessarie ad internum dolorem consequuntur. *Et quia immutationes istæ corporales immediate consequuntur ad passiones sensitivæ partis*, hinc fit, *ut ex dolore sensibili, vel etiam sensibili vicino, citius defluant lacrymæ corporales, quam de dolore spirituali contritionis*, ut recte docet sanctus Thomas in Supplem. III p. quæst. 3, art. 1. Dicit autem, *citius*, quia si sequantur citius, cæteris paribus, sequuntur ex D dolore sensibili, quam ex spirituali; quanquam necessario ne ex sensibili quidem semper exsistant: cum experientia constet, quosdam gravissimis corporis doloribus excruciari, neque tamen vel unam lacrymulam emittere.

Legatur Cassianus Collat. IX, cap. 27, 28, 29 et 30, ubi pulchre de lacrymis disputat; inter cætera sic scribit : *Ab his, qui in affectum jam transiere virtutum, nequaquam debet hoc modo exterqueri profusio lacrymarum, nec exterioris hominis magnopere affectandi sunt fletus; qui etiamsi fuerint ulcusque producti, nunquam pertingere ad illam spontaneorum lacrymarum poterunt ubertatem*. Sanctæ ergo sunt lacrymæ ex amore Dei scelerumque detestatione profectæ, atque adeo assiduis precibus a Deo expetendæ; sed non simpliciter ad salutem aut obtinendam aut retinendam necessariæ. Videat lector, si placet, librum de contemptu mundi Isaaci monachi et presbyteri, et homiliam 107 Antiochi, quæ de compunctione inscribitur.

Digitized by Google

Quocirca quibus concessum est, ut lacrymas istas experirentur, cognoscent quæ dixi, et vera esse testimonium mihi dabunt, sicut etiam illa Theologi vox mihi astipulatur. Offerat quispiam, hic quidem hoc, ille aliud; et multis in medio enumeratis, ad extremum addit, omnes lacrymas, omnes purgationem, omnes ascensum, et ad anteriora extendi [40]. Num igitur in hoc distinxit, aut separavit quosdam, et illos quidem dixit hoc posse, hos non posse? Num, ut vos insipienter asseritis, vos, inquam, incircumcisi cordibus et auribus [41] (pro eo ac meremini vos tangam) quoniam quidam sortiti sunt naturam duriorem, qui nequeant aliquando compungi, et lacrymas emittere, hoc etiam magnus Gregorius adjungit? Absit, neque natura humana sic comparata est, ut si non potius ingenitæ sint illi luctus et lacrymæ; neque sanctus hic, aut alius sanctorum hoc dixit, aut scripsit. A natura autem nobis inesse fletum, ipsi infantes dum nascuntur te doceant: qui simul atque ex utero prodierunt, plorant, eoque indicio obstetricibus, et matribus vivere se ostendunt. Infans quippe nisi vagiat, ne vivere quidem dicitur. Si vagierit, illico naturam ab ipso ortu suo luctum, et lacrymas habere comites demonstrat. Atque istud etiam sanctus pater noster Simeon Studita confirmabat, cum hujuscemodi lacrymis hominem debere hanc vitam traducere, et cum, etc. (*Deest in utroque exemplari una pagina hoc loco.*) Obtorto collo tracti, etsi minime audire vultis quotidie clare intonantem vobis divinam Scripturam: *Omnes enim stabimus ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque pro ut in corpore suo gessit, sive bonum sive malum* [42]. Quod cum omnibus nobis brevi evenerit, ubi tum corpora nostra operiens, et exornans pretiosa vestis erit? ubi humeralia conspicua? ubi fulgentia, et pellucida pallia? ubi humum prementia illa pulchra, solidaque sandalia? ubi lora cingulorum muliebrium similia? ubi virorum principum occursus? ubi ante alios honorifice salutari? ubi contentiones de prima cathedra? ubi sumptuosæ mensæ? ubi (ut et hoc dicam) prævenire fratrem, et ex appositis plura melioraque sumere? quod ego primus, et qui mei similes sunt, vani et inepti facere consuevimus. Ubi tunc fastus et superbia nostra, imperare, et imperari? Ubi cellæ latæ, et eleganter in morem thalami ornatæ. Ubi ministrorum, et quibus ministratur prærogativa in iis, in quibus nos alios præire debere arbitramur? Ubi immodicus, et indecorus risus? ubi longæ, et apparatissimæ cœnæ, prandia, et inter ista confabulationes intempestivæ? Ubi tunc magna nomina? Ubi sanctitudo, quam nunc habere putamur, aut ipsi putamus etiam? Ubi adulatores, et illusores, qui nunc sanctos nos appellitant, et vestigia nostra calcare formidant? Ubi excelsi throni, et qui in iis sedentes, cæteris illustriores apparent? Ubi propter quippiam possidendum, aut majorem præfecturam acquirendam concursatio, et diligentia? Ubi contradictio, et contumacia, et posteriorem videri nolle? Ubi cognatorum in nos affectus? Ubi qui nos visere solebant mundanorum, ac nobilium virorum superbia? per quos ego miser existimo, et mihi persuadeo, me supra cæteros claritatem adipisci. Ubi cognitione rerum, et sapientia hujus mundi inclytorum scientia? Ubi magnifica de seipso opinio, et putare nos esse aliquid, cum nihil simus? Ubi tum lubrica lingua, et velut e fonte promanans oratio? ubi tunc, imo nunc *sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi* [43], ut revertatur, et constituamus simul, deque terribili die, et hora illa consultemus, et omnem, quod dicitur, rudentem in nobis ipsis, et in Scripturis divinis moveamus et accurate scrutati doceamur inde, discamusque quid nobis tunc prodesse possit, et illud cupidissime eligamus? Sic, fratres mei dilecti, ut omnis Scriptura aperte clamat, magna necessitas, magnus timor et tremor in illa hora proinde, ut ego desides, dissolutos ac pigros occupabit. Beatus autem, fratres, qui nunc omni creaturæ subjectus luget, et plorat nocte et die coram Domino, quia a dextris ejus, stola amictus statuetur. Beatus qui hæc audit, et non solum gemens, nec de die in diem differens, tempus vitæ suæ sine fructu decurrit: sed qui simul ac Domini vocem accipit: *Pœnitentiam agite* [44], statim manum operi admovet. Talis enim ut obediens, ac bonus servus misericordiam consequetur, nec cum inobedientibus damnabitur. Et in hac quidem vita ab omnibus vitiosis motibus animi liberabitur, omniumque virtutum probatus cultor evadet: in futura autem vita bonis Dei nulla lingua exprimendis oblectabitur, cum omnibus, qui a sæculo illi placuerunt; quibus omnes nos utinam potiamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simulque sancto Spiritui gloria, imperium, honor, et adoratio nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XXXI.

ARGUMENTUM.

Christianum æquo et generoso animo, incursantium se tentationum impetus sufferre oportere.

Qui vere sunt servi Dei, quique ipsum diligunt, et quasi bonorum tutissimum thesaurum in se

[40] Philipp. III, 13. [41] Act. VII, 52. [42] Rom. XIV, 10; II Cor. V, 10. [43] I Cor. I, 20. [44] Matth. III, 2.

Cæterum, quo verbis istis Simeon respexerit, me fugit; verbis, inquam, istis: Ἀλλ' ὡς παρὰ τῆς Θείας Γραφῆς ἀκήκοα, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ βαπτίσματι λιχιῶταί τινες; ὁ βαπτιζόμενος τῇ ἐπελεύσει κατανυγέντες τοῦ πνεύματος ἐδάκρυσαν. Ubi enim in sacris Litteris proditum legimus de istis ἡλικιώταις, seu coævis simul baptizatis, ipsoque baptismatis puncto in lacrymas erumpentibus?

Digitized by Google

ipsis habent, tempore tentationis injurias, et contemptus cum gaudio, et animi jucunditate inenarrabili patiuntur, et eos a quibus ita tractantur, sincero cum affectu, ut bene de se merentes maximopere diligunt. Qui autem tempore tentationis consputationes, alapas, petulanter illatas injurias pacate non sustinet, aut animo concitatus, verbum indecens profert; aut denique per exteriorem habitum se ira ferventem prodit, contraque verbis contumeliosis insurgit; aut aliud sui ulciscendi causa facit, quomodo is ulla ex parte servum se, et imitatorem Domini sui, ac non inimicum potius dicere audebit? Qui enim verberanti resistit, eumque vicissim verberat, Deum inhonorat, dicentem: *Qui percutit te in una maxilla, præbe illi et alteram* [46]. Qui porro sic se defendunt, et aiunt, in rixa et pugna, ad iram et excandescentiam ut homines commovemur: aliquando etiam verbis, et opere ipso de fratribus nos vindicamus, post, animum ab ipsis non alienum gerimus, sed omnia dimittimus, potissimum si veniam inter nos dederimus, videntur mihi tabulæ puræ similes, in qua inimicus et hostis captata opportunitate, per eos ipsos prava sua placita inscribit, et inducit, ipsique rursum delentes, quæ incitatu maligni inscripserant, nolunt pro iis Christi placita inscribere, ut cum venerit adversarius, tabulas cordium eorum conscriptas inveniat, victusque cum dedecore discedat: sed unusquisque eorum præ pigritia, ac desidia hasce vacuas relinquens, cum mandaverit Dominus, ut in aliqua harum suæ leges inscribantur, illi mox, et prompte inimici leges inscribunt, et amara atque mortifera admittentes, vivifica, et melle dulciora, a se repellunt. Qui igitur nihil deliquit Jesus Dominus ac Deus noster, percussus est, ut ejus exemplo peccatores non solum remissionem peccatorum accipiant, sed etiam divinitatis ejus per obedientiam participes fiant. Quod qui in humilitate cordis non admiserit, quasi erubescens Domini perpessiones imitari, Christus illum coram angelis, et Patre suo cœlesti erubescet [47].

Quod dico, hujusmodi est. Cum esset Deus, nostri causa hominem indutus, alapis cæsus, consputus, in crucem actus est: docens, ac dicens quodammodo cuique nostrum per ea quæ passus est (qui, qua Deus, pati non poterat), si vis Deus esse, o homo, vitamque æternam assecutus mecum vivere, quod pater generis tui, cum male concupivisset, non est assecutus, sic humiliare, quomodo ego tua causa me humiliavi, arrogantiaque et superbia, in quibus est spiritus diabolicus, depositis, alapas, consputationes, colaphos suscipe. Perfer ista ad mortem usque, et noli erubescere. Sin tu propter mandata mea pati erubueris, postquam ego Deus propter te passus sum, etiam ego, quando cum majestate advenero, pudori habebo te mecum esse, dicamque angelis meis, hic in humilitate mea erubuit me, et gloriam mundi deserere, meque imitando exprimere haud sustinuit. Nunc, quando ipse quidem fluxa gloria exutus est, ego vero in immortali Patris mei gloria glorificatus sum, vel tantummodo videre eum erubesco. Itaque foras ejiciatur: *Tollatur impius, ne videat gloriam meam* [48].

Hæc audient, qui omnia quidem mandata Domini observare se putant, propter pudorem autem, et opprobrium apud homines, illatas ab iisdem injurias, ignominias, maledicta non patiuntur, neque alapas, neque verbera, et plagas inflictas tolerant. Horrescite, et tremite mortales, et injurias, quas pro salute vestra Deus pertulit, etiam vos cum gaudio sufferte. Deus a servo impurissimo in faciem cæditur, tibi ad exemplum; et tu ab homine similibus tecum affectionibus obnoxio hoc pati detrectas? Dei imitatorem esse pudet? Et quo pacto cum ipso regnabis, et cum eo in regno cœlorum conglorificaberis, si cum eo nihil toleraveris? Nam si et ille, quod ad te attinet, propter te homo nasci erubuisset, et in prævaricationis lapsu jacentem te hucusque destituisset, nonne, miser, cum infidelibus, et impiis in inferni recessibus permansisses? Credin' tu Christum esse Deum? credo, inquis. Si ergo esse Deum credis, qui cœlum, et terram condidit, qui citra exinanitionem de sinu Patris exinanitus est [49], qui ex immensa altitudine divinitatis, et inexplicabilis gloriæ suæ descendit, et propter te homo abjectus, ac pauper factus est, tu lutum, cinis, ac pulvis, non potes in animum inducere, ut a sublimi throno tuo descendens, fratri tuo te humilies, qui infra te quidem videtur stare, fortassis autem virtutibus te supereminet? Quin vestem tuo judicio splendidam abjicis, illius ex pilis confectam, et humilitatem ejus reveritus? Quin despicis omnia, quæ revera ludus, et velamenta, ac persona quæ jam turpitudinis potius, quam gloria claritatis sunt? Quin per omnia fabricatori tuo ac Deo similem te præstans, cum illo fratribus tuis te humilias? Si illi similis effici non vis, majorem nescio quomodo, et gloriosiorem illo te facis, aliumque te nobis Annam, aut Caipham, aut Pilatum tyrannum exhibes, opificem universitatis non ut assessorem, sed ut unum quemdam damnatorum tibi astare cupiens.

Hæc ad divites et principes, et aliorum præsides, et cum fastu supercilium tollentes dicta sint. Quid jam dicemus iis, qui relictis omnibus, propter regnum cœlorum ad egestatem se redegerunt? Quid dicemus, inquam? Ecce frater, mendicus factus, et Dominum Christum, ac Deum imitatus es. Intuere igitur hunc modo tibi junctum, tecumque versantem, qui super omnes cœlos est. Ecce duo vos simul inceditis. Occurrit quispiam vobis in itinere, deditque Domino alapas, dedit similiter tibi. Dominus non contradicit, et tu contra irruis? Imo

[46] Matth. v, 39. [47] Luc. ix, 26. [48] Isa. xxvi, 10. [49] Philipp. ii, 7.

Digitized by Google

ais, dixit enim danti sibi alapam : *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo : si autem bene, quid me cædis* [80] ? Hoc ille non protulit, ut contradiceret, quod tu existimas ; sed quoniam *ipse omnino peccatum nullum fecit, nec inventus est dolus in ore ejus* [80]. Præterea, ne, qui dixerat : *Sic respondes pontifici ?* juste eum, ut qui peccasset, percussisse putaretur, idcirco se innoxium volens declarare, sic locutus est. Verum nos, multis obstricti criminibus, longissime ab ista innocentia distamus. Nam postea Dominus, cum multa indigniora istoc excepisset, nullum penitus verbum edidit ; quin etiam, quod constat, pro crucifixoribus oravit. Ille irrisus non indignatur, et tu moleste fers ? Ille sputa, colaphos, flagella patitur ; et tu ne verbum quidem asperum audire potes ? Ille crucem, et mortem ignominiosam, et dolores clavorum excipit, et tu ministeria abjectiora obire refugis ? Et quinam ejus gloriæ consors eris, cujus mortis consors fieri abnuis ? Sane frustra divitiis te abdicasti, crucem ut ille jussit in veritate tollere nolens : *Vende quæ habes, et da pauperibus, et tolle crucem tuam, et sequere me* [81], adolescenti, et nobis cum ipso Christus præcepit. At tu facultatibus distributis, crucem tamen horrens tollere, ut diximus (quod nihil aliud est, quam omnium tentationum impressionem hilari animo sustinere ac perpeti) in via hujus vitæ relictus, et a dulcissimo Domino tuo divulsus es. Sed, obtestor, patres ac fratres, omnia Christi mandata custodiamus, adorientes nos tentationes usque ad mortem regni cœlestis amore sufferamus, ut et gloriæ Jesu socii, et æternæ vitæ compotes, et bonorum quibus nulla par est oratio, hæredes evadamus, gratia, et benignitate magni Dei ac salvatoris nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, imperium, honor, cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in omnem æternitatem. Amen.

ORATIO XXXII.

ARGUMENTUM.

De pœnitentia et compunctione, et quibus actionibus ea potiamur. Sine lacrymis ad purum, tranquillumque animi statum neminem unquam perventurum.

Quoniam, Patres ac fratres, sancti Patris nostri Studitæ divina sublimium ejus actionum monumenta nobis lecta sunt, quæ ille cœlesti Spiritu instinctus, ad multorum utilitatem publicavit, cum aliis ejusdem supra modum egregie factis, etiam hoc, ita expresse, sicut in omni vita sua constanter observarat, scripsit, in hæc verba : *Frater, absque lacrymis non communicabit unquam.* Quod ubi audierunt qui aderant (aderant autem multi, non laici modo, verum etiam ob virtutem magni nominis, et famæ monachi) mirati sunt dictum, et mutuum aspicientes, ac subridentes pariter, una voce dixerunt, de cætero nos nunquam communicemus, sed sine communione maneamus. Ilis ego miser et infelix auditis, seorsum ea mecum revolvens, et indigne ferens, acerbe flevi in dolore cordis mei, ita apud animum memet interrogans: Num revera in hoc negotio sic affecti sunt, et ita sentiunt ut verba sonant, serioque impossibile hoc reputantes dixerunt, quæ dixerunt ? an potius non parvum ac facile quoddam officium rati, tempore communionis lacrymari, solo verbo id irriserunt ? Sane, nisi quis assiduo diebus et noctibus coram Christo Deo in fletu occupatus sit, nec cum divina participare voluerit, quomodocunque lugere, aut lacrymari fletuque secundum Deum stillare poterit. Qui enim ? nisi forte secreta quadam œconomia, aut eventu, ex causa aliqua raro id contingat alicui, quod mihi mirum non videtur, quando multi etiam in exitu animæ e corpore lacrymarunt. Opinor autem hic non multi, sed pauci admodum, et quorum numerus iniri facile queat. Quod si prorsus fieri non posse existimant, ut quis cum lacrymis in dies participet divina mysteria, proh ignorantiam, socordiam, et cæcitatem ista loquentium. Si enim seipsos judicassent, non e suis ipsorum sermonibus judicarentur. Si pœnitentiæ studerent, non hoc pro impossibili effutivissent. Si fructuosis vacarent operibus, talis boni tantæ liberalitatis Christi gustum aliquem haberent. Si esset in iis timor Dei, non solum tempore communionis divinorum mysteriorum lugere quemplam, ac flere posse attestarentur, sed et omni hora propemodum. Quocirca et vestram charitatem de hoc certius erudire volens, et illos qui ita locuti sun, tanquam præsentes compellans, percunctandum statui. Dicite mihi, boni viri, cur hoc fieri nequit ? quia, inquiunt, alii quidem propensi ac faciles ad compunctionem sunt, alii duro, alii lapideo corde, qui etiam puncti non compunguntur. Qui igitur ita sunt comparati ? qui flere et lugere, et cum lacrymis semper communicare poterunt ? Quin et ipsi sacerdotes, qui divino incruentoque sacrificio operantur, quomodo lacrymas fundent ? Ipsum igitur hoc, esse duros, ut dixistis, et ad compunctionem difficile permoveri, unde ipsis accidit ? dicite. si nostis. Si ignoratis, paululum celsitudinem vestram citra verecundia submittentes, et aurem benevole inclinantes, ne ex me infimo discere gravemini. Scriptum est enim : *Si autem postremo revelatum est, primus sileat* [82].

Unde igitur, inquis, hic quidem durus, hic autem ad compunctionem mollis ? Audi. Ex proposito et voluntate, unus bona, alter mala, et ex cogitationibus hic quidem pravis, alius vero aliusmodi : et ex actionibus, hic quidem divini amoris indicibus, ille vero contrariis. Ac si placet, considera, et videbis omnes inde a primordio sæculorum per sola hæc tria partim multos ex bonis malos, partim multos ex malis bonos exstitisse. Nam ut a prin-

[80] Joan. XVIII, 23. [80] I Petr. II, 22. [81] Matth. XIX, 12. [82] I Cor. XIV, 30.

Digitized by Google

cipio eos enumeremus, Luciferi casus unde exstitit? nonne quia voluntati, et cogitationi perversæ assensit? Unde Cain fratricida? nonne ex prava voluntate, cum se Conditori præhibisset, et cogitationibus improbis locum reliquisset, invidiæ mancipium evasit, cædemque perpetravit? Unde Saul quærebat Davidem comprehendere, et occidere, quem prius quanti seipsum faciebat, plurimumque, ut bene merentem, diligebat? ex natura, an ex corrupta voluntate? planum est, ex vitiosa, et depravata voluntate. Natura enim nemo est malus, quoniam Deus non malorum, sed valde bonorum operum auctor, et effector est, imo potius bonus est quisque, idque non ascitu et electione, sed natura, et veritate. Ad hæc, unde latro alter cum Domino Jesu crucifixus dicebat: *Si Filius Dei es, salva temetipsum, et nos*; alter vero reprehendens occurrebat: *Neque tu times Deum: nam nos quidem digna factis juste recipimus, hic autem nihil mali gessit* [84]. Velim mihi dicas, unde hic quidem isthæc, ille vero alia locutus, et unus quidem justificatus, alter condemnatus est? nonne ex voluntate, et cogitationibus uterque, unus nempe bonis, alter contra malis? Ex his enim alter infidelis, alter fidelis dicebat: *Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum* [85].

Ut alios complures silentio præteream, ex his quid velim percepistis, et didicistis, unumquemque voluntatis suæ libertate aut ad compunctionem propensum, et humilem, aut duri cordis, et superbum fieri. Et merito. Duobus enim huic vitæ renuntiantibus, ejusdem artis, cognatis, coævis, aliquando etiam fratribus, concordibus, moratis ad eumdem modum, improbis inquam, asperis, misereri nesciis, crudelibus, carnis et pecuniæ studiosis, et in omni genere perversitatis æqualiter exercitatis, et in stadium vitæ sanctæ, ac Dei cultui consecratæ simul ingredientibus, unus illorum omnium virtutum semitam simul calcat feliciter, fervore exsequendi omnia vitia amputans: alter pejor, quam ante renuntiationem erat, efficitur. Quid ergo est, quod non æque virtutis fungantur munere, quemadmodum summa vitiorum pariter contigerant? Nonne quoniam alter consilio ac voluntate bonæ animæ omnia secundum Deum tristia tolerat, et insuper ab ipso ingressu, et renuntiatione prudenter divinis Scripturis se dedit, et per se, suaque sponte probatas actiones eligit, religiosorum hominum vitam, et mores ad imitandum sibi proponens, et cum ipsis in jejuniis, in precibus, in observationibus, in silentio, in compunctione, et lacrymis, in abstinentia delicatarum epularum, et intempestivorum colloquiorum, in fugienda excandescentia, ira, et clamore, certat, injurias, tribulationes, et angustias patienter sustinens, vilia et abjectiora operum ultro subiens, non contradicens, aut murmurans, cum ei quid imperatur: sed prompte præstans singula, postremum semper locum quærens, et ut summatim dicam, universa scienter efficiens, quæ a divinis Scripturis docemur, præteritorum peccatorum veniam, et misericordiam adeptus, coram Deo fiduciam inveniat? Qui autem omnia his contraria, mala videlicet mala animi inductione committit, manet improbus, id quod etiam ante renuntiationem erat: ut ne dicam, etiam improbior fit, quam erat. Ita non ex natura, ut quidam opinantur, sed ex voluntate sponte suscepta quilibet homo sive humilis, et ad compunctionem proclivis, sive durus corde, et excæcatus, et a compunctione alienus evadit.

Quonam enim modo, quæso te, animo dolorem concipiet, et rorabit lacrymas, qui toto ferme die huc illuc divagans, neque precationis, neque silentii, neque lectionis, et quietis cura tangitur: sed nonnunquam cum proximis in conventibus fabulatur, non solum seipsum, sed et congerrones, utilitate privans; nonnunquam calumniis, et probris religiosos fratres, nonnunquam ipsum præpositum insectatur? Unde compunctionem acquirere, qui res omnes monasterii, nec monasterii duntaxat, sed uniuscujusque insuper mores curiose scrutatur, et indagat? Et aliquando quidem fratres quosdam alloquens, hoc et hoc heri, inquit, audivi. Aliquando, scin' quid illi misero acciderit? rursumque, nunquid, illius calamitatem audivistis? Hujusmodi homo quando tandem suorum peccatorum recordabitur, ut doleat, ut in lacrymas eat? Qui porro etiam e Synaxi egressus, dum ibi Scripturæ divinæ recitantur, longeque, aut prope sedens, cum aliquibus sermonem miscet, nunc illo, nunc aliis eventus quosdam sine fructu in medium afferentibus, itaque dicentibus, scitis quid illi fratri præpositus fecerit? hic ita excipit: si vobis narravero, quomodo infelicem illum habuerit, quid dicetis? Sic talia, et his deteriora garriens, et propter nugas istiusmodi alios impediens, et ipse impeditus, quando in conscientiam peccatorum suorum descendet, ac seipsum deflebit? Qui enim divinitus inspiratis sermonibus non attendit, nec ostium circumstantiæ labiis suis posuit [86], nec ab auditione vana aures suas avertit, nec illius ultimæ responsionis, et terribilis Christi tribunalis, quomodo nudi, et obtorto velut collo tracti omnes ei astare debemus, et de rebus in vita transactis rationem reddere, qui horum, inquam, non meminit, quo pacto, amabo si plus centum annos viveret in habitu monastico lacrymas acquirat, et seipsum fervide lugeat? Quomodo qui primos affectat in statione Ecclesiæ, in accubitu mensæ, et super his semper contendit, rixaturque, aliquando propter animam suam contristabitur, et coram Deo amaras solvetur in lacrymas? Qui autem excusationes excusat in peccatis [87], imbe-

[84] Luc. xxiii, 39, 40. [85] Ibid. 42. [86] Psal. cxl, 3. [87] Ibid. 4.

Digitized by Google

cillitatem objiciens in statione Ecclesiæ, cum robustus sit, plenoque ac juvenili corpore, et se cum religiosioribus monachis ac fratribus, qui admodum diu in professione vitæ monasticæ desudarunt, comparans dicit : Num ego quidquam huic, aut huic concedo, quia ille stans innititur? et abit ac seipsum illis stando, et innitendo exæquat, qui fortasse indignus est etiam inferiore loco, quando hic suam infirmitatem agnoscat, ut ex animo ingemiscens, corde compungatur, et oculis fleat? Vana quippe gloria eum servum acediæ tradens, non amplius ulla in re cum patientia perdurare sinit. Et vivit deinde quisque talis in segnitie et negligentia ad omnem Synaxin, accedentibus ad eum, et audiendi cupidis frequenter narrans inanes, et aniles fabulas. Atque ita sine sensu, aut, ut melius dicam, sine dolore cum spiritualibus, et Deum sancte colentibus viris ad divinas synaxes conveniens, sine fructu inde recedit, nullum penitus in se incitamentum atque impetum ad meliora experiens, qualem Deus contendentibus, et laborantibus per compunctionem immittere solet, et hoc solum, ut ne a consuetis, et præscriptis synaxibus absit. mane puta, et vesperi, et horis quibus psallitur, ita simpliciter, ad felicem in virtute progressum, et ad consummationem consummatorum in ætatem Christi sibi sufficere existimans. Novi enim quosdam hac fallacia captos, et operam dantes, ne in peccatum aliquod carnale, si corpus corpore copulaverint, labantur. Ut autem quæ in occulto ab ipsis fiunt, aut quæ in abscondito cordis volvuntur, cogitanturque fugiant, prorsus nihil pensi habere, et arbitrari, se sine alio opere salvatum iri (precum, intellige, silentii, vigiliarum, continentiæ, paupertatis spiritus, humilitatis) cum solo, ac simplici ad synaxes occursu. Verum aliter res habet. Deus enim, fratres, non ad faciem, nec ad solam exteriorem morum modestiam, sed ad cor contritum, et humiliatum et quietum, ac Dei timore plenum respicit : *Super quem respiciam*, inquit, *nisi super mitem, et quietum, et trementem sermones meos*[87]?

Quid autem de iis loquar, qui, quod indignum est, ad præpositos suos adeunt, atque eos petitionem deponunt? Et quicunque tantummodo exteriori religioni, ac pietati dant operam, aut potius, qui tantum lucris, gloriæ, ac præsentibus solis inhiant. Annon sumus, inquiunt, digni et nos, honorande Pater, ut monasterio, et fratribus ministremus? num solus hic et hic ad ministerium hoc idoneus est, et ille melius quam nos res gerere, et administrare novit? Fac periculum, si placet, etiam in nobis, et invenies, per nos rectius, quam per illos tractari negotia monasterii.

Alii vero, cum nudius tertius e mundo advenerint, seque ab ipsa renuntiatione socordiæ, ignaviæ dediderint, et peccatis scateant innumerabilibus, antequam se subjecerint, et in opere Dei laborarint, ac sudarint, corporis imbecillitatem prætendentes, abeunt, stant, innituntur, ut dictum est, cum iis, qui multos jam labores exhauserunt. Et si proximus cuiquam horum dixerit : Ingredere frater in consuetum tibi locum, et sta illic psallens cum fratribus, potes enim, respondet: Ex hoc loco attentius audiens melius psallo, quam ubi stare consuevi. Quod si frater adjunxerit : Non potes hic stare, frater, citra facultatem a præposito nostro impetratam, statim digrediens, facultatem orat, corpus debile et infirmum excusans. donec voti compos fiat, et : Ut audiam Pater, inquit, protocanonarcham, et stem in prima statione, aut secunda prope illum, veterano parem se faciens, cujus jam spectata sunt certamina. Et cum assecutus fuerit, quod voluit, ex eo nunquam stare potest in choro.

Paulatim porro talis in quodvis aliud negotium se studens immiscere, externam pietatem simulat, et modestum habitum, aliorum amicis, illustribusque viris in monasterium venientibus studiose occurrit, et ad quos veniunt fratres, crebrius abit, ut in eorum notitiam veniat, causam prætexens, se ex illorum (fratrum scilicet) colloquiis, et divinæ Scripturæ explanationibus utilitatem percipere. Quod igitur consequens est, circumcursare per monasterium, et a cella in cellam ventitare incipit, singulisque dicit : Crede mihi frater, adeo te diligo, ut quo die te non viderim, illo me vixisse non putem. Quod si quis ex illis, quibus adveniens hæc dicit, Deum timet, his ei verbis respondet : Memor sit Deus charitatis tuæ, frater. Quid enim in me vides boni? Tum ille, quid autem boni tu non habes? quis tam mansuetus, pius, sapiens, eruditus, candidus, et quod majus omnibus, paterna gerens viscera, et humanus erga universos? Hæc dicit eo fine, ut de ejus patina simul comedat. Spiritualis autem frater, secundum datam sibi gratiam de salute animæ cum illo agit, et quantum in se est, ejus laudationem rejiciens, fratrem corrigit. Quod si talis inventus non fuerit, sed contra, carnalis, instabilis, laudibus inflatur, excipitque, et quid, o pater, et frater charitate majus? certe nihil. Beatus qui hanc possidet, et alia demum, quæ adulatorem libenter audire, et ad laudandum irritare novit. Postea talis fictis laudibus velut demulsus, ac levitate mentis tumidus, si copia suppeditat, mox hunc encomiasten suum nec abire sinit, sed ut secum epuletur rogat, et esca illum excipiens, laudes ventosas recipit, quæ in aerem, fumi instar, dissipantur, detrimentum vero ejus animæ non medioere apportant. Sin minus, saltem post longos, et inutiles sermones ait illi : Ne mihi vitio des, frater, novit ipsa charitas, nihil te dignum habeo, quod tibi apponam. Sed quia me abjectum sic amas, debemus in posterum commu

[87] Isa. LXVI, 2.

Digitized by Google

niter, et amice his perfrui, quæ Deus in cibum nobis suppeditaverit, et una lætari. Exin igitur uterque horum conflictatur sollicitudine perpetua, nec desinunt vias quærere, unde ipsis queat suppetere, quo per varios ac multos cibos quæ videtur charitatem constabiliant. Sic ubi specie dilectionis, imo potius fraude cum omnibus se devinxerit, nunc quidem ipse alium, nunc ex aliis singulis ipsum invitant. Quare mensa, et hilaritas in delicias pabuli usque ad saturitatem ipsum non deficit, et ita porcus fit, constringiturque voluptatibus, et assiduo ventrem suum colit; vereor enim dicere, etiam ea quæ sub ventre sunt. Quocirca studiose omnibus membris saginatus (14), quotidie vespera veniente, post officium a cœna in cellam suam discedens, famulo dicit: En furcifer, siti crucior, sed calidum para (15), et da mihi bibere, sitimque restinguere. Ille, utpote consuetudinem habens, statim benevolus, et ad faciendum promptissimus minister invenitur, quippe qui et ipse cum eo epuletur. Tum meracius vinum haurit et exsorbet, tenebris eum occultantibus. Et postquam semel bibit, rursum ad cibum appetendum excitatur, epularumque suavitate quasi clam sibi surreptus, satiari se non sentit, ventremque obesum, et intractabilem, et appetitui animæ refractarium reddit. Subjicit ei tunc cogitatio: Dimitte famulum, et stans consuetas preces funde. Respondet huic alia cogitatio: At quomodo saburratus stabis? dormi aliquantum, et naturam ad concoquendum quod comedisti, adjuva, et ante synaxin surge, tum habens corpus levius, commode precaberis. Audit cogitationem, ac recumbens dormit, somnoque solutus non surgit: Sed, nondum, inquit, tempus est, dormiam adhuc unum somnulum. Sic tardantem matutina synaxis antevertit. Inde consurgens ad Synaxin accedit, conscientiam negligentiæ desidiæque suæ accusatricem sentiens. Ut ergo prius diximus, tenet hunc morem, ut crebrius amicorum, et charorum Patrum cellas obeat, donec tandem sedeat, una cœnet, bibat, confabuletur, et ita in cellam regressus, non solum ad precationem vespertinam, sed etiam ad Synaxin matutinam ineptus fit, nihil omnino spirituale aut cogitare, aut facere potis. Quin etiam in cella sua, si alius accesserit, similiter in noctem fabulationem protrahit, et aliquando vitam aliorum carpit, ac dijudicat, atque in tali statu ætatem omnem perseverat, ante tempus ebrietate, crapula, indignis sollicitudinibus sese iens perditum.

Verum cur ego hæc omnia disserui? ut vos docerem, fratres, qui talem vitam ducit, non posse unquam ex oculis lacrymam emittere. Qui enim emittat, qui semper ventri suo servit, et in diem, sicut ethnici, quid esurus, aut bibiturus sit, sollicitus est, et gulæ voluptati tanquam dominæ obsequitur? Ponamus tamen eum abstinere ab his quæ nominavimus, et neque ad alius cujuspiam cellam adire, neque alium ad cellam admittere nec diffarciendo ventri, aut potationi, aut otiosis sermonibus vacare, sed clauso ostio in cella solum penitus manere, quid hoc ei prodest, si spiritualis actio cum intelligentia desit, sedeat autem legens quippiam ad depromendum aliquid tempore synaxeos, aut etiam in adventu, seu præsentia amicorum, ut sciens ac peritus videatur? Sed demus, eum non hoc fine et scopo, sed utilitatis gratia, et ut verbum Dei audiat divinas Scripturas legere: deinde surgere, et ad orandum stare, sintque ejus oratio psalmi duo, tres decem, centum, adorationes similiter eum peragere quam multas vis. Postmodum sic expletis omnibus, mandat corpus somno, nihil amplius. Quis igitur ei fructus, obsecro, dum istud, et solum agit, nec fructus precum, lectionis, per pœnitentiæ lacrymas in ejus anima efflorescit? qui quidem fructus est perturbationum vacuitas, humilitatis et mansuetudinis accessio, et cognitio cum sapientia. Quilibet enim, qui ex cognitione spirituali opus mandatorum Dei facit, pro portione laboriosæ actionis suæ, quæ dicta sunt, acquirit. Si autem laborare se existimanti, et operanti non efflorent quæ dicta sunt, non est secundum Deum ejus actio, sed tantummodo ad placendum hominibus, et merito meliora non assequitur. Qui igitur de his, de quibus locuti sumus, perpetuo talem vitam vivit, poterit ne aliquando, sicut ab initio renuntiationis suæ, seipsum totum ad omnia secundum Deum molesta sustinenda, ac patienda exponens, ut supra diximus, lacrymas, aut compunctionem adipisci: aut quæ a mundo illi adhærent vitia, et improbitatem, et duritiam cordis abjicere, humilitatemque possidere? neutiquam. Seducit seipsum quicunque sic putat, aut sibi hanc legem fert. Quemadmodum enim non potest ferrum non ignitum æque ut ignitum resplendere, aut ad mollitiem alia quadam machina redigi, et fabricari, et in instrumentum usui accommodatum formari: sic neque negligentem ac desidem, et vitam ita noxiam degentem, ut docuimus, possibile est ei, qui a principio ex subjectione erga Patres spirituales præclaris veluti formis impressus atque consignatus est, et vitam virtutibus ornatam consecutus parem esse, iisdemque donis, et charismatis Spiritus frui. Nec injuria. Qui enim est humilis corde, cogitationesque submissas, et animum contritum gerit, et divinis Scripturis studiosius parere decrevit, et quamvis tribulationem sustinet, genus omne tentationum perfert, insuper omnibus abjectionibus se annumerat, actiones videlicet suas, et peccata reputans, et quotidie semetipsum reprehendens, atque ut peccatorem considerans, brevi tempore, Dei adjutus gratia, proficit, quamtus olim in deliciis habebatur, de quo Lipsius lib. II Elect. cap. 4.

(14) Ἐκ τῶν ὀργάνων γαστριζόμενος.
(15) Ἀλλὰ θερμὸν εὐτρεπίσας· Nam calidus po-

Digitized by Google

vis homines non habeat, a quo ad salutem pertinentia doceatur : paulatim exscindens ab anima sua, quæ ei ex hoc mundo prævitates, et nequitiæ adhæresceunt, illarumque loco virtutes introducens. Qui vero immunditia plenus est, et se magnifice circumspicit, ac sub potenti manu Dei humiliari, Patrique spirituali cordis sui nequitias revelare, et ei adhærere, facereque et pati omnia quæ ad virtutem et Deum cum discretione perducunt, hominemque secundum ipsum perficiunt, non vult, pejor fit quam in mundo erat, spiritu mundano reverso, et in eo habitante, cum aliis septem nequam spiritibus. Et ita ille alius fratrem una secum stadium ingressum tantum antegreditur, aut vincit, quantum qui liber, ac solutus currit, vinculis et compedibus ferreis impeditum superat : at iste victus, in malis prioribus, aut deterioribus etiam permanet, nolens in deposcendis sibi sponte virtutis certaminibus, facinora bona facere.

Idcirco, ut supra docui, et Scriptura divinitus inspirata passim testatur, fructus actionis, et fructuum conciliatrix, imo vero effectrix ac parens, et fabricatrix virtutum omnium compunctio est. Proinde qui affectiones turbidas amputare, aut virtutes possidere cupit, hanc præ bonis omnibus, et cum virtutibus omnibus diligenter consectetur necesse est, sine qua animam suam haud unquam puram intuebitur, atque ita etiam corporis puritatem neutiquam acquiret. Sine aqua siquidem vestimentum conspurcatum abluere non datur : et sine lacrymis anima ablui, atque a maculis inquinamentisque purgari multo minus potest. Ne inanes, animæque noxias, sive, ut verius dicam, penitus falsas, et exitiosas excusationes excusemus : sed hanc virtutum reginam toto pectore exquiramus. Qui enim id toto animo facit, illam invenit : vel potius ipsa accedens, se cum labore requirentem invenit : et seu ære, seu ferro, seu adamante cor durius habuerit, simul atque advenerit, quavis cera illud mollius reddit. Est enim divinus quidam ignis, montes et petras resolvens, et complanans omnia, et in hortos commutans, animasque ipsum suscipientes alias quam erant efficiens. Nam in medio earum fit fons, unde aqua vitæ semper saliens, et emicans eas large irriget, et tanquam a vase in eos qui prope, et eos qui longe defluat, abundeque impleat animas, quæ sacra verba cum fide suscipiunt. Eluit enim primo labes eorum, qui se inquinaverunt : postea vitio implicitas affectiones una eluit, ac profligat, eas ceu vulnerum crustas abstrahens, puta nequitiam, invidiam, vanam gloriam, et cætera omnia quæ illas consequuntur. Nec id solum, sed etiam ut flamma quædam ambiens, sensim eas abolet, et in horas veluti spinas exurit, atque consumit : quæ etiam primum quidem perfectæ hujus libertatis et puri- A tatis. Deinde bonorum a Deo ipsum diligentibus præparatorum, ac repositorum desiderium ingenerat. Hæc universa cum lacrymis, vel potius per lacrymas divinus compunctionis ignis operatur. Absque lacrymis autem, ut diximus (16), nihil horum aut in nobis ipsis, aut in aliis unquam factum est, neque fiet. Nec enim ex divinis Scripturis quisquam probabit, citra lacrymas, compunctionemque perpetuam aliquando quempiam purgatum fuisse, aut sanctitatem invenisse, aut Spiritum sanctum accepisse, aut Deum vidisse, aut in se habitantem sensisse, aut omnino aliquando hunc cordis incolam habuisse, pœnitentia, inquam, compunctioneque non præcedente, et quasi a fonte semper scatentibus assiduo lacrymis ; inun- B dantibus nimirum, eluentibusque domicilium animæ, eamque ab igne inaccesso occupatam, et ardentem irrorantibus ac refrigerantibus.

Qui igitur autumant dies ac noctes flere non esse possibile, seipsos omni virtute nudatos produnt. Si enim sancti Patres nostri ita asseruerunt, dixeruntque, qui vult perturbationes amputare, fletu eas amputat, et qui vult comparare virtutes, fletu eas comparat, manifestum est, qui non quotidie fundit lacrymas eum neque perturbationes amputare, neque virtutes probe acquirere, etiamsi ad operam se dare arbitretur. Quid namque, oro te, instrumenta artis conducunt, si artifex non adsit, qui materiam tractare, et ex ea vas idoneum conficere novit ? Et quid olitori prodest, si C hortum totum subegerit, olerumque omne genus in eo seminaverit, atque plantaverit, si super ea cœlo imber non descenderit, aut si aqua irrigata non fuerint ? Nihil prorsus. Sic neque qui in aliis virtutibus elaborat, easque persequitur, sine beata illa, et sancta domina, virtutumque omnium architecta ullum operæ pretium faciet. Ut enim imperator sine exercitu suo infirmus est, et in cujusvis potestatem venire potest, nec imperator apparet, sed cæterorum hominum similis est : sic vicissim frequens exercitus, et castra imperatore, aut summo duce suo destituta, levi negotio dissipantur, delenturque ab adversariis. Eodem modo luctum ad reliquas virtutes habere se exi- C stima. Exercitum enim in unum collectum, omnes isagogicas, ac veluti præcursorias virtutes esse cogita : imperatorem, et ducem harum beatum illum luctum, et ploratum, per quem totæ copiæ in aciem digeruntur, et ordinantur, incitantur, corroborantur, et arma capere ubi, quomodo, et quando, et quæ, et in quem, et cujusmodi adversarium, et qua occasione oporteat, certa lege docentur. Qui præterea mittendi speculatores, quales constituendæ excubiæ, quid, et quando respondendum hostium legatis. Licet enim solo aſſatu omnes eos in fugam vertere. Interdum ne in

(16) Vide Adnot. in orat. 30. Hanc Simeonis disputationem, aut caute lege, aut benigne interpretare.

Digitized by Google

congressum quidem eos admittere. Qua item ratione, et quando in insidiis contra eos latendum, et quibus in locis, et quanta manus ad hoc emittenda, ipse luctus non dubie constituit Sine his populus virtutum universus facile capitur.

Atque idcirco cum omnibus, et præ omnibus hoc vestrum opus sit, fratres, pœnitentia, et ei conjuncta lamentatio, lamentationisque comites lacrymæ. Nec enim sine pœnitentia lamentum, nec sine lamento lacrymæ : sed hæc tria invicem sibi connexa sunt, et aliud sine alio apparere non potest. Ne quis ergo dicat, quotidie flere esse impossibile ; nam qui ita loquitur, etiam quotidie pœnitere dicit esse impossibile, et totam Scripturam sacram evertit, ne dicam, ipsum quoque mandatum Dei, quo dicitur : *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum* [66]. Et iterum : *Petite et accipietis, quærite et invenietis, pulsate et aperietur vobis* [67]. Si enim pœnitere, et lamentari, et flere quotidie ais impossibile, humiliare se, et semper gaudere, et sine intermissione orare [68], quin etiam ipsum cor ab omnibus perturbationibus et cogitationibus ad Deum spectandum habere liberum, tu ne unquam dices homini mortali esse possibile, et ab eo ista recte præstari posse ? haud dices. Et ita in numero infidelium, non fidelium reponere. Nam si Deus hæc a nobis effici posse dixit, et præcepit, et assiduo clamat, tu autem contrarium affirmas, nempe, impossibilia nobis esse, plane nihil ab infideli differs. Vis igitur nunquam Eucharistiam percipere sine lacrymis ? fac quæ abs te cantantur simul et leguntur, tunc etiam istud præstare poteris. Audi Apostolum : *Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur* [61]. Quæ porro illa sunt ? Tu ne funditus ignoras ? sed ne oratione longius procedamus, ipsa tibi Davidis verba suggerimus : *Si ascendero*, inquit, *super lectum strati mei : si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem : et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob* [62]. Et rursum : *Non est pax ossibus meis, a facie peccatorum meorum, quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, et velut onus grave gravatæ sunt super me. Putruerunt, et corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ. Laboravi, et incurvatus sum usque in finem : tota die contristatus ingrediebar. Afflictus et humiliatus sum nimis : rugiebam a gemitu cordis mei* [63]. *Et factus sum sicut passer solitarius in tecto : similis factus sum pelicano in solitudine. Qui cinerem tanquam panem manducabam, et potum meum cum fletu miscebam* [64]. *Laboravi in gemitu meo. Lavabo per singulas noctes lectum meum : lacrymis meis stratum meum rigabo* [65]. Porro etiam auctor Scalæ, sanctus Joannes ait : Sitis et vigilia premunt cor, presso corde prosiliunt lacrymæ. Quæ insuper de his disserit, lecto ejus libro, quis voluerit, cognoscet.

Jam si et tu, quæ in dies legis et psallis, aut aliis legentibus audis, nihil omittendo, toto corde, cum humilitate et fide in omni vita præstiteris, amen *evangeliso tibi gaudium magnum* [66]. Nam si in his faciendis perstiterit, sitiendo, vigilando, usque ad mortem te subjiciendo, et obediendo præposito tuo indiscriminatim, omnem tribulationem, injuriam, maledicta, calumniam, nec isthæc tantum, sed etiam flagella et verbera a fratribus tuis abjectioribus cum omni gratiarum actione sustinendo, ita erga eos affectus, ut mala ab illis tibi illata non memineris, et pro eis oraveris, gaude et exsulta gaudio ineffabili, quia non solum vesperi, mane et meridie, sed etiam edenti et bibenti tibi, et sæpius cum aliis alloquenti, psallenti, et legenti, et precanti, et super lectulo recubanti ipsum Dei inexplicabile donum veniens, se dignabitur te omnibus diebus vitæ tuæ, et comitabitur te in via, et cum diverteris, tecum divertet, et cum ministrante ministrabit, laborum tuorum molestias ac dolores consolans et recreans. Ac tum, quam bene convenienterque sanctus Simon dixerit, nemini communicandum absque lacrymis, et hoc fieri posse, et revera omnes decere intelliges. Non enim ille, sed per illum Spiritus sanctus locutus est, et scripsit. Si namque sine peccato nullus est, nec infans, cujus est unius diei vita [67], et nemo potest castum habere cor, clarum est, nec sine pœnitentia et lacrymis debere hominem, quantum in se est, vel unum, et solum diem in omni vita sua traducere. Quamvis enim lacrymis careat, nihilominus ex tota virtute, et anima eas desiderare debet : siquidem aliter peccati purus, et corde castus esse nequit.

Quod si quis multitudinem, gravitatemque suorum delictorum secum expendens humi cubare, et pervigilare noluerit, nec præ negligentia, et contemptu putentes ac putridas vibices, affectibus malis obnoxii appetitus, et anticipatarum opinionum, quæ eum ad stuporem istum perduxerunt, corrigere sustinuerit, quæ vera insipientia est, quo pacto paratum peccatoribus judicium, et damnationem apprehendet, et in dolore cordis sui plorabit ? Sic recusat tribulari laboribus et ærumnis perferendis, dum incurvatur usque in fidem, et tota die constristatus ingreditur, dum affligitur, et humiliatur nimis, rugit a gemitu cordis sui, et fit tanquam passer solitarius in tecto, et assimilatur pelicano in solitudine, dum affectione animi hospes et peregrinus fit ad omnia, quæ in monasterio, et in mundo sunt, et in parvis æque ut in magnis nihil ei licet, dum laborat in gemitu, et cinerem tanquam panem manducat, et potum suum cum

[66] Matth. IV, 17. [67] Matth. , 7. [68] I Thess. v, 17. [61] Rom. II, 13. [62] Psal. CXXXI, 3-5. [63] Psal. XXXVII, 4-9. [64] Psal. CI, 7-10. [65] Psal. VI, 7. [66] Luc. II, 10. [67] Job XIV, 4 sec. LXX.

Digitized by Google

fletu miscet; quomodo is unquam, fratres mei, aut lavare singulis noctibus lectum suum, aut lacrymis rigare stratum suum poterit? Sane nunquam poterit. Non solum hæc in se facta non videbit, sed nec in precibus suis ea invenlet, neque locum Domino, neque tabernaculum dignum Deo Jacob, qui est Christus Dominus, Salvator et Deus noster, præparaverit. Quod nisi hæc prius bene præparabit, neque cum lacrymis scilicet, neque digne, ut par est, consortem ac socium Deum ac regem in seipsum suscipiet, etiamsi semel tantum in anno hoc faciat. *Sancta sanctis* quotidie hi quidem dicunt, et alli alta voce occinunt, utinam autem et sibimet occinerent. Alii vero dicentes illos auditis. Quid ergo? qui sanctus non est, etiam indignus est? minime: sed qui non in singulos dies occulta cordis sui enuntiat: qui non dignam pro his, et quæ ignorantia peccavit, pœnitentiam agit, qui non semper luget, et contristatus ingreditur, et quæ supra memoravimus, cum diligentia non consectatur, hic indignus est. Qui autem hæc præstat universa, et in gemitibus atque lacrymis spatia vitæ suæ decurrit, hic non in die festo duntaxat, sed etiam quotidie, ab ipso, si dici fas, initio pœnitentiæ suæ conversionisque divinorum istorum particeps fieri perquam dignus est. Pater quippe, hunc in his, et similibus operibus ad extremum usque perseveraturum, in humilitate et contritione cordis incedentem. Nam dum ita se gerit, animo illustratur atque in dies singulos ex participatione sanctorum opem et auxilium consequitur, et ad perfectam puritatem, ac sanctimoniam brevi provehitur. Alio quodam modo immundum vas nostrum, sordidumque domicilium ablui, ac perpurgari nequit. Amplius aliquid ego quidem neque e divinis Scripturis didici, neque marte mea invenire ac perspicere potui. Audiamus enim dicentem Apostolum: *Probet autem unusquisque seipsum, et sic de pane illo edat, et de calice bibat. Qui enim indigne manducat et bibit, judicium sibi manducat et bibit* [68]. Rursumque: *Qui autem indigne manducat corpus, et bibit sanguinem Domini, reus erit corporis et sanguinis Domini, non dijudicans corpus Domini* [69]. Quod si, qui dignos pœnitentiæ fructus non ostendit, ut indignus a tota divina Scriptura redarguitur, cedo, quomodo sine lacrymis aliquando purgari quisquam poterit, et pro viribus suis digne participare mysteria? Hæ namque primus pœnitentiæ fructus sunt. Et quemadmodum aversandus ille fluxus e corpore, et cordis cum omni affectu tanquam voluptaria quædam, et libidinosa commistio, diabolo instar sacrificii a nobis offertur: sic quæ ex eo, ex corde, inquam, vicissim promanant lacrymæ, gratum acceptumque sacrificium Domino a nobis offeruntur, et furentis illius voluptatis turpitudinem eluunt. Hoc significans David aiebat: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum, Deus non despicies* [70]. Et recte. Anima enim nostra in tali habitu constituta, et ita humiliata assidue, nec unum unquam diem absque lacrymis exigit, secundum illud Davidicum: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo* [71].

Quocirca vos rogo, Patres et Fratres mei, sedulo quilibet animam suam in his et talibus rebus exerceat, quæ compuncta et paulatim immutata fons efficitur, lacrymarum et compunctionis fluenta scaturiens. Ni ita puri evadere contendemus, sed in dissolutione, segnitie et tumore superbiæ pergere voluerimus, equidem nihil odiosius dicam, parcens charitati vestræ, nisi hoc, quod etiamsi contigerit aliquando cum lacrymis fortasse communicare quempiam, aut ante liturgiam, aut in ipsa divina liturgia, aut in ipso articulo participationis divinorum mysteriorum lacrymas emittere, reliquos autem dies et noctes non studebit idem facere, nulla ei ex unico fletu constabit utilitas. Non enim hoc solum nos statim purgans dignos efficit: sed in dies, et sine cessatione usque ad supremam lucem in luctu versari, quemadmodum ut faceremus, ipse Dominus nobis præcepit: *Pœnitentiam agite*, inquit; *Petite, quærite, pulsate.* Quousque? donec accipiatis, inquit, et inveniatis, et aperiatur vobis. Quid? Regnum cœlorum utique. Hæc enim est pœnitentia, et ita absque cessatione, ut dicebamus, usque ad mortem cum labore, et tribulatione consummata, paulatim facit nos lacrymas nobis amaras fundere, per quas animæ sordes, et inquinamenta purgat et abstergit. Postea puram nobis pœnitentiam inserit, et amaras lacrymas dulcibus permutat, perennemque in cordibus nostris lætitiam excitat, et ad videndum lumen inaccessum nobis viam parat: quod lumen nisi omni studio apprehendere laboremus, patres et fratres mei spirituales, nunquam omnibus perturbationibus ad unguem liberari poterimus; nunquam omnes virtutes comparabimus; nunquam digne, aut cum lacrymis secundum Deum quotidie divina percipere mysteria, aut quod in iis est, divinum lumen aspicere poterimus. Sed neque cor purum unquam habebimus: neque Spiritum sanctum in nobis habitare cognoscemus: neque digni judicabimur, ut quemadmodum sancti, Deum videamus, nec dum hic sumus, nec ibi, ut mihi videtur, cum cæci hinc discesserimus. Nam ex Gregorii Theologi sententia, tantum illius visione excidemus, quantum nos singuli volentes in hac vita ejus lumine, secundum proportionem hebetudinis oculorum nostrorum privaverimus. Cæterum utinam omnes nos purgari contingat, et purgatos haberi dignos qui Deum videamus! Qui enim extra hæc duo a rebus mortalibus demigrant, de extrema in se pronuntianda sententia incerti sunt. Quod autem

[68] I Cor. xi, 28, 29. [69] Ibid. 27. [70] Psal. l, 19. [71] Psal. vi, 7.

Digitized by Google

Incertum, etiam instabile, non sperabile, et incertæ fidei est. Qui enim gratia cor non stabilivit, non aliunde spem non confundentem, et indubiam unquam acquiret, ut opinor. Qua qui caret, per quid aliud in occursum Domini cum sanctis rapietur? Per quid et lampas tunc nostra, exstincta ab his quæ hic sunt, redaccendetur? ubi et unde oleum invenietur? et quinam ignis, quæso, hanc accensurus est? aut unde, aut quomodo, ut tunc parati hilariter cum lampadibus Sponso obviam eamus? Cum enim velut enim e somnis consurrexerimus, illico, ut auditis, ad occursum cursuri sumus. Si igitur sedentes, et in monumentis dormientes tuba insonans nos expergefaciet, nos autem non ante velut lampades accensas habeamus animas, sed aut nihil penitus, aut parum lucentes inveniamur, et jam exstinguendi secundum vocem evangelicam, ubi tunc aut prorsus exstinctas redaccendendi, aut jam oleo deficiente aliquantulum infundendi copia erit? Nihil profecto uspiam invenietur. Quamobrem ex hoc tempore eas per pœnitentiam, et lacrymas luculenter accendere conemur, ut in resurrectione Sponso cum luce occurramus, et cum ipso in regnum cœlorum ingrediamur, ac bonis sempiternis perfruamur. Quæ eveniant nobis omnibus in ipso Christo Deo nostro, quem decet omnis gloria, honor et adoratio cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XXXIII.

ARGUMENTUM.

De pœnitentia, et tantum facultates distribuere, seque rebus omnibus nudare, ad purgationem animæ nobis haud sufficere, nisi luctum insuper habeamus. De exsilio Adami, et si post transgressionem pœnituisset, paradiso ejiciendum non fuisse. Quantum boni pœnitentia post lapsum ei attulerit. Quomodo vere pœnitendum sit.

Bona est pœnitentia, et quæ inde emanat utilitas. Quod cum nosset, qui novit omnia Jesus Christus Dominus ac Deus noster : *Pœnitentiam agite*, inquit, *appropinquavit enim regnum cœlorum* [72]. Quod si intelligere avetis, quo pacto citra pœnitentiam, et pœnitentiam ex animo, qualem Scriptura sancta a nobis requirit, salvari non possumus, ipsum Apostolum clamantem audite : *Omne peccatum extra corpus est : qui autem fornicatur, in corpus suum peccat* [73]. Et iterum : *Manifestari nos omnes oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque, prout gessit in corpore suo sive bonum, sive malum* [74]. Potest igitur hinc quilibet sæpenumero dicere, Gratias ago Deo, quandoquidem nulla prava actione contaminavi membrum corporis mei : quod quidem ego omnis iniquitatis operarius adhuc dicere nequeo. Et capit nimirum ex hoc solatium, quia extra peccatum sui corporis est. Sed contradicit Dominus, et allata in medium quinque fatuarum virginum parabola [75], demonstrat nobis omnibus, et pronuntiat, nihil nobis commodare puritatem corporis, si reliquis virtutibus destituti simus. Illæ enim particulatim oleum habentes in vasis suis, id est, aliquarum virtutum, externorumque recte factorum, et quorumdam charismatum participes (quare et lampades earum aliquandiu arserunt), per negligentiam, ignorantiam, socordiam suam ad ignem exteriorem damnatæ sunt. Non enim internas motiones a malignis spiritibus in ipsis concitatas curaverunt, nec exacte cognoverunt, sed ab adversariorum instigationibus eorum mentes in consensu cogitationum corruptæ sunt, inescatæ ab ipsis, et devictæ, et occulte eis communicantes, invidiæ, æmulationi, contentioni, rixæ, odio, iræ, nequitiæ, malevolentiæ, vanæ gloriæ, studio hominibus placendi, complacentiæ, avaritiæ, concupiscentiæ carnis, in cogitationibus voluptatem operantes, incredulitati, metus vacuitati, timiditati, acediæ, tristitiæ, contradicentiæ, tumori, somno, opinioni propriæ, justitiæ, elationi, arrogantiæ, aviditati, luxuriæ, avaritiæ, desperationi reliquisque subtilibus improbitatis effectis. Etiam ipse B. Paulus apostolus cum Domino consentiens, clamat : *Pacem sequimini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum* [76]. Cur usus est verbo *Sequimini?* Quia nos una hora fieri, et esse sanctos impossibile est. A parvis enim ducto initio, ad sanctitudinem puritatemque sensim progredi oportet, et quia quamvis mille annos in hac vita maneremus, nunquam ejus perfectionem attingere possumus : sed semper quotidie, ac si fundamentum poneremus, inciperemusque, in ea contendere debemus. Quod idem rursus indicavit, cum ita scripsit : *Persequor, si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Jesu* [77].

Quapropter oro, attendite dictis, et *Venite adoremus, ac procidamus ante* bonum ac benignum *Deum. Præveniamus faciem ejus in confessione, et ploremus ante eum, qui fecit nos; quia ipse est Dominus Deus noster : nos autem populus ejus, et oves pascuæ ejus* [78], et non avertet faciem suam a nobis, tantum pœniteat nos peccatorum ex intimis præcordiis, et abjiciamus a nobis non solum mala opera nostra, sed et ipsas malas et immundas cogitationes cordis nostri ejiciamus, sicut scriptum est? *Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra* [79]. Quid enim habet emolumenti, obsecro, si omnibus fortunis nostris in pauperes distributis, a peccato non abstinuerimus, nec illud oderimus? Quid tum porro, si re ipsa, et actu corporale peccatum non perpetremus, animo autem cum fœdis et immundis cogitationibus commercium habeamus, secretoque peccatum designemus, et

[72] Matth. IV, 17. [73] I Cor. VI, 18. [74] II Cor. V, 10. [75] Matth. XXV, 1 seqq. [76] Hebr. XII, 14. [77] Philipp. III, 12. [78] Psal. XCIV, 6, 7. [79] Joel II, 13.

Digitized by Google

ab effrenatis affectionibus regnum quoddam tyrannidemque patiamur? Cum facultatibus nostris, etiam quæ diximus malorum consuetam servitutem, quæso, projiciamus, neve hic consistamus, verum pœnitentiæ lacrymis quoque eorum sordes studiose abluamus. Quemadmodum enim ipse imperator, qui diadema et purpuram imperii symbola gestat, qui immensos auri argentique thesauros possidet, et in throno excelso et elevato considet, si cœnum ac fuliginem alicunde volens sustulerit, ipsisque manibus totam faciem suam obleverit, atque omnes sensus obstruxerit, ut neque audire, neque odorari possit : deinde facti pœnitens, et se malo hoc liberare quærens, non celeriter cubiculum suum ingrediatur, multaque aqua lutum illud ac fuliginem abluat, atque ita denuo in solio, ut antea, mundatus, in solio, inquam, regni sui resideat, sed hujus loco tantummodo omnes thesauros suos egentibus dispertiat, omniaque bona sua mobilia et immobilia illis dilargiatur, nihil hinc sibi proderit, nisi aqua lutum ac fuliginem abluerit : quin etiam aspicientibus risum movebit, in medio asseclarum ac procerum suorum instar pomenti seu spectri obversans : sic nec alius quispiam sibi quæstum colliget, si omnibus opibus suis in pauperes effusis, quamvis inopiam mendicitatemque susceperit, peccare tamen non desierit, nec per pœnitentiam et lacrymas animam suam eluerit. Quicunque enim homo, perinde ut ego damnatus, peccavit, et cœno voluptatum sensus animæ suæ obturavit, quamvis rem suam omnem pauperibus donaverit, omnemque gloriam dignitatum, pulcherrime ædificatas ædes, nobiles equos, greges, armenta, servos, omnem suam familiam, et cognatos reliquerit, egensque, et inops monachi habitum induerit, attamen, ut re quadam vitæ suæ necessaria eget pœnitentiæ lacrymis, quibus cœnum peccatorum suorum abluat, eoque magis, si adhuc, quemadmodum ego, fuliginem et cœnum plurimorum delictorum suorum non in facie solum et manibus, sed omnino in toto corpore circumferat. Haud enim unica facultatum largitio ad purum animi statum nobis sat est, fratres, nisi etiam lamentemur et ploremus ex animo.

Puto equidem, nisi ego memetipsum omni sedulitate a maculis peccatorum meorum fusis lacrymis expurgem, sed ita turpatus vitam compleam, jure optimo me a Deo et angelis ejus irrisum, et cum dæmonibus in ignem æternum deturbatum iri. Et revera sic est, fratres; *Nihil enim intulimus in hunc mundum*[80], ut cum peccaverimus, id ipsum Deo ad peccata nostra redimenda pretii loco persolvamus : *Quid enim dabit homo Deo*, ait Apostolus, *et retribuetur ei*[81]? Hoc est verum judicium, hæc justa et vera humilitas; sicut et Spiritus sanctus per prophetam David inquit : *Non accipiam de domo tua vitulos, et de gregibus tuis hircos, quoniam mea sunt omnia*[82], et quæ sequuntur. Et rursum : *Si voluisses, sacrificium dedissem utique, holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus : cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies*[83]. Hæc etiam cum sciret Dominus, dicebat : *Nolite putare, quoniam veni solvere legem aut prophetas. Non veni solvere, sed adimplere*[84]. Non enim per terrena medicamenta, hoc est, per corporales justitias donorum, sacrificiorum, holocaustorum, et reliquorum ab anima morbum inaspectabilem turbidorum motuum depellere poterat. Hinc et Joannes : *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi*[85]. Et iterum Paulus : *Lex enim spiritus vitæ* (quod est Evangelium) *liberavit nos a lege peccati et mortis*[86]. Placet autem discere, quomodo Christus legem et prophetas impleat? Lex ait : *Non occidas;* Christus, *Ne irascaris.* Lex, *Non mœchaberis;* Christus, *Non concupisces.* Lex, *Non pejerabis;* Christus, *Non jurabis omnino*[87]. Qui ergo non irascitur, qui tandem occidet? qui non concupiscit, quomodo mœchabitur? qui penitus non jurat, quomodo pejerabit? radices enim peccatorum Salvator per legem Spiritus sui ab ista anima evellit. Et hæc plenitudo legis, ut homo sit, et vivat in solis mandatis ejus, ut sola illius jussa servet et operetur. Contra omnia enim peccata omnia mandata Christi nobis data sunt, et in his solis vivendum atque operandum ei qui vitam æternam desiderat adipisci : in cæteris omnibus esse velut mortuum, omni functione carentem : *Si verba mea in vobis manserint*, ait Dominus, *quodcunque volueritis, petetis, et fiet vobis*[88]. Sequamur ergo Verbum sedulo, donec ad locum perveniamus ubi Christus ipse est : illuc enim se sequentes trahit, et in Sancta sanctorum introducit, ut magnus pontifex quo, quoad nos attinet, ipse pro nobis Præcursor introivit, sicut ipsemet inquit : *Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Ego enim sum via, veritas, et vita*[89]. Et alio loco : *Volo, Pater, ut quos dedisti mihi, ubi ego sum, et illi sint mecum, ut videant claritatem meam quam dedisti mihi*[90]. Cum ipso itaque cruci configamur, per omnium tentationum nos invadentium tolerantiam, et per voluptates hujus vitæ commoriamur ei, ut etiam vivamus cum eo. Cum ipso puris mentibus viam ad cœlum ducentem ambulemus. Gradientibus etenim nobis per viam mandatorum Domini ac Dei nostri, eumque sequentibus, nec retro pedem referentibus, nihil inimicus nocere poterit, maxime si cum fideli duce, bonisque comitibus incesserimus. Metuamus exemplum ob sterilitatem maledictæ ficus, et Christo dignos pœnitentiæ fructus offeramus : ne per ignaviam animæ dormitantes, lampade,

[80] I Tim. VI, 7. [81] Rom. XI, 35. [82] Psal. XLIX, 9. [83] Psal. L, 18, 19. [84] Matth. V, 17. [85] Joan. I, 29. [86] Rom. VIII, 2. [87] Exod. XX, 13 seqq. ; Matth. V, 21 seqq. [88] Joan. XV, 7. [89] Joan. XIV, 6. [90] Joan. XVII, 24.

Digitized by Google

quæ ex illis ardet, carcamus, et ne, dum tempus est operandi, per fallacias vitæ vagantes, virginibus fatuis similes efficiamur : sed pro bonorum operum proportione, talentum gratiæ multiplicemus. Universis enim, etiam laicis, non monachis tantum, semper, et quovis tempore pœnitentiam agere, flere, et Deo supplicare, perque actiones hujuscemodi etiam cæteras virtutes omnes comparare possibile est.

Hoc ita esse, magna illa columna, et magister Ecclesiæ, Joannes Chrysostomus, mihi testis accedit, dum psalmum Davidis quinquagesimum explanat. Asserit enim, qui uxorem, liberos, ancillas, servorum ingentem numerum, amplas facultates habet, et rebus hujus sæculi eximie oret, posse non solum ut ploret quotidie, et oret, et pœniteat, sed etiam, ut ad virtutis perfectionem ascendat, si velit, et Spiritum sanctum accipiat, et amicus Dei fiat, et insuper ejus visione fruatur, quales etiam ante Christi adventum fuerunt Abraham, Isaac et Jacob, et qui inter Sodomitas vivebat Lot, et, ut multos alios prætermittam, Moses et David. In nova autem gratia, cum Deus ac Salvator noster apparuit, Petrus piscator, et illitteratus cum socru, et aliis præsentem esse Deum prædicans. Reliquos, plures quam sint pluviarum guttæ, aut stellæ cœli, quis percensuerit? reges, principes, dynastas (ne nominem pauperes, et qui parva in re vitam agitarunt suam) quorum urbes, et domus, et ecclesiarum naves, quas illi magnifice condiderunt : quorum gerocomia, seu senibus alendis domicilia, et xenodochia manent, et exstant usque hodie, quæ illi superstites habebant, et iis pie utebantur, non ut propriis, sed ut servi Domini ea quæ ipsis Dominus dedisset, administrantes, et hoc mundo utentes quidem secundum Pauli vocem, non autem abutentes[91]. Nam propterea etiam in hac vita inclyti et illustres fuerunt, et nunc sunt, et sæculis innumerabilibus erunt, atque in cœlestibus illis sedibus etiam amplius. Quod nisi pigri, inertes, mandatorumque contemptores essemus, sed seduli, excitati, vigilantes, nihil abdicatione rerum, aut tonsura, aut fuga mundi opus haberemus. Hoc ut probemus, auscultandum.

Deus ab initio hominem omnium terrenorum, quin omnium, quæ complexu cœli continerentur, regem constituit. Nam sol, luna, astra propter hominem plane creata sunt. Quid igitur, cum esset rex horum quæ videntur omnium? Num hæc illi ad virtutem impedimento fuerunt? non sane, non, inquam : quinimo majorem in modum inclaruisset, si Deo conditori suo a quo hæc omnia acceperat, gratus mansisset. Nam si mandatum Domini non fregisset, regnum istud non perdidisset, Dei gloria non semet spoliasset. Quia vero secus fecit, merito expulsus, et exsilio multatus vixit, ac mortem obiit.

Dicam tibi quiddam, quod meo judicio nemo adhuc satis explanavit. Quidnam ergo? attende ad divinam Scripturam[91a]. *Et dixit Deus Adamo*, post prævaricationem puta : *Adam, ubi es?* quid sibi vult his verbis omnium Procreator? Omnino, ad sensum casus sui eum adducere, atque ad pœnitentiam provocare volens, inquit, *Adam, ubi es?* Considera teipsum, et perpende nuditatem tuam. Vide quali indumento, quali gloria privatus sis. *Adam, ubi es?* velut si eum hortaretur, ac diceret : Hem, resipisce, miser, hem egredere ubi te abscondisti. Me latere te posse existimas? dic, Peccavi. At ille hoc non dicit, vel potius ego infelix non dico, meum enim malum hoc est. Sed quid respondet? *Vocem tuam audivi, deambulantis in paradiso, et timui, eo quod nudus essem, et abscondi me.* Quid contra Deus? *Et quis indicavit tibi, quod nudus esses, nisi quia de ligno de quo præceperam tibi, ut de eo solo non comederes, comedisti?* Vides, dilecte, longanimitatem Dei? Cum diceret ipse Adamo, *Ubi es?* et ille non statim peccatum confiteretur, sed responderet, *Vocem tuam audivi, et timui, eo quod nudus essem, et abscondi me*, non est iratus, non est repente aversus : sed secunda illum quæstione dignatur, et ait : *Quis enim indicavit tibi, quod nudus esses, nisi quia de ligno, de quo præceperam tibi, ut de eo solo non comederes, comedisti?* Intellige profunditatem sermonum sapientiæ Dei. Quid dicis? *Quod nudus essem*, inquit. Peccatum tuum abscondis? an putas me tantum corpus tuum videre, cor autem, et cogitationes tuas non perspicere? Sperabat enim delusus Adamus, Deum ignorare peccatum ipsius, et sic quodammodo secum loquebatur. Si dixero me nudum esse, nesciens Deus, quæret, cur nudus sim. Tunc mihi negare licebit, et dicere, nescio, possumque latere illum, et primam stolam recipere. Sin minus, tamen me non ejiciet, tamen in exsilium non mittet. Hæc illo apud se volutante (ut et nunc multi faciunt, et ego primus, sua peccata occultantes) Deus nolens adversum eos multiplicare judicium ac damnationem, ait : *Et unde nosti, quod nudus sis, nisi quia de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti?* quasi diceret. Et omnino me latere putas? egone quid feceris ignoro? non dices, Peccavi? dic miser, etiam, revera mandatum tuum transgressus sum. Audivi consilium mulieris, et lapsus sum, deceptus sum vehementer, illi parens, et tibi inobediens. Miserere mei. Atqui non dicit istud, non humiliatur, non flectitur : *Nervus ferreus cervix cordis ejus*[92], quasi nimirum et ego miser sum. Si hoc verbum protulisset, in paradiso mansisset, totamque illam periodum malorum infinitorum, quæ exterminatus subiit, et tot sæcula, quibus

[91] II Cor. VII, 31. [91a] Gen. III, 9 seqq. [92] Isa. XLVIII, 4.

Digitized by Google

apud inferos delituit, unica voce hac evadere potuisset.

Hoc igitur est, quod me dicturum pollicebar. Audi reliqua, et quod dixi, citra ullam falsitatem verum esse cognosces. Dixit Deus Adamo : *Quacunque hora comederitis de ligno, de quo præcepi vobis ne comedatis, morte moriemini*[11], morte videlicet animæ, quod et ipsa illa hora factum est, ideoque stolam immortalitatis perdidit. Nihil amplius prædixit Deus, et nihil præterea factum est. Præsciens enim, ut Deus, peccare posse Adamum, volensque pœnitentiæ ignoscere, nihil amplius, ut dictum est, contra eum antea pronuntiavit. Postquam autem negavit peccatum suum, et neque reprehensus a Deo pœnitudinem concepit, ait enim : *Mulier, quam dedisti mihi, ipsa me decepit.* — *Quam dedisti mihi;* o animam parum attentam, ac Deo quasi dicentem, Tu offendisti : *Mulier quam dedisti mihi, ipsa me decepit*, quod et nunc abjecto mihi, et infelici usu venit : non enim volo unquam humiliari, et dicere ex animo, Ego perditionis meæ causa sum : sed aio, ille me ad hæc, et illa dicenda, facienda instigavit. Ille mihi suasit, ut hoc et hoc facerem, et patrarem. O infelicem animam, verba peccati plena profundentem ! O animæ impudentis et scelestæ impudentem scelestamque orationem ! Itaque cum et hoc Adamus protulisset, dicit ei Deus : *In labore et sudore comedes panem tuum, et spinas ac tribulos terra germinabit tibi.* Et postremo : *Quia pulvis es, et in pulverem reverteris.* Dicebam, inquit, ut pœniteret te, pristinamque vitæ formam retineres. Quia vero adeo præfractus es, apage de cætero a me, et sufficiet tibi ad disciplinam desertio tua : *Quoniam pulvis es, et in pulverem reverteris.* En igitur, didicisti, cum post prævaricationem, quia non pœnituit, nec dixit, Peccavi, et expulsum, et in labore ac sudore vitam agere jussum, et in terram, de qua assumptus est, damnatum esse ut rediret, quod ita evenisse constat ex his quæ in Scriptura sequuntur. Proinde illo dimisso ad Evam venit, ostendere volens, ipsam quoque pœnitere nolentem, jure cum ipso ejectum iri, et ait : *Quid hoc fecisti?* ut et illa subjiciat, peccavi. Nam quid alioqui opus habebat Deus, quæso, hujusmodi verbis eam compellare, nisi hac sola de causa, ut diceret illa : In insipientia mea, Domine, istud feci? ego nullius pretii, et miserella tibi Domino meo non obtemperavi miserere mei. Sed ista non dixit. Quid autem ? *Serpens decepit me.* O stuporem ! Itane panem cum serpente contra Dominum verba tibi inferente commercium habuisti, et hunc Deo creatori tuo prætulisti, et consilium ejus mandato Domini præstantius, ac verius existimasti ! Ubi igitur nec illam dicentem invenit, Peccavi, ejiciuntur e deliciis, a paradiso, et Deo expelluntur.

Sed profunditatem mysteriorum Dei dispice, et disce, ac docere inde, non fuisse ejiciendos, si eos sceleris pœnituisset : non fuissent condemnati, non fuisset lata sententia, ut in terram reverterentur, de qua sumpti essent. Audi quomodo. Postquam ejecti sunt, mox in labores ac sudores inciderunt, esurireque ac sitire, et rigere ex frigore, ac tremere cœperunt, ac perpeti hujusmodi incommoda, qualia et nos hodie, et plura perpetimur, qui videlicet calamitatis hujus et casus cognitionem accepimus : nec id solum, sed etiam ipsius eorum stultitiæ, et ineffabilis Dei misericordiæ. Extra paradisum itaque vagantes, et sedentes, pœnitebant, flebant, lamentabantur, frontem feriebant, capillos laniabant, pertinaciam suam deplorantes. Id porro non unum, aut duos, aut decem dies, sed, credatis mihi velim, quandiu ætas suppeditavit. Quomodo enim poterant non continenter atque omni tempore lacrymas profundere, cum Dominum illum tam mansuetum, delicias illas, quas sermo nequit declarare, illam florum pulchritudinem inenarrabilem, illam vitam omni sollicitudine ac labore vacuam, angelorum ad ipsos descensus ascensusque recogitarent? Quemadmodum enim, qui ab aliquo principum hujus sæculi electi sunt servi, ad præstandum illi coram ministerium, quandiu reverentiam, et honorem, et serviendi munus sincerum Domino suo præstant, ipsumque, ac conversos suos diligunt, etiam libertate erga eum, et benevolentia ejus amoreque multa cum vacatione, jucunditate et oblectatione perfruuntur. Sin autem in vesanam insolentiam contra Dominum suum versi, obtorto collo raptent conservos suos, seque supra illos efferant, qui apud illum libertate, benevolentia, et amore gaudebant, ea omnia amittunt, et in longinquam ab eo regionem relegati, ejusque jussu innumeris lassitudinum, vexationumque tentationibus objecti, magis magisque ferias quibus fruebantur, et detrimenta bonorum amissorum intelligunt. Eodem modo protoplastis evenit, qui cum in paradiso agentes bonis illis circumfluerent, deinde ab iisdem exclusi et projecti, ubi ea amisisse senserunt, semper lamentabantur, semper flebant, Domini sui misericordiam implorantes. Quid facit, qui multus est in misericordia, et tardus in supplicio ? Ut vidit eos humiliatos, prolatam sententiam mox revocat, cum ad castigationem scilicet, et ne quis Conditori universorum se opponeret, eam tulisset. Cum enim, ut Deus, et casum hominis et pœnitentiam præsciret, antequam universitatem moliretur, et opportunitatem, et tempus, et quomodo, et quando hunc ab exsilio reduceret, secretissimo judicio, et investigabili omni spiritui definivit. Nam si quibusdam hæc revelata fuissent, et scribere voluissent, non eis tempus, non charta, non atramentum suffecisset.

[11] Gen. II, 17.

Digitized by Google

Sicut ergo miseratus ante constituit et prædixit, sic utique etiam fecit : et quos e paradiso propter imprudentiam, et impœnitens cor, ac voluntatem obstinatam ejecit, ut decuit, eos acta pœnitentia, et pro eo, ut debebant, humiliatos, et post fletum ac lamenta ipse ille solus ex solo unigenitus Filius, et Verbum Patris sui, qui fuit ante omne principium, cum descendisset, ut omnes nostis, non solum similis illis homo factus est, sed etiam ad violentam et probrosam mortem raptatus, perinde ut illi mori non recusavit : et descendens ad inferos, etiam inde eos eripuit. Qui ergo tam multa, quam quotidie audis, eorum causa pertulit, ut eos a longinquo illo exsilio revocaret, si pœnituissent in paradiso, non illos commiseratus fuisset ? Quid ni, qui benignus est, et idcirco hominem crearat, ut bonis ipsius in paradiso frueretur, et benefactorem suum glorificaret ? Sane ita, ut arbitror, fratres, factum fuisset.

Ut autem et cætera discas, et verbis meis major apud te fides sit, audi reliqua. Si pœnituissent adhuc in paradiso degentes, ipsum illum paradisum recepissent, ac præterea nihil. Quia vero propter impœnitentiam suam expulsi sunt, ac deinde vehementer pœnitentes, lacrymas fuderunt, afflictique sunt : quæ, ut dixi, non essent passi, si in paradiso pœnituissent, pro laboribus istis, sudoribus, et molestiis, et bona pœnitentia volens Dominus Deus honore eos et gloria afficere, nec id tantum, sed etiam omnium illorum malorum oblivionem illis afferre, quid agit ? Perpende mihi benignitatis magnitudinem. Descendit ad inferos, eosque deinde reductos, non in paradisum, quem amiserant, restituit, sed in illud cœlum cœli eos subvexit. Qui cum ad dexteram Dei Patris sui principio carentis sedisset, quid ei, Adamo, inquam, servo quidem suo secundum naturam, patri autem suo vocato secundum gratiam, fecisse dicis? Vide in quantam altitudinem propter ejus pœnitentiam, humilitatem, lamenta atque lacrymas Dominus ipsum sustulerit. O lacrymarum et pœnitentiæ vim ! O immensæ benignitatis, et scrutabilis misericordiæ pelagus, fratres ! Quia non ipsum solum, sed et universum ejus semen, nos nimirum ejus filios, ejus confessionem, pœnitentiam, lamenta, lacrymas, et alia quæ supra dixi, imitatos, perinde ut illum et honoravit, et glorificavit : et ita facientibus usque nunc, et ex hoc facturis, sive mundani, sive monachi sint, parem honorem et gloriam tribuet. Amen, dixit verax Deus, non relinquam eos unquam, sed tanquam fratres meos, et amicos, patres, matres, cognatos, cohæredes meos reddam eos, et glorificavi, et glorificabo, et in cœlo sursum, et in terra deorsum, et vita, lætitia, atque gloria ipsorum nullo fine circumscribetur.

Quid ergo, mi frater, protoplastis vitæ ratio in paradiso, laboris et curarum nescia profuit, cum desidiosi fuerint incredulitate sua Deum contempserint, et præceptum ejus violaverint ? Si enim illi credidissent, non serpentem Eva, non Evam Adamus ille fide digniorem existimasset. Sed cavere oportebat, ne de arbore vetita comederent. Ubi comederunt, ejecti sunt. Rursum, nihil illis exsilium damni, sed amplissima bona contulit, et ad salutem nobis omnibus conduxit. Delapsus quippe de cœlo Dominus noster, morte sua mortem nostram destruxit, damnationemque prævaricationem primi parentis nostri consecutam funditus sustulit, perque sacrum baptisma nos regenerans, et refingens, et ea perfecte nos solvens, in hoc mundo prorsus liberos, nec tyrannidi inimici subjectos collocat : sed primæva arbitrii libertate nos honorans, potius vires contra eum ministrat, ut qui volunt, nullo cum negotio devincant, felicius quam sancti omnes, qui ante Christi adventum vixerunt. Die autem suo perfuncti, non sicut illi, ad inferos, sed in cœlum, et ad delicias illas ac voluptates perducuntur. Et nunc quidem moderatius lætantur : at post reditum corporum in vitam, penitus sempiterno gaudio quantum, quantum est dignabuntur. Qui igitur volunt, mantellum non quærant, nec dicant : Plane propter Adami transgressionem cupiditatibus nos, ac libidinibus agitari, et inde nos ad peccatum pertrahi. Qui ita sentiunt et loquuntur, Domini ac Dei nostri adventum infructuosum, inanemque exstitisse opinantur, quod hæreticorum, non fidelium est, ut dici solet. Quare enim descendit, aut cur necem passus est, nisi ob hoc omnino, ut damnationem peccati mercedem tolleret, et genus nostrum e servitute, et operatione Satanæ inimici assereret ? Hæc enim est germana libertas, nullius dominationem quocunque tandem modo perpeti.

Nos siquidem a peccatore peccatores, a transgressore transgressores, et a servo peccati propagati, etiam ipsi servi peccati eramus, a maledicto et mortuo maledicti atque mortui, ab eo qui suasu maligni transversim actus, et in mancipium ejus redactus, suum jus ac potestatem amiserat : ut filii ejus, eodem maligno in nobis operante, suaque nos potentia opprimente, tyrannico ipsius imperio parebamus. Deus autem de cœlo adfuit, carnem induit, similis nostrum natus, absque peccato, peccatum sustulit, conceptionemque, et procreationem sanctificavit, et gradatim educatus, totam ætatem benedixit. Viriles autem annos ingressus, concionari instituit, docens nos, ne canos prudentia et virtute, nos juvenes maxime, et prudentia nondum viri præcurrere, et antevertere in aliquo velimus. Suscepit nostra pro nobis, custoditisque omnibus patris sui præceptis, transgressione nos solvit, transgressoresque a damnatione vindicavit. Servi forma accepta servus est factus [a], et nos servos in antiquam dignitatem dominorum restituit, ac tyranni veteris dominos effecit. Cujus

[a] Philipp. II, 7.

Digitized by Google

rei testes sunt sancti, qui etiam morte jam obita ipsum, et ministros ejus ut languidos, et imbecilles repellunt, ac fugant. Maledictus factus est in cruce suffixus (*Maledictus* enim, inquit Scriptura, *omnis qui pendet in ligno* [95]) et universam Adami maledictionem a nobis depulit. Mortuus est, et morte sua mortem peremit. Resurrexit, et inimici, qui per mortem et peccatum potestatem in nos exercebat, virtutem operationemque delevit. In mortiferum quippe venenum, et virus peccati, ineffabili deitatis, et carnis suæ vivifica efficacitate injecta, genus humanum ab operatione inimici omnimodis liberavit. Per sacrum autem baptisma, et communionem intemeratorum ejus mysteriorum, corporis nempe, et sanguinis pretiosi, emundans nos [96], et vivificans, sanctos, et peccati puros reddit. Sed et rursum arbitrii libertate condecorari sinit, ut non coacti, sed volentes Domino servire videamur : et quemadmodum ab initio erat Adamus in paradiso liber, extraque vim et peccatum voluntate soluta ac libera obediebat inimico, a quo deceptus mandatum Dei violavit : sic et nos e sacro baptismate regenerati, servitutis jugo a nobis depulso, nostri juris liberique reddimur : ac nisi ultro inimico obtemperare velimus, alia quadam via contra nos moliri nihil potest. Si enim ante legem et adventum Christi his omnibus carentes auxiliis multi, imo innumerabiles Deo placuerunt, et extra culpam vixerunt (e quibus justum Enoch translatione honoravit, Eliam curru igneo velut in cœlum assumpsit), quid nos respondebimus, qui post gratiam, talemque ac tantam beneficentiam, post mortis et peccati destructionem, post baptismi regenerationem, et sanctorum angelorum custodiam, et ipsam Spiritus sancti obumbrationem, adventumque super nos, ne illis quidem qui ante gratiam fuerunt, pares invenimur, sed ignavia corrupti, Dei jussa vilipendimus, ac præterimus ? Porro gravius nos punitum iri, quam qui in lege peccaverunt, si in peccatis permanserimus, sanctus Paulus his verbis indicavit : *Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, et omnis prævaricatio et inobedientia accepit justam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem* [97] ?

Non ergo Adamum, sed semetipsum unusquisque nostrum accuset et reprehendat, in quodcunque peccatum inciderit, et si vitam æternam velit consequi in Domino, pœnitentiam, ut ille ostendat, flens in dolore cordis sui, et in agnitione sui ad omnipotentem Dominum clamans : Ecce vides, Domine, (quid est autem quod tu non videas ?), ego opus manuum tuarum, opera mandatorum tuorum non feci : sed per stultitiam omni me scelere alligavi. Tu igitur bonus Dominus, ego autem non cognoscebam te. Nunc audivi de te, et contremui, et quid faciam nescio. Intellexi judicium tuum, et defensio non est inventa in ore meo. Nihil enim super terram feci, quod unicum verbum otiosum oris mei compensare queat. Nam si omnem justitiam fecerit homo, tanquam servus, et debitor faciet, compensationem autem peccati a nullam inveniet. Etenim misericordia abs te solo est, et peccatum mors est. Et quisnam per ipsum moriens, etiam per seipsum resurgat ? nullus omnino. Tu solus mortuus resurrexisti, quoniam peccatum non admisisti, nec inventus est dolus in ore tuo [98]. Jam vero quis morietur in peccatis et non capietur pœnitudine : at nihil ei proderit. Sic et me, Domine omnipotens, pœnitet quidem malorum quæ patravi, non proficit autem ad justitiam mihi pœnitentia mea : est enim tantummodo peccati agnitio. Et nunc vides omnia, omnium inspector, Domine, qui nusquam mihi relicta est salutis occasio, sed vivum me infernus deglutivit. Tu autem solus potes me reducere et sanare dolorem cordis mei, quoniam potens est manus tua ad omnia, et in fines abyssorum penetrans, et omnia pro nutu tuo operans. Non audeo dicere, Miserere mei, sum enim indignus misericordia. At tu, Domine, nosti omnia, et, ut novit benignitas tua, fac in me, qui etiam ipsa vita indignus sum.

Sic erit, fratres, qui coram Deo omnipotente peccavit, et timore judicii, aversionisque Dei ab se, animi sensum accipit. Timor enim Domini, et notitia retributionis ejus ita carnes liquefacit et ossa conterit, ut lapis a machina suspensus in torculari uvas comprimit, vehementer inde vinum exprimit. Nam uvas qui calcant primum, postmodum eas saxo superimmisso exprimunt, et iis omnem vini humorem demunt. Hominem autem Dei timorem ingressum, ipse timor omnibus se conculcandum præbere facit. Et cum superbiam, et cogitationis carnis, vanæ gloriæ cupidus perfecte contriverit, atque deleverit, tunc sancta humilitas, ille lapis, qui mente percipitur, levissimus et utilissimus desuper illapsus, ubi totum humorem carnalium voluptatum affectionumque expresserit, animam ita expressam, fructus haud inanem demonstrat : sed cum eam flumine lacrymarum perfuderit, aquam vivam scaturire facit, et inflicta a peccato vulnera sanat, eorumque saniem et ulcera abluit, et hominem illum totum nive candidiorem reddit : modo ne quis dubio et ancipiti corde ad Deum accedat. Dubitatio enim cordis est, ratiocinari, aut plane secum ita cogitare : miserebitur mei Deus, annon miserebitur ? Illud, *annon ?* incredulitatis est. Quod si non credis, eum tui misereri velle supra quam exspectas, quid accedis, eumque rogas ? Ancipitis autem cordis est, non in mortem prorsus seipsum tradere, propter regnum cœlorum : sed de iis esse sollicitum, quæ ad carnem spectant. Qui enim laboriosam pœnitentiam agit, hoc solum cavere debet, ne seipsum machina

[95] Deut. xxi, 23 ; Galat. iii, 13. [96] I Joan. i, 16. [97] Hebr. ii, 2, 3. [98] I Petr. ii, 22.

Digitized by Google

aliqua exstinguat, et sui homicida fiat : verbi gratia, aut ex alto se præcipitans, aut strangulans, aut aliud contra naturam sibi inferens. De reliquis, per quæ corpus ali ac vivere scit, ne curet : secundum illud sanctorum oraculum : *Quærite primum regnum Dei, et hæc omnia* (ad usum videlicet corporis necessaria) *adjicientur vobis* [10]. Potest namque, qui vitam in certamine ducit, et ex præscripto Evangelii vivit, solo pane, et aqua ali quotidie, et vivere, et habitior esse, quam qui mensis delicatioribus accumbunt. Quocirca et Paulus hujus rei gnarus dicebat, semperque dicit : *Habentes victum, et quibus tegamur his contenti simus* [1]. Et rursum : *Ut in nobis ipsis responsum mortis habentes, non simul fidentes in nobis ipsis, sed in Deo, qui suscitat mortuos* [2].

En, fratres dilecti, docuimus, quomodo ad Deum accedendum, et qualis ei pœnitentia exhibenda sit. Ne igitur ab ea usque ad ultimum halitum nostrum desistamus, neque boni hujus consilii nos capiat oblivio. Si enim ad hæc, Deo adjuvante, et ad hoc opus pœnitentiæ incubuerimus, ipsi sensim majora mysteria intelligemus, superna illa gratia edocti : nec solum fons lacrymarum, sed etiam omnium pravarum affectionum horror, et alienatio per hujuscemodi actiones nobis donabitur. Nam pœnitentiam et compunctionem semper exquirere, et scrutari quæ ad lugendum, flendum, dolendum valeant, easque enixe præstare, et in nullo sibi potiores deferre, aut ulla ex parte carni obsequi, compendio quodam hominem ad perfectionem, et ad puritatem, affectuumque vacuitatem deducit, et sancti Spiritus participem efficit. Et hæc quidem, si pœnitentiam et contritionem dilexerimus. Sin noluerimus, quæque dicta sunt, in iis sine intermissione non elaboraverimus, ne quis tamen loquatur impie, et dicat id esse impossibile : nec, quod ista in medium attuli, me multum abundare otio, neque recenseat mihi, quantum auri argentique distribuerit, ac disperserit : neve dicat, tot et tot de facultatibus meis nudos vestivi, esurientes alui, sitientes potavi, omnia mea dilargitus sum, veni in hunc montem, intravi in hanc speluncam, ad Domini sepulcrum accessi, in montem Olivarum ascendi, et nunc in hoc monasterium me abdidi, et jam detonsus, aut etiam antea detonsus, in cella sedeo, tantum numerum precationum fundens, cum his salvabor, et sufficit mihi. Ne tibi fucum facias, quicunque es, frater, nec teipsum vanis cogitationibus insipienter consolere. Hæc enim omnia bona, et valde bona sunt, sed semen tantum esse scito. Vide igitur (exempli causa) agrum renovasti, fimum sparsisti, tribulos vellisti, seminasti. Non ergo ex herba terræ semen se ostendere, num crevisse comperisti? num spicas prodeuntes, num albas animæ tuæ segetes, et ad messem idoneas conspexisti? vellisti spicas inde? fricuisti manibus, ut fructum laborum tuorum absolutum aspiceres? eo autem spectato, num alitus ad saturitatem, et viribus factus es robustior? Si horum certus es, pedes, et vestigia pedum tuorum adoro, et exosculor, non enim dignus sum faciem tuam osculari. Triumpha, et exsulta, cum gaudio colligens, quæ cum labore et lassitudine seminasti. Sin autem et ipsa quæ a me dicuntur nescis, et neque an in terra tua, in agro, inquam, cordis tui, de fructibus melioribus seminatum sit, nosti, narra mihi, extremos orbis terrarum fines dum obiisti, et ultima pelagi spatia emensus es, quid profecisti? Nihil utique. Si enim in elegmosynam dedero totum mundum, non tamen de meis, sed esto, de meis, me autem nudum et inopem sivero, et ita in bonorum egestate moriturum, et ad terribile Christi tribunal sistendum, quid mihi prodest? Indutos et ornatos e corpore exire oportet, si modo velimus in nuptiis Regis una cum ejus amicis discumbere. Quid porro est, quod et ego, et omnes amici ejus superinduere debemus, ne tunc nudi appareamus? Christus et Deus fratres.

Quod si universum, qui sub cœlo est, orbem peragravero, nullamque regionem, aut urbem, aut ecclesiam prætermisero, in quam non adoratum introeam, ipsasque bene perlustravero, et accurate cognovero, regno autem cœlesti excidero, ecquid non melius erat, me nunquam natum esse, nec in terram cecidisse, aut spiritum hunc ducere cœpisse, et oculis solem aspexisse? Etiam, hoc mihi melius erat. Quid igitur faciam, ne hoc regno priver? Si functus omnibus pœnitentiæ operibus, Spiritum sanctum accepero. Istud quippe est semen Christi, per quod nos pauperes, et mortales ejus cognatis ascribimur. Quod si ceciderit in terram bonam, fructum fert, unum tricesimum, et aliud sexagesimum, aliud centesimum [3]. Atque hoc ipsum est regnum cœlorum : cætera omnia sine hoc nihil commodi habent. Nisi enim, fratres, nostri ipsorum misereamur, et per pœnitentiam animas nostras purgatas, ac luminis plenas inveniamus, nihil nos alia fecisse juvabit, ut ait Dominus, et Deus noster : *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua* [4]? Et iterum : *Qui perdiderit animam suam*, sive mundo, aut iis qui in mundo sunt mortuam, et sine sensu reddiderit, *propter me, inveniet eam* [5]. Qui autem invenerit eam in aliqua carnis voluntate, perdet eam. Si igitur animas nostras non ita propter Christum perdiderimus rursumque invenerimus, quando cum Christo vitam sempiternam vixerimus, quid reliqua omnia nobis emolumenti dabunt? Prorsus nihil proderunt, dilecti servi Christi, nec ab æternis flammis nos asserent. Quare omnia, et omnes relinquentes, nos ipsos solos, et nostra perpetuo inspiciamus, donec

[10] Matth. vi, 33. [1] I Tim. vi, 8. [2] II Cor. i, 9. [3] Matth. xiii, 8. [4] Matth. xvi, 26. [5] Matth. x, 39.

Digitized by Google

iis quæ deterioris, id est, corporis sunt, victis et edomitis, et meliori, nempe rationi, et animo subditis, et ita pacis Spiritu perfruiti, a tumultu terrestris spiritus expediamur, et in portum beatæ quietis nostræ ingrediamur.

Beatus igitur, qui, quæ diximus cum fide audit, et ad unguem ea exsequitur, et hanc veram pœnitentiæ imaginem descriptionemque imitatur, quam prius praxis nostra implevit, postmodum Scriptura verbis commisit. Nam cum bona intellectum, cogitationem, sermonem superantia invenerit, miseram manum meam, quæ hoc scripsit, beatam pronuntiabit, et misericordem, multæque miserationis Dominum prædicabit, qui per linguam sordidam, et immundam, et os impurum hæc scriptura consignavit, ad exemplum conversionis et pœnitentiæ, et ad viam directam verissimamque eorum qui ex tota anima sanari concupiscunt, et regnum vitamque immortalem, ac cœlestem pro hæreditate adituri sunt. Quamobrem rogo vos, in Christo fratres, procul a nobis omnem affectionem turbidam, et omnem hujus vitæ sollicitudinem amandemus. Oderimus voluptates carnis, jucunditates corporis, oblectamenta, et otium, per quæ quod deterius est, potiori prævalet, et agite, suscipiamus fidem sinceram erga Deum, et qui secundum Deum sunt patres ac fratres nostri. Possideamus cor contritum et humiliatum animæ spiritum, et per pœnitentiam, et lacrymas cor purum ab omni macula, et labe peccati, ut etiam possimus pervenire aliquando ad compendiosam mensuram spiritualis ætatis, et videre ac frui bonis ineffabilibus, indeque divino lumine, quamvis non consummate, sed ex parte, et pro captu nostro, secundum proportionem puritatis, et innocentiæ nostræ. Sic enim et nos uniemus Deo, et Deus unietur nobis, et consuetudine nostra utentibus erimus lumen, et sol, ad magnam eorum utilitatem in Christo Jesu Domino nostro, quem decet omnis gloria, honor, et adoratio, cum Patre et sanctissimo, ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum Amen.

EPILOGUS AD LECTOREM.

Laudetur Deus, qui huic labori finem dedit. At tu, lector, qui in hunc librum incideris, mente ab omni cura hujus mundi vacuus, ut decet, te adhibe sermonibus istis, quos studio et labore suo confecit venerandus ille, et inclytus Pater Symeon, qui monasterio ad Xylocercum præfuit. Et cum eos videris esse tres et triginta, totidem annos, quos Dominus noster corpore humano vestitus, ut mortalis nobiscum in terris vixit, cogita. Et hoc mandans animo, festina, ut spirituali incremento, quod liber hic exponit ac declarat, celeriter annos illius exæques, ex sermonibus, inquam, haud obscuris, et totidem numero Patris hujus. Quos cum legeris et perceperis, quemadmodum tibi vita secundum Deum instituenda sit, cognosces, et cum Christo vivens, animæ tuæ ætatem ultra phœnicis sæcula augebis, donec vir jam perfectus, ad mensuram venias ætatis, qua fuisse Dominum constat. Ubi una cum Christo sic vixeris ex animo, et spiritualiter, unitus ei quantum licet, etiam cum eo de terra exaltato sublatus, ad locum ubi ille manet pervenies. Trahit enim in Sancta sanctorum omnes qui volunt in ejus semitis vestigia ponere, quibus pro nobis prior ipse incessit, tanquam Mediator scilicet, et magnus noster Pontifex. Nemo enim, nisi per eum ad Patrem veniet, quemadmodum ipse affirmavit. Cujus et hoc verbum est : *Volo, Pater, quos dedisti mihi, ut mecum sint, et videant gloriam meam, quam dedisti mihi*[a].

[a] Joan. XVII, 24.

EJUSDEM SYMEONIS

PRESBYTERI

DIVINORUM AMORUM, SIVE SACRARUM COMMENTATIONUM, LIBER SINGULARIS.

CAPUT PRIMUM.

Precatio mystica, qua Spiritus sanctus invocatur.

Veni, Lumen verum. Veni, vita æterna. Veni, absconditum mysterium. Veni, Thesaure carens nomine. Veni, res ineffabilis. Veni, persona humanam intelligentiam fugiens. Veni, perennis exsultatio. Veni, Lumen nunquam occidens. Veni, omnium salvandorum vera exspectatio. Veni,

Digitized by Google

mortuorum resuscitatio. Veni, potens, qui omnia semper solo nutu facis, immutas, et varias. Veni, penitus inaspectabilis, intactilis, impalpabilis. Veni, semper manens immobilis, quique in horas totus transmoveris, et ad nos venis jacentes in inferis, qui supra omnes cœlos habitas. Veni, nomen exoptatissimum, et celebratissimum, de quo fari quid sis, aut nosse qualis, aut cujusmodi sis, nobis prorsus negatum est. Veni, lætitia sempiterna. Veni, corona immarcescibilis. Veni, magni Dei et Imperatoris nostri purpura. Veni, zona (17) ut crystallus lucida, et gemmis variegata. Veni, refugium inaccessum. Veni, regalis purpura, et augustæ majestatis dextera. Veni, quem misera anima mea desideravit, et desiderat. Veni, sole, ad solum; sum enim solus, uti vides. Veni, qui me separasti, et solum esse in terra fecisti. Veni, qui factus es desiderium meum, fecistique ut desiderarem te, ad quem aspirare nullus potest. Veni, halitus et vita mea. Veni, despicabilis animæ meæ consolatio. Veni, gaudium, et gloria, et deliciæ meæ assiduæ. Gratias ago tibi, quando unus mecum spiritus citra confusionem, immutationem et conversionem factus es, qui cum sis Deus super omnia, mihi omnia factus es in omnibus. Alimonia inexplicabilis, quæ absumi neutiquam potes, quæque labris animæ meæ jugiter affunderis, et in fonte cordis mei ubertim scaturis. Indumentum fulgurans, et dæmonas adurens. Lustratio, per continuas et sanctas lacrymas, quas præsentia tua iis ad quos venis largitur, eluens me. Gratias ago tibi, quoniam dies sine vespera mihi factus es, et sol citra occasum : qui non habes ubi te abscondas, quique gloria tua imples universa. Nunquam tu ab ullo te abscondisti, verum nos semper nosmet a te abscondimus, dum ad te venire nolumus. Ubi enim te absconderes, cui requiescendi locus nusquam est? Aut cur te absconderes, qui ex omnibus aversaris neminem, revereris neminem? Nunc igitur, pie Domine, tabernaculum in me tibi fige, et habita in me, et usque ad obitum meum ne divellaris, nec separeris a me servo tuo, ut et ego in exitu meo, et post exitum in te inveniar, et regnem tecum, qui regnas, Deus, super omnia. Mane, Domine, et ne me solum relinque, ut cum venerint inimici mei, qui continenter quærunt devorare animam meam, teque intra me manentem repererint, penitus penitusque refugiant, nec prævalcant mihi, cum te fortiorem omnibus intus in domicilio humilis animæ meæ residentem conspexerint. Sane, ut memor fuisti mei, Domine, cum in mundo essem, et me inscio ipse elegisti me, et a mundo removisti, atque ante faciem gloriæ tuæ constituisti : sic etiam modo intus me constitutum, semper immobilem, propter tuam in me habitationem custodi, ut quotidie intuens te ego mortuus, vivam, possidens te ego pauper, semper dives sim. Sic ero quibusvis regibus opulentior : et manducans, ac bibens te, et in horas singulas induens te fruar bonorum deliciis inenarrabilibus. Quoniam tu omne bonum, et omne decus, et omne delectamentum es, et te decet gloria, sanctam et consubstantialem Trinitatem, quæ in Patre, et Filio, et Spiritu sancto honoratur, et agnoscitur, et adoratur, et colitur ab universitate fidelium nunc et semper, et per infinitatem sæculorum. Amen.

CAPUT II.

De divina illustratione et illuminatione Spiritus sancti. Unum esse locum Deum, in quo post mortem sancti omnes requiescunt : et qui Deum amisit, alio in loco in futura vita requiem non inventurum.

Item, quod istud tam venerandum mysterium in me patratur? quod nec lingua effari, nec manus infirma litteris exarare potest, ad laudem et gloriam illius cui revera par laus, et oratio nulla reperiri queat. Sed si quæ nunc in me deplorato aguntur, ineffabilia et inexplicabilia sunt, quo tandem pacto is, qui talia largitur et efficit, nostris encomiis et prædicationibus indigebit? Certe non glorificabitur, qui est glorificatus : quemadmodum nec illustrabitur, nec lumen a nobis mutuabitur hic sol, quem in cœlo fulgentem aspicimus. Illuminat, non illuminatur, lucem fundit, non recipit : habet siquidem, quam ei a principio conditor est impertitus. Si ergo qui solem fecit omnium procreator Deus, ita fecit, ut luceret abundanti lumine, nec opus haberet ullo modo aliunde majus petere, quomodo a me vili abjectoque gloriam accipiet fabricator solis, cui nulla omnino re opus est, et qui nutu ac voluntate (solus enim potens est) bonis omnibus implet omnia? Interim et lingua mea ingenti verborum egestate laborat, et quæ in me aguntur, mens mea videt illa quidem, sed exponere non valet. Aspicit, et eloqui vult, sed quo sermone id faciat, non invenit. Intuetur quippe inaspectabilia, et omnis figuræ undequaque expertia, simplicia prorsus, non composita, et magnitudine infinita. Nec enim principium ullum, nec finem perspicit, et medium plane ignorat, nec scit, quinam efferat, quod videt. Totum quoddam in summa, ut arbitror, et neutiquam ipsa essentia sua, sed participatione videtur. Etenim ex igne ignem accendis, et totum quod est ignis accipis : ipsa tamen natura ignis non deficit, et indivisa, ut ante, permanet. Verumtamen, quod communicatur, a primo separatur : et quia corporatum quiddam est, in lampadas complures dispertitur. Illud autem spirituale est, divisionemque, sectionem, separationem prorsus nullam admittit. Non enim quoniam communicatur, idcirco in multa secernitur, sed indivisum perseverat, et in me est, et in me intus in misero corde meo tanquam sol, aut discus solis hujus, rotundus, luci similis

(17) Cod. mend. ὑπόθημα, lege ὑπόδημα.

Digitized by Google

(nam et lux est) exoritur. Nescio, ut aiebam, quid de eo dicam. Et volebam tacere, quod utinam possem : sed miraculum venerationis plenum sollicitat animum, et reserat impurum os meum : quique nunc in corde meo tenebroso ortum protulit, ad loquendum, scribendumque vel invitum me compellit.

Qui mihi demonstravit mirabilia, quæ oculi non viderunt, qui in me ut postremum ac infimum omnium se demisit. Qui apostolos discipulos, et filios reddidit. In me, inquam, quem horribilis, et interfector hominum draco tenebat, prius omnis iniquitatis ministrum, et operarium. Sol ille, qui exstitit ante originem sæculorum, et qui apud inferos resplenduit, et tandem collustrata anima mea tenebris oppleta, diem mihi vespera carentem largitus est. Qui mendicitatem meam bonis omnibus cumulasti, tu sermonem dona, et verba mihi suggere, ad enarrandum universis opera tua mirabilia, quæ hodie quoque præstas erga nos famulos tuos : ut et qui in tenebris socordiæ dormientes, asserunt peccatores non posse salvari, ac veluti Petrum, cæterosque apostolos sanctos et justos, ipsos similiter misericordiam adipisci, id bonitati tuæ facile fuisse, esse, et fore cognoscant, et intelligant : et qui se opinantur possidere te lumen orbis terrarum, nec tamen te videre dicunt, non vivere in lumine, non illuminari, non perspicere, te jugiter, mi Salvator, norint, te in mentibus eorum non fulsisse, nec incoluisse eorum corda sordida, frustraque eos vana spe exsultare, dum se post finem hujus vitæ lumen tuum visuros arbitrantur. Nam pignus, et sigillum, seu tessera ad dexteram collocandis ovibus plane hic data est. Si enim unusquisque mortem in se inclusam circumfert, et post mortem omnibus ex æquo facultas operandi deerit, et nemo seu boni, seu mali quidpiam agere poterit, quilibet utique, qualis tum inventus fuerit, talis erit. Istud est, Domine, quod mihi terrorem tremoremque incutit. Istud omnes sensus meos tabefacit. Sicuti cæcus fato functus, et illuc translatus, nunquam solem hunc sensu vivendi usurpavit, quamvis olim in vitam rediens, lumina receperit : ita neque qui cum mente cæca diem extremum obierit, te solem, intelligentiæ soli parentem, Deus meus, intuebitur, sed egressus e tenebris habitabit in tenebris, atque in omne ævum a te separabitur. Nemo hominum, Domine, in te credentium, nemo in nomine tuo baptizatorum, magnum hoc et horroris plenum onus sustinebit, ut abs te separetur. Dira est enim ista tribulatio, dira, et intoleranda, et æterna mœstitudo. Quid namque, Salvator mi, pejus esse potest, quam abs te divelli, atque sejungi? quid cruciabilius, quam a vita disjunctum illic vivere instar mortui, privatumque vita, privari simul bonis universis? Nam qui abs te separatur, omnis boni jacturam incurrit. Non enim quemadmodum nunc in terris, sic etiam tunc futurum est. Nunc quippe qui te nesciunt, hic in deliciis, et voluptatibus corporeis ætatem exigunt, hic exsultant, et instar brutarum animantium saltibus lasciviunt. Quæ ad usum et commoditatem vitæ agendæ dedisti, ea sibi habent, et in iis solis defixi, post discessum ex hac luce similem animæ statum fore existimant. Sed male conjectant, male sapiunt, qui se non tecum, verumtamen in requie futuros autumant, cui locum quemdam, o dementiam, extra regnum ac thalamum, a gehenna et ignis supplicio semotum, nec eum lucidum, ac tenebris vacantem constituunt, in quem infelices illi devenire optant, non egere se æterna tua gloria, aut cœlorum regno, sed in requie fore arbitrantes. Proh istorum caliginem! proh ignorantiam! proh miseriam et spes inanes! nusquam hoc scriptum exstat, nusquam hoc erit : verum in lumine felicitatum, qui sancta et divina gesserint, in tenebris autem pœnarum erunt, qui iniquitatis operarii fuerint. In medio autem hiatus est formidabilis, ambos secernens, quomodo tu ipse, Domine, docuisti [1], qui hæc præparasti. Hoc intervallum homini in ipsum delabenti omni tormento ac supplicio dirius erit, in abyssum pœnarum, in chaos perditionis per caput infeliciter se præcipitanti, ruentique, quo his qui in cruciatu versantur, difficile est ascendere, et ad terram justorum transmeare. Malunt siquidem in igne cum acerbitate in cinerem redigi, quam in chaos horrendum se projicere. Qui ergo illic post mortem esse concupiscunt, multis lacrymis et lamentis digni sunt : quoniam ut jumenta rationis expertia, penitus nihil sapiunt, sibimet pestem imprecantur, seipsos seducunt.

Tu regnum cœlorum, Christe, tu terra mitium. Tu virens paradisus. Tu thalamus divinus, et ineffabilis. Tu mensa communis omnium. Tu panis vitæ. Tu potus maxime novus. Tu poculum aquæ, Tu aqua vitæ. Tu cujusque sanctorum lucerna inexstincta. Tu et tunica, et corona, et coronarum distributor. Tu gaudium, et requies. Tu gloria, et deliciæ. Tu exsultatio. Tu animorum jucunditas. Et lucebit gratia sancti Spiritus tui, Deus meus, instar solis in omnibus sanctis tuis. Et lucebis in eorum medio, Sol inaccessus, omnesque proportione fidei, operum, spei, charitatis, puritatis et illustrationis, ex Spiritu tuo, illuminabuntur. Deus sole longanimis, et judex omnium, his qui mansiones diversas, et loca comminiscuntur, mensura charitatis rursum erit mensura claritatis ipsorum, et mensura visionis tuæ, erit iterum portio magnificentiæ illorum, honor, deliciæ, et gloria, ad distributiones domorum, et mansionum admirandarum. Hoc tabernacula diversa, hoc multæ domus, hoc stolæ splendidissimæ multarum dignitatum, et coronæ distinctæ, lapilli, margaritæ, et flores immortales, novam

[1] Luc. xvi, 26.

Digitized by Google

habentes speciem, hoc lecti, stragulæ vestes, mensa, throni, et quidquid ad voluptatem jucundissimum est, erat, est et erit, te solum intueri. Si igitur, ut supra dicebamus, non videntes lumen tuum, nec abs te visi, sed separati, visione tua, omnia bona complectente privantur, ubinam requiem, ubi locum dolore vacuum invenient? ubi habitabunt, si recti non fuerint? etenim *Recti habitabunt cum vultu tuo* [9]. Formatus es enim in eorum recto corde, et habitant cum forma tua in te, Christe meus.

O mira res, o bonitatis donum inopinabile, in forma Dei esse homines, et formari in ipsis, quem nemo capit, Deum, cujus natura est invariabilis, et immutabilis, qui in omnibus se dignis habitare vult, ut quilibet in se totum regem, ipsum regnum, et ad regnum pertinentia habeat, et fulgeat, quem admodum refulsit redivivus Deus meus, plusquam radii solis hujus, quem cernimus. Et cum astiterint ei qui sic ipsos glorificavit, magnitudine gloriæ, et assiduo divinæ claritatis incremento admiratione attoniti manent. Nec enim ullis sæculis proficiendi finis erit: siquidem statio, seu cessatio incrementi finiret id quod finiri nequit, et comprehensionem prorsus incomprehensibilis, satietatemque induceret illius, quo satiari nullus potest: sed plenitudo ejus, et gloria lucis abyssus erit profectus, et sine fine principium. Et sicut qui habent Christum intus formatum, eidem, quanquam ita fulgenti, ut adiri nequeat, astant nihilominus: sic finis in ipsis, gloriæ est initium. Atque ut tibi sensum mentemque meam dilucidius exponam, in fine habebunt principium, et in principio finem. Plusquam plenum intellige mihi, et accessionis haud indigum, et qui currunt, eos finem infiniti non antevertere. Si namque transeat cœlum istud, quod videmus et terra, et quæ in ea sunt omnia (conjecta quod dixi) erit loci comprehensio, ubi finem invenies, non dico corporeum, sed animo plenitudinem mundi incorporei poteris comprehendere. Non est autem mundus, sed aer, sicut antea: nec aer, sed inenarrabilis (quod universum vocant) abyssus, fine carens penitus, æqualiter undique tota ex partibus utrisque. Hoc omne divinitate repletum est. Qui ergo ejus participes sunt, et in ipso habitant, quomodo totum complectantur, ut etiam saturentur? aut quomodo, dic mihi, finem infiniti capient? Difficillimum plane, et impossibile est. Nam neque hic in corpore sanctos degentes, neque illuc in Deo translatos talis omnino cogitatio subire potest. Obteguntur namque lumine divinæ gloriæ, illuminantur, et lucent, et oblectantur in his, et sciunt vere, omnique et plena fide, horum perfectionem infinitam fore. A Deo autem abjecti, miror ubi consistent, longe sejuncti ab eo qui ubique est. Et sane, fratres, miraculum obstupescendum, et ad quod bene intelligendum mente illuminata opus sit, ut non incidas in hæresim quasi divini Spiritus sermonibus incredulus. In omni utique etiam hi erunt, revera autem extra divinum lumen, ipsumque Deum. Ut cæci, lucente sole, et toti circumfusi lumine, tamen extra lumen sunt, cognitione aspectuque ab eo sejuncti: sic est in omni divinum Trinitatis lumen, et in medio sunt peccatores, tenebris præpediti, quominus videant, ullamque Divinitatis notionem ac sensum habeant: sed ardentes, et sua ipsorum conscientia condemnati, afflictionem inexplicabilem, et dolorem incnarrabilem per sæcula sempiterna sustinebunt.

CAPUT III.

Quomodo Pater hic immutatus, purgatusque, arctissime cum Deo conjunctus sit, et qualis ex quali evaserit, verba ejus in hoc capite ad Deum amoris plena demonstrant. Ad extremum theologice ac angelis disserit. Principio orationis, more justorum, accusator sui est.

Quæ est ista, Salvator mi, immensa misericordia tua? Quomodo me impurum, me perditum, me fornicarium, fieri membrum tuum voluisti? Quomodo me stola lucidissima, splendore immortalitatis coruscante, et omnia membra mea lucida reddente vestivisti? Etenim corpus tuum immaculatum, divinumque, non commistum, et commistum ineffabiliter, totum igne divinitatis fulgurat. Et hoc quoque donasti mihi, Deus meus. Deus namque huic sordido, et interitui obnoxio tabernaculo meo unitur corpus tuum incontaminatissimum, et sanguis meus permiscetur sanguini tuo, sat scio, unitus sum etiam divinitati tuæ, et effectus sum corpus tuum mundissimum, membrum fulgidum, membrum vere sanctum, membrum longe rutilans, pellucidum, et splendens. Video pulchritudinem, video splendorem, in speculo gratiæ tuæ lumen intueor, et inexplicabilem fulgorem obstupesco, et mente excedo, dum animadverto, qualis fuerim, qualis factus sim mirabiliter: et timeo, et revereor meipsum, et tanquam te revereor ac metuo, et perplexus sum, et omnino vereor ubi sedeam, cui appropinquem, et ubi membra tua reclinem, ad quæ opera, ad quas actiones tam venerabilibus divinisque membris tandem uti debeam. Da mihi quæ dico et loqui, et facere, o artifex, et fictor meus. Nam, si quæ loquor, factis non præsto, factus sum æs, acute, et frustra tinniens, et sonum pulsuum nihil sentiens [9]. Sed tu noli me dimittere, noli derelinquere: neve sinas oberrare me Salvator meus, me, inquam, miserum, mendicum, ac peregrinum, et decem millium talentorum tibi debitorem [10]: verum sicut olim, ita et nunc facito. Tunc enim ab hæreditate, totaque terra patria, patre, fratribus, matre, domesticis, alienis, et cognatis omnibus, et amicis me peccatorem, et omnibus istis viliorem separasti, tuisque ulnis mundissimis complexus es, qui me adversus beneficia tua ingratum exhibueram: sic etiam nunc tu misericors misericor-

[9] Psal. CXXXIX, 14. [9] I Cor. XIII, 1. [10] Matth. XVIII, 24.

Digitized by Google

diam mihi tribue, sic, inquam, imo vero magis, o Deus meus, et miserere mei, et custodi me, et non rectos animi mei impetus compesce, et ad omnem tentationem molestiamque vitæ hujus, et quæcunque ipse mihi stulte creo, et in quibus me invida Jæmonum natura tentat, et quæ imbecilles isti fratres mei pariunt mihi verbis et factis, adhæc, inquam, omnia patienter perferenda me idoneum redde. Heu me, quia membra mea consumunt me atque conficiunt, et propter eadem rursum doleo fraborque a pedibus, qui locum capitis sortitus sum. Incedo nudis pedibus, et spinis compungor, cruciorque vehementer, nec cruciatum fero. Alter pedum meorum porro procedit, alter iterum retro convertitur, huc illuc trahunt, et rapiunt me, supplantor, et deorsum cado. Omnes igitur sequi non possum. Jacere malum est, et incedere sic improvide deterius est, quam jacere, quando omnes alias calamitates vincit. Domine, largire mihi luctum et compunctionem, et dignare me servire tibi, te colere, et servare sancta mandata tua in tenebris vitæ hujus, et in mundo isto, qui tristitiæ locus est. Gratias tibi ago, cum vitam mihi tribuisti, donastique ut cognoscerem, et adorarem te, Deus meus. Hæc est enim vita, cognoscere te solum Deum, et conditorem effectoremque omnium, non natum, non creatum, solum absque principio, et Filium ex te genitum [11], et procedentem ex utroque Spiritum sanctissimum, omnibus prosequendam laudibus trinam unitatem, quam adorare et pie colere, quamvis aliam gloriam seu terrenam, seu cœlestem antecellit.

Quid enim Angelorum, quid Archangelorum, Dominationum, Cherubim, et Seraphim, cæterarumque omnium cœlestium legionum gloria est, nisi lumen immortalitatis, nisi gaudium, nisi illuminatio vitæ ab omni fece rerum humanarum purissimæ? nisi unum lumen sanctæ Trinitatis divisum indivise tripliciter, quod unum est in tribus characteribus, incognite cognitum quantum vult? Nec enim creatura Creatorem sic totum potest cognoscere, ut ipse se secundum naturam suam cognoscit: sed per gratiam omnes angeli, omnisque creata natura eum vident et intelligunt. Nec comprehendunt, sed intelligunt, quatenus lumen cæcis, aut etiam plane videntibus manifestari, et ab iis cognosci voluerit. Nam oculus absque lumine non videt, sed ut etiam videat, a lumine accipit, quando ab ipso quoque fabricatus est. Seu corporeum, seu incorporeum, omnia Deus fecit, quæ in cœlis, et quæ in terris et quæ in abyssis sunt. Et horum omnium una vita et gloria, unum desiderium, unum regnum, divitiæ, gaudium, corona, victoria, pax, et omnis decor non alius est, quam cognitio principii et causæ unde producta et orta sunt omnia. Hæc est superiorum inferiorumque conjunctio. Hæc ordo omnium quæ intelligentia percipiuntur. Hæc subjectio omnium quæ aspectu sentiuntur. Hanc habuerunt angeli status sui firmitudinem, cum Satanam et socios ejus, opinione inflata, quam de semet habebant seductos, de cœlo cadere cernentes, cognitione et timore aucti sunt. Qui enim hujus tantum obliti sunt, etiam elatione voluntaria deciderunt. Contra, qui istud cognoverunt, timori charitatique adhærentes, exaltati sunt. Unde cognitio Dominicæ potestatis charitatem quoque amplificavit, quoniam plures etiam coruscum Trinitatis fulgorem manifestius videbant, et istud rursum omnem aliam cogitationem excludebat, immutabilesque faciebat eos qui ab initio mutabilem naturam acceperant, in sublimitate cœlestium permanentes.

CAPUT IV.

De vero monacho et ejus officio. Ad quantum contemplationis fastigium ipse ascenderit.

Quicunque monachus est, mundo se non miscet, et cum solo Deo perpetuo versatur. Videt, et videtur, amat, et amatur: Fit lumen, lucens quantum verbis declarari non potest. Prædicatus, magis se mendicum reputat, et conciliata sibi multorum amicitia, instar hospitis ac peregrini est. Hem novum prorsus, et quod non possis sat eloqui miraculum. In immensis opibus pauper sum: et cum possideam plurima, nihil habere me puto, et in aquarum copia sitire me profiteor. Et quis mihi suppeditabit, quo abundo? et ubi inveniam, quem quotidie cerno? et quomodo potiar eo qui in me et extra mundum est? prorsus enim non videtur. Qui habet aures audiendi, audiat, probe verba illitterati intelligens.

CAPUT V.

Doctrina ad monachos, qui recens mundo, et iis quæ in mundo sunt, nuntium remiserunt. Qualem fidem quis erga Patrem suum spiritualem gerere debeat.

Mundum totum, et homines hujus mundi desere, solumque beatum luctum assume, et tantum commissa abs te peccata lamentare: quoniam ista te omnium conditore Christo, et societate sanctorum ejus spoliaverunt. Præter hæc nihil tibi curæ sit. Quin etiam corpus tuum ut ignotum ac peregrinum habeto, et oculos, veluti condemnatus, et ad mortem excipiendam procedens, humi dejice. Ab imo pectore duc gemitus assiduo, et faciem tuam lacrymis duntaxat prolue, pedes, qui ad malum cucurrerunt, neutiquam velis aliquando aqua abluere. Sane vero etiam manus tuas contractas habe, easque impudenter ad Deum ne extende, quas ad peccatum sæpenumero extendisti. Linguam lubricam coerce pro virili: est enim ipsa facilis ad peccatum, et per ipsam solam etiam multi, et magni viri a recto itinere aberrantes, regnum cœlorum perdiderunt. Sed ante sepi aures tuas, ut nihil turpe ac vanum audiant: tum

[11] Joan. XVII, 3.

Digitized by Google

fortasse et huic imperabis. Patris tui admonitionibus tantummodo ausculta, ei humiliter responde, et non secus quam Deo cogitata mentis tuæ, usque ad primos motus detege, nihil illum cela, nec aliquid eo nolente incipe, neve eo invito dormi, neve comede, neve bibe. Cum hæc ad tempus præstiteris, nihil eximium præstitisse te judicabis. In sudore tu quidem, et lassitudine seminasti, nondum tamen laborum tuorum fructum collegisti. Ne fallare igitur, aut quod quæris, te invenisse credas, priusquam spirituales oculos acquisieris, et aures cordis tui lacrymis tuis, elutis inde sordibus purgaveris spiritualiterque videas, et audias, et sensibus penitus immutari incipias. Videbis enim complura, quæ efferri nequeunt, et audies longe plura, eaque ingentia, quæ lingua exprimere non poteris. Mira igitur, et veneratione digna res, spiritualiter audire, et spiritualiter quoque videre, miraculorum maximum. Talis homo nihil cum carne conjunctum unquam cogitat, et terram calcat, ac si per aerem ingrederetur, omniaque ad ima Tartara usque cernit, et quæ facta sunt, perspicit omnia. Deum cognoscit, timore percellitur, et ut conditorem precibus veneratur, atque glorificat. Magnum est porro nosse, quam late pateat, et quale sit ejus imperium: quod quanquam omnes nosse se existiment, errant tamen plurimi, ne dubita. Soli illuminati istud norunt: reliqui universi (o fœdam ignorantiam!) ipsis quoque dæmonibus majore versantur in caligine.

Cæterum, o Domine et molitor omnium, qui me e terra mortale animal creavisti, et gratia immortali honorasti, dedistique vivere, loqui, et moveri, et celebrare laudes tuas universorum Domini, ipse tu, da mihi misero ante te prosterni, et rogare conducentia. Etenim quomodo in hunc mundum productus sim, et quid ista sint, quæ homines esse rentur, ego nescio. Quæ sit visio mea, o Deus meus, quid quæ aspiciuntur, dicere nequeo. Quid ita stultitiam induimus homines universi, et de rebus judicamus perperam? Heri primum veni, cras recedo, et me hic immortalem fore arbitror. Palam me habere te Deum confiteor, factis autem te nego quotidie [13]. Doceo te auctorem esse omnium, et sine te habere omnia contendo. Tu superis, et inferis imperitas, et ego solus tibi reniti, et adversari non horresco. Da inopi, da miserrimo omnem animæ nequitiam abjicere, quam inflatio, et vana animi elatio heu me simul comminuunt, et conterunt. Præbe humilitatem, præbe manum opitulatricem, et absterge maculas animæ mæ, et suffice mihi lacrymas pœnitentiæ. Desidero lacrymas, lacrymas salutis, lacrymas eluentes fuliginem animæ meæ, meque reddentes clarum ac lucidum deintegro, volentem te videre lumen mundi, lumen oculorum meorum, meorum, inquam, miseri, qui cor multis hujus vitæ malis, et incommodis plenum gero, ex persecutionibus, et invidia eorum qui in exsilio mihi curando tragœdiam quamdam dederunt: aut, ut verius dicam, benemerentium, dominorum, et vere amicorum meorum. Quibus, Christe meus, pro malis bona repende sempiterna, ditia, et divina, quæ te diligentibus, et ex animo desiderantibus in sæcula sæculorum constituisti.

CAPUT VI.

Præceptiones, quibus tyro monachus ceu ducibus, et viam munientibus ad perfectionem status sui contendere docetur.

A Christo, et ferventi fide ducto principio, sic a mundo secede, et fuge cognatos cum amicis (id enim commodat incipientibus), et nudus a mundanis et materialibus rebus, ad eum qui materia vacat te confer, quo nullum majus auxilium invenies. Pusillanimitatem omnem abs te repelle: ad potentem quippe Dominum confugisti. Quin potius non dubia spe concepta, Domini, etiam passerculorum curam gerentis leve jugum porta: magna enim nos manet in futurum retributio. Ille nos omnes mortales gratis salvat, quandoquidem sacrosancto ipsius sanguine empti sumus. Et jugum illud virtute vocantis Deos nos facit. Hoc enim voluit incarnatio Domini, ut opere exitus operum cognoscas. Quod omnimodis mirabilius est his quæ videntur, præclarum tibi lucrum tuarum amputatio voluntatum, unde te martyrem esse cognoscas. Quæ tibi verbis præcipit pater tuus, ea facito; ducunt enim ea te per viam citra offendiculum usque ad mortem. Magna est hæc sublimitas, et Deum quoque id propter te fecisse constat. Statue te vilissimum esse omnium, quod tibi primas in regno cœlorum conciliabit. Puta te peregrinum, mendicum, et abjectiorem aliis. Magni hæc momenti sunt, si ea recte præstiteris. Omnino imitator esto Domini, quo nihil potest cogitari melius. Luctu quotidiano bene procedunt omnia, et is cibo ac potione dulcior est, fluentium stantiumque cognitionem docet. Ante enim a toto mundo sejungit, et bonorum quæ diximus custodem silentium exercet. Radices omnigenas affectionum malarum ut inutiles evellit. Memoriam mortis jugem habet. Idem humilitatis effector est. Ab his cor purgatus et illustratus (mira res) quod ab omnibus exquiritur, divinum lumen qui præclare videas, dignus eris. Telum est enim immateriale ex immateriali. Christus autem est perfecta charitas, qua qui præditus est, adoptione Deus est. Et ea animas se inquirentes illuminat, quæ solæ vivent, ne quis erret (o charitas Deus, et deificans!): quæ res stuporem habet, et investigatu est difficilis

CAPUT VII.

Amorem suum erga Deum declarat.

Ut ignis es scaturiens, aqua irrorans, et uris, et dulcedine affluis, et corruptionem tollis? ut

[13] Tit. I, 16.

Digitized by Google

homines deos facis, tenebras lumen reddis, ab inferis reducis, mortuos immortalitate donas? ut tenebras in lucem producis, noctem pugno concludis, cor circumfulges, me totum immutas? ut te conjungis hominibus, Dei filios facis, amore tui inflammas, adoptione et gratia tua, per Spiritum tuum, distantia, ut Deus, admirabiliter copulas?

CAPUT VIII.

Quibus manifestetur Deus, et in quibus per observationem mandatorum ejus, boni habitus insit.

Quomodo tu, qui es absconditus, inspectas omnia? Quomodo nobis non cerneris, et nos cernis omnes? Verumtamen, non omnes quos vides, etiam agnoscis: sed diligentes te, eos solos pro amicis agnoscis, et iis excellenter te manifestas solem absconditum. Omnes mortales fornicarii, adulteri, decoctores, peccatores, publicani, dum pœnitentiam agunt, divinæ lucis tuæ filii evadunt. Lux autem omnino lucem generat: itaque et ipsi lux sunt filii Dei, ut scriptum est [111], et dii per gratiam, quotquot divina mandata tua probe servaverint. Quicunque mundi vanitates, et imposturas valere jusserint. Quicunque parentes, et fratres sine odio oderint, peregrinos se, et viatores in hac vita arbitrati. Quicunque divitiis et pecunia sese nudaverint, illarumque affectum penitus abjecerint. Quicunque inanem gloriam humanasque laudes ex animo, propter cœlestem gloriam repudiaverint. Quotquot propriam voluntatem perfecte exstirpaverint, et quemadmodum oves innocentes erga pastorem se gesserint. Quicunque corpore ad quamlibet actionem pravam mortui, virtutum labori insudaverint, et ex sola moderatoris sui voluntate vixerint, obedientia mortui, iterumque vivificati. Quicunque timore Dei, et recordatione mortis, in singulos dies et noctes lacrymas fuderint, et secundum intellectum ad pedes Domini procumbentes, misericordiam et veniam delictorum flagitaverint. Hi bonorum omnium exercitatione, et usu habitum boni adipiscuntur, lugentesque quotidie, et perseveranter pulsantes, misericordiam consequuntur. Hi crebris obsecrationibus gemitibusque inenarrabilibus, et lacrymarum fontibus animam expurgant, quam purgatam videntes incensum desiderium eam plene expurgatam videndi concipiunt. Quoniam autem finem lucis invenire non valent, omnis purgatio ipsis imperfecta est.

Quantumcunque enim purgatus fuero, et nituero miser, et quantumcunque a me visus fuerit, purgans me Spiritus, semper mihi et purgationis, et visionis principium videtur. In profundo enim infinito, in altitudine immensa quis medium aut finem invenerit? Multum esse scio, sed quantum sit, nescio. Plus plus desidero, et continenter gemo, quia exiguum est, quod datum est (etsi multum esse opinor) ad id, quod procul a me abesse suspicor, quod cernens concupisco, et nihil habere me existimo, plane donatas mihi opes non sentiens; nec quod solem intueor, id reputo. Quonam modo? audi, et crede. Quod ego aspicio est sol, cujus mihi sensus supra quam dici potest jucundus, animamque mirifico et divino amore trahit. Ipsa cernens uritur, et ardet amore, ac totum quod apparet, intra se habere cupit; quod cum nequeat, ob id contristatur, et videre, lustrareque non esse bonum judicat. Quando igitur qui cernitur, et a nemine capi potest, et revera inaccessus est, afflictæ et humiliatæ animæ meæ misereri voluerit, repente qualis a me videtur ante oculos fulgens, talis totus in me coruscare cernitur, et totus omni gaudio, omni desiderio, et dulcedine visionis me humilem complet. Repentina est hæc mutatio, peregrina hæc variatio, nec verbis describi potest, quod in me peragitur. Si enim solem hunc, quem omnes contuemur, intra cor suum descendisse quispiam, et totum id inhabitantem, et æque lucentem vidit, nonne miraculo attonitus, et pene exanimis fuit, et omnes qui eum viderunt, obstupuerunt? Jam qui solis creatorem instar luminaris hujus in se splendentem, operantem, loquentem cernit, quomodo aspectu non obstupescet? quomodo religione non perfundetur? quomodo non diliget, a quo vitam accepit? Homines sibi similes homines diligunt, quando præstare nonnihil aliis videntur. Ast omnium conditorem, solum immortalem, omnimodis potentem, quis visum non amabit? Ex sola auditione multi fidem habentes eum dilexerunt, et vitam ejus causa posuerunt sancti, et vivunt nihilominus. Ast qui visionis et luminis ejus participes facti sunt, cogniti ab ipso, et cognoverunt ipsum, quomodo non amabunt, quæso? quomodo propter eum non lugebunt perpetuo? quomodo non mundum, et quæ in mundo sunt contemnent? quomodo non omnem honorem et gloriam despicient, qui omni gloria terrestri, omni honore majores, eum, qui est extra terram, et extra omnia aspectabilia, imo vero qui condidit aspectabilia universa, et gloriam immortalem invenerunt, et acceperunt, citraque defectum omne bonum inde habent? Quin et omnem appetentiam, omne desiderium sempiternorum bonorum, rerumque divinarum, ex eodem fonte semper vivente, tanquam divitias hauserunt: quo et nobis, Domine, abundanter satiari concede, et omnibus amantibus, et quærentibus te ex animo, ut et ipsi nos cum sanctis tuis æterna felicitate in omnia sæculorum spatia oblectemur. Amen.

CAPUT IX.

Spiritus sancti compotem, ab ejusdem lumine rapi, et supra omnes perturbationes ferri, nec earum contactu lædi.

Proh! proh! Domine omnipotens, quis tua

[111] Psal. LXXXI, 6.

Digitized by Google

inaspectabili pulchritudine satiabitur? quis tua incomprehensibilitate implebitur? quis cum pro eo ac decet in mandatis tuis ambulaverit, etiam vultus tui lumen aspiciet? Magnum quoddam, et admirabile, et quod omnino intelligentiæ vim superet, in hoc gravi et tenebroso mundo viventem auferri e mundo cum corpore. Hem mysterium inauditum! Quis parietem suæ carnis transgressus est? quis pervasit corruptionis caliginem, totoque mundo deserto latuit? Papæ, quam facilis ista cognitio, et non subtilis oratio! Ubi latuit, qui mundum trajecit, et extra omnia quæ videbat se extulit? dic, sapientia sapientum reprobata, ne dicam a Deo stulta facta, ut inquit Paulus [13], et quilibet Dei servus. Hic est vir concupiscens spiritum. Hic corpore corpori appropinquans potest spiritu sanctus esse. Extra mundum enim et hæc corpora, non est appetitus carnalis affectionis, sed vacuitas passionum, quam qui dilexit, et ex ea dilectione vitam lucrifecit, eum, etiamsi indecore se gerentem, et ad actionem hujusmodi quasi transfugam se conferentem videas, scito id corpus mortuum facere. Non dico corpus sine anima, quæ illi motum affert, sed sine mala cupiditate. Voluptas enim præclaræ ἀπαθείας, et quod exinde incredibili quodam modo me diligit lumen, totam mihi mentem percellens abripit, ipsamque nudam continens immateriali manu, non me sua claritate excidere, aut aliquid cum vitiosa motione conjunctum cogitare patitur: sed complectitur continenter, et animam meam torret amor, nec est in me sensus alius. Quanto enim mundissimus panis fimo pretiosior et suavior est, tanto amplius et sine comparatione amplius superna infernis præstant apud illos, qui ea bene gustaverunt. Erubescat sapientum sapientia, veræ cognitionis expers. Simplicitas enim nostrorum sermonum reipsa legitimam sapientiam possidet, quæ consuetudine divina fruens illum adorat, a quo omnis sapientia in hac vita donata est, per quam refingor, aut etiam deitate afficior.

CAPUT X.

Tristitiam ex obitu charorum etiam robustiores attingere.

Rem novam et obstupescendam audivi. Naturam, cui nihil cum rebus caducis commercii, lapide, cui nomen adamas, solidiorem pati potuisse. Qui lapis cum nec igne, nec ferro mollescat, plumbo implicatus, cera fit mollior. Modo credidi guttas aquæ longo spatio in petram cadentes, eam cavare. Et profecto nihil est in vita immutabile. Nemo me ex occursu judicet. Væ, fugacia hujus vitæ bona tanquam firma et valida intuenti, et lætanti in illis. Eadem illi usu venient, quæ mihi misero. Nox me a fratre dulcissimo, interrupto charitatis indiviso lumine separavit

CAPUT XI.

Deum sibi sicut Paulo et Stephano apostolis visum, cum stupore commemorat.

Quæ hujus miraculi novitas, quod et nunc patratur? Deus etiam hodie a peccatoribus vult conspici, qui jam olim ascendit, et in cœlis paterno in throno considens est absconditus. Abstulit enim se ab oculis sanctorum apostolorum, ut audivimus, et solus postea Stephanus cœlos apertos vidit, ac dixit: *Video Filium stantem a dextris gloriæ Patris* [14]. Atque idcirco ab ipsis legis doctoribus lapidibus obrutus, pro naturæ conditione moritur, et vivit ævo sempiterno. Verumtamen erat ipse apostolus, et erat sanctificatus, et sacrosancto Spiritu undique plenus. Initio autem promulgatum est Evangelium multitudini infidelium, qui apostolorum opera in Christum credentes, etiam gratiam fidei donum acceperunt. At enim nunc res nova hæc quæ in me fit, quidnam sibi vult? Quid his quæ in me perpetrantur ita obstupesco? quis hic benignitatis modus, quem experior? Novæ divitiæ bonitatis, alius fons misericordiæ, multo plus quam olim effundens. Multis enim ex benignitate Dei misericordia impertita est: verumtamen et ipsi proprium quiddam, fidem nimirum afferebant, cum aliis virtutibus probatisque actionibus. Ego vero his omnibus me carere perspicio, et scio, et ferre nequeo, quæ in me ab utero matris deploratum fiunt a Deo, qui verbo omnem naturam procreavit, quæque et animo cogitare reformido, nedum ut ea scribere audeam. Nam quænam manus huic rei inserviet? quis calamus exarabit? quis sermo eloquetur? quæ lingua renuntiabit? quæ labra expriment, quæ in me cernuntur fieri, et tota die perfici? Etenim et in ipsa nocte, et in ipsis tenebris cum tremore Christum cœlos mihi aperientem video, ipsumque prospicientem, et in me deorsum intuentem, cum Patre et Spiritu, lumine ter sancto. Unum igitur in tribus, et in uno tria ipsum lumen plane est, et lumen unum tria, quod et plusquam sol animam meam irradiat, et mentem tenebris offusam illustrat. Si enim vidisset mens mea, ab initio vidisset. Sed cæcus eram, mihi credite, nec videbam, atque ideo miraculum magis me obstupefacit, cum oculum mentis aperiat, et quodammodo videre det, et est ipsum quod videtur. Ipse enim lumen in lumine apparet videntibus, et qui in lumine vident, ipsum rursum vident, in lumine enim Spiritus vident, qui vident, et in hoc videntes, Filium perspiciunt. Qui autem dignus est habitus, videre Filium, Patrem quoque videt. Patrem autem videns, cum Filio omnino videt, sicut et nunc, ut dictum est, in me fit. Et non intelligibilia aliquantum intelligo: et nunc pulchritudines propter lumen inaccessibile, propter gloriam non sustinendam incontemplabiles procul aspicio.

[13] 1 Cor. I, 19. [14] Act. VII, 55

Digitized by Google

Attonitus flo vehementer, et tremore corripior, cum nisi unam guttam ex abysso videam, universitas autem aquarum, ut in gutta demonstratur, quanam qualitate et specie sit : sicut ex fimbria totum textum, et, ut aiunt, ex ungue leo. Sic totum in parvo amplexans video, ipsumque illum Christum, et Deum meum adoro. Solabatur autem me nonnihil, quod non devorarer, quod non comburerer, *velut cera a facie ignis*, ut dixit Propheta [15], quia longe distarem a lumine inaccessibili, et consisterem in mediis tenebris, et his occultarer, unde velut per modicum foramen prospiciens, vertiginem patiebar. In his dum vivo, mentemque distineo, et quasi in cœlum me puto suspicere, timeoque, ne propior mihi factus me afflet, ipsum illum inveni, quem Stephanus cœlis apertis vidit, et postea Paulus cum vidisset, excæcatus est [16], totum profecto ut ignem in medio cordis mei. Quamobrem miraculo tremefactus, et trepidus valde, et solutis viribus, de mente decessi, totus hæsitabundus. Non sustinens autem immensam gloriam, in nocte harum notitiarum aversus aufugi, tectusque cogitationibus, in his velut in monumentum ingressus, et pro lapide hoc crassissimo corpore superposito, obtectus sum, et absconditus opinione mea a præsente ubique, qui olim mortuum ac sepultum me excitavit. Tremens enim, et non potis videre ejus gloriam, subire elegi potius, et manere in sepulcro, et habitare cum mortuis, vivens ipse in sepulcro, quam ut igne illo combustus funditus perirem. Ibi sedentem me desperatum, omnino sine fine lamentari, et plorare oportet, quia desiderato frustratus, nunc in monumento delitesco. Vivens autem mortuus sub terra, et lapide contectus, vitam inveni Deum ipsum, qui vitam dedit, cui sit gloria, et honor in sæcula.

CAPUT XII.

De unitate omnimoda τρισυποστάτου *Deitatis; et in quibus se aliquid esse dicat, humilians se hac confessione, et arrogantiam pudefaciens.*

Quomodo, quæ aliquando in me delevisti, Deus meus, reviviscunt, meque cruciant, et tenebras mihi faciunt? perturbationes, inquam, iræ, et excandescentiæ, unde vapor, et caligo invadunt caput meum, cæcanturque oculi intelligentiæ meæ. Etenim velut connivere et occludi coguntur, et tuo spolior lumine; quod cum nemo non desideret, pauci tamen exquirunt. Quin etiam quos tuis arcanis dignatus es, et ad materialem communionem cum sensu non materiali, ineffabilium, et omnibus tremendorum mysteriorum tuorum admisisti, et dedisti eis ut cognoscerent invisibilem in visibilibus gloriam, novumque mysterium in mundo factum (adhodum pauci sunt, sat scio, qui hæc liquido apud animum suum contemplati fuerunt) ab eo, qui est in principio, ante omnia sæcula, ex Patre, cum Spiritu sancto, Filio et Verbo Dei. (*Deest in utroque exemplari pagina fortasse una*).... et in me producunt bestias, et dracones mihi nascuntur, et reptilia, et serpentes, membra animæ meæ vexantes semper. Vana quippe et inanis gloria mordet me, et dentes infigit in cor meum, ex quo infirmo jam et plane fracto me canes feroces exstiterunt et ferarum multitudo. Cumque jacentem invenissent, comederunt me. Deliciæ enim et laudes humanæ emedullarunt et enervarunt animam meam, abstuleruntque mihi robur et alacritatem meam. Heu me! qui scribam omnia? Magnifica autem opinione de me ipso, inertia, voluptate, cura hominibus placendi, tanquam latronibus mihi impositis, utrinque trahentes, distraxerunt me. Et hæc quidem ablata sobrietate et temperantia; hæc vero opera bona, et actiones secundum Deum, ut a seipsa profectas ostentans, mortuum me reddiderunt. Dic, amabo, an non miserabile, et miseratione dignissimum est, cum tam multæ affectiones, et impetus turbulenti in me repente irruerunt, et omni virtute exutum ac despoliatum interemerunt, rursum me ipsum nescio, et nihil eorum quæ mihi contigerunt agnoscens, statuo me majorem omnibus, et vacantem perturbationibus, et virum sanctum, et sapientem, eximiumque theologum, et jure venerandum ab universis mortalibus. Sed et cum laudor, ut laudem meritus, omnes advocans, ab iis mihi honoris testimonium colligendum puto. Congregatis enim illis, ego amplius intumesco, et crebro circumspicio, ne forte quis absit, qui me non videat. Quod si forte quispiam limis oculis me aspexerit, malignor, et convicior, et de illo detraho, ut et ipse, his auditis, convitiorum meorum impatiens veniat, me salutet, meæque fidei, mearumque precum, et charitatis indignus appareat. Quod de reliquis omnibus dico. Venit alius, et benedictionem meam reportat, sermones et doctrinam meam auscultat. Proh stultitiam meam! Quomodo nuditatem ac miseriam meam non cerno, et plagas non sentio, non tristor, non fleo, nec sanationem quæro in nosocomio jacens, nec accerso medicos ostendens vibices meas et detegens illis etiam occultas animi mei ægritudines, ut sicca emplastra et ustoria imponant, quæ fortiter sanitatis recuperandæ causa sustineam? Sed potius addo vulnera quotidie.

At tu, o Deus meus, miserere mei, qui deceptus sum et erravi; et timorem tuum insere in cor meum, ut secundum mandata tua mundum fugiam, et oderim, et salubri metu contraham me sapienter. Ne sinas, Christe, me in medio illius oberrare vagarique; nam te solum, hactenus non dilectum, diligo, et tua solum præcepta me servaturum confido, qui totus sum in vitiis, nec cogno-

[15] Psal. LXVII, 3. [16] Act. IX, 8.

Digitized by Google

vi te. Quis etenim te cognovit, et mundi gloriam desiderat? aut quis te amat, et præter te aliud quærit? nempe ut omnes ad se laudandum, et admirandum advocet; aut quibusdam aduletur; aut omnium amicitias sibi conciliare studeat. Hæc nullus servorum tuorum germanorum fecit; et hoc est quod me cruciat, et in tristitiam dat, Deus meus, quia video me in his servitute subactum, nec persuaderi in alteram partem, nec humiliari possum, nec tuam solius gloriam quærere instituo, per quam demonstrer fidelis, ac servus tuus, et per quam (præcipue in vilitate et mendicitate, ac laboribus) non potentioribus modo, sed et regibus queo fieri sublimior. Flectere igitur, Deus omnium opifex, ad tribuendam misericordiam animæ meæ, qui bene ut essem, dedisti mihi, et cognitionem veram largire, ut bonis tuis æternis et solis sciens et prudens inhæream, gloriamque tuam ex animo diligam et quæram, humanam ac terrenam neutiquam curem; ut tibi nunc, et post mortem conjungar, et merear regnare tecum, qui mea causa ignominiosam necem es perpessus, et omnem œconomiam implevisti. Tunc mortalibus universis ero illustrior. Amen. Ita fiat, Domine, nunc et in sæcula.

CAPUT XIII.

Ad pœnitentiam cohortatio, et quomodo voluntas carnis, voluntati spiritus copulata, hominem Deo similem reddat.

Illacrymo et compungor, cum mihi lumen fulsit, videoque mendicitatem meam, et cognosco ubi sum, et qualem mundum incolam, mortalis mortalem et interiturum scilicet. Delector vero et gaudeo, quoties statum meum et concessam mihi a Deo gloriam perspicio, ac me velut angelum Domini totum indumento non materiali ornatum conjecto. Gaudium igitur largitoris et immutantis me Dei desiderium in me exsuscitat, desiderium lacrymarum fluenta protrudit, et me uberius illuminat. Audite, qui in Deum, ut ego, peccatis; elaborate et currite in bonis operibus, ut comprehendatis, et complectamini ignis materia vacantis materiam (cum dico materiam, divinam tibi naturam significo) et accendatis intellectualem animæ lampadem, ut fiatis soles in mundo collucentes et nequaquam visi ab his qui in mundo sunt; ut sitis sicut dii, totam Dei gloriam intra vos possidentes, in duabus essentiis, duabus omnino naturis, duplici functione, gemina voluntate, quemadmodum Paulus clamat[17]. Alia est siquidem fluxæ carnis voluntas, alia spiritus et animæ meæ: verumtamen non triplex, sed duplex, ut homo, sum. Anima mea corpori meo inexplicabili vinculo colligata est. Attamen utrumvis congruenter sua quærit, corpus, comedere, bibere, dormire; quas etiam carnis terrenæ voluntates appello. Quod postquam ab anima separatum fuerit, nihil appetit hujuscemodi: sed mortuum, sine sensu, instar luti est. Totam animæ hominis voluntatem unam esse puto. Qui ergo suam divino Spiritui conjunxerit, Deo similis evasit; Christo in pectus accepto, Christianus a Christo est, Christum formatum in seipso, incomprehensum, solum, et revera omnibus conditis naturis inaccessum plane in se continens. Sed, o natura intemerata, essentia occulta, ignota benignitas plurimis hominibus, misericordia quæ non videtur a stulte viventibus invariabilis, insecabilis, ter sancta essentia, simplex lumen, et carens specie, minime compositum, incorporeum, quodque a nulla natura capi atque comprehendi potes, quomodo, o rex, oculis humanis objectus es ut ego, cognitus ab his qui in mundo sunt, gestatus sanctæ Matris tuæ manibus, ligatus ut homicida, passus ut maleficus, dum me prorsus salvare vis, et in paradisum gloriæ denuo reducere. Hæc est œconomia tua, hæc causa adventus tui, hæc misericordia, et humanitas tua, omnibus mortalibus nobis exhibita, fidelibus, infidelibus, ethnicis peccatoribus, et sanctis. Facta est enim apparitio tua in carne communis omnium vivorum ac mortuorum salus et redemptio.

Quod autem in me perdito occulte, et seorsum in ignorantia cognoscibili mihi quidem certe, aliis autem non, perfectum est, quæ lingua eloquetur? quæ mens interpretabitur? quis sermo enuntiabit, ut et manus mea litteris exaret? vere enim tremendum, tremendum est, inquam, nec satis dici potest, quod a me videtur lumen, quod mundus iste non habet. Et diligit me, qui in hoc mundo non est. Et ego in medio cellæ meæ video illum, qui extra mundum est. Super lectulo meo sedeo, et extra mundum versor. Eum autem qui semper est, et tamen genitus est video, qui cum et loquor audeoque dicere, Amo, quoniam ille me amat. Sola ejus contemplatio præclaræ mihi dapes et nutrimenta sunt; illique unitus supra cœlos scando. Et hoc verum ac certum esse scio. Ubi autem hoc corpus tum sit, nescio. Scio descendere, qui est immobilis. Scio a me videri, qui natura est inaspectabilis. Scio, qui ab omni creatura longe distat, ab eo accipi, et inter ulnas ejus abscondi, et tunc extra totum mundum me inveniri. Vicissim ego mortalis, et in hoc mundo parvus atque exiguus, intra me creatorem mundi totum aspicio: et dum intra vitam sum, totamque vitam intra me vigentem et florentem complector, me non moriturum scio. In corde meo est, et in cœlo non deest: hic et ibi a me cernitur æqualiter coruscans. Quonam autem modo intelligentia satis consequar, quo pacto hæc fiant? aut quomodo tibi enarrare potero, quæ intelligo et video? Sunt enim profecto effatu impossibilia, et universe inenarrabilia, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, et in cor carnale non ascenderunt[18]. Gra-

[17] Rom. VII, 14 seqq. [18] Isa. LXIV, 4; I Cor. II, 9.

Digitized by Google

tias ago tibi, Domine, quoniam misertus es mei et donasti mihi, ut hæc viderem, et conscriberem, posterisque meis prædicarem benignitatem tuam; ut et nunc sacra hac doctrina imbuantur populi, tribus et linguæ, quod omnium fervide pœnitentium misereris; sicut apostolorum tuorum, et omnium sanctorum misertus es. Benefacis illis, eos honoras, et glorificas, Deus meus; ut cum desiderio multo, et timore te exquirentes, et ad te solum mundi opificem conversos, quem decet gloria, honor, imperium, majestas, ut regem, et Deum, ac Dominum universi, nunc et innumerabilibus sæculorum ætatibus. Amen.

CAPUT XIV.

Gratiarum actio ad Deum, propter dona quibus ab eo dignatus est. Præposituræ, ac sacerdotii dignitatem ipsis quoque angelis venerabilem, ac suspiciendam esse.

Ego, Domine, etiamsi loqui velim, non possum. Quid enim tandem loquar, cum consiliis, actionibus et omnibus cogitationibus immundus sim? Nihilominus vulnerata est anima mea, et intus ardeo, cupiens te alloqui saltem aliquantum, Deus meus. Video enim memet, quod scis, et video quomodo membra omnia corporis et animæ meæ ab ipso ortu inquinaverim, totus peccatum (18).

Considero misericordiam, benignitatem, et multa bona tua quæ in me operatus es, et obmutesco, propemodumque despero, et affligor continenter, ac tristor infelix, quia omnibus bonis tuis indignus sum. Cum porro in meipsum descendens, multitudinem peccatorum meorum apud animum reputo, mecumque cogito, nec unum saltem opus bonum in vita suscepisse me, et pro suppliciis, quæ ex justa ira tua sustinere debebam, ut qui te sæpius offendissem, plurimis potius beneficiis abs te humaniter cumulatum esse, in desperationem adducor, quandoquidem adhuc quotidie errata erratis adjicio; et ne multam miserationem benignitatemque tuam ad majus supplicium mihi imponendum vertas formido: quoniam quo pluribus meritis abs te ornor, eo magis ingratus sum tibi ego, boni Domini servus improbus. Omnia igitur alia incommoda, Domine, patientiæ mihi erant, spem æternæ vitæ suggerentia; cujus rei causa gaudebam sæpe, quod solus nosti, confisus clementia et misericordia tua. Ob hoc enim ex toto mundo elegisti me, atque ab amicis cognatisque sejunxisti ut mei misertus salvares me. Hoc certa fide persuasum habens, a gratia tua gaudium carpebam inexplebile, et solida spe sustentabar. De duobus autem illis extremis quid dicam nescio, quæ tibi, Rex meus, in me fieri complacitum est, quæ animæ ac menti privationem afferunt, functionesque et intelligentias omnes impediunt. Quin et magnitudine gloriæ tuæ gravant, et ferme commovent me ad cessandum, ut nihil loquar, nihil faciam, nihil horum attingam.

Æstuo, et admirans contristor, quod ad res tales, tam sacrosanctas me dederim, ut servirem, et liturgum agerem in iis ego miser, quæ intueri libere angeli verentur; prophetæ cum timore cognoverunt, simul de gloriosa, et incomprehensa œconomia andiverunt: apostoli, martyres, et doctorum chorus clamant et vociferantur, se indignos palam prædicantes. Ego autem perditus, ego fornicator, quomodo fratrum rector, divinorumque mysteriorum sacerdos, et Trinitatis immaculatæ minister sum? Quando enim panis ponitur, et vinum hauritur ad corpus et sanguinem tuum, o Verbum, conficiendum, ibi ades tu ipse, Deus meus, et hæc vere corpus tuum et sanguis fiunt, superventu Spiritus sancti, virtuteque Altissimi, et Deum inaccessum, vel potius habitantem lucem inaccessibilem non solum huic naturæ humanæ, et corruptioni obnoxiæ, sed etiam omnibus quæ ratione intelliguntur, angelorum agminibus, audemus contingere. Hoc igitur arcanum, hoc supra naturam opus, et hæc actio, ad quam obeundam delectus sum, suadet ut mihi uti mortem, ante oculos proponam. Unde posthabita lætitia tremore concutior, cum sciam nec me, nec quemvis alium pro dignitate posse λειτουργεῖν (sacrificio fungi) et vitam adeo angelicam, imo plusquam angelicam in corpore traducere: ut quemadmodum ratio docet, et veritas habet, pro eo ac dignum est, familiarior ipsis angelis Deo fiat; utpote et manibus tractans, et ore absumens, quod illi auguste venerantur, et cum tremore circumsistunt.

Judicium autem fratrum, quibus moderandis sum præpositus, quæ anima portaverit? quæ mens sufficiet, citra justam reprehensionem gubernare cujusque animum, et cuncta quæ sui officii sunt, sine defectione conferre, seque ipsum ab eorum censuris eripere? Hoc mihi neutiquam alicui possibile videtur. Induxi ergo in animum, et malo

(18) Humilitatis et religiosæ modestiæ sunt istæ voces; similes illi Davidicæ: *Non est sanitas in carne mea* (*Psal.* xxxvii, 4). Et: *Lumbi mei impleti sunt illusionibus* (*Ibid.* 8). Inquinantur membra corporis per peccatum, quatenus sunt instrumenta hominis peccantis. Et ille homo fit totus peccatum: qui omnibus suis pœnitentiis et membris ad peccatum abutitur, nimirum quando immensitatem seu exsuperantiam rei alicujus denotare volumus, tum abstracta vocabula subjecto tribuimus. Ut cum aliquem ob eximium animi candorem, *totum candorem* nominamus. Quo pertinet etiam illius oratio, qui dicebat, lusciniam nihil aliud esse, nisi *vocem*. Hæc adnotaverim, ne quis ex hæreticorum grege in hunc locum incidens, exsultaret ὡς ὄνος εἰς ἄχυρα ἐμπίπτων, ratus se reperisse stabilimentum delirio suo de peccato originis etiam post baptismum in homine remanente, eumque, ut fermentum massam, miserabiliter inficiente et corrumpente, ita ut nihil sit quod ab hac lue vacet.

Digitized by Google

esse discipulus, et sub unius voluntatem arbitriumque subjici, et unius capessere jussa, et ob hunc unum reddere rationem, quam moribus et voluntatibus servire plurium, eorumque mentes scrutari, consilia comperire, actiones et cogitationes penitius investigare; quando et judicium me manet, et responsurus sum proiis quæ peccarunt, ad quos regendos ego arcano omnino Dei consilio electus sum solus. Unusquisque enim per se judicabitur, et rationem plene reddet eorum quæ ipse seu bona seu mala gesserit. Pro unoquoque autem solus ego reddam. Et quinam salvabor, aut quomodo misericordiam impetrabo, qui neque pro una mea et misera anima possum ullum opus ullo modo ad salutem peractum ostendere, per quod ignes æternos evadam? Sed, o benigne Salvator, misericors et miserator : mihi abjecto divinam largire virtutem, ut quos in fidem meam tradidisti fratres, eos regam verbo cum prudentia, atque ad pascua legum tuarum divinarum deducam, et in mansiones cœlestis regni restituam salvos, illæsos, virtutum pulchritudine splendidos, dignos adoratores ad terribile tribunal tuum. Et me quoque indignum e mundo assumptum, tametsi multis peccatorum notis inustum, tamen sacerdotem, et inutilem servum tuum, quo nosti judicio, choris electorum cum discipulis meis adnumera; ut simul omnes gloriam tuam divinam videamus, et bonis tuis ineffabilibus oblectemur. Tu enim es voluptas, deliciæ, decus ardenter te amantium, in sempiterna sæcula.

CAPUT XV.

Videns gloriam Dei, quam in se operationem senserit. Divinitatem esse in omni, seu universo, comprehendique et non comprehendi ab his qui merentur. Nos esse domum David. Christum in multis membris nostris cognitum, eumdem unum atque indivisum esse.

Dum te revelas, Domine universorum, et vultus tui gloriam manifestius demonstras, totus tremo, te superne aspiciens, quantum pro humili et abjecta natura mea possum, et timore ac stupore correptus dico, Superant captum meum omnia tua, Deus meus. Sum enim immundus, et indignus omnino intueri te, purum et sanctum Dominum, quem reverentur angeli, et cui cum tremore ministrant; cujus a facie concutitur, et contremiscit omnis creatura. Cum hæc dixi, claudo oculos, hoc est, ad inferna averto mentem meam, quia videre ac perspicere Deitatis tuæ majestatem non sustineo. Et tum lamentor, orbatus pulchritudine tua, nec fero separari abs te, qui solus es benignus. Tu vero sic lamentantem, et plorantem, totum, papæ! circumfulges, et obstupefio, et uberius fluunt mihi lacrymæ, dum misericordiam tuam erga me perditum admiror. Tum corporis mei multam fœditatem, et miserabilis animæ meæ indignitatem video, eaque consideratione mentem perculsus exclamo, Quis igitur ego sum, o Deus, et auctor omnium? et quid tandem feci laudabile in vita mea; aut quodnam mandatum tuum complevi, quod tali gloria me despicabilem glorificas? Et unde, et qua de causa miserum me die noctuque tali luce circumfundere dignatus es? Egone aliquando sitiens quæsivi te, Rex meus, egone laboribus mandatorum tuorum defatigatus et afflictus sum? egone tentationes et flagella pertuli, quomodo omnes sancti post nominum memoriam hæc patienter tulerunt, ut me illis adnumeratum salvum esse velis? Quanquam mirifice humanus ac benignus es, ut parens et conditor omnium, audio tamen Jacobum dicentem [19], mortuam esse fidem sine operibus, horreoque supplicia, pro certo illic vilem homuncionem me manentia. Quo pacto igitur confidam ego, Domine, me ut fidelem ad illorum numerum aggregatum iri, qui antehac tibi servierunt, cum ipse nec unum de mandatis tuis servaverim? Verum novi te posse omnia, facis omnia ut vis, et postremis das ut primis, et quod mirum est valde, primorum extremis primum das. Hæc cum tibi dico, tibi, inquam, conditori hujus mundi, prius supra apparenti, et rursum te occultanti, ac postea me totum radiis circumdanti, repente te totum in me perspicio exstitisse, qui ante supra videbaris, et te iterum occultaveras, sicut sol tectus nubibus tenuioribus contractisque radiis. Quemadmodum ille tum aspectui patet, et tunc melius cernitur ab hominibus : sic et tu mihi accessibilis es, latens intra me, alioqui inaccessus, oculis meis, quos intellectus novit conspectus, ut scis, paulatim crescens, majoremque lucem diffundens, et amplius coruscans. Aliquando iterum mihi inaccessus es. Quare quod comprehendi non potes, ideo te celebro, et magnis vocibus bonitatem tuam prædico, naturamque nostram glorificantem glorifico.

Gloria, o Verbum, immensæ condescensioni tuæ. Gloria misericordiæ tuæ. Gloria potentiæ. Gloria tibi, quoniam immutabilis, atque invariabilis manens, totus es immobilis, cum semper movearis, totus extra creaturam et totus in creatura, totus imples omnia et totus extra omnia. Super omnia es, Domine, super omne principium, super omnem essentiam, super naturam naturæ, super omnia sæcula, super omne lumen, super intelligentes beatarum mentium naturas : nam et illæ tuum, vel potius cogitationis tuæ opus sunt. Tu enim nihil es omnium, et superior omnibus. Nam exstantium causa es, ut omnium procreator, et idcirco separatus es, ac distas ab universis, et supra omnia quæ sunt eminere intelligeris, oculorum obtutum effugiens, inaccessus, incomprehensus, intactilis, haud intelligibilis, immutabilis, totus simplex, et tamen totus varius

[19] Jac. II, 20.

Digitized by Google

et omnino mens mea varietatem gloriæ, et decorem elegantiæ tuæ perspicere nequit. Ergo qui ex omnibus nihil est, quomodo tandem est super omnia? Qui extra omnia, et omnium Deus es, aspectum, accessum, intellectum, tactum omnem fugiens, idem mortalis factus, in mundum es ingressus, assumptoque corpore humano, apparuisti omnibus accessibilis. Cognitus es etiam a fidelibus cum gloria divinitatis tuæ, et ab ipsis comprehensus, qui prorsus es incomprehensibilis, et visus ab illis totus : alloqui omnibus invisibilis, et viderunt majestatem sacrosanctæ divinitatis tuæ. Soli fideles vident : omnes autem infideles viso te mundi lumine, cæci permanent. Fideles, itaque et tunc et nunc semper te vident, et secum te habent, universitatis opificem, versantem, et habitantem cum ipsis in hujus vitæ tenebris, ut solem inaccessum, ut lampadem inexstinguibilem, qui a tenebris penitus non comprehenderis, et te videntes semper illuminas. Quia igitur tu, ut diximus, extra omnia es, etiam abs te illuminatos extra ea quæ sensum oculorum movent, esse facis, et sursum cum Patre tuo. Et quomodo tu cum illic sis, sine intervallo nobiscum es totus : sic nos servos tuos, in medio rerum sub sensus aspectumque cadentium versantes, educis, et sursum omnino tecum lumine tuo illustratos tollis, et ex mortalibus immortales reddis, manentesque quod sumus, gratia tua filii, similes tibi evadimus, dii Deum videntes. Quis itaque ad te non accurrat, qui solus es benignus? quis te non sequatur? quis non ex charitate dicat : En, projectis omnibus te sequimur, te compatientem, mansuetum, misericordem Dominum, nostram conversionem jugiter exspectantem, nolentem interitum eorum qui te offenderunt[10], qui in nobis modo stupenda perficis, quæ olim in domo David futura audientes, miramur, qualia futura sint. Domus David nos sumus, tanquam cognati illius. Nam ipse tu omnium Conditor, filius illius factus es, et nos filii tui per gratiam. Tu cognatus noster carne, nos Deitatis tuæ. Indutus enim corpore dedisti nobis Spiritum sanctum, omnesque simul una domus David facti sumus, quia proprii tui et cognati tui. Dominus igitur David tu in spiritu es, nos filii David, semen divinum tuum omnes. Congregati autem in unam coalescimus domum ; id est, omnes sumus fratres, omnes cognati tui. Et quomodo non res admiranda, quomodo non stupenda cuivis hoc cogitanti, hoc perpendenti, quod tu nobiscum es nunc, et in sæcula et unumquemque domum facis, et habitas in omnibus, et es ipse domus omnibus, et in te habitamus unusquisque nostrum, totus cum toto, et quod quolibet vicissim tu, cum solo solus, et supra nos solus, et totus es? Nunc ergo in nobis augusta perpetras. Quæ augusta? dicam pauca de multis. Et quamvis dicta hactenus, omnia plusquam obstupescenda sunt, tamen jam illis amplius obstupescenda accipe.

Membra Christi sumus, et membra nostra Christus. Et manus mea miseri, et pes meus Christus. Et manus Christi et spes Christi ego minimus. Moveo manum? etiam Christus, omnino enim manus mea est : individuam enim Deitatem intelligas oportet. Moveo pedem? et ecce fulget ut ille. Cave dicas blasphemare me, sed hæc approba, et Christum adora, qui te talem facit. Etenim tu quoque, si volueris, membrum ejus fies. Et ita omnia membra uniuscujusque nostrum membra Christi fient, et Christus nostrum membrum, et is omnia indecora ac deformia formosa, et decora reddet, pulchritudine videlicet et gloria Deitatis suæ illa exornans ; et fiemus simul dii, cum Deo familiariter conjuncti, nullam in corpore nostro maculam aspicientes, sed toti totius corporis Christi similitudinem consecuti, quisque totum Christum membrum nostrum habebimus. Unus enim multa factus, unus manet individuus ; pars autem unaquæque totus Christus est (19).

Si ergo tu indutus es carnis tuæ dedecus, nec mentem atque animam nudatus, et tenebris opertus, lumen adhuc videre potuisti, quid tibi ego faciam? quomodo venerationis plena ostendam? quomodo, proh dolor! in domum David te introducam? Adiri enim non potest ab ignavis, ut ego sum : nec videri a cæcis, mihi similibus ; et distat procul plane ab infidelibus et pigris, procul ab omnibus impiis, ab omnibus mundi amatoribus, ab inanis gloriæ cupidis. Sic

[10] Ezech. xxxiii, 11.

(19) Hujus theoriæ occasionem sumpsisse videtur Simeon ex illo I Cor. xii, 17 : *Vos autem estis corpus Christi, et membra de membro.* Et cap. vi, vers. 15 : *Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi?* Et ex aliis hujus generis ; quæ quidem omnia mystice et spiritualiter accipienda sunt. Porro apud Simeonem sequebatur hic disputatio de membris nostris in membra Christi transformatis, deque Christi membris in nostra conversis, quam silentio prætermittendam, Latinisque auribus non satis dignam censuimus. Si quis ejus desiderio tenetur, is codicem Augustanum aut Bavaricum adeat. Multa honeste et decore in hac rerum universitate et sunt, et fiunt, et facta sunt, quæ libero ore honeste effari non possumus. Nec quia nobis aliquid a natura tributum est ; ideo linguæ vestisque tegumento celari non debet. Nec satis aut piæ aut decentes mihi videntur illæ rerum spiritualium considerationes, quæ mentem supra hæc nimis, ut sic dicam, physica non attollunt. Nec qui abdit, quæ natura abdi voluit ; ideo Christum non induit. Quod si quis esset, qui arbitraretur Christiano, qui Christum et re et nomine induit, omnia in propatulo habenda esse ; is non injuria plenior cynicismo quam Christianismo existimari posset. Verum de his satis.

Digitized by Google

autem citra comparationem distat, ut si super altitudinem cœli, aut infra profundum abyssi esset! Et quisnam, aut quo pacto in cœlum tandem ascendet? aut quomodo sub terram descendens, scrutabitur abyssos? et margaritam, ut granum sinapi parvissimum exquirens, quomodo invenire poterit? Sed, o filii, congregamini, o matres adeste, o patres prævenite, antequam mors prævenial, mecumque lamentamini, et plorate omnes, quod cum parvuli in baptismate Deum acceperimus, vel potius infantes filii Dei facti simus, cum peccassemus, mox extra domum David ejecti simus, neque id senserimus, et curramus per pœnitentiam; per eam quippe ejecti omnes regrediuntur: aliter regredi non licet, ne erretis, nec videre, quæ in ea perfecta sunt, perficiunturque in sæcula innumerabilia in Christo Deo meo, quem decet omnis gloria, honor, adoratio in sempiternum.

CAPUT XVI.

Secundum naturam Deum solum amabilem, ac desiderabilem esse; cujus qui factus sit particeps, eum bonorum universorum factum esse participem.

O quæ res ista tam venerabilis omni creaturæ? quod hoc sub intelligentiam cadens lumen, quod videtur ab omnibus? quæ istæ tantæ divitiæ, quas omnino mortalium nullus invenire aut possidere potuit? sunt enim omnibus incomprehensibiles, et a mundo capi nequeunt; sunt super orbem terrarum desideratissimæ; sunt optabiles, quantum rebus aspectabilibus earum procreator antecellit. Atque ideo ejus charitate vulneror. Quatenus autem eum non capio, mente maceror et tabesco, et ardenti corde ingemisco, et hic illic obambulans ac circumiens inflammatus quæro, nec uspiam invenio quem diligit anima mea. Circumspicio crebrius, si possim videre quem desidero. At ille quasi inaspectabilis, penitus non apparet. Cum autem cœpero lamentari quasi desperabundus, tunc se mihi videndum offert, et intuetur me qui intuetur omnia. Admiror, et insigni pulchritudine obstupesco; et quomodo cœlo aperto prospexerit inde Conditor, mihique gloriam novam et inenarrabilem demonstrarit. Et dum ego ita mecum cogito, quis tandem illi propior fiet? aut qua ratione in altitudinem infinitam elevabitur? ipse intra me adest, et in misero corde meo coruscat, undique me immortali splendore convestiens, et cuncta membra mea irradians, totum me complectens, osculum totum impertit, et totum se mihi indigno dat, et ejus charitate pulchritudineque satior, divinitatisque voluptate et dulcedine compleor. Particeps luminis, particeps flo gloriæ, et resplendet facies mea quemadmodum ejus, qui est desiderium meum, et omnia membra mea clarescunt, speciosisque speciosior tunc flo, divitibus divitior, potentibus omnibus potentior, et regibus major sum, et honorabilior longe quibuscunque visibilibus, non terra modo et eorum quæ in terris, sed cœlo quoque et omnium quæ in cœlis sunt, omnium Opificem mecum habens, quem decet gloria, et honos nunc et in sæcula. Amen.

CAPUT XVII.

Timorem generare charitatem, et illam eradicare timorem ex anima, manereque in ipsa, cum sit sanctus divinusque Spiritus.

Quomodo hymnis decantabo, quomodo glorificabo, quomodo digne prædicabo Deum meum qui tam multa peccata mea dissimulavit? quomodo attollam oculos meos, quomodo aperiam os meum, Salvator mi, quomodo movebo labia mea, quomodo ad sublime cœlum extendam manus meas, quem sermonem inveniam, quibus verbis utar, quomodo loqui audebo, quomodo veniam flagitabo tam multis erratis, tam innumerabilibus peccatis? Certe facinora admisi omni indigna venia? nosti tu quid dicam. Omnes naturæ fines transivi, præter naturam patratis sceleribus, brutis animalibus pejor exstiti, omnibus marinis, omnibus terrestribus, pecudibus, reptilibus, feris revera deterior fui, cum mandata tua violavi. Qui igitur corpus meum ita contaminavi, et animam sordidavi, quomodo apparebo tibi, quomodo aspiciam te, quomodo vel stare miser ante conspectum tuum audebo? quomodo non fugiam gloriam tuam, et lumen fulgurans sancti Spiritus tui? Quomodo solus ego ad tenebras non vadam, et a sanctorum cœtibus non separabor, qui opera tenebrarum feci? Quomodo sustinebo vocem tuam, qui hinc ex factis meis fero mecum damnationem meam? totus horreo, totus contremisco, totus in timorem stuporemque versus exclamo ad te. Scio, Salvator, neminem perinde ut ego peccasse tibi, nec quisquam se tantis, quantis ego flagitiis involvit: quin aliis etiam auctor perditionis fui. Atqui hoc contra novi, hoc persuasus sum, Deus meus, non magnitudinem admissorum, non multitudinem peccatorum, neque turpitudinem actionum unquam benignitatem tuam, et magnam, imo vero plusquam magnam, et quam nulla ratio, nulla mens capit misericordiam tuam supergressuram esse, quam copiose in peccatores effundis, dum ferventer agunt pœnitentiam, eosque purgas, et illuminas, et luminis participes, et divinitatis tuæ consortes efficis, et cum eis haud aliter, quam cum sinceris amicis versaris, atque colloqueris.

O clementiam infinitam, o charitatem ineffabilem! Idcirco ante te in genua procido, et magno te clamore appello: sicut prodigum et meretricem ad te accedentes in gratiam recepisti, ita me recipe, misericors Salvator, pœnitentem ex animo, et lacrymas meas ut e fonte continenter stillantes non aspernatus, ablue per illas animæ meæ, ablue corporis, quas ex motibus non rectis contraxi maculas. Eluc quoque cor meum ab omni nequitia. Illud siquidem radix et fons pec-

Digitized by Google

cati est. Nequitia mali seminatoris malum semen illic germinat, et in altum crescens, ramos plurimos improbitatis ac vitiositatis producit. Hujus radices funditus evelle, Christe meus, et animæ atque cordis mei agellum purga, et timorem tuum illis insere, et da ut radices agat, ac repullulet, ut in sublime excrescat custodia mandatorum tuorum, dum in horas apponis, adhibitasque lacrymas meas fluentis scatentibus auges : quo inde irrigatus, maximopere incrementum capiat, et quantum corroboratur et attollitur, tantum pro rata parte humilitas cum eo augescat, cui turbidi motus omnes cedunt, et cum iis dæmonum phalanx repellitur, quam virtutes universæ, ut reginam, circumdare, et tanquam custodes, et amicæ, et famulæ dominam comitari cernuntur. His autem congregatis et consociatis, in medio earum velut arbor secus decursus aquarum plantatus[21] timor tuus efflorescit, et sensim mihi florem novum ostendit. Novum dixi, quoniam natura omnis secundum genus suum parit, et arborum omnium semen secundum genus suum in unaquaque inest. Timor autem tuus, et florem novæ cujusdam naturæ, et fructum æque novum, et a se alienum exhibet. Est namque timor sua natura mœroris plenus, et a se occupatos, semper mœsto vultu, contractisque supercillis incedere facit, tanquam servos, tanquam multis verberibus dignos, tanquam in horas exscindi se a morte exspectantes ; et falcem quidem illius videntes, momentum vero ignorantes ; nec spem habentes, nec plenam fidem perfectæ veniæ ; sed trementes finem et judicii illius sententiam, ut incertam animis ac memoria circumferentes. Flos igitur quem effert specie est inexplicabili ; sed minus tamen modus ejus explicari potest. Nam dum erumpit videtur ; sed statim absconditur, quod nec naturale nec consequens est, verum naturæ naturam conditionemve superat, naturamque omnem transcendit. Paulisper cernitur flos tam formosus, quam verbis nullis declarari queat, et ad se contemplandam rapit mentem meam, nec quidpiam eorum meminisse sinit, quæ timor suggerit, sed omnium mihi tum oblivionem inducit, et actutum avolat. Ita arbor timoris iterum flore destituitur, et ego in tristitiam datus ingemisco, et ad te impense clamans, florem denuo in ramis conspicio, et oculis, o Christe meus, in eo solo defixus, non tunc arborem video, sed crebrius florem enitentem et me toto cum desiderio ad se trahentem intueor, qui tandem in fructum charitatis consummatur ac desinit. Porro hic fructus ab arbore timoris portari se non patitur ; sed bene jam maturus, absque arbore cernitur : nullo enim modo timor in charitate reperitur, et rursum sine timore in anima non progignitur hic fructus.

Vere quiddam mirabilius, quam cogitatione, nedum sermone possis assequi, arborem labore cultam florescere, et fructum ferre, fructum autem totam arborem radicitus exstirpare, solumque fructum permanere. Quo pacto fructus absque arbore sit, explicare prorsus nequeo. Manet tamen et est tamen charitas sine timore, ex quo tanquam parente profluxit. Charitas igitur omnem profecto in se lætitiam continet, et gaudio jucunditateque se habentem cumulat, efficitque ut se extra mundum esse sentiat, quæ facultas in timorem neutiquam cadit. Nam cum is intra ea sit, quæ visu cæterisque sensibus percipiuntur, quomodo, quæso, timentem procul ab his sejungere, et ejus sensum ; omnimodis cum inaspectabilibus conjungere, ac devincire ulla ratione valebit ? Cæterum flos, et fructus, quem timor generat, charitas, inquam, an hæc valeat, velim, ais, nosse perspicue. Exprimi hæc nequeunt, ut affirmavi : verumtamen adverte animum, et te docebo.

Divinus Spiritus est charitas, lumen omnia operans, et illustrans. Verumtamen non est e mundo, neque omnino aliquid mundi, nec creatura, quia increatum, et extra creaturas universas, et ab omnibus separatum, increatum in medio creatorum. Intelliges, fili, quid dico. Hoc increatum nunquam creari potest. Attamen si velit, etiam hoc facere potest, scilicet, ut creatura fiat. Etenim Verbum, Spiritu cooperante, et Patre ita volente, nullam sui mutationem passum, hominem induit, quique erat natura Deus increatus, modo ineffabili creatura factus est, et eo quod assumpserat deificato, ostendit mihi duplex miraculum ambabus functionibus, et voluntatibus similiter, visibilem, et invisibilem, qui teneri, nec teneri possit : et qui apparebat ut creatura in medio creaturarum omnium, ut non creatura disparebat, sicut illi putabant. At enim neutiquam evanescebat ; sed in medio omnium creaturarum sensibilium exstans Verbum, cum eo quod assumpserat copulatum, ut creatura non cernebatur. Assumptam autem creaturam celans, aut in sublime in gloriam suam, quæ intelligentiam nostram excedit, evehens, illico abscondebatur, hoc illi dicebant evanuisse Dominum ; sed rem ex se metientes plane. Creator enim omnium, qui a nemine capi potest, et, ut Deus, implet omnia, quomodo aliter occultaretur ? Num Dominum de loco in locum alium translatum, et ita ab oculis apostolorum ablatum dices (20) ? Apage ne ex ignorantia in blasphemiam incidas.

Audi vero charitatis effecta, si placet, et quo-

[21] Psal. I, 3

(20) Intelligendum est hoc de Christo secundum divinam naturam ; quod planum fit ex verbis præcedentibus : *Creator enim omnium, qui a nemine capi potest, et ut Deus implet omnia, quomodo aliter*

Digitized by Google

modo ea major sit omnibus, cognosces. Quibus omnibus? Num te latet illud Apostoli [22], dicentis potius esse charitatem habere, quam loqui linguis angelorum, et habere omnem omnium hominum fidem, ita ut montes transferas, nosse omnem scientiam, et abditissima mysteriorum, distribuere omnes facultates suas, et ipsum mendicum fieri, etiam corpus ipsum tradere propter Christum ut ardeat? Et quidem tanto major his est charitas, quod hæc, sive unum, sive omnia, sine charitate nihil penitus utilitatis afferant illis a quibus possidentur. Quare quicunque et a charitate, et ab istis enumeratis omnibus nudus est, dic mihi, ubi app rebit? quid faciet? quomodo interrogantibus se fidelem esse respondere audebit? Attendendum igitur ita loquenti de charitate. Sedeo in cella mea nocte aut die, adest, ut non appareat, et ut non cognoscatur, charitas. Et cum extra creaturas omnes, rursumque cum omnibus sit, est ignis, et est fulgor, fit luminis nebula, fit sol denique. Ut ignis, animam calefacit, et cor meum incendit, atque ad desiderium et amorem Conditoris exsuscitat. Affatim autem inflammatum, et animo ardentem, ut splendor lucidus me tota circumvolat, ac radios coruscos in animam meam jacit, mentemque illustrans, et perspicacem reddens, ad sublimitatem contemplationis idoneam facit. Atqui hic erat, quem timoris florem esse supra dixi. Viso autem splendore, et impletus gaudio incredibili, non sum lætatus quod vidissem. Sed ipse cum cœlesti me gaudio implevisset, avolavit, secumque mentem meam, et sensum, et omnem rerum mundanarum cupiditatem abstulit. Et insequens mea mens comprehendere visum splendorem desiderabat : verum non inveniebat eum creaturam, nec illi jucundum accidebat, e creaturis prorsus excedere, ut splendorem illum increati, et incomprehensi comprehenderet. Nihilominus circumibat omnia, et illum videre conabatur. Scrutabatur aerem, cœlum obibat, abyssos perambulabat, et extrema mundi, ut videbatur, pervestigabat excutiebatque; sed nihil in his omnibus inveniebat, creata enim omnia. Et lamentabar, et lugebam, et medullitus ardebam, et veluti mente alienatus sic vivebam. Venit igitur postquam voluit, et in speciem lucidæ nebulæ irruens, totum caput meum insidere videbatur, ut obstupefactus exclamarem. At ille rursus avolans solum me reliquit ; quem cum operose quærerem, iterum repente in me inventum didici, et in medio cordis mei ut lumen instar rotundi solis visus est. Cum sic apparuisset, cognovissemque, et suscipissem, globum dæmonum in fugam vertit, timiditatem imbellem repulit, fortitudinem indidit, mentem meam sensu mundano exuit, et vicissim sensu intellectuali me induit. Ab his quæ videntur me seclusit, et cum his quæ non videntur colligavit; donavit mihi increatum videre, et lætari quod a creatis, et visibilibus, et brevi pereuntibus separatus essem, et conjunctus cum increato, cum immortali, et qui caret principio, et a nemine videri potest. Ista enim charitas est.

Intendamus cursum, o fideles, laboremus festinare segnes, excitemur ignavi, ut charitatis compotes, ejus amplius fiamus participes, et ita ab his rebus abeuntes, et cum illa a visibilibus adducti, Domino assistamus : ne alioqui sine charitate in his, quæ sub videndi sensum cadunt, et in his creaturis ut creaturæ relicti, in igne Tartareo, horribilibusque suppliciis inveniamur. Quod si etiam salvari licet, sive hac, Christe bone, quomodo tandem licet? Si a luce separemur, qui tenebras effugiemus? Si gaudio privemur, quinam tristitia liberabimur? Thalami ingressu prohibiti, quomodo lætabimur? Exclusi regno, tuo conspectu, inquam, Salvator, quam aliam salutem, quam consolationem, aut quo demum alio in loco invenire poterimus? Vere nusquam omnino, etiamsi id quibusdam insipienter videatur : insipiens est enim qui id dicit.

Occurret autem quispiam fortasse, quomodo extra regnum cœlorum, quomodo extra thalamum, et agmen justorum locus alius salutis, aut requiei non erit? Stultus es, inquit charitas, non audisti primum patrem tuum Adamum unicum mandatum in paradiso transgressum, nudatum esse divina gloria, et Evam cum ipso mox inde ejectam in exsilium, pro mercede voluptatis heu misere morte recepta, et vita sudoribus ac laboribus plena, proh dolor ! juste statutis a Deo et vivendi et moriendi temporibus? Sic futurum existima, cum judicium exercebitur. Nam qui a divina gloria, ut ille revera nudus fuerit, statim a paradiso, et sane a regno cœlorum, cœlestique thalamo abigetur, quamvis peccatum non habuerit, sed virtutibus vacuus astiterit. Omnium porro virtutum prima, regina et domina charitas est profecto. Illa caput, et vestimentum, et gloria est omnium. Sine capite autem corpus mortuum, ac sine spiritu est. Corpus absque vestimento quo pacto nudum non est? Virtutes sine charitate marcidæ et inutiles sunt : et qui charitate præditus non est, a gloria Dei nudus est ; et quamvis omnium virtutum compos sit, nudus astat, et nuditatem suam non fereus, occultari mavult. Nam cum sic dedecus ac turpitudinem habeat, etiam

[22] I Cor. XIII, 1.

occultaretur? Ergo quando Christus ex præsentium aspectu evanescebat, non movebatur ut Deus erat localiter : etsi localiter movebatur ut homo erat ; quod Simeon testatur, cum de Christo evanescente sic scribit : *Assumptam autem creaturam* (humanitatem scilicet suam) *celans aut in sublime in gloriam suam*, etc., *evehens* (en motum localem Christi hominis) *illico abscondebatur.*

Digitized by Google

damnationem habet, et audit ab universorum judice, non novi te. Venit in hunc mundum Creator, corpus et animam assumpsit, deditque nobis divinum Spiritum, qui est charitas. Si itaque vis, et placet tibi divinum obtinere Spiritum, crede Deo perfecte, et abnega te perfecte similiter; tolle crucem sine hæsitatione in humeros, ac proposito et voluntate morere, fili, ut vitam immortalem adipiscare. Ne te impostores fallacibus dictis suis decipiant, morientes post mortem vitam accipere, ne credulus negligenter agas, et vitæ particeps minime fias.

Audi verba Dei, audi apostolorum, audi magistrorum Ecclesiæ. Quid Christus in horas clamat? Flumina de ventre in me credentium fluent divini fontis, aquæ semper viventis [23]. Quam aliam hanc aquam, nisi Spiritus sancti gratiam intelligit? Mundos autem corde beatos nominans [24], ait hos Deum hic visuros. Apostoli vero et magistri ad unum omnes clamant, hic Spiritum sanctum, et Christum accipiendum, si quidem salutem consecuturi simus. Ausculta vocem Domini, audi verbum Verbi, quomodo regnum cœlorum jam nunc hominibus accipiendum significet. *Simile est*, inquit, *pretiosæ margaritæ* [25]. Margaritam cum audis, quidnam cogitas? num hanc genus lapidis esse dicis? an qui teneri omnino, an qui videri aliquantum potest? Abi cum tua blasphemia, intelligentia tantum ista margarita percipitur. Mercator autem qui hanc invenit, qua ratione invenerit nunc expone. Si non est, ut manu tangi aut videri possit, ubi igitur iste illam reperit, quomodo vidit? velim mihi dicas. Quomodo etiam venditis omnibus comparavit eam quam non invenit, quam non vidit, quam in manibus non habuit, nec in sinum immisit? Respondebis mihi, fide sola et spe sic affectum iri, ac si eam haberet. Atqui non dixit Dominus, ut tu existimas, nec spe inveniendi, nec spe accipiendi facultates suas vendidisse. Quid erratis? quid vana spe nitimini, et aliis quidem frustra credentibus exitium, vobis grande supplicium vultis struere? Sed suadet tibi, ut prius margaritam invenias, et cum, ut nimis, et immense pretiosam contemplatus fueris, tunc venditis omnibus emas eam. Tu contra ais, in spe, et ostendis te nolle quærere, nolle invenire, nolle fortunas tuas vendere, ut ita regnum cœlorum acquiras, quod intra te, si velis, Dominus esse affirmavit.

Sed forsitan in egestate es, nec aurum, nec possessiones, aut divitias habes; et audiens omnium distractione facultatum inæstimabilem illam margaritam emi, dicis, ego, cui nullæ sunt opes, qua tandem via divinam hanc et speciosam margaritam comparare potero? Hortor itaque te, ut super hoc sapienter me audias. Si mundum universum, et quæ in mundo sunt habeas, et ea in orphanos, viduas, mendicos et egentes dispergas ac distribuas, si ipse quoque mendicus fias, planeque par pretium dedisse te cogites, et dicas: Date margaritam mihi, dedi enim omnia mea, confestim audies a Domino, quæ sunt ista tua omnia quæ dicis? Tu nudus egressus es de utero matris tuæ, et nudus in sepulcrum omnino redibis, quæ igitur tua esse jactas? Stultus es penitus, non intelligis, nec accipies margaritam, nec continget tibi regnum. Quod si quæcunque tandem tibi sint bona consideraris, et te pauperrimum repereris, et accedens ita eum compellaris? Intuere nunc, Salvator, cor et animam meam contritam, castigatam graviter, et inflammatam vehementer. Aspice, Domine, nudum me; vide egentem, ab omni virtute alienum, et in his summa laborantem penuria, nec habentem, quo abs te emam; vide, et miserere mei solus patiens Deus meus. Quid enim in hoc mundo inveniam dignum, quod dem in pretium tui, qui fecisti omnia? Quid namque persolvit meretrix, quid numeravit latro? Prodigus autem, Christe mi, quas tibi opes obtulit? Si hæc, inquam, dixeris, audies vicissim, imo offerebant divitias, datoque quod habebant, margaritam toto mundo præstantiorem acceperunt. Hæc tu quoque si vis, mihi affer, et prorsus eamdem accipies. Cum his accede ad me, et mox tibi monstrabo quam illi consecuti sunt margaritam: et si ipsam animam dederis, nihil dignum dedisse te existimabis. Quidquid denique pro pretio persolveris, nihil te solvisse arbitrabere. Ego, si ad me, ut illa meretrix, accesseris, plane habeo potestatem, plane habeo margaritas, quas si mundus accipiat, et cum mundo hoc aliorum mundorum myriades, ne una quidem margarita thesauro meo deerit, et donabo te, sicut illam donavi. Sic te Deus affabitur et docebit, quomodo ad se latro et meretrix accesserint, qui per orbem terrarum fama celebrantur; quomodo item filius prodigus, simul ac reversus est, susceptus sit. Fide porro latro salvatus est, qui multis erat sceleribus obligatus; nec immerito, quandoquidem solus ipse, omnibus me negantibus, omnibus scandalum patientibus, in cruce pendentem, Deum ac regem confessus est, et immortalem esse ex animo exclamavit; idcirco etiam ante omnes regnum est adeptus. Meretricis autem, amorem quæ oratio consequatur? quem scilicet illa in corde suo gestabat, cum ad me ut Deum ac Dominum visibilium et invisibilium accedens, eum largiter mihi, ut nemo antea offerret. Quem videns approbavi, nec amorem illum accepi; sed data ei margarita, reliqui ei etiam amorem, vel potius amplius eum accendi, et in flammas ingentes excitavi, eamque virginibus honestiorem ac venerabiliorem dimisi. Subito enim legem totam ut murum supergressa, aut tanquam per scalas supra omnes virtutes sublata, ad finem legis pervenit, qui est charitas, et abiit, usque ad mortem charitatem illæsam conservans. Similiter prodigus

[23] Joan. vii, 38. [24] Matth. v, 8. [25] Matth. xiii, 45.

Digitized by Google

toto ex corde reversus, sincere pœnituit et cum esset ante filius meus, non tanquam filius meus ad me adiit : sed sicut unus de mercenariis meis fieri petivit. Nec vero lingua tantum, sed et animo loquebatur, et quæ verbis dicebat, operibus demonstrabat. Humilitas ejus ad misericordiam me impulit, quem mox ditavi, et continno gloria extuli, quoniam ex animo ad me conversum videbam, cum neutiquam (quod multi solent) mentem a me reflecteret. Hoc modo quisquis ad me venerit, et se mihi sincere prostraverit (audiant omnes mortales) confestim eum suscipiam. Qui autem gratia mea per dolum potiri vult, et cum hypocrisi seu simulatione ad me accesserit, aut improbitatem celans, aut operibus suis confidens, aut elatione, aut invidia constrictus, hic prorsus non habebit partem mecum. Hæc tibi, et universis Deus per nos in horas occinit.

Ac si placet aliunde quoque perspicuum tibi faciam, hic tibi totum regnum cœlorum accipiendum esse, si post obitum in id ingredi concupiscis. Audi iterum in parabolis loquentem. Regnum cœlorum cui simile dicam? Attende. Simile est grano sinapis, quod homo quispiam acceptum, sevit in horto suo, et comprehendit, et revera in arborem magnam se sustulit [36]. Dic tu jam qui hæc audis, quisnam est granum istuc? quid esse illud putas? dic libere, alioqui ego dicam, et veritatem eloquar. Certum est regnum cœlorum vocasse granum. Istud autem granum est divini Spiritus gratia, hortus cor uniuscujusque hominis; ubi, qui accepit spiritum, serit illud et contegit, absconditque in intimis visceribus, ut nemo videat, et cum omni sedulitate custodit, ut germinet, et arbor evadens cœlo se tollat. Si tu affirmas, non hic, sed post mortem omnes accepturos regnum Dei, qui id ferventer diligunt, Dei ac Salvatoris nostri verba evertis. Nisi enim acceperis granum sinapis, de quo dixit, nisi id in horto tuo severis, sementis expers manes omnino. Quod si etiam semen illud jeceris, et vel spinis suffocaveris, vel avibus rapiendum prodideris, aut negligentia tua hortum non rigaveris, et granum rupta tellure non prodierit, non germinaverit, non fructum tulerit, agedum, dicito quæ tibi ex hac satione proveniet utilitas? Quando autem, et quo alio tempore si non hic, semen accipis? Post mortem, inquis. Sed aberras ab eo quod est rationi consentaneum. Interrogo te, quoniam in horto tunc istuc granum terræ absondes? quonam labore coles, ut eliciatur inde herbescens ex eo viriditas? Vere, mi frater, deceptus, et plenus erroris es. Hoc enim tempus operum, futurum, coronarum est. Hic tu arrhabonem seu pignus accipe, dixit Dominus; hic sigillum seu notam cape; jam modo animæ tuæ lampadem accende, priusquam contenebret, priusquam claudantur portæ obeundorum operum. Si sapis, hic tibi margarita sum, hic emor. Hic tibi triticum, et velut sinapis granum sum. Hic tibi fermentum sum, et massam tuam fermento. Hic tibi aqua et suavis ignis sum. Hic et vestimentum et alimentum, et omne genus potionis tibi sum, si modo tu vis. Dominus hæc dicit. Si igitur ita ex caducis rebus, et talem me cognoveris, etiam ibi talem me habebis, ut ineffabili ratione tam tibi omnia. Sin hinc emigraris, ignorans quid operetur gratia mea, illic me tantummodo judicem inexorabilem invenies. O Christe meus et Deus meus, ne me tunc condemnes, neve pœnis subjicias, qui multis te peccatis offendi, sed me ut unum de infimis tuis mercenariis suscipe; et dignare me posthac servire tibi, Salvator mi, et Spiritum sanctum tuum pignus regni accipere, et illic thalami tui gloria perfrui, videntem te Deum meum in omnem æternitatem. Amen.

CAPUT XVIII.

Qualem oporteat esse monachum, quæ ejus actio, et qui ascensus.

Animæ tuæ domum fac palatium, quod Christus universorum rex inhabitet : fac autem lacrymis stillantibus, ejulatibus, lamentationibus, genuum flexionibus, et crebris gemitibus, si monachus vere μονάζων esse vis. Tunc non eris μονάζων, id est, solitarius, nam cum rege versaberis : eris autem μονάζων secundum nos, ut qui ab hominibus et mundo universo separatus sis, quod est legitime μονάζειν : Deo autem et regi conjunctus, non μονάζων, sed omnium sanctorum socius, angelorum convictor, justorum contubernalis, et revera omnium cœlestium cohæres effectus es. Quo igitur pacto μονάζων, qui ibi vitam ducis, ubi celebritas martyrum, ubi chorus prophetarum et divinorum apostolorum, ubi innumerabilis justorum, episcoporum, patriarcharum, aliorumque sanctorum frequentia? Qui vero etiam Christum in se habitantem gerit, dicite mihi, quomodo hic solus esse dici potest? Nam cum Christo meo una est Pater, et Spiritus sanctus. Et qui tandem solus, qui tribus, ut uni copulatus est? Non est solus, qui Deo est unitus, etiamsi solus est, et quamvis in solitudine, et in antro degat. Quem si non invenit, si non cognovit, si non accepit totum incarnatum Dei Verbum, heu me! neutiquam est monachus : sed μόνος solus, a Deo separatus, et sejunctus videlicet. Quin etiam singuli nostrum, qui hoc animo sumus, ab aliis hominibus omnino dissociati, et omnes orphani ac desolati sumus, tametsi habitatione conjungi videmur, et multorum aggregatione inter nos misceri. Animo enim et corpore sejuncti sumus, quod esse verum mors ostendit, unumquemque ab amicis et cognatis divellens, et qui nunc diliguntur, eorum omnium oblivionem afferens. Sic et nox, et somnus, et actiones vitæ, consociationem multorum, ut consentaneum est, dissolvunt. Qui autem per virtutem cellam suam cœlum fecit, et in

[36] Matth. XIII, 31.

Digitized by Google

ea sedens Creatorem cœli et terræ considerat, et videt et odorat, et semper est cum lumine inaccesso, lumine sine occasu, lumine sine vespera, a quo non divellitur, procul omnino non removetur, non die, non nocte, non in cibo, non in potu, sed nec in somno, aut itinere, aut in mutatione loci; sed ut vivus, ita mortuus, imo, ut clarius dicam, anima prorsus in sempiternum illi adest. Quomodo enim sponsa a sponso, aut vir ab uxore, cui colligatus est semel, sejungi possit? Legislator, credo, legem non servabit? Qui dixit, *Et erunt duo in carne una*[27], quomodo cum ipsa spiritus unus non erit? In viro enim mulier, in muliere vir, et anima in Deo, et Deus in anima unitur, et cognoscitur in sanctis omnibus.

Sic uniuntur Deo, qui per pœnitentiam animas suas in hac vita purgantes monachi fiunt, semoti ab aliis, quique sensum Christi accipiunt, cujus et os sunt et lingua a mendacio aliena est, cum qua Patrem omnipotentem alloquuntur, et clamant semper : O Pater, o Rex, et Conditor omnium. Horum cella cœlum est, ipsique sol, et lumen est in ipsis nunquam occidens, ac divinum, quod et omnem hominem venientem in hunc mundum, ex Spiritu sancto renatum illuminat[28]. Nox enim non est in illis, nec quo id modo fiat, dicere queo. Horreo enim dum hæc tibi scribo, et cogitatione ipsa tremisco : sed doceo te, quomodo et qua ratione vivant, qui Deo serviunt, et illum præ omnibus inquisitum, solum invenerunt, solum dilexerunt; quomodo soli per monasticum statum uniti, cum solo soli, quamvis in frequenti populo, sint quasi relicti. Hi enim revera sunt monachi, et soli μονάζοντες, qui cum solo Deo, et in Deo soli, nudi cogitationibus et omnigenis animi agitationibus : solum intuentur Deum apud animum, cogitantes, nec cogitantes infixi nimirum in lumine, quemadmodum telum in pariete, aut stella in cœlo, aut nescio quo alio modo. Verumtamen ut quemdam lucidum thalamum habitant cellas suas, et se in cœlo arbitrantur vivere. Num autem vere habitent, considera, et fidem habeto. Non enim sunt in terra, quamvis terra teneantur; sed in lumine venturi sæculi vivunt, in quo habitant et inambulant angeli, a quo rapiuntur Principatus et Potestates, Throni et Dominationes omnes confirmantur. Et quanquam Deus requiescit in sanctis suis, tamen in Deo sancti vivunt, et moventur, ambulantes in lumine, velut super pavimento. Miranda res, tanquam angeli, et filii Altissimi post mortem erunt, dii cum Deo viventes, cum eo qui natura est, hi qui per adoptionem similes ei facti sunt. Hoc tantum nunc illi cedunt, quod corpore vincti tenentur, eoque, heu velantur, et obteguntur, ut qui in carceribus vincti custodiuntur, qui solem, et radios ejus per foramen ingredientes perspiciunt quidem, ipsum autem totum videre, et speculari custodia egressi non possunt, nec exserto capite libero cœli aspectu frui. Atque istud est, quod illos angit et contristat, quod Christum totum non vident, tametsi totum vident; nec e vinculis corporis se expedire queunt, etiamsi perturbationibus, et omni rerum affectu vacent : sed a multis liberi ac soluti, a uno retinentur. Alius enim multis vinculis constrictus est, nec ab illis multis se solutum iri sperat. Qui autem vincula plurima abrumpere potuit, et adhuc ab uno impeditur, plus aliis dolet, et ab illo quoque ut eximatur, studiose dat operam, ut liber appareat, ut gaudens incedat, ut cum festinatione ad eum proficiscatur, quem desideravit, cujus causa item vinculis exsolvi contendit. Illum igitur singuli solum expetamus, qui nos levare istis vinculis potest; illum exoptemus, illum, cujus pulchritudine omnis cogitatio et mens obstupescit, quæque animam omnem vulnerat, et quibusdam alis ad charitatem subvehit, et cum Deo in omne ævum consociat atque conglutinat.

Eia, fratres mei, ad hunc actionibus currite. Eia amici, exsurgite. Ne posteriores ferre velitis. Ne vos nimium amantes, nobis obloquamini. Ne affirmetis impossibile videri Spiritum sanctum accipere. Ne dicite, absque ipso salutem posse dari. Ne dicite, quemquam hujus inscienter esse participem. Ne dicite, Deum ab hominibus non videri. Ne dicite, homines divinum lumen non videre; aut id his temporibus fieri non posse. Nequaquam ita est, amici; imo volentibus etiam facile est : sed iis qui vitam a perturbationum tumultibus vacantem et sedatam agunt, et quibus puri mentium oculi. Aliis peccatorum immunditiæ cæcitatem pariunt, quæ et hic et illic divino eos lumine privabunt, et, mihi credite, in ignem et tenebras mittent. Videte, amici, qualis, quam pulcher, sit Dominus. Eia, ne conniveatis animo, ad terram aspicientes. Eia, ne curis terrenorum negotiorum et opum, et cupiditate gloriæ occupemini, ut hoc lumen vitæ æternæ relinquatis. Agite, venite, amici, mecum, et una, non quidem corpore, sed anima et corde elevemur, in humilitate bono Domino acclamantes, misericordi, et soli benigno Deo, et omnino exaudiet, omnino miserebitur, et omnino revelabitur, et omnino se patefaciet, et lumen suum lucidum nobis ostendet. Quid gravamini miseri, quid pigramini? Quid requiem corporis, et gloriam inhonoram et ingloriam, inanem et vanam mavultis? Quid vitam virtuti deditam esse otiosam, et vacare sollicitudine dicitis? Non ita est, fratres, non est, ne erretis. Sed quemadmodum qui vitam sæcularem agunt, habentque uxores, et liberos, et divitias, ac temporalem gloriam appetunt, studium adhibent, et currunt, ut opinioni suæ satisfaciant : ita quoque omnis pœnitens, et Deo serviens festinare debet, et in continua sollicitudine versari, quomodo ejus pœni-

[27] Gen. II, 24. [28] Joan. I, 9.

Digitized by Google

ia fiat acceptabilis perfectaque, et Deo placita ritus. Tum Deo ex his penitus familiaris, pe- is ei unitur, ipsumque ante oculos intuetur; ntumque voluntati ejus morem gerere conten- tantam sibi apud eum fiduciam ac libertatem ait; quod utinam et nos facere mereamur, et ericordiam impetrare cum omnibus sanctis, ic quidem quantam in hac vita assequi licet, autem Christum totum, ac totum Spiritum Patre consequamur in sæcula sæculorum. en.

CAPUT XIX.

intellectuali revelatione functionum divini lumi- is, deque divina, et quæ animo cernitur actione llius vitæ, quæ cum virtute transigitur.

Sinite me solum, cellæ meæ inclusum; dimittite cum Deo, qui solus est benignus; absistite, gius vos removete; sinite me solum mori co- n Deo, qui finxit me. Nemo ostium pulset; nemo cem mittat; nemo cognatorum amicorumque e visat, nemo mentem meam a contemplatione ni ac speciosi Domini abstrahat; nemo mihi bum porrigat; nemo potum afferat : sufficiet im mihi emori in conspectu Dei mei, Dei mise- cordis, Dei benigni, qui in terras descendit, ut ccatores vocaret, et secum eos in vitam cœle- em perduceret. Nolo lucem mundi hujus, nec sum solem, nec quæ in mundo sunt, videre am- lius. Video namque Dominum meum, video re- m, video verum lumen, et cujusque luminis reatorem. Video fontem omnis boni. Video aucto- m, et causam rerum omnium. Video principium rincipii expers, a quo producta sunt universa, et er quem vivunt alimentoque implentur omnia; et ujus voluntate deficiunt ac desinunt omnia. Quo- modo igitur eo deserto cellam meam egrediar? inite me, et lamentabor, et deplorabo noctes et ies, quos perdidi, dum intueor mundum hunc, ntueor solem, intueor lumen mundi hoc sub sen- um cadens, et caliginosum, quod animam haud lluminat, citra quod etiam oculis capti vivunt, et um hinc morte discesserint, nunc videntibus pares runt; in quo et ego vagabundus lætabar omnimo- lis, ac prorsus aliud lumen esse non putabam, quod et vita esset, ut diximus, et causa essentiæ mnino tum ejus quod est, tum ejus quod erit : ramque velut ἄθεος, cum ignorarem Deum meum. Nunc autem postquam complacuit ineffabili mise- ricordiæ videri a me et revelari mihi indigno, idi et vere cognovi, ipsum Deum universorum sse, Deum omnium quæ in mundo sunt, quem nemo hominum vidit; extra mundum quippe est, extra lucem ac tenebras, extra aerem, extra men- tem ac sensum omnem. Quare ego quoque eum videns, a sensibus abii. Ergo vos quibus sensus imperant, me missum facite, ac sinite me non

A solum cellam occludere, et intus sedere; sed si vel effossa humo me abscondero, et ibi vitam extra mundum totum vixero, aspiciensque immortalem Conditorem ac Dominum, ejus amore mori voluero, sciens me utique non moriturum. Quid igitur commodi mundus mihi attulit? et quid nunc lucri referunt, qui in mundo degunt? Profecto nihil; sed nudi in sepulcris habitant, resurgentque nudi, et judicabuntur omnes; quia veram vitam, quia lucem mundi, Christum, inquam, relinquentes, dilexerunt tenebras, et in ipsis ambulare elegerunt omnes, qui lucem non receperunt, quæ fulsit in mundo, quam mundus non capit, nec videre potest [11]. Quocirca relinquite, sinite me solum, obsecro, ut fleam et requiram hunc, ut detur mihi vi-
B deaturque a me largiter. Non enim videtur tantummodo, non solum spectatur; sed communicatur etiam, et incolit, et manet, et est tanquam thesaurus in sinu absconditus : quem qui portat, voluptatem percipit, et qui videt, gaudio exsultat existimatque eum quamvis occultatum cerni ab omnibus. Sed plane non cernitur, nec attingitur ab omnibus. Non hunc fur, non latro surripere atque auferre potest, quantumvis portantem jugulaverit. Si rapere voluerit, quærendoque excutiat marsupium, scrutetur tunicam, cingulum solvat, eumque libere indaget; si etiam dissecto ventre rimetur viscera, invenire ac tollere neutiquam poterit. Nam oculorum obtutum effugit, et manibus non tenetur.
C Et cum sit contrectabilis omnino, simul est incontrectabilis. Verumtamen tenetur manibus eorum, qui hoc digni sunt (indigni ab hoc facessite), jacetque in manu quiddam, o miraculum! et non quiddam, nomen enim non habet. Attonitus igitur, et hoc cupiens retinere, constringens manum, visus sum tenere et habere, vidique rursum in ea, quod prius, o ineffabile miraculum! o inusitatum mysterium!

Quid frustra omnes turbamur, quid decipimus, quid ad lumen hoc quod sensui subjicitur hiamus, qui sensu intellectuali, nempe ratione condecorati sumus? Cur ad res vitæ hujus caducas ej perituras respicimus, qui anima incorporea et immortali sumus præditi? Quid ista admiramur nos
D stupidi penitus, et, instar cæcorum, pondus ferri et magnam hanc placentam modico auro aut pretiosæ margaritæ, ut rem æstimatione majorem, anteferimus; nec parvum sinapis granum quærimus, quod omnibus quæ oculis usurpantur, quæque sub aspectum non veniunt, majus atque præstantius est? Cur non damus omnia, et comparamus illud? Et cur hoc destituti in vita manere volumus? Credite mihi, si vel sæpius mori liceret, ut istud parvum granum acquireremus, non esset recusanda conditio.

Væ illis, qui id in sinu animæ satum non habent, vehementer utique esurient. Væ qui id ger-

[11] Joan. III, 16 seqq.

Digitized by Google

minasse non viderunt, quoniam nudi, ut arbores foliis viduatæ, stabunt. Væ qui verbis Domini fidem non commodant, ut hæc arbor fiant, et ramos emittant, studiosaque et attenta mente quotidianum istius parvi grani incrementum curent; nam ejus efficientiæ detrimentum facient, sicut servus, qui stulte talentum defodit [30]. Quorum de numero ego quoque sum, negligens, et cessans assidue.

Sed, o individua Trinitas, o inconfusa unitas, o lumen innominatum ut prorsus carens nomine, o rursum multorum nominum ut operans omnia, o una gloria, principium, potentia, regnum, o lumen, una voluntas, sententia, nutus, vis et virtus, me afflictum pie miserare. Qui enim non affligar, qui non mœrorem concipiam, qui tantam bonitatem et miserationem tuam contempsi, qui viam mandatorum tuorum tam segniter et remisse, et improbe, infelix ambulavi? Sed et nunc commoveantur viscera tua, et nunc miserere mei, et æstum cordis mei denuo accende, Christe meus, quem miseræ carnis meæ dissolutio exstinxit, et somnus, saturitas ventris, et vini ingurgitatio, hæc totam animæ meæ flammam exstinxerunt, et fontem, scaturiginem scilicet lacrymarum, exsiccarunt. Etenim calor ignem generat, ignis vicissim calorem, et ex ambobus flamma accenditur, et fons lacrymarum. Flamma producit fluenta; fluenta autem flammam, in quibus me divinorum mandatorum meditatio provexit. Rursum præceptorum observatio pœnitentiam ut adjutricem assumens, in medio præsentium ac futurorum me constituit. Unde repente abreptus a visibilibus, timore correptus sum, cernens unde servatus essem. Futura autem longissime distantia videbam, et illa mihi comprehendere desideranti, ignis amoris accensus est, qui paulatim visus est flamma modo inexplicabili, prius quidem in mente mea, post etiam in corde, flammaque illa divini desiderii expressit lacrymas, et cum eis incredibilem mihi suavitatem præbuit. Confisus igitur in meipso, prorsus haud exstinctum iri (pulchre enim ardet dicebam) et desidiæ me dedens, somno et saturitate insipienter subjugatus sum, et remissius vivens, vinoque liberaliter usus, non quidem ut inebriarer, sed ut poteram tamen, illico exstinctum sensi illud mirum et venerabile desiderium nempe cordis mei, illam flammam, quæ ad cœlum pertingebat et in me ardebat quidem vehementer: non tamen fenaceam intra viscera mea substantiam exurebat; sed totam, mirum dictu! in flammam convertebat, et fenum ab igne tactum, penitus non ardebat. Imo vero ignis fenum comprehendens, illi uniebatur, totumque inconsumptum custodiebat.

O divini ignis virtutem, o novam efficacitatem! Qui dissolvis petras, et colles a solo timore, et a facie tua, Christe Deus meus, quomodo feno commisceris tu, plane divina essentia, qui in lumine penitus intolerabili habitas? Quomodo manens immutabilis, et omnino inaccessibilis, feni substantiam ita custodis, ut non comburatur? Et manens fenum lux est, non autem lux fenum est; sed feno tu lux citra confusionem es unitus, et fenum fit ut lux, mutatum immutabiliter. Non queo hæc tua miranda silentio tegere: non possum non loqui œconomiam tuam, quam fecisti mecum, qui sum prodigus et fornicarius, et benignitatis tuæ inexhaustum thesaurum non enarrare omnibus nequeo, mi Redemptor. Desidero enim mundum universum ex hoc lucem accipere, et neminem prorsus ea vacuum relinqui. Verumtamen in me primum fulge, o rex omnium; incole, et illumina abjectam animam meam, ostende mihi aperte Deitatis tuæ faciem, et omnino invisibiliter appare mihi, Deus meus. Nullo enim modo videris a me, omnino tamen appare mihi. Qui ab universitate capi non potes, vere parvus quodammodo ils in manibus meis, et labiis meis ut uber lucidum, et dulcedo versaris et coruscas, o novum mysterium, ita et nunc da te mihi, ut te satier, ut osculer, et amplectar tuam gloriam inenarrabilem, lumen vultus tui, et implear, et aliis omnibus communicem, et obita morte totus glorificatus ad te veniam. Ex lumine tuo et ego lumen factus tibi assistam, et tunc curis multorum malorum expeditus, etiam timore liberabor, ne rursus immuter. Etiam, Domine, da mihi hoc; etiam largire mihi hoc, qui indigno mihi omnia cætera gratis dedisti. Hoc enim maxime opus est, et in hoc sunt omnia. Nam etsi nunc a me videris, etsi nunc quoque misereris, etsi nunc illuminas me, et mystice doces, et potenti manu tua protegis et custodis, et ades, et dæmonas in fugam vertis, et omnia mihi subjicis, et omnia mihi suppeditas, et imples me bonis omnibus, Deus meus, tamen nihil ex omnibus his proficio, nisi mihi citra pudorem dederis præterire portas mortis: nisi princeps tenebrarum veniens gloriam tuam mihi adesse viderit, et erubuerit, adustus lumine tuo inaccesso, et omnes adversariæ potestates, visa nota sigilli tui, cum ipso in fugam convertentur, et ego gratia tua confisus transibo intrepidus, tibique appropinquabo, et ante te procumbam, quem referam fructum ex his quæ nunc in me fiunt? Revera nullum, sed ignem in me amplius accendent. Qui enim me bonorum tuorum, et æternæ gloriæ tuæ participem, et servum atque amicum tuum fore confido, si privabor simul omnibus, et te ipso, Christe meus, quomodo non gravius tribulabor, quam infideles, qui te non cognoverunt, nec splendorem luminis tui viderunt, nec dulcedine tua saturati sunt? Quod si mihi contigerit assequi arrhabonem horum, hanc pensionem, et hæc præmia adipisci, quæ in te credentibus promisisti, tum ego quoque beatus ero, et laudabo

[30] Matth. xxv, 25.

Digitized by Google

Patrem, Filium, et Spiritum sanctum unum vere Deum in sæculorum sæcula. Amen.

CAPUT XX.

Solum iis perspectas, et manifestas esse res divinas, quibus per communionem sancti Spiritus totis totus unitus est Deus.

Undenam venis, et quinam in cellam undique clausam ingrederis? hoc novum quiddam est, quod nec dici satis nec cogitari potest: intra me autem esse te, et totum repente lucere, luminosumque cerni, ut lunam totam lucidam, hoc mihi mentem et linguam eripit, Christe meus. Scio te esse, qui venisti, ut illuminares sedentes in tenebris [31], et obstupesco, nec apud me sum; nec fari queo; quoniam miraculum novum video, quod omnem creaturam, omnem naturam, omnem sermonem exsuperat. Verumtamen proloquar nunc omnibus, quæ mihi donasti proloqui.

O mortales universi, reges, principes, divites, pauperes, monachi, mundani, omnis terrigenarum natio, mihi modo aures date, dum magnitudinem benignitatis Dei mei edissero. Peccavi ei, ut alius in orbe terrarum nemo. Ne quis me istud ex animi demissione arbitretur dicere. Peccavi plusquam omnes mortales, peccati omne genus, ut uno verbo dicam, et sceleribus me astrinxi. Verumtamen vocavit me, et exaudivit statim, quod scio. At enim quo tu me ab ipso vocatum esse suspicatus es? num ad gloriam mundanam, aut delicias, aut remissionem et ferias? Num ad divitias, aut amicitiam principum, aut ad eorum aliquid, quæ in hac vita sunt? Mitte male loqui. Ad pœnitentiam me vocavit, inquam, statimque vocantem secutus, et cursu currentem fugientemque, ut leporem canis, insecutus sum. Distante autem a me longius et abscondito Salvatore, non adhibui desperationem in consilium, nec ut eo amisso pedem retuli: sed in quo eram loco sedens lamentabar, flebam, ablatumque e conspectu meo Dominum revocabam. Cum sic jactarer et vociferarer, se oculis meis reddidit, mihique proxime appropinquavit. Quem cernens exilui, et ad eum apprehendendum prosilui. Verum ille celeriter se proripuit. Ego currere incitatius, et sæpe ejus laciniam prehendere. Ille consistere paululum; ego lætari mirifice. Avolat denuo, insequor denuo. Et cum ita abiisset qui venerat, occultasset se qui apparuerat, non me retro converti, nec me tantillum piguit, nec de cursu remisi, nec me ab illo deceptum, aut tentatum existimavi ullo modo; sed quem non amplius videbam, quantis valebam viribus, et omni facultate mea cœpi exquirere, viasque et sepes circumspicere, sicubi appareret. Obortis autem complebar lacrymis, et omnes percontabar, qui aliquando ipsum vidissent. Quos porro a me putas intelligi? An hujus mundi sapientes, et scientiis excultos? Minime sane; sed prophetas, apostolos, et Patres vere sapientes, illam ipsam sapientiam totam possidentes, quæ est Christus ipsemet Dei sapientia. Hos igitur lacrymans, cum incredibili dolore cordis mei rogabam, ut dicerent mihi, ubi tandem ipsum vidissent, aut quo in loco, aut quomodo, et qua ratione. Certior ab iis factus, currebam quantum poteram, et somnum penitus excludens, mihimet instabam. Unde contigit ut viderem quem desiderabam, sed mediocriter, et recognoscens cum, celeri cursu, ut ante dixi, insequebar. Postquam itaque vidit me omnia ducentem pro nihilo quæque in mundo sunt, et ipsum mundum, et homines hujus mundi quasi non exstarent, reputantem ex animo et a mundo separatum, in hac affectione mea totus toti mihi se conspiciendum præbuit, totus se mecum conjunxit, qui extra mundum est, eumque cum omnibus quæ in eo sunt portat, et manu sola quæque cernuntur quæque non cernuntur continet. Ergo hic, audite, cum ocurrisset, invenit me; unde venerit, nescio. Quomodo enim nosse poteram, cum nemo hominum unquam noverit nec unde venerit, nec ubi sit, ubi pascat, ubi cubet? Prorsus enim non videtur, prorsus non intelligitur, et habitat lucem inaccessibilem, et lux est in triplici hypostasi, modo inexplicabili, in locis incircumscriptis, nullis finibus ac terminis inclusus, et circumscriptus Deus meus, unus Pater, similiter unus Filius cum Spiritu sancto, unum tria, et tria unus Deus ineffabiliter. Non enim sermo expresserit, quibus verba nulla sunt paria, et quæ mens parum assequitur.

Certe quæ in nobis sunt, vix ea tibi aliquantum explicare queo: hæc autem divina nec ego, nec ullus alius ulla ratione: quo pacto videlicet Deus segregatus ab omnibus essentia, natura, potestate, gloria, et quomodo ubique in omnibus, singulariter vero in sanctis habitet, et in his tabernaculum sibi constituat, ita ut idipsum cognoscant, et essentialiter, qui penitus essentiam omnem excedit: quo pacto contineatur humanis visceribus, qui omnem creaturam ipse continet: quo pacto fulgeat in corde carnali atque crasso: quomodo intra illud sit, quomodo extra omnia sit, et tamen impleat omnia. Die noctuque splendet, et non cernitur. Hæc omnia, dic mihi, ecquid mens humana penetrabit, aut explanare tibi poterit? Profecto non angelus, non archangelus exponere verbisque declarare hæc valebit, quæ solus Spiritus divinus cognoscit, solus scit: quippe ejusdem naturæ thronique socius, et simul cum Patre, ac Filio principii expers. Is quibus fulserit, et abunde copulatus fuerit, illis omnia re ipsa ostendit, modo quo dici non potest. Quemadmodum enim cæcus, si aspiciat, primum videt lumen, deinde in lumine, mirum dictu, omnem creaturam: sic cœlesti Spiritu illustratus animam, statim lumen participat, et lumen videt, lumen Dei, et

[31] Luc. I, 79.

Digitized by Google

Deum omnino, qui ei monstrat omnia, vel potius omnia quæ jubet, quæ vult, et cupit. Quos illuminat, iis dat intueri quæ sunt in divino lumine; ac pro portione claritatis et custodiæ mandatorum Dei illuminati cernunt, occultorumque Dei mysteriorum altitudine initiantur. Perinde ut si quis in domum tenebrosam manu lampadem tenens, aut alio cum lampade præcedente ingressus, omnia quæ illic sunt aspiciat. Nam similiter radiis solis sub intelligentiam cadentis clare illustratus, ab omnibus aliis ignorata videt, et loquitur : imo non omnia, sed quæ verbis consequi licuerit. Quis enim quæ illic sunt, qualia, quanta, cujus generis sint, cum incomprehensa et invisibilia sint universis, oratione expresserit? Speciem namque specie carentium, quantitatem non quantorum, pulchritudinem non intelligibilium quis intelliget? quomodo metietur quomodo formas formam non habentium ulla ratione verbis proferre, et sermone describere poterit? Respondebis, omnino non posse. Sed illi tantummodo hæc norunt, qui vident.

Quod cum ita sit, non verbis, sed factis efficere festinemus, ut videamus, divinorumque arcanorum divitias discamus, quas donat Dominus cum labore inquirentibus, et quos totius mundi oblivionem, rerumque illius omnium sibi comparasse certum est. Etenim qui illa exquirit, totoque animo consectatur, qui tandem omnium prætereuntium ac labentium memoriam vere non ejiciet, et ab iis mentem nudatam possidebit, et mox superior omnibus, et solus invenietur? Quem Deus, qui solus est, propter se solum factum, ac mundum, mundanaque aspernatum conspiciens, solus solum inveniens, cum eo unum fit. O venerandam œconomiam, o bonitatem inexplicabilem! Quæ hinc sequuntur, ne interroga, ne scrutare, ne exquire. Nam si stellarum multitudinem, aut pluviæ guttas, aut arenas numerare, quin et reliquarum creaturarum dignitatem, elegantiam, naturam, dispositionem et ordinem, et harum causas ut sunt, nullus dicere aut cogitare potest, quomodo misericordiam Creatoris effari poterit, quam exhibet animabus sanctis, quibuscum unitus fuerit? Prorsus enim illas conjunctione sua quadam divinitate impertit. Qui tum sint mores animæ deificatæ quæ natura, quæ affectio, quæ voluntas, quis demum status, et conditio, qui narrare tibi vult, is etiam sermone nescio quo quid Deus sit, docere te contendit. Verum hæc indagare fas non est mundanis, aut secundum carnem viventibus, sed fide sola amplectenda sunt; imitanda exempla sanctorum omnium, et in lacrymis ac pœnitentia, et reliqua austeritate vitæ, tentationibusque sufferendis currendum, ut mundum evadant, quod supra tetigimus, et omnia, ut aiebamus, sufficienter invenient. Obstupescent autem eo invento, et admirabuntur, ac pro me misero supplicabunt, ne hæc amittam : sed ea ipsa assequar, quæ assequi desiderabam, et desidero, desirioque desiderium obfusco, et hebeto. Et cum audierim aliquando, desiderium accendere desiderium; et ignem alere flammam, id in me non experior : sed nescio quomodo amoris magnitudo amorem meum exstinguit.

Non dicam quantum vellem dicere, et puto nequaquam amorem Dei me acquisivisse. Dum autem insatiabiliter amare studeo quantum volo, etiam quo præditus eram, mira res, amorem Dei perdo. Ut avarus homo, qui thesaurum habet, quia non omnia habet, plane nihil se habere putat, quamvis auri plurimum habeat : sic sane in mea causa infelix ego puto accidere. Quia non amo ut volo, et plane non quantum volo, non arbitror me amare vel aliquantum. Amare igitur quantum volo, amor supra amorem est, et cogo naturam meam supra naturam amare. Infirma autem natura, et ipso quod possidebat robore spoliatur, et moritur mirabiliter vivens amor; magis enim tunc vivescit, et in me florescit. Ut tibi declarem quemadmodum floreat, exemplis careo. Hoc solum accipe, verbis hæc affari posse neminem. Qui solus Deus, et talium bonorum verus suppeditator est, det omnibus per pœnitentiam hæc exquirentibus, lugentibus, et lamentantibus, et bene purgatis adipisci, et cum jucundo sensu his perfrui, et cum his peregrinationem suam conficientibus, et in iis quiescentibus vita æterna potiri, et consortes gloriæ ineffabilis per ea inveniri.

CAPUT XXI.

Ad quemdam discipulum. Animas pœnitentia, et fletibus purgatas cum divinus ignis sancti Spiritus afflaverit, eas complecti, et purgare amplius, partes earum propter peccatum obscuratas illuminare, et sanatione vulnera ad perfectam cicatricem perducere, ut divina pulchritudine supra modum coruscent.

Vere ignis est Divinitas, ut dictum est a Domino, quem ut in terras mitteret, idcirco venit [88]. Sed in quam terram? cedo. In omnes homines, qui terrena sapiunt, quem voluit, et vult arderé in omnibus. Audi, mi fili, et cognosce divinorum mysteriorum altitudinem. Hunc cœlestem ignem qualemnam esse judicas? An aspectabilem et creatum, aut intellectu percipiendum? Non utique, nam de eo nunc doceris, et initiaris, certoque scis, illum non capi, increatum, ab omni aspectu extraneum, sine principio, ab omni concretione liberum, immutabilem et incircumscriptum penitus, inexstinctum, immortalem, omnino incomprehensum, extra omnes creaturas materia constantes, et a materia segregatas, visibiles invisibiles, corporeas incorporeas, terrestres et cœlestes, extra has, inquam, omnes est secundum naturam et essentiam, imo etiam secundum potentiam. Hic igitur, dic mihi, in quam materiam inseretur? In animas utique habentes oleum

[88] Luc. XII, 49.

Digitized by Google

uberrime, et ante istuc et cum istoc fidem, et opera fidem confirmantia possidentes. His ut lychno, oleo et stuppa pleno ignem Dominus immittit, quem mundus non vidit, nec videre potest. Mundum dico, qui in mundo sunt, et mundana sapiunt. Sicut porro lychnus seu lucerna quam videmus, admoto igne accenditur : ita spiritualiter intellige divinum ignem animas attingere, easque inflammare. Quomodo inflammabit, antequam attingat? quomodo attinget, antequam mittatur? Profecto nequaquam omnino. Ardens autem lychnus, et clarum lucens omnibus, si oleum defecerit, numquid non exstinguetur?

Aliud majus observa, quod me terret plus omnibus. Conspicuum lychnum meum valde, cum olei infusi copia, et stuppa plurima, mus, sive alia quæpiam bestiola prorepens, aut evertit, aut paulatim linctu oleum absumpsit, stuppamque comedit, atque ita lampadem exstinxit. Mirabilius autem, quod stuppa tota (ellychnium vocant) illapsa in oleum, repente ignem exstinguit, et est mihi lucerna mea tenebrosa prorsus, nec apparet. Lucernam seu lampadem animam intelligito, oleum virtutes, mentem ipsam ellychnium, et in eo divinum ignem lucentem, illuminantemque animam simul, et domicilium totum corporis mei, quæque in eo sunt cogitationes, et agitationes animi omnes. Hoc autem non lucente, si invidia, aut malevolentia, aut amor gloriæ, aut cupiditas alia cujuspiam voluptatis, aut perturbatio demum alia sese commoverit, et lampadem everterit, id est, scopum, et propositum voluntatis meæ, aut oleum elinxerit, virtutes omnes aut alioqui ellychnium, nempe mentem meam, ut dixi, in se ipsa habentem lumen clare fulgens, pravis cogitationibus absumit et devorat, aut etiam totam in oleo demergit, dum videlicet virtutum suarum actiones recolit ac versat, et hinc de se magnifice existimans excæcatur, si lampadem meam hinc, aut aliunde fortasse exstingui contingat, ubi tunc ignem esse, aut quid me fieri dices? Permanere illum cum lampade, an ab ea secludi ac sejungi? Proh amentiam! proh insaniam! Quo pacto lampas citra ignem accendi, aut ignis absque materia manere in lampade potest? Semper enim ignis materiam appetit qua pascatur. Nostrum est autem plane nunc præparare, et prompte nos ipsos tanquam lampades exhibere, oleo plenos, id est, omnigenis virtutibus exornatos. Mentis vero ellychnium erectum proferre, ut igne contactum, paulatim flammam concipiat. Sic cum iis manet, qui ipsum acquisierunt. Aliter, ne quis sibi fraudem det, non videtur, non tenetur, non cohibetur penitus. Est enim, quod memoravi supra, extra hanc rerum naturam, et ita capitur unione ineffabili, ut tamen capi nequeat : similiterque circumscribitur, nec tamen circumscribitur.

Hæc porro neutiquam sermonibus, nec cogitationibus investiga : sed ignem posce accipere, qui manifeste istæc omnia, et istis ineffabiliter arcaniora docet, et ostendit his, a quibus habetur. Audi, si placet, fili. Cum fulserit, quemadmodum dixi, et examen motionum rationi repugnantium expulerit, domumque animæ tuæ expurgaverit, sine mistione illi admiscetur, et modo inexplicabili essentialiter ejus essentiæ, totus toti penitus unitur, eamque sensim lucidam facit, inflammat, et illuminat sic, ut a me explicari non possit. Fit unum ex duobus, ex anima et creatore, et in anima est creator solus cum sola totus. Qui manu sua creaturam omnem continet, ne dubita, hic totus cum Patre, et sancto Spiritu una anima capitur, et animam intra se totam complectitur. Intellige, vide, perpende hæc : dixi enim tibi, animam lumen intolerabile, et inaccessum angelis intra se continere, et ipsum lumen vicissim habitare intra animam, et eam neutiquam urere. Cognosti profundum mysterium; homo, inter ea quæ sub aspectum subjiciuntur exiguum quid, umbra et pulvis, in medio sui Deum totum continet, a cujus digito pendet creatura, et a quo quilibet essentiam suam, vitam, et motum habet. Mens omnis, anima, et ratio ratione præditorum ab hoc est : eodemque modo spiritus animalium intelligentia vacantium, et omnino universorum tum ratiocinantium, tum tantummodo sentientium esse hinc manat. Hunc habens, quisquis habebit, et intra se gestans, et ejus pulchritudinem spectans, quomodo desiderii flammam feret? quomodo ignem amoris sustinebit? quomodo calidas e corde lacrymas non stillabit? quomodo admiranda illa enuntiabit? quomodo quæ in ipso fiunt enumerabit? quomodo plane tacebit, cum cogatur loqui? Videt etiam sese in inferis, post illustrationem luminis, inquam. Etenim nemo ibi sedentium ante divini luminis illuminationem se cognoscit; sed in ignorantia caliginis, qua obsessi tenentur, corruptionisque, et mortis versantur. Verumtamen videt ubi fulget anima illa, et se in densissimis tenebris, et custodia tutissima profundissimæ ignorantiæ totam esse intelligit. Tunc cernit, ubi clausa sit, locum totum nihil esse præter cœnum, immundorum, venenatorum, et serpentium plenum; seipsam vero ligatam, et vinculis constrictam manus et pedes, et squalidam, et sordidam, et serpentum simul morsibus sauciam, et gestare se carnem suam tumefactam, scatentemque vermibus. Hæc qui videt, quomodo non exhorrescet? quomodo non plorabit? quomodo non clamabit, et ferventer pœnitebit, atque a teterrimis vinculis ut liberetur rogabit? Profecto quicunque hæc vere viderit, et ingemiscet, et lamentabitur, et cum eo qui lumen fudit, cum Christo, inquam, esse volet.

Hæc itaque faciente me, quæ dixi, et in genua ante effulgentem cadente (probe mihi quæ dicam considera) tangit ille manibus, vulnera, et vincula mea. Atque ubi manus me tangit, aut digitus ad-

Digitized by Google

movetur, statim rumpuntur vincula, vermes emoriuntur, oræ vulnerum in unum attrahuntur, decidunt sordes, et labes carnis meæ, fit contractio in cicatricem repente tanta, ut eo in loco cicatrix omnino nulla appareat, sed is potius similiter ut divina manus coruscus efficitur. Mira et nova res caro mea. Essentia animæ meæ, imo et corporis mei divinam assecuta gloriam, fulgorem jacit divinum. Videns hoc in parte corporis mei perfectum, quomodo non desiderabo, et supplicabo totum corpus meum a malis liberari, similiterque sanitatem, qualem dixi, et gloriam assequi? Tamen sic me faciente, imo etiam ferventius, et obstupefacto proportione miraculorum, bonus Dominus mota manu sua reliqua corporis mei obit; et cerno hæc, eo quo narravi modo, purgata, et divinam induta gloriam. Mox igitur purgato, et vinculis liberato, divinam mihi manum porrigit, e cœno me erigit, me complectitur, et cadit super collum meum (heu me qui istæc sustinebo?) et crebro osculatur me. Defectum autem me penitus, et jam vires recipientem (proh! quomodo hæc litteris committam?) tollit me in humeros suos, o charitas, o bonitas, et ab inferis, cœnoque, et caligine eductum, inducit me in alium sive mundum, sive aerem, nam penitus rem effari nequeo; hoc novi tantum, me portari, et contineri a lumine, et ad magnum lumen induci, cujus admirabilitatem ingentem, ne angeli quidem omnino, ut arbitror, inter se declarare poterunt. Cum jam essem illic, alia mihi ostendit quæ in lumine, puta, vel potius quæ ex lumine. Novam reformationem dedit mihi intelligere, qua ipse reformavit, et denuo finxit, et a corruptione liberavit me, et a morte, quod sensi, totum absolvit, vitamque immortalem donavit, et a mundo isto perituro, et his quæ ipse in eo sunt omnibus me sequestravit, stolaque non materiali, et lucida vestivit me. Induxit item calceos, annulum, et coronam, immortalia, sempiterna, omnia nova ab his quæ hic cernuntur. Fecit me, o novitatem, intactilem, impalpabilem, nec non invisibilem, conjunctum his quæ sub videndi sensum non cadunt.

Postquam me isto modo, et talem fecit Conditor meus, in tabernaculum sensibile, et corporeum introduxit, et in eo inclusit, munitionemque adversum me adhibuit, deductumque in mundum quem sentimus, et aspicimus, jussit rursum in eo vitam propagare. Et cum mandasset mihi consuetudinem habere cum iis qui versantur in tenebris, liberatum a tenebris, et includi cum illis, qui in cœno habitant, vel potius docere, ad agnitionem, quibus undique affecti sunt vulnerum, et quibus detinentur vinculorum, eos perducere: cum hæc, inquam, mandasset, abivit. Relictus igitur solus in prioribus tenebris, non fui contentus, quæ mihi donata ante memoravi bonis ineffabilibus, cum me totum renovasset, totum immortalem reddidisset, totum deificasset, et Christum effecisset. Sed privatio ejus omnium horum bonorum oblivionem mihi afferebat, ut me egentem, ac destitutum putarem. Quare ut adhuc veteribus involutus, malis cruciabar, sedensque in medio tabernaculo, velut in domuncula, aut in vase inclusus, flebam, lamentabar vehementer, prorsus foras non prospiciens. Requirebam enim illum, illum quem desiderabam, quem amavi, cujus formæ elegantia vulneratus sum. Incendebar, ardebam, totus ignescebam. Sic ergo me viventem, sic lacrymantem, tabescentemque, et atrociter flagellatum, et præ dolore vociferantem, exaudito clamore meo prospiciens ab immensa, et inconjecturabili altitudine, cum me vidisset, misertus, et pro humano captu videri rursum dignatus est, qui est omnibus inaspectabilis. Quo conspecto, perculsus sum ego in domicilio inclusus, et in vase conclusus, et in medio tenebrarum, cœli, inquam, ac terræ medio. Res enim sensibiles appello tenebras, omnibus hominibus, et eorum animis, sensibilibus sese immiscentibus superfusas. In quibus, in sensibilibus, inquam, hærentes, premuntur ab iis, et obscurantur mirum in modum.

Cæterum in his cum essem, vidi animo qui prius erat, et nunc est extra omnia: sumque admiratus, crede mihi, et obstupui, timui, et gaudio exsultavi. Consideransque miraculum quomodo, qui nihil cum rerum natura commune habet, et est extra omnia, sit tamen in omnibus, video solus videntem me, nesciens ubi sit, quantus, cujusmodi, et qualis sit quem video, aut quomodo videam, aut quid videam. Tamen videns quæ vidi, lamentor, quia modum hunc cognoscere nequeo, et nequaquam cogitare, aut aliqua ex parte perspicere, quo pacto me videat, quem ego video. Vidi rursum hunc totum intra domum meam, et intra hoc vas repente exstitisse, meque sibi ineffabiliter univisse, inenarrabiliter copulasse, et citra mistionem mihi, ut ignem ferro, ut lucem vitro missum esse. Et reddidit me igni, reddidit vitro similem, evasique illud, quod antea videbam, et procul aspiciebam, et quo pacto admirabilem illum modum tibi explanem, verba non reperio; nec enim potui cognoscere, nec nunc prorsus cognosco, quomodo in me ingressus, quomodo mecum unitus sit. Unitus porro cum eo, quomodo explicabo tibi, quis ille, qui mihi, et cui vicissim ego unitus sim? Horreo, et metuo, ne forte, si dixero, tu non credas, et ex ignorantia lapsus in blasphemiam, frater mi, animam tuam perdas. Verum quem me cum illo unitum vocabo? Deum, natura geminum, hypostasi unum, duplicem enim me fecit, et, ut cernis, etiam geminum mihi nomen indidit. En distinctionem, homo sum natura, Deus gratia. Vide qualem gratiam dicam, unionem scilicet cum illo, sensibiliter, et intellectualiter, spiritualiter et essentialiter. Intellectualem quidem unionem exposui tibi diverse ac variis modis: sensibilem autem aio esse illam, quæ in mysterio contingit. Purgatus enim perui-

Digitized by Google

tentia, et fluentis lacrymarum, et deificati corporis, ut Dei, factus particeps in sacra Eucharistia nimirum, ego quoque ineffabili unione Deus fio. Vide et observa mysterium. Anima igitur et corpus (ut eadem iteremus ex incredibili lætitia) in duabus substantiis unum sunt. Hæc itaque cum unum sint et duo, ubi corpus Christi sumpserint, et ejus sanguinem biberint, ambabus substantiis, et naturis unita Deo meo, similiter participatione quadam Deus fiunt, vocorque et honorer ejus nomine, cujus substantialiter particeps effectus sum. Dicite igitur, quomodo carbo, et ferrum atrum ignita ignis videntur? Quod apparent, id vocentur: ignis apparent, ignis nominentur. Si tu te ejusmodi non deprehendis, de hujusmodi saltem tibi disserentibus fidem denegare noli, sed ex toto corde tuo quære, et accipies margaritam, aut guttam, aut sinapis granum, divinum semen ut scintillam.

At enim quo pacto quæres quod tibi dico? Audi, et diligenter facito, et mox reperies. Accipe perspicuam imaginem, sive similitudinem lapidis, et ferri; in his enim natura ignis omnino una et eadem est, tametsi plane non cernatur, ignis, inquam. Quod si collidantur, et materiam arripuerint, ei ex horum collisione parva scintilla exsiliens ac sese conjungens penitius, eamdem paulatim accendit, flammamque in altum mittit, ac pulsis tenebris domum illuminat, et quotquot in domo sunt, eos in conspectu constituit. Vidisti rem miram? Dic igitur, amabo, antequam crebrius collidantur, quomodo scintillas emittent? Sine scintilla vero, quomodo per se materia accendetur? Si prius non accendatur, quomodo tenebras dispellet? quomodo ædes collustrabit? quomodo tibi cernendi facultatem dabit? Utique respondebis, neutiquam istud fieri posse. Ergo et tu ita facere studeas, et accipies. Quid accipies? divinæ naturæ scintillam, quam creator, pretiosæ margaritæ, et grano sinapis comparavit. Quid est autem quod tibi præstandum dico? Audi patienter, fili. Sit tibi corpus, et anima pro ferro et lapide, mens ut imperatrix et domina affectionum, in actionibus cum virtute conjunctis, et cogitationibus Deo placitis se exercens, et corpus quidem ceu lapidem, animam autem ut ferrum tenens, manibus quæ intelligentia percipiuntur, eam trahat, et ad agendum vi impellat: *Regnum quippe cœlorum vim patitur* [34]. Quas autem actiones intelligis? quas? pervigilationes, jejunia, fervidam pœnitentiam, imbres lacrymarum, luctum, continuam mortis memoriam, preces assiduas, omnigenarum tentationum in te irruentium patientiam. Ante hæc omnia silentium, et profundam humilitatem, perfectam obedientiam, abnegationem propriæ voluntatis. His, et horum similibus anima vacans, et semper intenta, in primis scintillas suppeditat menti tuæ, quæ cito exstinguuntur: quandoquidem nondum ita tenuata est, ut statim accendatur. Ubi autem divinum cordis jaculum accensum fuerit, tum et ipsam animam illuminat, et mentem purgat, atque in altum subvehit, et in cœlum extollit, atque cum divino lumine conjungit.

Priusquam hæc facias, quæ ex me audisti, quæso quomodo purgaberis? antequam vero purgeris, quo pacto mens tua divinas scintillas accipiet? Et quomodo, obsecro, et si aliunde, undenam cordi tuo illapsus ignis divinus accendetur, et ipsum accendet, et inflammabit, et uniet, et copulabit, et creaturam a Creatore inseparabilem efficiet? Nemini istud omnium qui nunc sunt, et qui post aliis erunt in annis possibile dices. Quæ deinceps sequuntur, ne interroga. Si enim lumini unitus fueris, ipsum te docebit omnia, et revelabit tibi omnia, et monstrabit, ac suggeret, quæcunque discere tua interierit: nam alioqui verbis humanis percipere ea quæ illic sunt, non est ut fieri queat. Deum decet gloria, nunc et in sæcula. Amen.

CAPUT XXII.

Omnes sanctos illuminatos illustrari, videreque gloriam Dei, quatenus eam a natura humana videri fas est.

Respice de supernis, Deus meus, et complaceat tibi, ut appareas mihi, et cum mendico conversaris. Aperi cœlum, et revela mihi lumen tuum: vel potius aperi mentem meam, et etiam nunc intra in me, dissere per impuram linguam meam sicut olim, et refelle eos qui ita loquuntur, non esse hodie, qui Deum se vidisse noverit, neque ante hoc tempus fuisse, extra apostolos. Sed neque illos aiunt clare vidisse Deum, Patrem tuum, docentes eum cognosci et videri a nullo posse; et opponentes verbum Joannis dilectissimi discipuli tui: *Deum nemo vidit unquam* [35]. Eia, Christe meus, dic acturum, ut ne imprudentibus ego nugari videar. Scribe, inquit, quæ dico, nihil vereare. Ego Deus ante omnes dies, horas et tempora, imo ante omnia sæcula, ante creaturas omnes visibiles et invisibiles, supra omnem omnino captum, sermonem, cogitationem solus cum solo solus, et nihil eorum quæ aspiciuntur; sed nec eorum quæ non aspiciuntur. Eram revera, antequam nascerer. Solus ego increatus cum Patre, et Spiritu sancto. Solus absque principio ex Patre meo, cujus item nullum est principium. Nemo angelorum unquam, nec archangelorum, nec aliorum ordinum vidit naturam meam, nec me Creatorem totum, qualis sum, sed tantummodo radium gloriæ, et defluxum quemdam luminis mei vident, contemplanturque. Sicut enim speculum solaribus radiis percussum, et ut lapis cristallinus in meridie illustratus; sic omnes deitatis meæ radios suscipiunt. Totum autem me videre nondum quisquam, vel angelorum,

[34] Matth. xi, 12. [35] I Joan. iv, 12.

Digitized by Google

vel hominum, vel sanctarum virtutum promeruit. Sum enim extra omnia, et nullis oculis aspectabilis. Neque vero his aspectum mei invideo, neque ut deformis me occulto ne appaream : sed quia nemo deitate mea dignus est inventus : neque par esse potuit creatura Creatori. Nec illis expedit, ut me videant. Parvum autem ex me fulgorem cernentes, initiantur, unde sciunt vere me esse, et me Deum cognoscunt, qui ipsos procrearim, et cum tremore ac timore me celebrant, et colunt. Haud enim potuit Deus alium producere, qui potentia æquaret Creatorem, nec naturæ suæ consortem. Nec ulla ratione quod conditum est, consubstantiale potest esse conditori. Qui enim increato creatura aliquando assimiletur? Atque ut hæc fateberis, sic illud non negabis, eo qui semper est, qui initium nescit, nec creatus est, creata inferiora esse; tantumque ab eo differre, quantum currus et serra a fabro suo differunt. Quomodo igitur currus fabricatorem suum intelligat, quomodo serra ducentem se cognoscat, nisi cognitionem illis det, nisi videndi sensum eis immittat, qui ea paravit? quod creatis omnibus est impossibile. Prorsus igitur nullus hominum, nullus angelorum, dandi aliis spiritum aut vitam præbendi accepit potestatem. Dominus autem, quem penes solum est potestas omnium atque potentia, tanquam fons vitæ, animata producit, qualia voluerit, et largitur cuique ut artifex, ut Dominus pro voluntate ac beneplacito suo, cui gloria, et imperium, nunc et semper, et sæculis sempiternis. Amen.

CAPUT XXIII.

Gratiarum actio pro exsilio, et afflictionibus, quas in persecutione sua pertulit.

Gratias ago tibi, Domine, gratias ago tibi soli, cognitor cordium, rex juste, misericordissime, qui in terras descendisti, et carnem induisti, Deus meus, et factus es quod non eras, homo similis mihi, sine mutatione, sine fluxu, et omni peccato : ut passus tu, qui pati non poteras, injuste ab injustis, mihi damnato vacationem omnium passionum donares, dum imitarer passiones tuas. Justum igitur judicium tuum, et præceptum simul, quod nos servare jussisti, quod quidem est imitatio humilitatis tuæ : ut quemadmodum tu passus es, qui peccato carebas, sic nos qui peccavimus, sufferamus omnia, puta tentationes, persecutiones, flagella, tribulationes, et tandem ipsam quoque necem ab improbis nobis illatam. Tu enim dæmoniacus audivisti, et seductor es habitus, et Dei adversarius, et prævaricator legis. Tu ut facinorosus comprehensus, ligatus, et ductus es solus, cunctis discipulis, et amicis te deserentibus. Tu ad judicem ut condemnatus cum adducerere, quam is in te protulit sententiam suscepisti. Tu locutus, alapam a servo sustinuisti, et tacens, illico morti es addictus : nam verba tua instar gladii sceleratis erant. Idcirco non ferentes ipsi injusti te solum justum intueri, turpissimæ neci te dediderunt. Illinc percussus caput, spinis coronatus, chlamydem ut coccineam purpuram indutus, faciem consputus, heu me, et illusus es, audistique per ludibrium : *Ave, rex Judæorum.* Tu humeris portasti crucem tibi, eique infixus, in altum sublatus es Deus meus. Tu manus ac pedes transfixus, aceto potatus, et latus lancea perfossus es. Hæc tellus indignata contremuit, et quos continebat mortuos, sepulcris apertis cito reddidit. Sol te aspiciens, in sanguinem tum conversus est, et luna operta est caligine; velum præterea templi a summo usque deorsum in duas partes scissum est. Atque horum nihil omnino illi improbi intellexerunt : sed et in monumento jacenti custodes apposuerunt, et lapidem signaverunt, ita te retenturos arbitrati. At tu, Domine, pro potestate propria resurrexisti, et claustra illa transgressoribus intacta integraque reliquisti. Adveniens autem angelus lapidem revolvit, et custodes illos timore exanimavit. Nec tum vel aliquid intelligere volentes, cæci manserunt, et mentem atque cor obduratum usque ad mortem retinuerunt. Quid ergo magnum facio, si et ego hæc patiar, quæ tu quoque passus es, qui sine peccato eras, ut mundum salvares : ego, inquam, qui inde a prima ætate peccavi plurima, et ad iram te dictis et factis provocavi. Hoc mihi magnum revera, et majus omni gloria, quod me participem facit gloriæ tuæ ineffabilis, communio passionum, et imitatio operum tuorum; et humilitas tua his qui eam consectari sciunt, divinitatem conciliat. Gratias ago tibi, Domine, cum injuste patior. Cum autem juste, id mihi in compensationem peccatorum, et purgationem innumerabilium delictorum meorum esto. Quæso, Domine, ne mihi unquam labores aut tentationes, aut afflictiones supra vires juvehi sinas; sed exitum, et ad sustinendum robur mihi semper impertias. Tu enim es bonorum largitor ab initio, his qui potentiæ tuæ ex animo supplices cadunt, erogans fidei, operumque, et bonæ spei charismata, et dona omnia divini adorandique Spiritus tui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XXIV.

Supplex ad Deum precatio pro auxilio impetrando.

Domine Jesu Christe, Domine Salvator animarum, o Deus, Domine virtutum omnium quæ sub aspectum subjiciuntur, et quæ non subjiciuntur, utpote conditor omnium quæ in cœlo, et supra cœlos sunt, cœli cœlorumque omnium, similiter omnium quæ in terra, et sub terra sunt. Tu es Deus, et Dominator Dominus. Tu manu tua creaturam omnem concludis, quoniam ipsa continens universa. Manus tua, Domine, est illa magna potestas, quæ Patris voluntatem implens, fabricatur, operatur, creat, et administrat res nostras modo inenarrabili. Ipsa igitur et nunc me produxit, et cum non essem, fecit ut essem. Qui etiam natus ita eram in hoc mundo, ut ignorarem te omnimolis, bonum Dominum, creatorem meum, opificem meum, et instar cæci eram, et velut ἄθεος, cum

Digitized by Google

non nossem Deum meum. Tu itaque misertus mei visitasti, et convertisti me, cum in tenebris mihi illuxisses, et traxisti me ad te ipsum, eductoque e fovea profundissima, et tenebris vitiorum, e tenebris altissimis concupiscentiarum et voluptatum hujus vitæ, ostendisti viam, et attribuisti ducem mihi, qui me ad mandata tua servanda perduceret, quem sequens, solutus cura vivebam semper, gaudebamque gaudium inexplicabile, videns illum tua consectantem vestigia, et tecum colloquentem sæpius. Quin etiam videns, te pium Dominum cum duce, et Patre meo spirituali versantem familiarius, immensum, supraque fidem et spem concepi amorem ac desiderium tui; dicebamque, Enfutura video, et regnum cœlorum adest, et bona quæ oculus non vidit, auris non audivit [31], coram aspicio, ipsaque habeo; et quid amplius spero? aut fidem meam in quibus aliis demonstrabo? aliud quippe majus his non erit. Cum in his essem, et in his delicias haberem meas, e terris sustulisti patrem meum; abstulisti ducem meum ab oculis meis, et reliquisti me solum, plane orphanum, plane desertum, et omni prorsus auxilio destitutum : et heu me, gregis præfectum ac pastorem, me rectore ac tutore vere viduatum, peregrinum, quod ipse nosti judicio constituisti. Quare te modo suppliciter rogo, ad te pronus clamo, ne adverseris, neque derelinquas, aut deseras me solum, Domine. Nosti viam transitu difficilem; nosti latronum nobis insidiantium insaniam; nosti malarum bestiarum multitudinem; nosti imbecillitatem meam et ignorantiam, qua ut homo teneor. Verumtamen plane me hominem non puto, sed longe infra homines. Quippe secundum omnia omnium postremus, et minimus omnium hominum sum. Præbe mihi, rex, et Deus meus, quæso, magnam misericordiam tuam, quæ defectus, et negligentias meas suppleat, et hominem totum perfectum, et integrum, nullo, quod necessarium sit, egentem efficiat; et ita me coram te servum tuum indemnatum, nulli reprehensioni affinem, et laudes tuas prædicantem statuat in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XXV.

Quædam theologica. Mentem a sensibus motionum cum ratione pugnantium expurgatam, Deum invisibilem, et a concretione materiæ liberum aspicere.

Quam viam ambulem, quam semitam declinem, quam ingrediar portam, quam aperiam januam, intra quod cubiculum, intra quam, aut qualem domum inveniam, qui manu sua tenet universa? Quem montem conscendam, ex qua parte, et quod antrum illuc contingam, aut quem paludem pervadens, ubique præsentem, et incomprehensum, inaspectabilemque videre, miser, et obtinere merebor? In quem infernum descendam, in quod cœlum ascendam, et cujus maris fines petam, ut inveniam omnino inaccessum, omnino incircumscriptum, totum impalpabilem? In materialibus immaterialem, in corruptibilibus incorruptibilem, in creaturis increatum, dic mihi quo pacto reperiam? Qui in mundo sum, quomodo extra mundum ero? Qui materiæ implicatus sum, quomodo cum immateriali consociabor? Qui totus sum corruptioni obnoxius, quomodo cum incritus omnis experte devinciar? Qui sum in morte, quomodo tandem vitæ appropinquabo? Ego mortuus, quomodo immortali propior fiam? Qui totus sum fenum, quomodo ignem tangere audebo? Verumtamen nunc arcanorum dissolutionem audi.

Priusquam cœlum et terra conderentur, Deus erat Trinitas, solus sine socio, lux sine principio, lux increata, lux penitus ineffabilis, Deus verus, solus interminabilis, perpetuus, sempiternus, longe optimus. Recte intellige Deum solum, in principio Trinitatem plusquam sine principio, et super omne principium, quam nemo imaginari, cujus altitudinem, profunditatem, latitudinem metiri nemo potest, quæque magnitudinis, et lucis finem, ac modum nullum habet. Non erat aer ut nunc, non erant tenebræ ullæ, non lumen, non aqua, non æther, non aliud rerum quidquam. Erat autem solus Deus, spiritus lucidissimus, omnipotens, et omni concretione liber. Is Angelos, Principatus, et Potestates, Cherubim, et Seraphim, Dominationes, Thronos, et sine nomine ordines, cum timore et tremore ei assistentes ac ministrantes creavit. Postea cœlum ut cameram, corporea natura constans, sensibile, crassum, et aspectabile produxit, et ut ipse solus novit, in ictu oculi extendit, simulque terram, aquas, et omnes abyssos in medio complexu ejus sola voluntate talia fecit, qualia nunc videmus; mansitque in his lumen illud immateriale, nihil ex his participans. Cœlum extensum, et sensui subjectum, ut dixi, a lumine immateriali non scintillas aliquas excussit. Nam cum in iis sit, quæ materia constant, tamen extra ea omnino, non quidem loco, sed natura et essentia est, a materialibus enim, qui longissime abest a materia, separatur, non habens locum sibi proprium, quandoquidem non circumscribitur. Ipse verbo omnia in seipso producit, et natura a creatis omnibus sejunctus, et portans omnia in seipso, extra omnia est. Quemadmodum enim mentem, et angelum muri, et januæ ab ædibus non arcent, nec intus detinent : sic horum opifex neutiquam extra, nec intra cœlum, nec in alio loco, sed omnino ubique Deus est, segregatus ab omnibus cum materia conjunctis, et creatis a se rebus. Factum est igitur cœlum, et natura, ut dictum est, a lumine immateriali discrepuit, et tanquam domus atra absque lumine mansit : cui universitatis Dominus solem et lunam accendit, ut ipsa sensibilia iis lucerent, qui sensibus uterentur. Dedit etiam in manus nostras genus luminis, quod

[31] I Cor. II, 9.

Digitized by Google

noctu luceret, e ferro et silice excussum mirabiliter. Ipse autem nihil commune habet cum ullo lumine, omni luce lucidior, longeque splendidissimus, quantum ferre nulla creatura potest. Ut enim radiante sole astra non apparent : sic si Dominus solis lucere voluerit, ejus ortum nemo vivens sustinebit. Quapropter mentem pulveri, rei corporatæ copulavit, et nos homines universos in materialibus collocavit, ut in fide constanti, et mandatorum observatione, mentem materiæ expertem, quam prævaricationis caligine confudimus et contaminavimus in concupiscentiis materialibus, et gustu voluptatum videlicet, rursum perpurgantes, immateriale in materialibus immaterialiter aspiciamus lumen illud, quod dixi esse Deum plusquam absque principio oculis istis corporeis inaspectabilem, et intellectualibus cordis oculis inaccessibilem. Miror enim, quo pacto anima, cum tota a materia semota sit, et intellectualem mentis oculum habeat, ceu duabus fenestris sensibiliter usa corporis oculis, per eosdem prospiciens omnia quæ videri possunt, videat, reversaque omnia sub intellectum cadentia, et materia vacantia immaterialiter videat, et in medio pereuntium, ac permanentium singulari quodam modo detenta, ab illis ad voluptates, et vitia pertrahatur : ab illis contra ad cœlum velut alis subvecta, ibi consistere contendat; sed abstrahatur tamen, iterumque subvolare ardenter studeat, per cœlum cupiens incedere, et sub se cernere omnia, quæ aspectu sentiuntur. Nam cum omnia quæ in mundo sunt, ipsi laquei videantur, male metuit plane, in terra ingredi et considere, ne istis laqueis implicata retineatur, et immitium bestiarum esca fiat. Talis piorum, fidelium, et sanctorum omnium vita est, quam omnes imitari oportet; ut etiam cum iisdem Christo Deo, universorum judici, insontes sistantur, et ejusdem regni atque gloriæ in omne ævum consortes fiant.

CAPUT XXVI.

Desiderium, et amorem erga Deum quemvis amorem, et quodvis desiderium humanum transcendere, mentemque purgatorum in lumen Dei immersam, divinam naturam induere, indeque Christi mentem, seu sensum appellari.

Incredibilis pulchritudo tua, Domine Jesu, incomparabilis species, ineffabilis elegantia, sermonem et opinionem vincunt. Mores tui, bonitas, et mansuetudo tua omnium mortalium cogitationes excedunt. Ideoque desiderium tui, et amor erga te, omnem hominum amorem, ac desiderium multis partibus superat. Quantum enim tu aspectabilibus antecellis, tanto major est amor tui, et omnem qui hominibus intercedit amorem obscurat, omnes corporearum voluptatum amores evertit, omnesque malas cupiditates mox repellit. Vere enim concupiscentiæ tenebræ sunt, et nox profunda turpis peccatorum perpetratio, amor autem, et charitas erga te lux : quæ cum in animabus Deum amantibus exoritur, illico depulsis perturbationum ac voluptatum tenebris, diem ἀπαθείας diffundit. O mirificum, et inopinabile opus Dei altissimi. O mysteriorum, quæ occulte peraguntur virtus. Tu et labentia, et æterna nobis donas. Tu terrena cum cœlestibus, præsentia cum futuris, ut omnium opifex, ut potestatem habens cœlestium ac terrestrium. Cur igitur infelices nos, homines plus quam te diligimus, et illis misere amplius servimus, ut ab eis exiguam et fluxam mercedem recipiamus, quibus addicimus animas nostras, et corpora, ut iis ceu vasis vilibus abjectisque abutantur, et cum simus membra tua domini universorum, sancta, inquam, membra sancti Domini, et cujus potestas aliunde non pendet, non perhorrescimus ea perversis dæmonibus sponte nostra ad fœdissime peccandum exponere? Quis ergo servorum tuorum fidelium a lacrymis temperabit? quis adeo arrogantem audaciam non lamentabitur? quis non tantam patientiam tuam, Deus, venerabitur? quis divini judicii retributionem non tremiscet? gehennæ videlicet ignem intolerabilem, et nullis exstinguendum sæculis, ubi fletus, et stridor dentium, et dolor non consolabilis, et cruciatus inexplicabilis.

Sed, o Sol, solis hujus quem cernimus, et lunæ, et siderum omnium, et lucis, et totius rerum naturæ conditor, absconde me ab his in tuo lumine, ut in eo te solum intuens, mundum, et ea quæ in mundo sunt, non videam : sed et videns sim quasi non viderem, et audiens quasi non audirem. Et quod accidit sedentibus in hujus vitæ tenebris, quibus operiuntur, voluptatum, inquam, et vanæ gloriæ, videntes non vident gloriam tuam cœlestem, et audientes mandata ac præcepta tua, prorsus non intelligunt, idem mihi usuveniet in lumine tuo, cum non videbo mundum, nec quæ mundus continet. Quis namque te viso, et a gloria, divinoque lumine tuo se illustratum sentiens, non mentem, animam, et præcordia immutatus est, aliterque videre, et audire ingenti sane differentia meruit? Immergitur quippe mens in lumine tuo, et simile gloriæ tuæ lumen perfecte adipiscitur, et hujuscemodi mens tua vocatur, cum tu eam dignatus sis fieri, et habere mentem sive sensum tuum, tecumque unitur vinculo indissolubili. Et quomodo non omnia imperturbate, sicut tu, videbit et audiet? quomodo divinitatem consecuta, quidpiam quod sensu percipiatur, expetet? quomodo labile, et corruptioni obnoxium aliquid, seu inanem gloriam, quæ omnibus, et omni gloria, quæ videtur, major est? Nam qui omnibus istis, quæ in oculos incurrunt, spretis, in Dei familiaritatem se insinuavit, vel potius ipse quoque Deus appellatur, qui tandem ex infra se jacentibus gloriam ullam, aut delicias volet quærere? Hæc enim profecto pudori ac dedecori sunt illi, contumeliæ, contemptui, infamiæ. Gloria autem, et deliciæ, et divitiæ ejus Deus Trinitas, quæque Dei, ac divina sunt, quem decet omnis gloria, honor, potentia semper, et nunc, et in omnia sæcula. Amen.

Digitized by Google

CAPUT XXVII.

Confessio gratiæ donorum Dei, et quomodo in Patre hæc scribente Spiritus sanctus operatus fuerit. Item a Deo paræneſis quid ad salutem obtinendam faciendum sit.

Rursum fulget mihi lux. Rursus lucem clare aspicio. Rursum aperit cœlum, et noctem fugat. Rursum retegit, et ostendit omnia. Rursum cernitur sola. Rursum me ab omnibus visibilibus abducit, similiterque ab omnibus ad sensum pertinentibus, papæ, me disjungit. Rursum qui est super omnes cœlos, quem hominum nemo vidit unquam, non reserans cœlum, non dividens noctem, non dirimens aerem, non rumpens domus tectum, nulla penitus re penetrata mecum misero intra cellam meam, intra mentem meam versatur, et in medium cor meum (o venerandum mysterium) omnibus ut sunt manentibus, illabitur mihi lumen, et attollit me super omnia; quique in medio sum omnium, flo extra omnia, haud scio, num etiam extra corpus. Nunc ibi totus sum revera, ubi lumen est solum, et simplex; quod intuens, simplex evado innocentia. Hæc sunt, Christe, miraculorum tuorum mirabilia; hæc potentiæ, et benignitatis tuæ opera, quæ in nos indignos edis. Ea de causa timeo et tremo, et sollicitudine afficior assidua, macerorque vehementer, quid tibi pro tantis, et innumerabilibus donis ex tanta misericordia in me collatis retribuam, quidve tibi offeram, nihilque in me inveniens, cum nihil meum sit in vita, sed omnia tibi serviant, omnia sint manuum tuarum opera, majorem in modum pudore suffundor, valdeque excrucior, et discere percupio, quid faciendum sit ut colam te, ut placeam tibi, quo coram terribili tribunali tuo in die judicii damnationem effugiam.

Audi quid facias, quicunque salvandus es, imo vero tu ante omnes, qui me rogas. Hodie te mortuum esse puta; hodie renuntiasse; hodie totum mundum reliquisse; hodie amicos, cognatos, omnem vanam gloriam deserens, simul sollicitudinem rerum inferiorum pone funditus, sublatamque crucem tuam in humeros arcte constringe, et eam usque ad exitum vitæ bajula. Labores tentationum, dolores tribulationum, et molestiarum clavos summo gaudio excipe, ut coronam gloriæ. Injuriarum lanceis confixus in horas, et omni genere ignominiarum acerrime lapidatus, lacrymis pro sanguine profusis, martyr eris, illusionesque, et alapas ferens animo gratissimo, divinitatis, et gloriæ meæ consors fies. Quod si teipsum omnium postremum feceris, servumque, ac ministrum, postea primum omnium te reddam, quemadmodum promisi. Si inimicos, et omnes odientes te dilexeris, et pro injuriosis in te oraveris, illisque pro viribus tuis beneſeceris, similis profecto evasisti Patri tuo altissimo; et hinc purum cor adeptus, in eo Deum videbis, quem nemo vidit unquam. Quod si etiam propter justitiam te persecutionem pati contingat, exsulta, quoniam regnum cœlorum tuum factum est. Et quid hoc majus? Hæc, et his plura, quæ mandavi, facito, et alios doce, et inter vos alter alterum, qui in me creditis, si salvationem exoptatis, mecumque in sæcula sempiterna habitare vultis. Si renuitis, et indignamini, et dedecus interpretamini ista pati, et contemni, et pro mandatis meis animas ponere, quid ergo discere quæritis, quomodo vos salvari oporteat, et quibus actionibus mihi conciliemini? quid tandem Deum vestrum me appellatis? quid item vos in me credere insipienter arbitramini? Ego quippe hæc vestra causa libens, ac sponte perpessus sum, in crucem actus, facinorosorum mortem obii; gloriaque mundi, vita, splendor, mortuorum resurrectio, omnium in me credentium gloriatio, indumentum immortalitatis, et deificationis probra mea, et mors ignominiosa facta sunt. Quare qui venerabiles passiones meas imitantur, etiam divinitatis meæ consortes, et regni mei hæredes, bonorumque nulla lingua enarrandorum exprimendorumque socii fient, et mecum in sempiternum erunt. Cæteros quis non defleat? quis non lugeat? quis non ex compassione cordis lacrymas fundat? quis magnam eorum stoliditatem non lamentetur? quandoquidem deserta vita seipsos morti tradiderunt, a Deo infeliciter abrupti; a quorum parte libera me tu Domine omnium, meque abjectum, atque ultimum servorum tuorum ne spernas immaculatarum perpessionum tuarum participem fieri, ut etiam, sicut dixisti, particeps gloriæ, et suavitatis bonorum tuorum fiam; nunc quidem ut in ænigmate, et in figura, et in speculo: tunc vero cognoscam, sicut et cognitus sum [37].

CAPUT XXVIII.

Gratiarum actio ad Deum pro acceptis ab eo beneficiis; et in quæstione positum, quamobrem perfecti a dæmonibus tentari permittantur. Descriptio renuntiantium mundo, et institutio, in persona Dei.

Cognoscis mendicitatem meam, nosti orbitatem, scis solitudinem, cernis imbecillitatem, et impotentiam meam, qui me finxisti Deus meus; non ignoras, inquam, sed aspicis tu, tu omnia cognoscis. Vide cor humiliatum, vide contritum, vide ut desperabundum ad te accedentem, et da ex alto gratiam tuam; da divinum Spritum tuum; da, Salvator, Paracletum; mitte sicut promisisti, mitte et nunc ipsum una assidenti in superiore cœnaculo, revera mihi eminenti supra res terrenas et supra totum mundum, et te quærenti, tuumque Spiritum præstolanti. Ne igitur cuncteris misericors, ne despicias miserator, ne obliviscaris sitiente anima te quærentem, et ne excludas gloria hunc indignum, neve abomineris me, neu deseras. Viscera tua ob-

[37] I Cor. XIII, 12.

Digitized by Google

tendo, misericordiam tuam objicio, et benignitatem tuam interpretem meam atque conciliatricem tibi offero. Non laboravi, non præstiti opera justitiæ, nunquam servavi ullum mandatum tuum : sed vitam meam omnem luxuriose, ac perdite transivi. Verumtamen non es me aspernatus ; sed quæsitum invenisti, errantem a via erroris reduxisti ; et cum me per lumen gratiæ tuæ humeris tuis immaculatis miseratus imposuisses, portasti, nec defatigationem ullam sentire me passus es : verum tanquam in curru, aut vehiculo quiescentem, dedisti molliter per vias asperas iter peragere, donec in caulam ovium tuarum restituisti, et famulis tuis aggregasti. Misericordiam tuam prædico, miserationem laudo, gratias ago, et divitias bonitatis tuæ admiror. Cum porrò in te recubuerim, ut narravi, etiam nunc apud te sum, ut puto, totus servus tuus, affixusque lumini, et tibi agglutinatus, et desiderio tui victus, et amore compeditus, hæreo, obstupesco, et perspicere nequeo, quare tribulatio attingat miseram meam animam ; quare tristitia subintret, quare me totum conturbet ; quare me privet dulcedine tua Deus, et a gaudio abstrahat terrenorum afflictio. Num me tantopere lapsum, et peccato obstrictum, aut quia te ad iram gravius concitarim, bone Christe, relinquis, ut amplius contrister quam antea, quando anima mea serviebat turbulentis affectionibus? Dic, et doce me nunc profunda judicia tua. Dic, et ne detesteris loquentem me, quamvis indignus sim qui loquar, tu qui quondam cum peccatoribus, et meretricibus epulas iniisti, et cum asotis ac publicanis cœnavisti. Ad hæc Dominus meus hunc in modum respondit :

Nosti quemadmodum ego te e mundo ac infantem inter ulnas asportatum gestaverim. Ego totum te fasciis involvebam et lacte nutriebam, cui nullus cibus potusque comparari potest ; res enim meæ inscrutabiles omnino, et inexplicabiles sunt. Pædagogo te commendavi (scis quem dicam) qui te ut parvum puerum, in horas crescentem, curavit pulchre, et ut decuit, educavit. Postea factus es ephebus, quin etiam adolescentiam es ingressus, neque nescis, quomodo semper tecum fuerim, tecum accreverim, te undique texerim, quoad commode omnes ætatum gradus excessisti. Nunc igitur adolescens esse cum desieris, et vir perfectus, jam ad senectutem tendas, quomodo etiamnum ut puerulum te inter brachia gestari, ac circumferri postulas? quomodo denuo fasciis involvi, ac portari desideras? quomodo lacte educari, et sub pædagogo vivere? quæso, non erubescis ista dicere? Cum tu ætatem virilem agites, aliis ministra, alios educa ; quæque ad ipsorum incrementum pertinent, provide et cura omnia. Inimicis resiste, et percussus percute. Intelligis, opinor, de quibus inimicis loquar. Instructas dæmonum acies invade, et feri, nihil parcas ; cadens resurge, et assatim tela contra adversariorum tela remitte : et cum te immissa pusillanimitate, ac desperatione vulnerare conentur, spe tua velut emissis in ipsos jaculis vulnerentur. Iracundia te, ut pugillatu oppugnantes, et in furorem impellentes, a mansuetudine tua in faciem alapas accipiant, extraque domum tuam procul ejiciantur. Num enim, ut dixi, infans, aut puer pusillus es? num adhuc te imbecillitas animi tenet? Num etiam modo mens tibi ad obnitendum infirma est? Nosti et inimicos fugere, et rursum eosdem vincere. Nam et pugnans me adjutorem, ac defensorem, et fugam capessens me validum ac tutum tegumentum habes. Et quidnam, amabo, terrenorum istorum mœstitiam tibi apportat? Aurum, an argentum, an pretiosi lapides? et quis lapis me fulgidior, aut quis clarius lucet? Et tamen quis lapis, ut ego, in nulla æstimatione penitus? An vero agrorum amissio, aut penuria alimenti, aut defectio vini omnino te discruciat? Et quis alius paradisus est mei similis? aut quid par habent hæc inferiora, et caduca terræ mitium? Quis autem panis in mundo talis, aut quod vinum conferri potest cum gratia mea, cum divino spiritu, cum pane vitæ, quem ego do, corpus scilicet et sanguinem meum, puris corde, et indubitata fide, cum timore, et tremore manducantibus, et bibentibus qua intellectu, qua sensu? quæ deliciæ, quod gaudium, quæ gloria, quæso, major est in terris, quam me solum intueri, me solum per speculum in ænigmate contemplari? et solum meæ gloriæ fulgorem aspicere, perque ipsum hæc, et his plura doceri, et me Deum esse, conditorem omnium perfecte scire, et intelligere, hominem in lacu profundissimo sedentem, mecum in gratiam restitutum, et sine intervallo ut amicum cum amico colloqui, mercenariorum ordine exemptum, servili timore liberum, sine labore mihi servientem, charitate me colentem, obedientia mandatorum familiaritatem meam consecutum?

Agedum, non mercede mihi servientium, nec serviliter ad me venientium, sed amicorum, et notorum, ac filiorum meorum actiones quales solent esse, litteris consigna breviter. Omnibus mortalibus viliorem se ducere. Non mundanis solum, et in vita religiosa commilitonibus, sed etiam Ethnicis pejorem se æstimare ex animo ; unam minimi mandati parvam transgressionem, vitæ æternæ amissionem esse arbitrari ; parvos pueros, non secus, quam constanti ætate viros intueri, et tanquam honoratos venerari ac revereri ; cæcis item honorem tribuere ; utpote me ab alto omnia hominum facta inspiciente. Hæc quoque facere propter me, quæ perinde conscribe : Non habere adversus quempiam prorsus in corde vel tenuem commotionem, aut levem suspicionem ; toto animo precationes obire cum dolore cordis ; ex commiseratione omnes in te peccantes, similiter et me perinde offendentes orare cum lacrymis, ut ab his convertantur ; benedicere maledicentibus, et laudare ex invidia conviciantes ; et incommoda inve-

Digitized by Google

bentes, in benemerentibus numerare : refractarios autem, nec tibi obtemperantes, omnino ut me ipsorum Dominum negantes, lamentari, et deflere assiduo, nec eos admonendi finem facere : *Qui enim vos suscipit*, dixi, *me suscipit : et qui vos audit, prorsus me audit* [36]. Qui vero verba vestra, admonitionesque non cum timore admittit, et iis usque ad mortem obsequitur, non est futurus æternæ gloriæ meæ particeps : non collocabitur mecum, qui crucem pertuli, et Patri usque ad mortem obediens fui : non statuetur ad dexteram, non erit cohæres eorum qui seipsos crucifixerunt. De cætero, ne cesses admonere, ne desinas plorare, ne intermittas ipsorum salutem exquirere : ut si te audierint, et conversi fuerint, habeas eos tanquam fratres, lucratus membra tua, mihique ut germanos, et morigeros offeras, ut et ego illos suscipiam, per te, et glorificem, et tecum Patri meo in muneris loco donem. Si voluntates suas non abnegaverint ; si animas suas non contempserint, ut dixi ; si voluntatibus suis mortui non fuerint, et vitam ac mores suos ad tuam voluntatem non accommodaverint, per tuam voluntatem meam explentes, tu mercedem tuam haud amittes, nec ea spoliaberis ; quin pro simplici ego tibi duplam rependam, quod quamvis non audirere, non tamen loqui destiteris, et potius odia, alienationes, et exsecrationes eorum subieris, quemadmodum et ego olim odio fui, et nunc sum per istos istorumque similes.

Per opera hujuscemodi coli volo. Per talia et similia mihi complacere stude : super his namque vehementer lætor. Ne malis otiari, nec utilitati animæ tuæ quidquam in mundo ullo modo præferas. Quem enim fructum reportabit, qui mundum lucratur, aut omnes qui in eo sunt erudit, ac docet, et universos salvat, si non et ipse salvabitur [37] ? Quis igitur ille est, aut quo pacto, miser, alios salvans, animam suam non salvabit, sed perdet ? Qui solvit mandatum unum Domini omnium, et quodammodo ipsum conculcando incedit, et leges meas transgreditur, et jussa transilit. Qui extra caulam et septa mandatorum meorum cum sit, si omnes mortales, totumque mundum salvaverit, mihi ignotus et peregrinus, et ab ovibus meis remotissimus erit. Maxime autem, quia sepem caulæ ruperit, et ovibus aliunde exitum, quam per januam, et introitum iniquum feris patefecerit, judicium severius quam dici potest, propter oves sustinebit, et dividetur, tartareoque igni traditus, esca vermium erit homo miserrimus. Hoc enim dixit Pater per Filium, et Spiritus, qui est os Domini, locutus est ; angeli vocibus indesinentibus approbarunt, justi audientes calculum adjecerunt, dixeruntque : Incorruptum judicium tuum, non suspecta sententia, citra affectum judicasti Deus misericordissime. Quomodo enim, qui voluntatem suam non exuit, et voluntatem ejus qui personam tuam refert ac sustinet, ut tuam, qui Dominus es, in studio sibi non posuit, et integre non custodivit, ut tu ipse Patris tui voluntatem custodivisti, cohæres et consors tuus erit ? præsertim cum pepigerit, quandiu superaverit, nunquam suæ ipsius voluntati pariturum : non adhæsurum sanguini, non carnem prælaturum, id est, cognationem, et vinculum naturæ, amorem illum naturalem, qui in hac vita homines iterum cum iis colligat, quæ abdicaverant, eosque totos ad ea quæ retro sunt, convertit.

Martyres clamarunt ; Vere justum judicium. Sicut enim qui ad perferendum martyrium alacriter se obtulit, adeuntibus se consanguineis, uxore et liberis cum hujusmodi querimoniis, et lamentis : Non misereris filiorum ? O immitis, nihil te movet viduitas conjugis ? non eorum mendicitate ad commiserationem inflecteris ? non ipsorum exitium cogitas et emollescis ? Ergone relinquens uxorem viduam, ipsamque et liberos orphanos, peregrinos et mendicos, teipsum solum servare mavis ? quomodo non magis pro homicida damnaberis, quando nos omnes perdendos deseris, et animam tuam solam salvare conaris ; si, inquam, cum talibus lamentationibus veniant, omnino eorum voces, nec ad punctum temporis sustinere debet ; nec aures illis tantillum commodare et sive donis, ac pretio vincula, carceremque dimittere ; sive te, Christe, negato ab his liberari ; sed ut jam mortuus, perstare in cruciatibus, perseverare in custodia, perdurare in fame et siti, rerum ac possessionum suarum immemor ; et, si fieri possit, nec aliud quidpiam extra custodiam cogitans, etiam velut per transennam ; sed ad te respicere, Domine universorum, et mentem suam in te contemplando defigere perpetuo, atque ita usque ad mortem solo tui amore dura perpeti : nec curare debet, si qui declinent, si qui negent te, et ad priorem vomitum revertantur, ad actiones pristinas, ad sollicitudines terrenorum, et uxoris, ac filiorum ; nec ullo prætextu iis illigari, non enim amplius animæ suæ Dominus est. Quare complures servi tui, carceribus abs te apertis, vinculisque corporum plane solutis, exire ac fugere omnino noluerunt : sed ut erant, vincti manserunt. Sic igitur et qui nunc in mundo sunt, voluntate sua imprimis et ante omnia nullam penitus sui habent potestatem. Sed quamvis a præpositis ea uti non prohibeantur, servent tamen pacta conventa tecum necesse est. Non enim hominibus, sed Deo pollicili sunt se obedientiam et subjectionem præpositis, et omnibus fratribus, quibuscum in monasteria religiosa instituta persequuntur, servaturos. Idcirco monasterium, ut insulam aliquam solam in medio mari inhabitare debent, ac totum mundum sibi omnino impervium esse arbitrari,

[36] Luc. x, 16. [37] Matth. xvi, 26.

Digitized by Google

velut alta fossa in circuitu communito monasterio, ut nec qui in mundo sunt, transire ad monasterium possint; nec qui in insula degunt ad eos qui foris sunt pervenire, et eos cum affectu aspicere; nec in animo horum versare memoriam : sed ut mortui erga mortuos affici, et sentientes eos non sentire debent quo pacto revera oves sua sponte mactatæ fiunt.

Propter hæc sanctissima verba sanctorum, desiderii, et summi amoris plena, cum ea audissent Cherubim, Dominum laudarunt, et in timore dixerunt : Gloria tibi, Domine; gloria tibi, misericordissime, qui in terris martyres sine tyrannis, ac persecutoribus, solo amore tui in horas testimonium tibi dantes ostendisti. Etiam, dixit rursum Pater per Filium. Et adjecit Spiritus : Vere qui Deum toto pectore diligunt, et in ejus solius charitate persistunt, et in horas propriæ voluntati moriuntur, hi et germani amici mei, hi et cohæredes, hi et sine ungularum laniatu, sine suspensionibus, focis et lebetibus, sine exurente flamma, et gladiis secantibus, sola abnegatione voluntatis martyres sunt. Ad hæc supramundanæ legiones simul omnes lætatæ exclamarunt : *Justum judicium tuum*[40], misericordissime. Scribatur, obsignetur in sempiternum.

CAPUT XXIX.

Qui per communionem sancti Spiritus Deo jam conjuncti ex hac luce discedunt, eos illic in omnem æternitatem cum eo victuros. Aliter se in hac vita habentibus, tum secus eventurum.

Principium vitæ mihi finis et finis principium est. Unde veniam ignoro, ubi sim nescio : nec quo miser abiturus sim novi. Terra e terra, corpus e corpore nascor; ex corruptioni obnoxio corruptibilis et plane mortalis sum : brevi tempore in terris commoror, in carne vivens, et exstinguor, atque ex hac vita digrediens, aliam vivere incipio. Corpus humo opertum linquo, redivivum olim accepturus, et ævum nullo fine terminandum victurus. Nunc igitur respice in me Deus, tu solus nunc pietate tua me imperti; nunc te miseratio mei capiat. En defecit virtus mea, senectuti, id est, vestibulo mortis appropinquavi. Venit princeps mundi, perquisiturus turpia, et nefanda opera mea : carnifices astant torve me intuentes, et jussum exspectantes, ut miseram animam meam arripiant, et in barathrum inferni detrahant. Quamobrem tu, qui natura es misericors, et benignus solus, qui es Dominus clementissimus, miserere mei tunc; et ne memineris irrogatæ a me tibi injuriæ; ne derelinquas me; ne des locum contra me doloso inimico meo, qui in horas mihi comminatur, et contra me rugit, ac stridet dentibus, et ait : In quo confidis? quomodo te manus meas effugiturum speras; quandoquidem ludificatus præcepta mea, et me relicto ad Christum te adjunxisti? Sed neutiquam effugies. Quo enim abibis? Prorsus nunquam mihi elaberis; qui Adamum et Evam e paradiso exegi; qui Cain fratricidam reddidi; qui fallaciis meis usque ad extremum inescatos, omnes mortales decepi, et in diluvio horribili generi interitus objeci; qui Davidi ad adulterium et cædem impulsor fui; qui adversum omnes sanctos bellum gessi, et multis necem intuli; me talem, inquam, quomodo speras te posse effugere, cum sis infirmissimus? Hæc audiens, Domine, et Deus, et creator, et opifex, et judex meus, qui habes potestatem animæ, et corporis mei, ut fictor utriusque, horreo miser, et tremo totis artubus. Objicit mihi et dicit vafer ille : En, non vigilas; en, non exerces continentiam : en, non frequentas preces, non adorationes; non exerces labores, quos olim es ingressus; atque ob hæc sola abstractum te a Christo mecum rapiam in ignem, qui non exstinguitur. Ego vero, ut tu scis, Domine, nunquam in operibus, aut actionibus animæ meæ salutem constitui; sed ad tuam misericordiam benignitatemque confugi; confisus, quoniam es summe misericors, me gratuito abs te salvatum iri : et misereberis mei ut Deus; sicut aliquando misertus es meretricis, et filii prodigi, postquam dixit : *Peccavi.* Cum hac fide cucurri; cum hac fiducia veni; cum hac spe ad te Domine, accessi. Et nunc, ne, quæso, glorietur contra me servum tuum : ne dicat : Ubi Christus tuus, ubi susceptor tuus? an non ipsemet te manibus meis tradidit? Si enim me fraude circumvenerit, et captivum duxerit, non id voluntati, nec ignaviæ meæ, sed totum tibi, qui me dereliqueris ascribens, dicet : Vide cui fidisti; vide ad quem te contulisti; vide cui te in amore et charitate putabas esse; cui te loco fratris, amici, filii, et hæredis gloriabaris esse. Quomodo te deseruit, et in manus meas hostis tui te tradidit, insperatoque alienatus, subito odisse te cœpit?

His igitur auditis, ne me deseras, ne me probrum tuum fieri sinas, Deus meus; ne, o Rex, ne, o Domine, qui me quondam e tenebris, et e manibus, et e faucibus ejus eductum in lumine tuo liberum collocasti. Te enim cum video, interiora cordis mei vulneror, et non possum aspicere, et tamen non videre te ferre nequeo. Inaccessibilis siquidem est pulchritudo tua, inimitabilis species, incomparabilis gloria. Ecquis aliquando te vidit? aut quis totum te videre poterit Deum meum? Nam omne, seu universum quis oculus conspicere valebit? Qui vero super universum est, quæ mens eum comprehendere, aut complecti poterit, aut extendi tota secundum totum, et cernere continentem omnia, extra omnia, et ipsum omne, et implentem omnia, et tamen extra omnia manentem modo ineffabili? Nihilominus ut solem te intueor, et ut stellam aspicio, et ut lampadem in vase suo

[40] Psal. cxviii, 137.

Digitized by Google

ardentem video, et in sinu te ut margaritam porto. Quod autem te non dilatas, quod non totum me lumen facis, et ostendis te mihi totum qualis, et quantus es, plane non me existimo habere te vitam meam : sed lamentor, ut quispiam ex divite mendicus, ex illustri infamis, ac desperatione conflictatus. Hoc animadvertens inimicus, dicit mihi : Non salvaberis. Ecce enim spe tua frustratus es, et a scopo aberrasti ; quoniam non habes quam olim habebas erga Deum fiduciam ac libertatem. Cui verbo respondere non dignor ; sed sufflo, et extemplo evanescit. Sic oro Domine, sic rogo te, misericordiam dona etiam tum mihi, cum egredietur ex hoc corpore anima mea, ut solo flatu pudefacere possim incursuros in me servum tuum, et lumine Spiritus tui custoditus, transire illæsus, et stare ante tribunal tuum, habens mecum sacrosanctam gratiam tuam, tegentem me, et nullo suffusum pudore exhibentem. Quis namque coram te apparere audeat, nisi ipsam indutus sit? Nisi ipsam intus teneat, et ab ipsa illuminetur, quomodo ullus omnino intolerabilem illam Dei gloriam videre poterit? Nam qui tandem gloriam Dei, et naturam deitatis humilis, et abjecta hominis natura videbit? Deus enim increatus est, nos omnes creati. Ille corruptionem nescit ; nos corruptibiles et pulvis sumus. Ille spiritus est, nobilior omni spiritu, ut conditor spirituum ac Dominus ; nos carnes terrestres, et substantia terrestris. Ille auctor omnium, principii expers, incomprehensus : nos vermes, et cœnum et cinis. Et quis de nobis ex propria virtute, aut actione hunc videre unquam poterit, nisi ipse Spiritum suum divinum emiserit, ac per eum infirmæ naturæ robur, vires, virtutemque suffecerit, et hominem videndæ gloriæ suæ idoneum effecerit? Alioqui enim non videbit, nec videre poterit hominem quispiam in gloria venientem. Et ita injusti a justis separabuntur, tenebrisque obruentur peccatores, et quicunque hinc secum lumen in ipsis non attulerint. Qui autem ex his quæ hic egerunt, ei copulati sunt, etiam tunc mystice et germane Deo copulabuntur, atque ab ejus communione nunquam divellentur. Porro qui hinc emigraverint ab ejus lumine sejuncti, quomodo aut qua ratione tunc ei uniantur, discere a vobis cupio, aut vos docere potius.

Deus homo factus, sociatus est hominibus. Communicavit nobiscum in humana natura, vicissimque cum universis in eum credentibus, et fidem ex operibus ostendentibus divinitatem suam communicavit. Hos igitur salvatum iri affirmavit, solos divinitatis ejus consortes ; sicut ipse naturæ nostræ consors est, effector omnium, ut Paulus testificatur, Christi Ecclesiam corpus unum fore dominicum et divinum, absque macula, irreprehensibile, sine omni ruga, qui erunt fideles ; caput autem Christus [61]. Si ergo sic erit, quemadmodum etiam est, quis sordidus ipsum attingere audebit, aut quis indignus ei agglutinabitur? Nam si et hodie extra Ecclesiam peccatores ejiciuntur, et consortio aliorum penitus excluduntur, et insuper aspectu divinarum rerum privantur, qui sancti non sunt, proh quomodo tunc cum corpore inculpabili conjungentur, et membra Christi fient, cum sint contaminati, ac sordidi (21)?

Non licet hoc, fratres, non fiet omnino. Qui autem a divino corpore, id est, Ecclesia, et a choro electorum secernuntur, dic, quonam abibunt? in quod regnum! in quo loco, cedo, sperant domicilium? Plane enim et paradisus, et sinus Abrahæ, et omnis locus requiei eorum est qui salvantur. At enim qui salvantur, sunt omnes omnino sancti, ut divina Scriptura passim docet, testaturque. Multæ quippe mansiones sunt, sed intra Thalamum [62]. Quemadmodum enim unum est cœlum, et in eo stellæ, honore et claritate differentes : sic item unus thalamus est, et regnum. Cæterum et paradisus, et civitas sancta, et omnis locus requietis, Deus est solus. Et ut homo non habet in vita requiem, qui non manet in Deo, et Deus in eo : sic etiam post mortem extra illum unicum, non erit, opinor, ulla requies, non locus a tristitia, a gemitu, a tribulatione liber.

Quocirca studeamus, fratres, studeamus ante obitum nostrum Deo auctori omnium coalescere, qui propter nos miseros cœlos inclinavit, et in terras descendit [63] ; qui latuit angelos, et in utero sanctæ Virginis habitavit, ex qua corpus assumpsit, modo inenarrabili, et citra mutationem sui, indeque ad nostram omnium salutem operandam processit. Salus autem nostra hæc est plane, quod sæpius diximus, et nunc denuo dicemus, non nos quidem ex nobis ipsis, sed ex ore divino. Apparuit magnum lumen futuri sæculi, regnum cœlorum in terras descendit : imo vero superum et inferum, et omnium Rex venit, voluitque nobis fieri similis, ut ex ipso tanquam ex lumine omnes accensi, lumina altera primo similia evaderemus ; et regni cœlestis consortes, gloriæque participes, nec non æternorum bonorum, quæ nemo vidit unquam, hæredes fieremus. Hæc autem sunt, ut credo, et mihi persuadeo et autumo, Pater, Filius et Spiritus sanctus, una Trinitas. Hic fons bonorum ; hæc vita

[61] Ephes. v, 23. [62] Joan. xiv, 2. [63] Psal. xviii, 10.

(21) Hæc quæ Symeon scribit, intelligenda sunt, non de quibuscunque peccatoribus, sed de excommunicatis. Alii enim peccatores, quantumvis enormes, sive manifesti sive occulti, vere sunt in Ecclesia ; dummodo tamen fidem non abjiciant. De quo videat lector Card. Bellarm. lib. III *De Ecclesia militante*, cap. 9, qui etiam cap. 10, docet, quomodo infideles occulti in Ecclesia censeri possint.

Digitized by Google

rerum exstantium ; hæ deliciæ et requies ; hæc stola et gloria ; hoc gaudium ineffabile et salus omnium, qui illuminationis ejus inexplicabilis facti sunt participes, et communionem se cum ipso habere sentiunt. Idcirco enim, audite, Salvator nominatur, quoniam omnibus quibuscum unitus fuerit, salutem dat. Salus porro est omnium malorum depulsio, et in eodem omnium bonorum æterna inventio, a morte vitam, a tenebris lucem, a servitute vitiosorum affectuum, turpissimarumque actionum perfectam libertatem omnibus cum Christo omnium Salvatore conjunctis ac devinctis largiens, qui tunc omne gaudium citra periculum amittendi, omnem exsultationem, lætitiamque possident. Qui autem prorsus ab eo sejuncti, non eum quærunt, nec jugum motuum animi rationi adversantium excusserunt, nec a morte sunt liberati, seu reges, seu principes, seu viri summates sint, etsi in deliciis, in hilaritatibus, et oblectationibus, et in bonis perfruendis versari se putent, nunquam tamen talem acquirent lætitiam, qualem servi Christi ab omnibus illegitimis gloriæ, ac voluptatum cupiditatibus immunes percipiunt; quæ quidem tanta est, ut eam oratio consequi non possit, quam eorum nemo aliquando cognoscet, intelliget, aut videbit, qui Christo sincere fruenterque non adhæserint, eique unione, quam explicare non est, astricti et impliciti non fuerint ; quem decet gloria et honor, laus et omnis prædicatio ab omni creatura, et spiritu in sæcula. Amen.

CAPUT XXX.

Melius esse bene regi, quam regere invitos. Nullum enim capi emolumentum, si quis alios servare studeat, et se per illorum præfecturam perditum eat.

Dic, Christe, servo tuo, dic lumen mundi, dic scientia totius universi, dic Verbum sapientia, quæ omnia præscis, omnia prænosti, et nobis conducentia doces sine invidia ; dic et doce me quoque vias salutares tuarum voluntatum, ac divinorum tuorum mandatorum. Dic, et ne despicias me, neve celes indignum servum tuum, Deus meus, beneplacitum tuum, et aperi mihi benigne Salvator utrum ex duobus melius apud te sit, tibique gratius, sollicitudinem gerere me rerum monasterii, et candide procurare necessitudines corporum, propugnareque odiose pro omnibus; an soli quieti semper esse deditum, et mentem serenam, atque imperturbatam conservare, et gratiæ tuæ scintillas suscipere, et secundum animæ sensum continenter illuminari, divinosque sermones arcane percipere, et mansuete docere alios, docerique similiter. Qui enim docet alios, eadem sibi quoque dicit, et primus omnino ea præstare factis debet. Ex his itaque ambobus, dic mihi, o fictor et Deus meus, utrum mihi conducibile, utrum tibi placitum ac perfectum est? age, ne mihi istud denega tu, cujus summa est misericordia.

Audi quæ percunctaris, et audita litteris manda. Ego Deus ante omne principium, ego natura Dominus, superorum et inferorum rex, cujus servi omnes censentur, etiam qui nolunt. Ego utique Conditor omnium, Judex, et Dominus et nunc sum, et in sæcula sæculorum ero. Sed nolentem nullum unquam cogo. Volo enim eos qui mihi serviunt, et dicto audientes sunt, servire libere, ex animi arbitrio, cum timore et charitate. Tales servos meos, tales qui apud me merent, tales amicos meos esse desidero. Alios nondum cognovi, nec ab iisdem cognitus sum. Quocirca durum me, et qui commiseratione non tangar, et iniquum ipsi filii iniquitatis appellant. Qui igitur me contumeliose tractant, qui convicia mihi dicunt, qui me probris onerant, quomodo tibi se subjiciant, aut quomodo te magistrum admittant? quomodo lupi te pastorem reputabunt? aut quomodo vocem tuam sequentur, cum sint feræ belluæ? Egredere, fuge et subduc te ex horum medio. Satis esto tibi, si teipsum serves. Quod si mundum serves, te vero perdes, quid mundus opera tua servatus tibi proderit? Nolo te quemquam nolentem regere : quod ipsum me in mundo fecisse videas licet. Volentium ego rector ac Dominus; cæterorum creator quidem, et natura Dominus, non autem ullo modo rex, neque dux, ac præses sum, qui non tollunt crucem suam, nec me sequuntur : diaboli enim filii, et vasa sunt. Vide mysterium horribile, vide stoliditatem, et eos lamentis prosequere si potes vel in horas singulas. Vocati namque e tenebris ad lumen non occiduum, a morte ad vitam, ab inferno ad cœlum, a temporariis et perituris ad gloriam sempiternam, irascuntur, et contra magistros insaniunt, omnigenasque insidias in eosdem componunt, et mori præoptant, quam a tenebris, et operibus tenebrarum discedere, ac me sequi. Hos quo pacto tandem moderaberis? quomodo his præeris : quomodo hos duces, dic age, qui sponte sua ad ignem transfugiunt, hosti adhærentes, et cum eo præceptis meis contraria impigre designantes? Quomodo pasces ut oves ; quomodo ad pascua, quæso, mandatorum meorum, ad aquam voluntatum mearum induces? quomodo educes eos ad montes, qui animo videntur, visionum mysticarum gloriæ meæ inenarrabilis, per quam qui eam intuentur, inferiorem hanc gloriam despiciunt, omniumque sub sensus cadentium obliti, hæc omnia pro umbra, et fumo ducunt? Dic quomodo adversarium in causa dicenda patronum habebis? quomodo hostem infestum ad te diligendum adduces? Facile enim potius, parva occasione inventa, ex amicis inimici fiunt. Ast inimici difficile conjungunt amicitiam, quamvis beneficiis afficiantur, donisque nobilibus, et magnis cohonestentur. Venenum clausum gerunt in pectore, quod opportunitate oblata mox evomunt, ac benemeritos de se impie, crudeliterque non formidant occidere. O extremum furorem. Hi sunt imitatores Cain ; hi Lamecho sceleratiores ; hi Saulo moribus similes, sequaces

Digitized by Google

Judæorum, Judæ æmuli, et ejus laquei hæredes. Illis si præesse quæris, considera quo devenias: non enim eo se convertent quo tu volueris, sed te eamdem viam ambulare compellent, et primum, ante illos in pestem, et oxitium incidere, et infra ipsos in foveam imam descendere, ut qui eos omnino comites a tergo habeas. Quod si plane ipsis assimilari recusaveris, et eorum consiliis cogitationibusque una auferri, abducique nolueris, nec communicare eorum malis operibus, seditionem, pugnam, bellum implacabile habebis. Inde quid tibi fiet? quid continget? Dicam, si audis, quid lucri sis facturus, et dicam paucis. Ante omnia, servus meus esse neutiquam poteris. Servum enim meum pugnare neutiquam volo. Odium in præcordiis fovebunt contra te irreconciliabile, et cædem tibi aperte occulteque molientur, tuque pro ipsis in judicium vocatis respondebis. Nihil quippe mors tua aliis commodabit, quemadmodum mea mors vitam mundo peperit. Quin et damnationis causa illis eris, et tu ita hinc abibis, ut libere te defendere nequeas. Præstat itaque omnino regi, non regere tales, resque suas curare potissimum, et pro illis, proque omnibus hominibus orare, ut omnes convertantur, et ad agnitionem sui perveniant; et ex his volentes docere, ac pietatis rudimentis imbuere. Ne vero cogas eos facere quæ doces; sed sermones meos illis occine, et ad eos ut vitæ æternæ conciliatores opere exsequendos cohortare. Ipsi hi sermones statuent eos ante me, et unumquemque pro meritis judicabunt. Tu reddendæ rationi non eris obnoxius, et indemnatus plane manebis, quoniam argentum eloquiorum meorum non abscondisti, sed quantum ipse accepisti, omnibus expendisti. Hoc mihi placet, hoc apostolorum et discipulorum meorum opus fuit, quod mandavi, promulgare videlicet me Deum per orbem terrarum, et docere voluntates ac mandata mea, eaque humano generi perscripta relinquere. Sic tu quoque facere et docere elabora. Nolentibus autem audire sermones meos, responde, quod ego respondi quibusdam dicentibus: *Durus est hic sermo, et quis potest audire eum* [a]? dixi ergo, Si sic non vultis, itote, et facite quilibet quodlibet; totumque eorum potestati et arbitrio permisi, ut si mortem, seu vitam eligerent. Nemo enim aliquando præter voluntatem, et inductionem animi bonus fuit; neque infidelis, si nolit, fidelis erit; nec amicus mundi, amicus Dei. Nunquam stultus præter voluntatem mutato animo probus fiet. Nullus enim natura, sed consilio et proposito mentis factus est improbus: sic vicissim ex perverso atque improbo, sententia et arbitratu, si placuerit, probus et integer fiet: quod si nolit, voluntarie nequaquam talis erit. Nemo in isthoc mundo invitus virtutis fungetur officio. Nemo nolens salvatur: hoc ne plus quære. Da operam salvare te, et audientes te, si forte in terra hominum inveneris habentem aures audiendi, et obtemperantem his quæ audit.

Faciam ego istud, Domine, sicut præcepisti mihi. Verumtamen tuam opem, tuam gratiam dona mihi indigno servo tuo, Deus meus, ut semper glorificem te et celebrem potentiam tuam vocibus perennibus in omnium sæculorum infinitatem. Amen.

CAPUT XXXI.

Quid sit illud: « Secundum imaginem » et merito intelligi hominem prototypi similitudinem, seu imaginem esse. Diligentem inimicos, tanquam bene meritos, Deum imitari, et hinc Spiritus sancti participem, adoptione et gratia Deum fieri, atque ab iis solis cognosci, qui eodem Spiritu aguntur.

B Gloria, laus, hymnus, gratia, qui hoc totum rerum naturæ opus ex nihilo solo verbo, et voluntate sua procreavit, Deo universorum, qui in trinitate hypostaseon, et in una essentia adoratur. Unus Deus sancta Trinitas, supersubstantialis substantia, una in tribus personis, et tribus subsistentiis, inseparabilibus atque indivisibilibus, una natura, una gloria, una virtus, una voluntas. Hæc sola creatrix est omnium. Hæc me totum e luto formavit, inditaque anima in terra collocavit, et lumen dedit, in quo viderem et intuerer omnia, nempe hunc mundum sensibus expositum, solem, lunam, astra, cœlum, terram, mare, et quæcunque sunt in horum medio. Dedit etiam mentem et rationem. Attendas velim. Secundum imaginem igitur τοῦ C λόγου datus est nobis, ὁ λόγος, id est, *ratio;* nam ἐκ λόγου λογικοὶ, id est, *ex ratione rationales,* ἐκ λόγου, qui est absque principio, increatus, incomprehensus, vacans materia. Sic secundum imaginem anima cujusque hominis λογικὴ εἰκὼν τοῦ λόγου. Quo pacto? doce me. Attende ad verba mea. Ex Deo Deus Verbum, coæternum Patri et Spiritui sancto. Eodem modo et anima mea similitudine quadam illius. Habens enim mentem et rationem, habet hæc secundum essentiam indivisa, et inconfusa similiter consubstantialia, unum hæc tria unitim, et divisim tria, quæ semper et unita, et divisa sunt: uniuntur enim inconfuse, et secernuntur indivise. Si unum ex his deduxeris, omnia deduxeris. Anima sine ratione et mente, simile D quiddam brutorum est: absque anima vero non potest ratio subsistere. Sic ergo ex imagine prototypon intellige. Sine Spiritu nec Pater, nec Verbum ejus erit. Pater est Spiritus, et Filius ejus est Spiritus, tametsi carnem induit, et rursum Spiritus Deus est: unum enim natura, et essentia ambo sunt, sicut mens, anima et ratio. Sed Pater quidem Verbum ex se genuit ineffabiliter. Sicut autem mens est ex anima mea, vel potius in anima mea; sic ex Patre Spiritus, vel potius in Patre manet, et procedit modo inexplicabili. Quomodo rursum mens mea semper generat rationem, et producit, et emittit, et notam facit omnibus, non tamen se-

[a] Joan. VI, 61

Digitized by Google

paratur ab ea: sed gignit rationem, et in se continet? ita intellige Patrem genuisse Verbum, quoniam semper generat, nullo autem modo ab hoc Filio Pater separatur, sed in Filio cernitur, et Filius in eo manet.

Hanc imaginem etsi obscura est, cam tamen accurate nostra descripsit ac informavit oratio, quam nunquam videbis, neque intelliges, nisi prius imaginem tuam labe purgaveris atque elueris, nisi prius affectionibus pravis obrutam erueris, et perfecte absterseris, atque ut nivem dealbaveris. Hoc cum præstiteris, et ipsam probe purgaveris, et perfecta imago fuerit; prototypon haud videbis, neque intelliges, nisi tibi per Spiritum sanctum revelatur: omnia enim docet Spiritus, in lumine ineffabili refulgens. Quatenus intelliguntur intelligibilia tibi omnia demonstrabit, quantum videre potes, quantum homo assequi potest, secundum proportionem purgatæ animæ tuæ; et operum diligenti imitatione Deo assimilabere, temperantia, fortitudine, humanitate, tentationum tolerantia et charitate adversus inimicos. Hoc enim humanitatis est, ut benefacias inimicis, et tanquam amicos ac benemerentes eos diligas, et ores pro iis qui te persequuntur, et charitate æqualiter erga omnes, et bonos et malos, propendeas, et pro omnibus quotidie ponas animam tuam, pro salute, inquam, unius, aut si fieri queat, omnium.

Hæc te, fili, imitatorem Domini facient et veram te Creatoris imaginem reddent: imitatorem divinæ perfectionis per omnia. Conditor autem tunc, adverte animum, divinum Spiritum tibi mitti, non aliam quam habuisti animam, sed spiritum ex Deo, et inspirabit, et inhabitabit et essentialiter incolet, et illuminabit, et clarificabit, et rursus conflabit te, corruptibilemque incorruptibilem præstabit, et inveteratam animæ tuæ domum renovabit. Cum hac et corpus tuum solum incorruptionem induet. Quin deum te per gratiam, prototypo similem efficiet. Incredibile dictu, et mirum sane et ignotum omnibus qui ab affectibus captivi tenentur, ignotum mundi amatoribus, ignotum gloriæ cupidis, ignotum superbis, ignotum iracundis, ignotum injuriam non obliviscentibus, ignotum carnis amantibus, ignotum avaris, ignotum invidis, ignotum omnibus maledicis, ignotum hypocritis, ignotum gulonibus, ignotum clam vorantibus, ebriosis et scortatoribus, ignotum otiose fabulantibus, ignotum turpia loquentibus, ignotum socordibus, ignotum pœnitentiam vel in horas negligentibus, ignotum non quotidie et jugiter lugentibus, ignotum rebellibus, ignotum contradictoribus, ignotum ad placitum et numeros suos viventibus, ignotum putantibus se esse aliquid cum nihil sint [46], ignotum gloriantibus et gaudentibus de proceritate corporis, aut robore, pulchritudine, aut alio quocunque ornamento; ignotum his qui cordis puritatem non acquisiverunt, ignotum cupide nèn petentibus ut divinum Spiritum accipiant, ignotum non credentibus, etiam modo impertiri Spiritum sanctum poscentibus: incredulitas enim arcet ac repellit divinum Spiritum. Qui non credit, non petit; qui non petit, non accipit; qui non accipit, est mortuus; mortuum autem quis non plorabit, quia cum mortuus sit, vivere se existimat? Plane mortui mortuos nunquam nec videre, nec lamentari queunt: vivi hos videntes, lamentantur. Vident quippe novum monstrum, occisos viventes; quin et obambulantes; cæcos putantes se aspicere, et revera surdos arbitrantes se audire. Vivunt sane, et audiunt, et vident ut pecudes; ut non intelligentes intelligunt, in sensu insensili, in vita mortua. Licet enim et non viventem vivere, et non videntem videre, et non audientem audire.

Quomodo, dic mihi, dic confestim, quicunque vivunt secundum carnem, quicunque res hujus mundi admirantur, qui carnalibus duntaxat auribus audiunt, divinos ac cœlestes sermones auscultabunt? Hi omnes secundum spiritum surdi, cæci, mortui sunt. Prorsus enim ex Deo non sunt, ut vivant; nec acceperunt, nec viderunt lumen divinum. Quod cum minime factum sit, penitus surdi manserunt. Jam vero tales, quæso te, cur Christiani vocentur? Audi divinum Paulum hæc tibi perspicue significantem; vel potius audi Christum loquentem: Primus homo e terra plane creatus est; secundus homo de cœlo descendit [46]. Adhibe te dictis. Qualis igitur est primus, terrenus videlicet, tales etiam qui ex eo gignuntur, omnes terreni. Qualis autem Christus est, cœlestis Dominus, tales cœlestes omnes, qui in eum crediderunt, nati denuo, baptizati in Spiritu sancto. Qualis est qui genuit, Deus vere, tales ex ipso geniti, ex Deo dii per adoptionem, *et filii Excelsi omnes* [47], ut divinum os inquit. Audisti Dei verba? audisti quemadmodum fideles ab aliis secernat? quemadmodum servis suis signum et notam dederit, ne seducantur alienorum magistrorum sermonibus? Primus, inquit, de terra, quia terrenus creatus est. Secundus autem homo omnium ille Dominus, de cœlo descendit. Primus omnibus hominibus prævaricatione sua mortem et interitum invexit. Secundus mundo donavit, et nunc universis fidelibus lumen, vitam, incorruptionem donat. Audisti quæ tibi cœlestium rerum interpres dixit? Audisti Christum loquentem per ipsum et docentem homines, quales sint, qui in eum crediderunt, et fidem ex operibus ostendere perseverant? Posthac, nihil ambiga, qualis Christus est cœlestis, te quoque talem esse debere. Quod si talis non es, quomodo Christiani vocabulum usurpabis? Si enim qualis est Dominus, cœlestis nempe, etiam tales esse dicit qui in eum credide-

[46] Galat. VI, 3. [46] I Cor. XV, 48 [47] Psal. LXXXI, 6.

Digitized by Google

runt, omnino cœlestes videlicet, qui mundana sapiunt, qui secundum carnem vivunt, non sunt ex verbo Dei, quod e superis descendit; sed plane ex homine terreno, de terra formato. Sic senti, sic affectus esto, sic crede, et enitere ut talis fias, cœlestis nimirum, quod dixi. Qui e cœlo advenit, et dedit vitam mundo, hic idem est panis qui inde descendit, quem qui edunt, nunquam utique mortem vident [68]. Nam cum sint cœlestes, semper corruptionem penitus exuti, et incorruptionem induti erunt, et abjecta morte, vitæ agglutinati, incorrupti, et immortales evadunt, et idcirco cœlestes appellantur. Quis enim post homines natos ita appellatus est ex Adami filiis ac posteris, priusquam Dominus omnium, cœlestium, ac terrestrium cœlitus delaberetur? Hic carne nostra se vestivit, divinumque Spiritum nobis dedit, quod sæpe diximus; et idem Spiritus omnia ut Deus nobis præbet. Quænam illa? quæ crebro rudius, ac simplicius enumeravi, quod et nunc faciam.

Fit quasi quædam natatoria, lumine divino clarissima, et ea complectitur omnia. Quos dignos invenerit, intus (quibus verbis eloquar, quibus enuntiabo, quibus pro dignitate edisseram, quæ sunt? Da mihi verba qui donasti mihi animam, Deus meus) divinus Spiritus ergo cum Deus sit, quos intra se acceperit, totos refingit, totos renovat, et instaurat admirabiliter: nec sordibus eorum inficitur. Et quomodo nec ignis nigrorem a ferro contrahit, et illi quæcunque habet communicat: pari modo divinus Spiritus cum sit incorruptibilis, et immortalis, incorruptionem et immortalitatem impertit. Et cum sit lumen nunquam occidens, lumen facit omnes, quos inhabitat. Et cum sit vita, omnibus vitam largitur. Ut Christo naturæ consors, et consubstantialis, et ejusdem gloriæ socius, eique unitus, hos etiam Christo simillimos reddit. Neque enim invidet Dominus, mortales divina gratia sibi similes fieri; nec dedignatur servos suos similitudinem ipsius gerere; quin delectatur, et gaudet, dum cernit tales factos nos ex hominibus natos, idque per gratiam, qualis ipse genitus est, et natura est. Cum enim sit benefactor, tales nos esse vult, qualis ipse est. Nam si ejusmodi non simus, perfecte, inquam, similes, quomodo illi uniti erimus, sicut dixit? quomodo etiam in eo manebimus? et quomodo ipse in nobis manebit, si ei simus dissimiles? Hoc igitur cum perspicue sciatis, studete accipere Spiritum qui ex Deo est, et divinus est, ut tales evadatis, quales nos docuimus, cœlestes ac divini, quales dixit Dominus, ut et regni cœlestis hæreditatem adeatis in sempiternum. Si tales non fueritis, aut hic non fietis, cœlestes, ut dixi, quomodo ullo modo cum ipso cœlum vos habitaturos arbitramini? quomodo in regnum cum cœlestibus intraturos, et regnaturos, et una futuros cum omnium rege ac Domino? Curramus itaque sedulo omnes, ut digni habeamur, qui in cœlis cum Christo omnium Domino regnemus, quem decet omnis gloria cum Patre, et sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

[68] Joan. vi, 49-52.

CAPUT XXXII.

Subtilitates theologicæ. Qui non videt lumen gloriæ Dei, cæco infeliciorem esse.

Qui tam pronus es ad miserendum, Deus meus, creator meus, fulge mihi amplius inaccesso lumine tuo, ut gaudio cor meum impleas: et ne irascaris, neve derelinquas me? sed luce tua illustra animam meam; lux enim tua tu ipse es, Deus meus. Quanquam enim multis, ac diversis nominibus appellaris, tamen unum es. Hoc autem unum omni naturæ incognitum, invisibile, et inexplicabile est, quod ex comparatione quocunque indigitatur nomine. Ergo istuc unum est natura τρισυπόστατος, una deitas, unum regnum, una potestas; Trinitas quippe unum est. Trinitas una est Deus meus, non tria. Sed nihilominus tria illud unum, secundum subsistentias, natura mutuo ὁμοφυεῖς competentes, et consubstantiales omnimodis inconfuse, supra captum humanum unitas, et rursum citra divisionem divisas, in unum scilicet tria, et unum in tria. Unus enim est, qui condidit omnia Jesus Christus cum Patre experte principii, et cum Spiritu sancto, cujus æque nullum initium,

Unum igitur Trinitas, indivise prorsus. In uno autem tria, et vicissim in tribus unum, vel potius unum tria ista, et contra, tria unum. Intellige, adora, crede nunc et in sæcula. Hoc enim unum cum apparuerit, cum luxerit, cum participatum et communicatum illuminaverit, omne bonum est. Quocirca etiam non unum, sed multa a nobis accipit nomina, lumen, pax, gaudium, vita, esca, potus, indumentum, amictus, tabernaculum, divinum habitaculum, oriens, resurrectio, requies, lavacrum, ignis, aqua, fluvius, fons vitæ, fluentum, panis et vinum, novum et exquisitum fidelium condimentum, opiparum convivium, alimentum mysticarum deliciarum. Hoc sol est nunquam occumbens, astrum semper splendens, lampas intus in domicilio animæ effulgens. Hoc unum multa est, destruens et ædificans. Hoc unum simul omnia verbo produxit, et Spiritu virtutis suæ hæc omnia continet. Hoc unum, cœlum, et terram ex nihilo condidit, essentia impertivit, et ineffabiliter coagmentavit. Hoc unum solem, lunam, stellas (mira, nova, inusitata res) sola voluntate fecit. Hoc unum quadrupedes, reptilia, et feras, et volucrum omne genus, et maris pisces sicut cernimus, existere jussit. Postremo autem loco me finxit, tanquam regem, et hæc universa ad obsequium mihi subjecit; ut more servorum

Digitized by Google

necessitates meas explerent. Et quidem omnia cætera hujus unius, Dei, inquam, universitatis mandatum custodiverunt, et etiamnum custodiunt; ego miser solus ingratus apparui, et improbus, et inobediens Deo fictori meo, et qui mihi hæc omnia bona liberaliter præbuit violatoque mandato factus sum inutilis, jumentisque, et feris, bestiis et reptilibns, et volucribus inferior ac pejor apparui, et a recto itinere digressus, datam mihi gloriam infelix perdidi, lucidaque, et divina stola spoliatus sum, et in tenebris natus, nunc in tenebris jaceo, et me luce privatum nescio. Ecce, inquam, sol diem illuminat, quem nocte superveniente occidere video. Tum ut videam, cereos et lampadem accendo. Et quid alius homo plus me habet? Sic enim homines in mundo vident, aliterque aut plus nemo. Hæc cum dico, mentior et meipsum ludo, meipsum fallo, et adversus memet me jacto, dum nolo me cæcum esse cognoscere, dum nolo laborare, nolo sursum aspicere, nolo damnatus ego meam cæcitatem agnoscere.

Dico autem, quis vidit Deum lumen mundi? et dum hoc dico, prorsus non sentio, non intelligo, Domine, me male cogitare, et loqui. Qui namque lumen tuum non videt, et se videre affirmat, imo vero impossibile dicit esse, videre lumen gloriæ tuæ, omnes prophetarum, apostolorumque Scripturas, et sermones, atque œconomiam tuam, Jesu, negat. Si enim ab alto illuxisti et in tenebris apparuisti, et advenisti, in mundo more nostro volens conversari cum hominibus humaniter, et lumen mundi teipsum esse, citra vanitatem dixisti, nos autem te non videmus, an non penitus cæci, et cæcis miserabiliores sumus? Verissime mortui, et cæci sumus, dum te vivificum lumen non cernimus. Solem hunc corporeum cæci non vident, vivunt tamen, et quocunque modo motibus cientur; non enim vitam donat, sed ut videas duntaxat. Tu autem cum sis omnia bona, semper omnia das servis tuis videntibus: videntibus, inquam, lumen tuum. Et quoniam vita es, cum aliis omnibus bonis, quæ tu ipse es, etiam vitam largiris. Vere enim omnia in te possidet, qui te habet. Ne priver te Domine, ne, mi creator, priver te, ne te priver, miscricors, ego humilis, et peregrinus. Etenim peregrinus, et inquilinus hic, ut tibi complacuit, non voluntate, non sponte mea factus sum: sed gratia tua meipsum inter hæc visibilia cognovi hospitem, intellectualiter illustratus tuo lumine, perspectoque, te ad mundum immaterialem, et inaspectabilem, transferre, et in eo facere habitare genus humanum, describendo ac distribuendo pro meritis cuique habitationem suam, pro eo scilicet ac servavit mandata tua. Propterea precor ut me tecum colloces, tametsi peccavi multum supra omnes mortales, pœnaque et ultione dignus sum. Verum ut publicanum, et meretricem supplicantem me suscipe, Domine. Etsi ego non perinde fleo; etsi non similiter pedes tuos capillis meis extergo; etsi non similier gemo, et lamentor, tamen tu emanas misericordiam, et scaturis miserationem, et quasi e fonte effundis bonitatem, per quæ miserere mei. Eia, qui manus et pedes tuos fixus es in cruce, et lancea latus apertus, o misericordissime, miserere mei, et ab igne sempiterno serva me, et dignum fac, qui de reliquo approbe serviam tibi, et tunc indamnabilis stem coram te, accipiarque intra thalamum tuum, ubi lætabor tecum bono Domino in omnia sæcula. Amen.

CAPUT XXXIII.

Confessio precationi conjuncta, et de copula sancti Spiritus cum perturbationum vacuitate.

Elongavi, o benigne, *mansi in solitudine* [49], et abscondi me abs te dulci Domino. Circumventus nocte sollicitudinis vitæ hujus, multos inde morsus, ac vulnera sustinui: multas plagas reversus fero in anima mea, clamoque in cruciatu, et dolore cordis mei: Miserere mei prævaricatoris, miserere, o medice, qui diligis animas, et solus admodum libenter misereris. Qui ægris, et vulneratis mederis gratis, medere vibicibus et vulneribus meis. Stilla misericordiam gratiæ tuæ Deus meus, oblittera plagas, atque ulcera mea, in unum attrahe, et constringe male dissoluta membra mea, et omnes cicatrices meas dele, meque totum perfecte sana, ut prius, quando me nulla fœdabat inquinatio, nulla vibex, nec plaga tumens aut macula: sed mecum erat tranquillitas, gaudium, pax, mansuetudo, sancta humilitas, et longanimitas, patientiæ, bonorumque operum claritudo, tolerantia, et penitus invicta virtus, unde quotidianæ et suavissimæ lacrymæ, unde exsultatio in corde meo velut fons scaturiebat, fluebatque jugiter, et erat fluentum melleum, et potus lætitiæ assiduo versans in ore mentis meæ; unde omnis sanitas, unde puritas, unde malarum affectionum sedatio, et cogitationum inanium abjectio, unde mihi ἀπάθεια corusca quodammodo aderat, et mecum consuescebat (spiritualiter intellige, qui hæc legendo percurris, ne turpiter inquineris) immensam voluptatem commistionis, infinitumque nuptiarum divinæ conjunctionis mihi desiderium inferens; ex qua et ego mutatus, solutus sum perturbationibus, inflammatus voluptate, et incensus ejus desiderio, et particeps luminis, imo et lumen evasi, omni passione superior, ab omni nequitia remotus. Non enim attingit lumen apathiæ passio, ut nec solem umbra, aut nocturnæ tenebræ. Talis porro cum essem, mihi fidens inflatus sum superbia, rerumque sensibilium sollicitudine, et curis vitæ subtractus decidi infelix, refrigeratusque nigrorem ferri indui,

[49] Psal. LIV, 8.

Digitized by Google

et diu jacens, insuper venenum arripui. Idcirco ad te clamo, o benigne, et denuo purgari ad pristinamque pulchritudinem sustolli, tuoque lumine frui obsecro, nunc et semper, et in omnium spatia sæculorum. Amen.

CAPUT XXXIV.

De intelligibili paradiso splendida commentatio, et de ligno vitæ in eodem.

Benedictus es, Domine, benedictus es solus, benedictus es misericors, et plusquam benedictus, qui dedisti in cor meum lucem mandatorum tuorum, plantastique in me lignum vitæ, et fecisti me paradisum alium inter aspectabilia, in sensibilibus quidem intellectualem, in intellectualibus autem sensibilem, et alium spiritum, nempe Spiritum tuum sanctum animæ meæ conjunxisti, eumque in visceribus meis habitare fecisti. Plane hoc unicum est vitæ lignum. Hoc, in qua terra consitum fuerit, in anima nempe hominis, et si in corde radices egerit, paradisum reddit, et id mox splendidissime speciosis stirpibus, arboribus, et diversis fructibus, variisque floribus, et unguenta spirantibus liliis exornat, quæ sunt humilitas, pax, gaudium, mansuetudo, condolescentia, luctus, imbres lacrymarum, et inusitata in illis delectatio, splendor gratiæ tuæ illucens omnibus in paradiso versantibus. Tu es crater vitalia fluenta tua mihi effundens, et sermones divinæ cogitationis copiose ministrans. Quod si tu nolueris, sed contra ista demolitus fueris, ego amens, et instar lapidis stupidus sum. Ut tuba sine inflatu nunquam sonabit, sic et ego absque te velut inanimus sum; sine anima vero fieri non potest, ut corpus agat aliquid, et anima sine spiritu tuo moveri, et mandatis tuis obedire, aut te videre, aut astare tibi, aut cantare intelligenter gloriam tuam nequit. Ideo clamo, ideo vociferor ad te, qui sursum cum Patre, et infra nobiscum es; non ut quidam ratiocinantur, operatione sola; nec, ut multi putant, voluntate sola, nec sola potentia tua, sed etiam essentia: siquidem hoc vocabulum de te usurpare, aut intelligere fas est, qui solus immortalis, et supersessentialis es. Etenim si revera omnino ininterpretabilis es, quem te appellabimus? quomodo te vel essentiam, et quam tandem et qualem dicere audebimus? Profecto nihil eorum quæ in rerum natura subsistunt tu es, Deus meus; sed omnia opera tua ex nihilo producta sunt; solus tu increatus es, et sine principio, Trinitas sancta, et venerańda, Deus universorum. Et ostendisti nobis lumen gloriæ tuæ incontaminatæ, id ipsum et nunc mihi sine intervallo præbe. Da mihi per illud perpetuo ceu in speculo intueri, et contemplari te Verbum, et immensam pulchritudinem tuam manifeste perspicere atque intelligere; quod cum sit omnimodis non intelligibile, supra modum obstupefacit, et percellit mentem meam, et in corde meo ignem charitatis erga te accendit; qui ubi in flammam divini desiderii erupit, clarius mihi gloriam tuam demonstrat; quam adorans, oro te, Fili Dei, fac ut eam nunc et in futuro sæculo citra vicissitudinem obtineam, et per ipsam te Deum per æterna tempora videam. Ne des mihi, Domine, vanam mundi gloriam, ne divitias pereuntes, ne talenta auri, ne sublime solium, ne in ista fugacia principatum: humilibus, pauperibus ac mitibus me associa: ut ego quoque humilis et mitis fiam. Etsi ministerium meum non utiliter, atque ad beneplacitum et cultum tuum obeo, placeat tibi ut eo abdicatus, tantummodo peccata mea defleam, deque solo justo judicio tuo sim sollicitus, et quomodo respondeam tibi, qui multoties iram tuam provocavi.

O Pastor, quem aliena mala commovent, bone et mansuete Pastor, qui omnes in te credentes salvari cupis, miserere, et hanc precem meam exaudi; ne irascaris, neu faciem tuam avertas a me, sed doce me implere voluntatem tuam. Non enim studeo fieri voluntatem meam, sed tuam, ut te colam. Adjuro te, miserere mei, qui es natura misericors[80], et fac quid miseræ animæ meæ conducat; quoniam Deus benignus et humanus tu solus es increatus, nunquam desiturus, omnipotens, omnium te diligentium, et abs te vehementer dilectorum vita et lumen. Quibus utinam me annumeres, et divinæ gloriæ tuæ socium, et cohæredem præstes! Te enim decet gloria, Patrem cum Filio, simul carente principio, et sacrosanctum Spiritum in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XXXV.

Cuilibet homini propter divinas leges injuriose et contumeliose tractato, eam ipsam ignominiam honori et ornamento esse. Item dissertatio ad animam suam, qua inexhaustæ Spiritus divitiæ explicantur.

Da mihi sensum, Christe, quem semel donasti; eo me tege, Salvator, et in eo totum me absconde, et ne sinas appropinquare mihi sensum mundi, ne intrare in me, et penitus ne sinas lædere me humilem servum tuum, cujus tu solus es misertus. Nam cum se curæ ac sollicitudini commendabili mundanus sensus repente ingesserit, statim prava desideria in misera anima mea exsuscitat. Suggerit enim gloriam, admonet divitiarum, ad ambiendam regum consuetudinem incitat, et hoc in magna felicitate ducit. Ex hujuscemodi igitur cogitationibus, sicut a vento uter intumescit, et ignis in flammam accenditur: sic anima inflata turgescit, et cupiditate gloriæ, opum ac inertium feriarum, quibus deorsum trahitur, vehementer distenditur. In gloria et admiratione concupiscit esse cum his, qui vivunt in gloria; illustris videri cum illustribus: possidere divitias cum divitibus. Quam tu glorificasti lumine tuo ineffabili, quam tu vestisti gloria tua inexplicabili, quam tu exem-

[80] Psal. LXXXV, 15.

Digitized by Google

plum claritatis, et fulgoris tui exhibuisti, ejus mentem sensus mundanus pro captiva occupans, ostendit illi reges, proponit honores, præsentis vitæ opes suggerit, et ad ista cogitationem detorquet.

O caliginem, o cæcitatem, o inanes cogitationes, o scopum sordidum, o mentem stolidam; quoniam relictis ineffabilibus, et immortalibus, terrena cogito et apud animum volvo. Nonne rex morietur? nonne gloria evanescet? nonne divitiæ, ut pulvis a vento dispergentur? nonne putrescent corpora in sepulcris? et fortunæ istæ caducæ alios habebunt dominos, deinde alios, et post hoc rursum alios? Et cujusnam, dic mihi, anima mea, facultates istæ et copiæ fuerunt? Quis autem in hac vita vel exiguum quæstum facere potuit, quem etiam moriens secum hinc auferret? nullum mihi, nullum plane nominabis, aut ostendes, præter misericordes, qui omnibus in pauperum manus distributis, nihil sibi reliquerunt. Illi namque tuto retinent, quæ dederunt, ex quo ea in manus Domini dederunt. Cæteri omnes, ut mendici, et mendicis infeliciores sunt, qui divitias suas habent sine usu repositas, nudi enim ut effossa terra denuo in fossam, sic illi in tumulos projiciuntur, et in hoc sæculo miseri, et in futuro hospites ac peregrini. Quid igitur, anima mea, in his eximium intuens delectaris? quid horum expetendum censes? Nihil penitus habes quod dicas, nihil quod respondeas.

Væ qui divitias cumularunt. Væ qui gloriam ab hominibus volunt accipere. Væ qui se inseruerunt divitibus, et non Dei gloriam, ejusque divitias, et solum cum ipso esse, versarique desiderant. Mundus enim vanus est, et quæ in mundo sunt, vanitates sunt, et omnia vanitas: Deus autem solus est æternus, immortalis, semper manens, et cum ipso erunt, qui nunc eum quærunt, qui solum illum præ omnibus dilexerunt. Væ tunc illis, qui modo mundum diligunt; quandoquidem propter ipsum addicentur suppliciis sempiternis. Væ sitientibus gloriam hominum; quia tunc gloria Dei privabuntur. Væ, anima, his qui congregaverunt divitias, quoniam ibi aquæ guttam consequi optabunt. Væ anima, egentibus spem in homine; quia ille morietur, et cum illo spes, et tunc spe sua carentes et frustrati invenientur. Væ, anima, habentibus hic consolationem suam; quoniam ibi tribulationem æternam habituri sunt.

Narra mihi, anima, quid contristaris? quid rerum hujus vitæ concupiscis? Dic mihi, et docebo te uniuscujusque necessitatem et usum. Tu intelligе, et disce, quid boni sit in quolibet. Quid ais? vis honoribus tolli, vis prædicari? audi igitur quid sit honor, quid ignominia. Honor est honorare quidem omnes; sed Deum ante omnes, et mandata ejus insuper ut opes sibi comparare, eorumque causa injurias, maledicta et omne genus probra sustinere. Cum enim, o anima, negotium aliquod ad honorem, et gloriam Dei inceptaveris, et ob idipsum contemptu, et injuriis affecta fueris, tunc honorem, et stabilem gloriam adepta es: nam gloria Dei omnino ad te perveniet. Tum quoque omnes angeli te collaudabunt quod honoraveris Deum, quem ipsi collaudant. Vis, anima mea, vestes, et opes possidere? ausculta, jam tibi opes æternas demonstrabo. Age pœnitentiam in lacrymis; despice omnia; esto pauper spiritu; esto inops pecuniæ; esto mundo peregrina; esto sinistris voluntatibus tuis inimica, et in sollus Domini tui voluntate acquiesce, et ejus vestigiis insistere contende: tum lentius gradiens ille, a te misera prehendetur; quem cum videris, clamorem ingentem ede. Conversus ipse, placido vultu te intuebitur, seque paululum tibi aspiciendum præbebit, et iterum ablatus ab oculis tuis te relinquet. Tunc lamentaberis misella, tunc dolens plorabis, et doloris impatiens mortem invocabis, non ferens abs te separari tam dulcem Dominum. Ast bonus Dominus cum te consilii inopem, et in fletu, mœstitiaque constantissimam viderit, iterum repente tibi apparebit; iterum te illuminabit; iterum tibi inexhaustas divitias demonstrabit, paterni vultus gloriam immarcescibilem, et exhilarabit, gaudioque te implebit ut prius, et ita gaudii plenam relinquet. Mundanum porro gaudium quod verbis et cogitationibus percipiebas, sensim te deficiet, et in tristitiam commutabitur. Sic rursus, ut ante, magnopere lamentaberis, et cum gemitu voces effundens, illum lætitiæ promum, gaudii largitorem, illum in quo revera stabiles semper divitiæ, requires. Eo sic explorante voluntatem, ac propositum tuum, cave ne defatigeris, anima, ne retro reflectare, ne dicas, quousque te non comprehendam? ne dicas, quid apparens, subito occultatur iterum? et quousque tandem molestias mihi dat, non misericordiam? Ne dicas, qui usque ad mortem lassari queo? et ita graveris exquirere Dominum; sed ut quæ morti te semel obtuleris, et consecraris, ne quietem ac remissionem tangas, ne gloriam consecteris, nec delicias corporis, nec amicitiam cognatorum. Ne dextra, neve sinistra circumspicias aliquatenus, sed, ut cœpisti, vel potius festinantius currens, stude semper assequi, et manu apprehendere Dominum. Quod si millies se occultaverit, et toties tibi apparuerit, nec comprehendi potuerit, hac via abs te tenebitur. Decies millies, imo vero quandiu spiras, prompte et alacriter quære, et ad ipsum accurre. Etenim non deseret te, non deficiet a te; sed paulatim magis magis apparebit, et frequentius tecum erit, ac tandem purgatam illustratione luminis, totus veniens inhabitabit, manebitque tecum, qui mundum fecit, et habebis veras divitias, quas mundus non habet; sed cœlum, et qui illic in album relati sunt. Si istud tibi contingat, memorandum, quid vis amplius?

Dic, anima ingrata; dic, anima stulta; dic, vilis anima mea, quid his majus sive in cœlis, sive in terris, ut illud persequare? Cœli Fabricator, et

Digitized by Google

terræ Dominus, et omnium quæque in cœlo, quæque in mundo sunt conditor, judex, et rex ipse solus in te habitat, totum se manifestans tibi, totus illuminans te luce sua, et pulchritudinem vultus sui tibi ostendens, ut ipsum expressius videas, et consortem te gloriæ suæ faciens, dic quid hoc uno præstantius? Respondebis, nihil penitus. Audi insuper. Tali honore dignata, o anima, quid adhuc terræ inhias? quid istis rebus demulceris? quid adhæres perituris, quæ immortalia accepisti? quid moraris in præsentibus, quæ futura inveniesti? Illa conare jugiter possidere, illis totam te agglutina, anima mea, ut et post obitum inveniaris in æternis illis bonis, quæ hic acquisivisti, et cum iis Creatori ac Domino assistas, et cum eodem lætere per innumerabilia sæcula. Amen.

CAPUT XXXVI.

Spiritu sancto in nobis fulgente, omnes non rectas animi motiones fugari: eodemque radios contrahente, ab his, et a pravis cogitationibus nos infestari.

Lumen tuum, Christe, me circumfulgens vivificat; nam te videre, est reviviscere, et a mortuis resurgere. Quid efficiat lumen tuum, non possum dicere. Verumtamen hoc re ipsa cognovi, et cognosco, sive morbo, sive afflictionibus, sive mœroribus, sive vinculis, sive fame, sive custodia detinear, sive gravioribus molestiis premar, emicante lumine tuo, omnia tanquam tenebras discuti ac dispelli, et in requie ac luce, et fruitione luminis per divinum Spiritum tuum subito me constitui. Scio tribulationes fumum, cogitationes malas tenebras, tentationes jacula, sollicitudines caliginem, passiones belluas vocari, a quibus olim liberasti, et eruisti me; et illucescens paulatim mihi lumine tuo, etiam nunc in horum medio versantem me invulneratum custodis, tuo lumine me protegens. Quia vero delinquo sæpe admodum, et in horas pecco, quia, inquam, effero me adversum te, quia irrito te, indigeo misericordi castigatione tua, quam vehementer in me adhibitam sentio divini recessu luminis, quod tegebat me. Ut enim sole occidente nox et tenebræ ingruunt, et feræ omnes ad pastum exeunt: sic ubi me lumen tuum deseruit, illico vitæ hujus tenebræ, ac pelagus irrequietarum cogitationum me obruunt, et feræ turbidorum motuum me devorant, jaculisque omnigenarum cogitationum vulneror. Ubi rursus pietate commotus, mei misertus fueris, et flebiles lamentationes meas exaudieris, gemitusque perceperis, et lacrymas animiseris, et ad humilitatem meam respicere volueris, qui inexpiabilia peccavi, procul ut stella exoriens videris, et paulatim dilataris (non tu ipse hoc patiens, sed mentem servi tui ad videndum aperiens), sensim major, et instar solis cerneris. Fugientibus quippe, et evanescentibus tenebris advenire te puto, qui ubique præsens es. Ubi totum uti prius me circumdedisti, ubi complexu tuo totum ambivisti et texisti, malis liberor, a tenebris, tentationibus, motionibus cum ratione pugnantibus, et omnibus pravis cogitationibus eripior, impleorque bonitate, lætitia, gaudio, jucunditate animi incredibili, cernens tremenda mysteria, et nova quædam mira; cernens quæ neque oculus humanus videt, aut videre, neque auris audire possit, neque in cor hominis ascenderunt[61]. In quibus obstupesco vehementer, ac de potestate decedo atque a terrenis omnibus universe alienor, continenter laudans te, et in meipso novam mutationem, modumque auxilii manus omnipotentis animadvertens, quomodo fulgore et apparitione unius luminis tui omnem mihi tristitiam exemeris, mundoque ereptum, et tecum arcano fenore unitum, nox in cœlum me restitueris, ubi nulla est ægritudo, nulli gemitus, nullæ lacrymæ, non serpens calcaneum mordens, et ostenderis minime laboriosam esse et ærumnosam viam, quæ alioqui omnibus mortalibus contraria, angusta, difficilis, aut, ut verius dicam, invia est. Quis enim hominum potuit, aut poterit, quæso, corpore in cœlo esse, aut sine corpore, quibus alis eo pervolabit?

Elias curru igneo in sublime raptus est, et ante illum Enoch, verum non in cœlum, sed in alium quemdam locum, non ipse quidem a se ipso, sed tamen translatus est. Quid ista ad ea quæ in nobis fiunt? quænam umbræ cum veritate, aut quæ spiritus ministratorii, ac servientis, cum divino, et Dominico, omnium opifice, et quamcunque creatam naturam confirmante et corroborante Spiritu comparatio? Alia creaturæ sunt, ipse Creator solus, utpote a Patre et Filio inseparabilis. Deus hæc tria, Trinitas quippe unus Deus est. Ipsa omni, seu universitati ut esset, contulit, ipsa produxit omnia; ipsa Verbum et Filium Patris in mundo secundum carnem pro salute nostra creavit, a Patre et Spiritu sancto inseparabilem. Vere autem superventu Spiritus incarnatur, et fit quod non erat, homo mihi similis, peccatum omne et iniquitatem si excipias, Deus simul et homo videndus omnibus habens divinum Spiritum, qui ipsi naturaliter adest, cum quo mortuos in vitam reduxit, et cæcorum oculos aperuit, leprosos mundavit, dæmones e corporibus humanis expulit. Idem passus crucem, et mortem, in spiritu resurrexit, et in gloria assumptus est, semitamque in cœlum reparavit omnibus in se certa ac firma fide credentibus; et Spiritum sanctissimum in omnes fidem operibus probantes abunde effudit; et nunc quoque eumdem large in tales effundit, ac per ipsum deos repente facit, quibus copulatus fuerit; et ille eos ex hominibus immutabiliter immutat, ac Dei filios, fratres Salvatoris, et hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi efficit, deos cum Deo versantes in Spiritu sancto, alligatos

[61] I Cor. II, 9.

Digitized by Google

quidem sola carne, spiritu autem liberos; qui facile cum Christo in cœlum ascenderunt, et totam vitæ bene agendæ rationem ibi acquisierunt, in visione bonorum, quæ oculus non vidit.

Quid igitur currus igneus, qui Eliam abstulit? quid Enochi translatio? ad hæc ego ita statuo, sicut mare olim virga divisum, et manna e cœlo cadens typus solum, et symbola fuerunt, mare baptismatis, manna Salvatoris: eodem modo illa horum adumbrationem, et symbola quædam esse; horum, inquam, incomparabili excellentia, et gloria præditorum, quantum videlicet increatum creato natura antecellit. Manna enim, quod panis et alimonia angelorum vocatur [83], quod Hebræi in solitudine comederunt, defecit, perilt, mortuique sunt omnes, et quotque eo vescebantur, non inde vitam assequebantur. Caro autem Domini mei, cum sit deificata, et vitæ plena, omnes comedentes vitæ participes facit, et immortalitate auget. Facit porro eos non altum mare transire, nec ex Ægypto in aliam regionem traducit, quæ rursum fructus interituros hominibus efferat; sed nec per annos quadraginta nos ambulare mundi Redemptor jubet, ut in terram promissionis deveniamus; sed cum fide minime dubia baptizatos, factosque corporis, et sanguinis ejus participes, ab interitu in vitam, a tenebris in lucem, a terra in cœlum mox simul subvectat. Prius me corruptione, et morte exutum, totum, quod cognovi et sensi, in libertatem asseruit; ac deinde, quæ magis est suspicienda novitas, cœlum me fecit, et in me omnium auctor habitavit; quod beneficium nemini veterum sanctorum contigit. Olim quippe loquebatur per sanctum Spiritum, ejusque virtute opera supra naturam, conditionem rerum perpetrabat: substantialiter autem nequaquam ulli Deus conjunctus est, antequam Christus Deus meus humanos artus susciperet. Assumpto enim corpore, dedit Spiritum sanctum suum, et per eum substantialiter unitur fidelibus universis: et irrupta atque insolubilis est ista unio.

Eheu! (acerbe enim hominum errore cogor ingemiscere) quomodo non credimus Christo? quomodo cum non sequimur? quomodo vitam non exoptamus? quomodo divitias ejus non deprædabiles, et immortales, non senescentem gloriam, et ævum cum ipso degendum non concupiscimus? quomodo perituris affixi, nos salvatum iri confidimus, qui Christum non plusquam quæ contuemur, diligimus, nec post fata nos cum illo futuros speramus, sed sensu minus etiam quam ligna et lapides utimur. Libera me, Christe, ab ista insania voluntaria, et doce amare te vitam fidelium omnium. Tibi enim semper, ut regi, gloria, honor, et laus debetur, cum Patre, et sancto Spiritu in sempiterna sæcula. Amen.

CAPUT XXXVII.

Quædam theologumena. Item, qui per Spiritus sancti communionem immutatus non sit, nec per adoptionem Deum cognoverit, ei ut homines de divinis rebus eruditi, non concedi.

Quis dolorem cordis mei consolabitur? dolorem cum dixi, Salvatoris desiderium significavi. Desiderium autem atque ardor iste, effectum Spiritus vel potius essentialis præsentia est, lux ὑποστάτως intus in me visa. Est autem lux incomparabilis et ineffabilis penitus. Quis me secernet ac disjunget a rebus sensum moventibus, a quibus semel liberatus, et absconditus sum, quando mundum sub pedibus habui? quis mihi dabit tranquillitatem et quietem ab omnibus, ut illius pulchritudine, aspectuque satier; quem quia intelligere nequeo, ideo amore inflammor? quantum vero comprehendi, atque intelligi potest, subsistens amor est. Nam charitas non est nomen, sed divina substantia, participabilis, et incomprehensibilis, et divina prorsus. Quod participatur, comprehendi potest; hoc plus non potest. Idcirco dixi tibi, comprehensibilem esse amorem, et ipsum ἀνυπόστατον, ut participabilem, et comprehensibilem. Omne enim quod comprehendi et participari potest, utique essentia est ἀνυποστάτος participabilis, similiterque comprehensibilis; nam quod sine essentia est, nihil est, et nihil dicitur. Divina autem natura increata, et superessentialis est, utpote omnium rerum conditarum essentiam supergrediens. Vocatur superessentialis ὑπερούσιος, et tamen est ἀνούσιος, est ἀνυπόστατος super omnem essentiam, et cum creata hypostasi nulla ratione conferri posse intelligitur, est enim natura sua tota incircumscripta. Quod non est circumscriptum, quomodo hypostasin nominabis? quod non subsistit, nihil est, et quomodo mihi communicabile?

Si non credis, Paulum testem, utrumque credibile esse confirmantem tibi producam. Cum enim dicat habere se intus Christum loquentem, et in Spiritu sancto se loquentem, communicabilem, et circumscribilem divinitatem dicit, quæ sic illi aderat, ut tamen circumscribi, atque comprehendi nequiret. Quando autem lumen inaccessibile habitantem introducit, testaturque, nunquam visum ab homine, tum incircumscriptam, et incomprehensam ostendit. Quod namque nullus hominum unquam vidit, quomodo aut particeps ejus fuit, aut illud aliquatenus attigit? nequaquam dices, certo scio, nec contendes mecum. Cum rursus dixerit tibi: *Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, qui illuxit in cordibus nostris* [84], quem tibi, quæso, alium Deum intelligendum subjicit, nisi illum, qui habitat lumen, quod ferre nemo præ claritate potest, et quem nemo unquam hominum vidit? Ipse nim superessentialis, et prius increatus, carnem suscepit, et creatus mihi visus est, totum me as-

[83] Psal. LXVIII, 24, 25; Exod. XVI, 4. [84] II Cor. IV, 6.

Digitized by Google

sumptum mirabiliter deificans. Credisne istud, dic age, et neutiquam dubitas? Si igitur Deus homo factus, ut credis, hominem me, quem assumpsit, deificavit, adoptione deus ego, cum qui natura Deus est, video; illum scilicet, quem nemo mortalium aliquando videre potuit, nec potest ullo modo. Qui Deum fidei operibus receperunt, et in Spiritu renati, dii appellantur, ipsum illum Patrem eorum vident, semper habitantem lumen inaccessibile, ipsi in seipsis eumdem incolam habentes, et ipsi vicissim in eo qui est inaccessus, habitant.

Hæc fides vera, hoc Dei opus, hoc sigillum Christianorum, hæc divina communicatio, hæc participatio, et divinus arrhabo; hæc est vita, hoc regnum, hoc indumentum, hæc tunica Christi, quam baptizati fide superinduuntur. Non ignorantia, non stupore, sed per fidem, cum notitia et sensu; ut non dicam, Christum credo me induisse. Non dico: hoc crede; sed fidei opus, et fidei confirmationem, et fidei tesseram, et fidem consummatam citra hæsitationem habeto, ex eo, quod Christum sentiens, et cognoscens induisti, fulgentem, coruscantem, et in lumine clarissimo totum te immutantem, manentem immutabilem, ex utroque duplicem, adoptione Deum videlicet, natura nihil nisi hominem. Talis cum evaseris, ut ex me audisti, tum veni, frater mi, et nobiscum supra montem divinæ cognitionis, ac visionis asta, percipiemusque simul paternam vocem.

Heu! quantum a divina dignitate distamus? quantum a vita æterna absumus? Quam longe distat cœlum a locis inferis, et ibi jam olim detentis, tam et amplius nos a divinitatis excellentia, contemplatuque revera sejungimur, etiamsi nos cum illo, quod admirabile est, habitare, et habitantem lumen inaccessibile nos in nobis ipsis totum manentem, habitantemque habere dicamus, et velimus infra terram sedentes, de iis quæ supra terram, et in cœlo, et supra cœlum sunt, ut illa perfecte scientes, philosophari, et narrare omnibus, vocarique gnostici (hoc est, vi seu facultate cognoscendi præditi), et egregii theologi, et doctores rerum arcanarum; quod stoliditatis plane argumentum est. Natus enim miser in subterraneis, et densas tenebras præsentis sæculi incolens, qui lumen futuri sæculi non vidit, quod in terra luxit, ac semper lucet, et affirmans se cœlestia nosse ac sentire, et cernere omnia quæ illic sunt, et alios de iis instituere, nonne is stolidus est, et si quid hoc gravius dici potest? Quemadmodum enim cæcus cum videntibus litigans, et asseverans, hoc numisma æreum est, hoc sigillum alterius est, et quæ in eo sunt scalptæ litteræ hæc, et hæc significant, monstro mirabili est audientibus et videntibus numisma aureum, et concinnum admodum, et signum regis verum, ejus imaginem minime adulteratam repræsentans, et litteras illius nomen exprimentes: sic cum nobis idem accidat, non putamus accidere, nec quemquam reveremur, nec ipsos cœlites et angelos, desuper res nostras intuentes: sed impletur in nobis verbum Domini, *Videntes non vident* [84]. Et audientes spiritualia, aures obstruunt potius, et verba Spiritus audire nolunt. Et auribus quidem corporeis audiunt; spirituales vero aures cordis occlusas habent, et penitus non possunt Deum audire. Haud enim possunt a seipsis velamen elationis et stuporis auferre, quod ipsi sua sibi voluntate imposuerunt, volentesque oculos atque aures operiunt, et hinc se videre atque audire arbitrantur. Quod si quis illis dicat, audite, filii mei, et tollite velamen de cordibus vestris [85], ad hæc ipsa verba ferociunt, quod non patres, sed filios appellaverit, magisque odium adversus illum concipiunt, nec sentire morbum queunt quo laborant, vel morbos potius, qui mentem tenebris involvunt, et jam a Deo assumptos, ab illo separant. Ab existimatione sui, et a superbia in servitutem redacti, et istorum vitiorum servi sponte nominati, voluntatem suam perpetuo explent, relictisque Dei legibus, ipsi leges sibi ferunt; nec Deo, sed sibimet serviunt, homines audacissimi; et gloriam suam pro Dei gloria aucupantes, operibus, et modis omnibus eam constituere annituntur. Gloria igitur Christi, est crux, et tormenta, quæ nostra causa sustinuit, ut nos gloria afficeret. Hæc porro illi perpeti recusant, quemadmodum ille passus est; et proh nefas! gloriam ex hominibus malunt, voluntariamque a Deo separationem eligunt. Sed tu, Christe meus, in te confidentes ab impuro vanæ gloriæ studio, superbia libera, tuarumque passionum, et gloriæ fac participes, et dignare nos tuos esse inseparabiliter, nunc et in futura sæculorum sæcula. Amen.

CAPUT XXXVIII.

Precatio ad Deum supplex simul, et gratiarum actoria, de beneficiis in se collatis.

Da mihi, Domine, intellectum, da cognitionem, doce me facere mandata tua. Tametsi peccavi ut homo, et plusquam homo, ut nosti, nihilominus tu Deus consueta tibi misericordia misertus es mei pauperis et orphani in hoc mundo, fecistique quod tu solus nosti. A patre, et fratribus, cognatis, et amicis, a natali domo mea velut ex Ægypto tenebrosa, velut ex inferni recessibus (sic enim mihi abjecto servo tuo de illis cogitare dedisti, et non stulte loqui) separatum, et assumptum, et terribili manu tua apprehensum duxisti me ad eum, quem complacuit tibi in terris esse patrem meum, et ad pedes ejus, atque ulnas deposuisti me: qui me obtulit Patri tuo, Christe meus, et tibi per Spiritum, o Trinitas, o Deus meus. Cumque essem prodigo similis, et ante te supplex procumberem (ut tu ipse scis, quia docuisti me), tu quoque non es dedignatus vocare me filium tuum. O indignum os,

[84] Luc. VIII, 10. [85] II Cor. III, 15.

Digitized by Google

et immunda labia! o verba linguæ inopis, et in laudibus tuis, agendisque gratiis, et beneficiis tuis enarrandis egestate laborantis, quæ in me pupillum ac peregrinum conferre voluisti! tui enim sunt peregrini in hoc mundo. Quæ autem tua tuorumque sunt, oculi non vident, lingua non potest eloqui, nec mundus capere. Propterea, Domine, odit nos mundus, persequitur, maledicit, invidet, furit, occidit, cum in tales inciderit, audet omnia. Nos vero, ut tibi complacitum est, humiles servi tui, in infirmitate potentes in paupertate ditescimus, in omni tribulatione gaudemus, velut extra mundum positi. Nos tecum sumus, Domine, corporea nostra mundus retinet. De cætero cæcus oberrat, lutum tenens solum, quod nec ipsum lucrifaciet; dabis enim, ut promisisti, in extrema tuba [86] et hoc spirituale, et huic soli mala propria lucrabitur, cum consentientibus sibi cæcis, et mundi amatoribus.

CAPUT XXXIX.

Qui Deum desiderat, odit mundum.

Umbra detineor, et veritatem cerno, quod nihil est, nisi solida spes. Quænam igitur spes? quam oculi non viderunt. Hæc enim vita, quam omnes concupiscunt. Vita autem illa quid est aliud, quam Deus conditor omnium? Hunc ama, et odio habebis mundum. Mundus mors: quid enim non fluxum et caducum habet?

CAPUT XL.

Gratiarum actio ad Deum pro acceptis beneficiis. Ubi et de oratione spirituali, et progressu in ea, et de divina illuminatione, visioneque non falsa, et charitate erga Deum disseritur.

Benedic, Pater, Dominator Domine cœli ac terræ, qui ante constitutionem mundi statuisti, ut e nihilo nascerer, gratias ago tibi, quoniam, priusquam adveniret dies et hora, in qua mandasti ut prodirem in hanc lucem, ipse solus immortalis, solus omnipotens, solus bonus et humanus, cum descendisses de excelso sanctuario tuo, a paterno sinu non discedens, et e sancta Virgine Maria incarnatus et genitus esses, finxisti, et vivificasti, et a primi parentis lapsu liberasti me, et ascensum in cœlum præparasti mihi. Deinde prognatum me, et sensim crescentem, tu me sancto baptismate tuo refinxisti, et renovasti, sanctoque Spiritu conlecorasti. Angelum lucis custodem mihi attribuisti, et ab operibus malis, et laqueis inimici, usque ad perfectam et plenam ætatem me illæsum custodivisti. Quoniam vero non vi, ac nolentes, sed voluntate, et arbitratu ad hoc propendentes salvare nos æquum justumque censuisti, me quoque arbitrii libertate honorari permisisti, ut ex voluntaria mandatorum tuorum observatione meam erga te charitatem ostenderem. Ego autem improbus, et ingratus, atque contemptor, velut equus vinculis liber dignitatem ac præstantiam hujus liberæ voluntatis ac potestatis non reputans, a dominio, et imperio tuo resiliens, præcipitem me abjeci, et illic me jacentem, ac sine sensu corpus volutantem, attritumque vehementer, non es aversatus, non es passus jacere, lutoque conspurcari: sed propter viscera misericordiæ tuæ misisti, et inde me sustulisti, et illustrius honorasti. A regibus et principibus, ut vase ignominiæ ad ministerium cupiditatis suæ uti me cupientibus, judiciis tuis ineffabilibus redemisti. Auri et argenti munera, quanquam pecuniæ avarum, accipere me non tulisti. Gloriam, vitæ claritudinem, quæ mihi ad vendendam sanctificationem tuam loco pretii offerebatur, ut exsecrarer ac detestarer donasti mihi.

Sed hæc omnia, confiteor tibi, Domine Deus cœli ac terræ, me rursus nihili facientem, in lacum, et profundum cœnum turpium cogitationum, actionumque miserabiliter ultro incidisse, et in manus illic latentium latronum devenisse, unde me non solum ego solus, sed nec mortales universi in unum congregati extrahere, et ab eorum manibus liberare potuerunt. Verumtamen ibi me misere ab illis coercitum, et infande huc illuc raptatum, compressum et illusum, tu misericors, et benignus Dominus non despexisti, non es abominatus perversam voluntatem meam, non diu permisisti me sponte latronum illorum tyrannidem perpeti: verum quamvis ego sine sensu abductus ab illis lætarer, tu tam fœde me circumagi atque trahi non ferens, visceribus commotus, et mei misericordia captus es; nec angelum, aut hominem ad me miserum peccatorem misisti; sed tumetipse a bonitatis tuæ præcordiis incitatus, in profundissimum lacum te immisisti, et in cœni alta voragine infra defesso, ac sedenti, dexteram intaminatam tetendisti, meque non videntem te (qui enim poteram, aut quomodo suspexissem, qui totus luto mersus suffocabar?) capillo capitis apprehensum, inde vi extraxisti; cum ego dolorem quidem, et crebros in superiora attractus, ascensumque sentirem, at prorsus nescirem, a quo in sublime educerer, aut quis esset tandem, qui me prensaret atque educeret. Porro sursum eductum, et in terra collocatum, servo ac discipulo tuo me tradidisti, totum inquinatum, et luto oculos, aures, os obstructum, et ita nec tum te videntem, quis esses; nisi hoc solum indicantem, quisquis esses, bonum, et humanum esse, qui me e profundo lacu, et cœno eripuisses. Dicto igitur mihi confortare, et homini huic adhæresce, eumque sequere, hic enim te abductum abluet: et firmam mihi in illum fidem largitus, recessisti. Ubi igitur fueris ignoro; ego præscriptum mihi ducem abs te, sanctissime Domine, citra conversionem secutus sum; eumque ille ad scaturigines, et fontes, id est, Scripturas,

[86] I Cor. xv, 52.

Digitized by Google

et mandata multa cum lassitudine et labore cæcum re, et tergo suo manu fidei abs te mihi data tractum, ac sequi coactum abduxisset, respexit me, et pedum vires probe resumpsi. Transibat autem per lapidosa, per fossas, per offendicula, et superabat omnia. Ast me in hæc impingere, et offendere, multumque laborem, multas vexationes, et afflictiones perferre, ac sustinere contingebat. Et ipse quidem in omni fonte, et scatebra per se in horas lavabat, ac se abluebat : ego, quod eas non cernerem, multas præteribam. Ac nisi ille manu me prehensum, ad fontem statuisset, et pedes animi mei pro duce rexisset, nusquam scatentem aquam invenire potuissem. Ubi autem mihi scaturigines illas demonstravit, permisitque ut sæpius aqua pura me abluerem, forte aliquando etiam de luto ad marginem fontis jacente manu hauriebam, et inde faciem lavans contaminabam. Quin et sæpenumero palpando volens scaturiginem invenire, trahebam una pulverem, et aquam iterum turbabam ; cumque penitus nihil viderem, turpans cœno faciem, pura me lympha putabam ablui.

Quo autem pacto commemorabo quæ me deinde rursum necessitas, et vis occuparit ? quomodo præterea quidam frequenter testarentur, et quotidie mihi cantilenam istam occinerent, quid inanem laborem stulte capessis, et illusorem atque impostorem hunc sequeris, et te aspectum recuperaturum frustra, et inutiliter confidis ? non enim nunc fieri potest. Quid pedes ita offendens, et eruentans sequeris ; cur non potius misericordibus auscultas, qui hortantur te, ut quieti indulgeas, ciboque et potione et reliqua cura corpori tuo servias ? Non enim potes ab animæ lepra liberari ; nec unquam istis temporibus aspicies. Unde illusor iste, miraculorum effector modo exstitit, qui, quæ apud omnes homines ætatis hujus sunt impossibilia, tibi pollicetur ? Væ tibi, quoniam et oblatam a Christi, et fratrum amantibus, et aliena mala, tanquam propria, sentientibus curationem amittes, et incommoda afflictionesque quas sustines, vana spe sustinebis ; et promissa tibi a deceptore illo ac sycophanta pro certo haud consequeris. Quid ? non ratiocinaris, neque apud te cogitas quomodo sine nobis nihil possis ? Quid ? annon et nos omnes cernimus ? an, quemadmodum seductus ille ipsemet tibi dictitat, cæci sumus ? Cernimus profecto omnes, et ne frustra sis, non est hoc nostra videndi facultas minor. Verum enim vero ab his omnibus citra controversiam seductoribus, et impostoribus, qui dolo proximum circumvenire atque subvertere conantur, tu misericors et benigne libera me, per eam quam mihi fidem et spem largitus es ; per quam et quæ dixi, et alia plura ut perferrem, me corroborasti.

Cæterum cum in omnibus his perdurassem, nec defecissem, et sic palpando turbida aqua me abluerem, et eluerer quotidie, opinione mea pro eo ac apostolus discipulusque tuus docebat aliquando ambulanti mihi, et ad fontem currenti, tu qui me antea de cœno extraxeras, rursum occurristi, et tunc primum intaminato vultus tui splendore infirmos oculos meos illuminasti, quodque videbar habere lumen, id ipsum perdidi, quo te cognoscere non potueram. Et quomodo potuissem, cujus neque faciei fulgorem videre possem, neque intelligere, aut perspicere, aut cognoscere quis tandem esses ? Ex eo me crebrius ad fontem consistente, qui vacas omni superbia, non es dedignatus descendere, ad me accedere, prehendere caput meum, et id in ipsas aquas immergere, efficereque, ut lumen vultus tui purius aspicerem. Mox te abstulisti, cum non dedisses cogitare quis esses, qui hæc faceres ; aut unde venisses ; aut quo abiisses, non, inquam, dabas hoc mihi, neque cum ad tempus venires, et abires paulatim magis ac magis apparebas, et aquis me irrorabas, et ut te liquidius cum majore lumine intuerer, largiebaris. Dum hoc diu facis, visu mysterii cujusdam venerabilis me dignatus es. Te enim adveniente, et, ut putabam, aquis me abluente, et immergente sæpius, fulgorem circumdantem me, et radios vultus tui in mediis aquis conspicio, obstupuique vehementer, cum me aqua luciflua viderem ablui, et ubi esset, et quis esset hujus rei præbitor, non cognoscebam : gaudebam solum me lavari, fide augeri, spe velut alis subvehi ; et in cœlum usque ascendere. Seductores autem illos, verba fallaciæ, et mendacium mihi suadentes, ac suggerentes plurimum exosus, et errantes miserans, eorum congressum, consuetudinem, conspectumque ut noxium devitavi penitus : contubernalem autem, et adjutorem meum, sanctum discipulum tuum dico, et apostolum, ut teipsum fictorem meum venerabar, honorabam, diligebam toto pectore : jacebam ad pedes ejus noctes et dies, orans, ut si quid posset, adjuvaret me ; certo mihi persuadens, quæcunque vellet, abs te obtenturum. Sic perdiu gratia tua cum perseverarem, iterum aliud mirabile arcanum vidi. Apprehensum quippe me una tecum in cœlum ascendens duxisti sive in corpore, sive extra corpus, nescio, tu solus nosti, qui id fecisti. Cum illic horam tecum exegissem, et essem gloriæ (quæ, aut cujus fuerit nescio) magnitudine, et majestate perculsus, et immensa altitudine attonitus, totus cohorrui. Rursum me solum ubi prius stabam dimisisti, et inventus sum cum stupore lamentans infelicitatem meam. Non multo post, cum essem infra, supra in cœlis apertis, faciem tuam ut solem informem dignatus es mihi ostendere, et quis esses, ne sic quidem voluisti me cognoscere. Quid enim ? cum non alloquereris me, sed illico abscondereris. Ego vero circumibam quærens te, quem non cognoscebam, et videre formam tuam, et noscendo noscere quis esses, desiderabam. Quocirca præ incredibili ardore charitatis erga te flebam continenter, quod nescirem te quis esses, qui me ex nihilo ut essem produxisti, et e cœno

Digitized by Google

eduxisti, et quæ dicta sunt omnia mihi factus es. Postquam igitur hunc in modum sæpe mihi rursum visus, et sæpe rursum me allocutus, evanuisti, nec visus es a me penitus, fulgorem ac splendorem vultus tui rursum in aquis, ut prius circumfundentem me videns, et eum prorsus cernere non valens, recordatus sum, ubi aliquando te in supernis viderim. Et alium esse insipienter suspicatus, denuo cum lacrymis videre te quæsivi.

Cum itaque multum me cruciarem et affligerem, et mei totius, ac totius mundi, et eorum quæ in mundo sunt, oblitus, neque umbram saltem, neque aliud quidquam, aut etiam omnino exstare quidquam eorum quæ videntur, cogitarem, tu omnibus inaspectabilis, intactilis et incomprehensibilis apparuisti, et visus es mihi mentem meam purgare, et augere vim cernendi animæ meæ, ampliusque ac plenius spectandam præbere gloriam tuam, quia crescebas magis, et splendens amplius dilatabaris. Etiam ex recessu tenebrarum te venire, et appropinquare animadverti; id quod nobis non semel in sensibilibus usuvenit. Luna siquidem apparente, et nubibus velut ambulantibus, videtur illa currere celerrime, cum nihil ad cursum consuetum addat; aut institutum ab initio iter mutet. Similiter tu videbaris venire, qui es immobilis, et qui es immutabilis augescere, ac major fieri, et formam capere, qui capax formæ non es. Quemadmodum enim in cæco paulatim videre incipiente, et notam, seu indicium figuramve hominis animadvertente, et quis sit, sensim cognoscente, non nota, seu figura propter visionem immutatur, aut transformatur; sed vis videndi quæ in oculis ejus est purgata, figuram et formam qualis est percipit, tota ejus similitudine velut impressa facultati videndi, et illam penetrante, atque in eam abstersa, et quasi in tabulam insculpta in anima, qua parte intelligit, et meminit: sic etiam tu ipse lumine sancti Spiritus perspicue visus es, et purgasti mentem meam integre: qua clarius et purius vidente, tu mihi alicunde egredi, et lucidior apparere visus es, et characterem formæ sine forma ut viderem concessisti mihi, et tum me extra mundum abduxisti, et quod dici fas existimo, etiam extra corpus; nam ut istud accurate scirem, non dedisti. Supra modum igitur illuminasti me, et, ut videbatur, plane pulchre videnti mihi visus es. Et cum te interrogarem, Domine, quis esses, tunc primum me perditum voce tua dignatus es, perculsumque stupentem ac trementem, et apud animum leviter cogitantem, ac dicentem, quid sibi ista gloria, et hujus splendoris magnitudo vult? quomodo aut unde ego talia bona mereor? leniter ac placide affatus es in hunc modum: Ego sum Deus, tua causa homo factus. Et quoniam me tota anima quæsivisti, de cætero, ecce, frater meus, et coheres, et amicus eris.

Ad hanc orationem cum obstupuissem, et animus me defecisset, viresque destituissent, et retulissem contra, et quis ego miser sum, Domine, aut quid feci ego homuncio, ut me hujuscemodi bonis dignarere, et tantæ gloriæ socium, ac hæredem institueres? putaremque hanc gloriam, et hoc gaudium mentem meam excedere, tu, Domine, rursum, ut amicus cum amico disserens, per Spiritum tuum in me loquentem respondisti, hæc ob solum scopum et institutum, et fidem tuam donavi tibi, et adhuc donabo. Quid enim aliud aut habes, aut habuisti aliquando tuum (nudus a me procreatus), ut illud accipiam, et hæc tibi rependam? Ac nisi vinculis corporis hujus solvare, quod perfectum est non videbis, neque eo toto præclare perfrui poteris. Cum subjicerem, quid vero hoc majus, aut splendidius? mihi interim sic esse etiam post mortem sufficit, tu excipis; quam pusillo et angusto es animo, qui istis contentus sis? Hæc cum futuris collata, similia sunt cœlo in charta, quam quis manu teneat, depicto, et ad spectandum proposito. Quantum enim hoc vero cœlo inferius est, tanto major, et sine comparatione major hac quam nunc vides, futura gloria revelabitur.

Hæc locutus conticuisti, et sensim bonus, ac dulcis Dominus ab aspectu meo ablatus es. Utrum quia ego recederem a te, an quia tu abscederes a me, mihi non liquet. Tunc rursus in me plane fui, alicunde me venisse ratus; et ingressus sum prius tabernaculum, indeque in memoriam rediens pulchritudinis gloriæ tuæ, et verborum tuorum, ambulans, sedens, comedens, bibens, orans flebam, et in gaudio vivebam inenarrabili, cum te cognovissem. Opificem omnium. Quomodo enim non gauderem? Sed rursum mœstus, et isto modo rursum te videre concupiscens, ut abii ad immaculatæ Parentis tuæ imaginem, ipsam salutatum, et in genua procubui, tu antequam surgerem, in abjecto corde meo, ut lumen perficiens ipsum a me visus es. Et tum cognovi te pro certo in me esse. Ex eo non quod memor essem tui, et eorum quæ tua sunt, te diligebam, sed te subsistentem charitatem intra me vere habere credidi. Vere enim tu Deus charitas es. Fidei igitur spes insita, et in ipsa a pœnitentia et lacrymis rigata, postquam etiam a lumine tuo illustrata radices egit, et bene aucta est, tum deinde tu ipse bonus artifex, et auctor adveniens, per gladium tentationum, per humilitatem, inquam, in magnam altitudinem enatos inutiles cogitationum ramos amputans, spei soli, ut uni radici arboris sanctam charitatem tuam insevisti. Hanc itaque assiduo incremento proficere, et consuetam ac familiarem mihi, vel potius te per hanc docentem, et illustrantem me cernens, ut jam omni fide ac spe superior, sic afficior, quemadmodum et Paulus clamans ait: *Quod enim quis videt, quid sperat*[a]? Si igitur ego te habeo, quid præterea spero?

[a] Rom. VIII, 24.

Digitized by Google

Audi quid. Ut solem in aqua vides, illum ipsum autem neutiquam vides, quamvis magis deorsum te inclines, tale quid esse intellige, quod in te fit; et instrue te, et stude semper, intra te pure et clare, ceu solem in aqua limpida, me intueri. Quod utinam sic videre me, ut dixi, etiam post mortem mereare. Aliter totus iste orbis operum et laborum, et verborum tuorum nihil tibi proderit: proderit autem? imo ista magis te condemnabunt, tribulationemque majorem parabunt: siquidem, ut audis, *potentes potenter tormenta patientur* [58]. Nam pauperi ab ortu suo non tam pudori est paupertas sua, nec ejus comes tristitia, adeo ipsum cruciat, ut eum, qui in divitiis, et in gloria, excelsoque gradu vixit, regumque familiaritate usus, deinde omnibus illis amissis ad summam mendicitatem depressus est. Tametsi res non ita se habet in terrenis, et quæ sub oculos cadunt, sicut in cœlestibus, et quæ sub aspectum minime veniunt. Qui enim certam ob causam terreni regis amicitia, et famulatu multati sunt, iis fortunarum suarum dominis esse, iisque frui, et vivere non prohibetur. Ast mea charitate, et amicitia si quis exciderit, vivere nequit prorsus; vita enim ejus ego sum: sed illico nudatur, et spoliatur omnibus, meisque ac suis hostibus capiendus permittitur. Cui arrepto illi pro pristino ejus in me amore, et benevolentia furiosius insultant, pœnasque cum irrisionibus, et ludibriis irrogant.

Sane ita est, Rex sanctissime. Sane et ego credo tibi Deo meo, et supplex ac pronus te rogo, cu- C stodi me peccatorem, et indignum collata in me misericordia tua: et surculum dilectionis tuæ, quem in arborem spei meæ insevisti, virtute tua corrobora, ne a vento conquassetur, ne a procella confringatur, ne ab aliquo inimico evellatur, ne præ negligentia mea æstu exuratur, ne præ pigritia et superbia mea exarescat, ne præ studio gloriæ inanis omnino tandem pereat. Tu enim nosti, qui hoc mihi donasti, et in me operatus es, te ob istud me ab omnibus mortalibus, a mundo universo, sevocasse; a me quoque ipso adjutorem et auxiliarium meum, tuum vero apostolum pro voluntate tua corporaliter separasse. Tu scis infirmitatem meam, tu non ignoras miseriam, et ad omnia imbecillitatem meam. Proinde amplius miserere B mei, qui abundas misericordiæ visceribus. Advolvor tibi ex animo; ne permittas me voluntati meæ, qui tam multa benefecisti mihi, sed in charitate tua constabilito animam meam, et in ipsa eam radices tuto fac propagare: ut secundum impollutam, sanctam, a mendacio alienam promissionem tuam mecum in me sis, et ego vicissim in te, et tegar ab ipsa, et ego tegam, et custodiam ipsam in me. Et tu quidem videas me in ipsa. Dominee ego autem te videre per ipsam merear, nunc quidem ut in speculo et in ænigmate, ut dixisti [59], tunc autem in tota charitate te, qui totus es charitas [60], et ita vocari dignatus es. Quoniam te decet omnis gratiarum actio, gloria, imperium, honor, et adoratio, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, et semper, et in infinita sæcula. Amen.

[58] Sap. VI, 7. [59] I Cor. XIII, 12. [60] I Joan. IV, 8.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΣΥΜΕΩΝ ΤΟΥ ΝΕΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΠΡΑΚΤΙΚΑ ΚΑΙ ΘΕΟΛΟΓΙΚΑ ΡΜΕ'.

SANCTI PATRIS NOSTRI

SYMEONIS JUNIORIS THEOLOGI

CAPITA PRACTICA ET THEOLOGICA CCXXVIII*

1. Fides est, propter Christum pro ejus mandato morte occumbere, et credere, mortem hujus-

α'. Πίστις ἐστὶ, τὸ διὰ Χριστὸν ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ ἐντολῆς ἀποθανεῖν· καὶ τὸν θάνατον τοῦτον ζωῆς

(1) Præcedunt apud Jac. Pontanum capitula sequentia :

« Deus corporeis oculis aspicientibus nusquam est, effugit enim sensum omnem cernendi. Ast animo, et cogitatione intuentibus, ubique est. Nam cum in omni, seu in rerum universitate est, tum extra omne est. In illo prope est timentibus eum (*Psal.* LXXXIV, 10), et longe a peccatoribus salus ejus (*Psal.* CXVIII, 155).

« Memoria Christi mentem illuminat, et dæmonas fugat. Lumen autem sanctæ Trinitatis in corde puro lucens, hominem a toto mundo sejungit, sulque participem jam hinc futura gloria complet, quatenus eam potest capere, qui a superna gratia regitur, et adhuc in corporis custodia detinetur.

« Si prætereuntibus, ac pereuntibus omnibus, quæ oculorum sensu percipiuntur, tantummodo Deus permanet, ac permanebit, omnino ejus gratiæ in hac vita affatim compotes, quanquam in terris versantur, tamen nunc maximam partem cum futuro sæculo apti, atque conjuncti sunt, et in umbra ista, onere corporis tanquam gravi sarcina depressi, ingemiscunt.

« Dominus noster non eos beatos esse affirmat (*Matth.* v, 19), qui docent duntaxat; sed dignos prius per mandatorum obedientiam habitos, qui cœlestia suspicerent, quique in semetipsis lumen spiritus illuminans coruscare conspexerunt, et in vera ejusdem visione per ipsum et cognitione, et actione didicerunt, de quibus apud alios docendi causa dissererent. Primum igitur eos qui ad docendum aggrediuntur, ita sustolli, ac subvehi, quemadmodum diximus, necesse est : ne si doceant quæ nesciunt, tam sese ipsos, quam sibi credentes in fraudem et exitium inducant.

« Qui Deum non timet, is non credit Deum esse, insipiens enim est (*Psal.* XIII, 1). Qui autem istud credit, illum timet : « Qui porro dicit se timere Deum, et mandata ejus non custodit, mendax est (*I Joan.* II, 4), » et timor Dei in illo non est; ubi enim timor, inquit Scriptura (*Psal.* CXI, 1), ibi custodia mandatorum. Quod si et timore Dei vacamus, et divinis legibus non paremus, ab ethnicis atque infidelibus nihil discrepamus.

« Fides, timor Dei, observatio mandatorum ejus pro portione purgationis præmium conciliant. Quantum purgamur, tantum in charitatem Dei a timore evehimur, et proficiendo quodammodo a timore ad charitatem Dei transimus, audientes ab eo : « Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me (*Joan.* XIV, 21). » Et ita certamen certamini addamus, magisque semper ac magis contendamus, ut operibus charitatem demonstremus. Quod si fiat, ipse, sicut promisit, nos diliget. Si Christus nos diligat, Pater ejus similiter nos charos habebit, et Spiritus utique viam muniet, ac domicilium præparabit, ut in uno hypostaseon personarumve conventu, Patris, et Filii, et Spiritus sancti mansio et habitaculum evadamus.

« Divinitatis tres hypostases habentis suscepta in perfectis habitatio, quam iidem cognoverunt, et præclare senserunt, ea desiderium ipsorum non satiat, sed majoris potius, et ardentioris desiderii initium, et causa est. Exinde enim istorum hospitum susceptori nullam partem quietis concedit : verum efficit, ut quasi ab igne semper incensus, et inflammatus, ad divinioris cujusdam desiderii flammam sese extollat. Quoniam enim mens, quem desiderat intelligendo comprehendere, et finem ejus indagare nequit, etiam desiderio, et amori finem ac terminum ponere non potest : sed eum fine infinito assequi, et comprehendere enitens, desiderium semper immensum infinitumque, et charitatem inexplebilem in seipsa circumfert.

« Qui ad hanc metam processit, nondum se desiderii, aut charitatis Dei in seipso principium invenisse arbitratur : sed de se ita sentit, quasi Deum non amaret : quandoquidem charitatis plenitudinem assequi haud potuerit. Hinc seipsum postremum omnium timentium Deum reputans, indignum censet, qui cum fidelibus salutem adipiscatur.

* 145 tantum habemus Græce edita in Φιλοκαλίᾳ τῶν ἱερῶν Νηπτικῶν, Venetiis 1782. fol. Jac. Pontanus 226 Latine ediderat.

Digitized by Google

πρόξενον εἶναι πιστεύειν· τὴν πτωχείαν, ὡς πλοῦτον λογίζεσθαι· τὴν εὐτέλειαν καὶ ἐξουδένωσιν, ὡς δόξαν τῷ ὄντι καὶ περιφάνειαν· καὶ ἐν τῷ μηδὲν ἔχειν, τὰ πάντα κατέχειν πιστεύειν· μᾶλλον δὲ κεκτῆσθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ πηλὸν ἢ καπνὸν ἅπαντα τὰ ὁρώμενα καθορᾷν.

A scemodi vitæ conciliatricem, ac parentem esse; paupertatem divitias ducere. Vilitatem et contemptum, veram gloriam, claritatemque judicare et in nihil habendo omnia possidere, se existimare: imo potius « investigabiles Christi divitias [1] » possidere, et universa quæ videntur, non aliter, quam ut lutum, et fumum aspicere.

β'. Ἡ εἰς Χριστὸν πίστις ἐστὶ, τὸ μὴ μόνον καταφρονῆσαι τῶν ἐν τῷ βίῳ τερπνῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ καρτερῆσαι καὶ τὸ ὑπομεῖναι πάντα πειρασμὸν ἐπερχόμενον ἐν λύπαις, καὶ θλίψεσι, καὶ συμφοραῖς, ἕως ἂν θελήσῃ καὶ ἐπισκέψηται ἡμᾶς ὁ Θεός. « Ὑπομένων γάρ, φησὶν, ὑπέμεινα τὸν Κύριον, καὶ προσέσχε μοι. »

2. Fides in Christum est, non solum oblectamenta hujus vitæ aspernari, sed omnes quoque in nos invadentes tentationes patienter ferre ac sustinere, in molestiis, afflictionibus, calamitatibus, quoad Deus voluerit, et nos visitaverit.

γ'. Οἱ τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς ἔν τινι προτιμῶντες τῆς τοῦ Θεοῦ ἐντολῆς, πίστιν οὐ κέκτηνται πρὸς Χριστόν. Πάντως γὰρ ὑπὸ τῆς ἰδίας κρίνονται συνειδήσεως· εἴγε καὶ συνείδησιν ζῶσαν ἔχουσι περὶ τῆς ἀπιστίας αὐτῶν. Πιστῶν γὰρ τοῦτό ἐστι, τὸ ἐν μηδενὶ μηδαμῶς τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παραβαίνειν τὴν ἐντολήν.

3. Qui in re aliqua parentes suos Dei mandato anteferunt, fidem in Christum non habent. Plane enim a sua ipsorum conscientia judicantur, si modo sanam gerunt infidelitatis suæ conscientiam. Fidelium quippe hoc proprium est officium, in nulla re magni Dei, et Salvatoris nostri jussa ullo modo violare.

δ'. Πίστις ἡ εἰς Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, ἐπιθυμίαν καλῶν ἔτεκεν, καὶ φόβον κολάσεων. Ἡ δὲ τῶν κρειττόνων ἐπιθυμία, καὶ ὁ φόβος τῶν κολάσεων τήρησιν ἀκριβῆ τῶν ἐντολῶν κατειργάσατο. Ἡ δὲ ἀκριβὴς τῶν ἐντολῶν τήρησις, τὴν ἰδίαν τοὺς ἀνθρώπους ἐκδιδάσκει ἀσθένειαν. Ἡ δὲ κατανόησις τῆς ἀληθοῦς ἀσθενείας ἡμῶν, θανάτου μνήμην ἐγέννησεν. Ὁ δὲ σύνοικον ταύτην κτησάμενος, αὐτὸς μαθεῖν ἐμπόνως ζητήσει, ὁποῖα ἔσται αὐτῷ μετὰ τὴν ἔξοδον τοῦ βίου τούτου καὶ ἀναχώρησιν. Ὁ δέ γε περὶ τῶν μελλόντων γνῶναι σπουδάζων, πρῶτον ἑαυτὸν ἀποστερῆσαι τῶν παρόντων ὀφείλει. Ὁ γὰρ ἐν τούτοις καὶ μέχρις εὐτελοῦς τινος ὑπὸ προσπαθείας κρατούμενος, ἐκείνων τὴν γνῶσιν τελείαν οὐ δύναται κτήσασθαι. Εἰ δὲ καὶ ταύτης γεύσεται κατ' οἰκονομίαν τὴν τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ τάχιον ἐάσῃ τὰ ὑφ' ὧν καὶ ἐν οἷς κρατεῖται κατὰ προσπάθειαν, καὶ ὅλως τῆς τοιαύτης γένηται γνώσεως, μηδὲν ταύτης ἕτερον ἔξωθεν ἐννοεῖν ἑκουσίως καταδεχόμενος, καὶ αὐτὴ ἣν δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

4. Fides in Christum Deum verum, bonorum desiderium, et pœnarum metum gignit. Desiderium autem bonorum, suppliciorumque timor, perfectam mandatorum observationem operantur. Deinde perfecta mandatorum observatio homines suam ipsorum imbecillitatem docet. Perspicientia veræ imbecillitatis nostræ mortis memoriam generat: quam qui contubernalem habuerit, cognoscere laborabit, quæ sibi post migrationem ex hac luce eventura sint. Cæterum qui futurorum certior fieri studet, ante omnia præsentibus se privatum ire debet. Nam qui his, etiam parvi momenti rebus affectum submittit, exactam illorum cognitionem non consequitur. Quod si et hanc, Deo ita permittente, gustabit, nisi primo quoque tempore dimiserit, quorum ei affectus et amor dominatur, penitusque huic sese notitiæ consecraverit, nihil aliud extra eam sponte cogitandum ratus ipsa quoque quam videtur habere cognitio, ab eo auferetur.

ε'. Ἡ ἀποταγὴ τοῦ κόσμου καὶ παντελὴς ἀναχώρησις, ξενιτείαν ἀναλαβομένη πάντων τῶν ἐν βίῳ ὑλῶν, καὶ ἠθῶν, καὶ γνωμῶν, καὶ προσώπων, καὶ ἄρνησιν σώματος καὶ θελήματος, μεγάλης ὠφελείας πρόξενος γίνεται τῷ οὕτω θερμῶς ἀποταξαμένῳ ἐν βραχεῖ τῷ καιρῷ.

5. Renuntiatio mundi, absolutaque secessio peregrinitatem quamdam ab omnibus vitæ istius vanitatibus, et illecebris, moribus, sententiis, personis, abnegationemque corporis, et propriæ voluntatis assumens, brevi magnam utilitatem ei pariet, qui tam studiose ardenterque mundo renuntiavit.

ς'. Ὁ φεύγων τὸν κόσμον, ὅρα μὴ δῷς σὴν ψυχὴν εἰς παράκλησιν κατ' ἀρχὰς, ἐν αὐτῷ τὰς οἰκήσεις ποιούμενος· εἰ καὶ πάντες σε τοῦτο ποιεῖν συγγενεῖς καὶ φίλοι καταναγκάζουσι. Τοῦτο γὰρ αὐτοῖς οἱ δαίμονες ὑποβάλλουσιν, ὅπως τὴν θέρμην ἀποσβέσωσι

6. Qui mundum fugis, cave ne des solatium animæ tuæ, ut in eo nonnunquam rogatus habites, quamvis id omnes te rogent: hoc enim dæmones illis suggerunt, quo fervorem animi tui exstinguant. Nam ut non prorsus propositum tuum im-

[1] Ephes. III, 8.

« Omnia possibilia sunt credenti (*Marc.* IX, 22), fides enim ad justitiam reputatur. Nam *finis legis Christus* (*Rom.* X, 4). Fides autem in Christum pro opere legis reputatur, creditumque justificat, et consummat, ac per mandata Evangelii stabilita et demonstrata, fideles vitæ æternæ, quæ in ipso Christo est, consortes ac participes reddit. »

Digitized by Google

pedire queant, laxius quidem certe, et languidius illud efficient.

7. Cum te adversus omnia vitæ humanæ blandimenta virum præstiteris, nihilque ab eis allevamenti petiveris, tum diaboli flexis ad commiserationem cognatis, flere eos, et lamentari propter te in conspectu tuo facient : quod ita esse cognoseces. Quod si tu immota mente contra talem impetum perstiteris, videbis eos repente furore et odio tui accensos, te ut inimicum aversari, et vultum tuum amplius ferre non posse.

8. Cum a parentibus, fratribus, amicis tibi negotia facessi, et tribulationem creari senseris, dæmonem irride, cujus instinctu impulsuque hæc multimodis contra te suscipiuntur, et cum timore, curaque multa clam secede, Deum impense ora, ut celeriter ad portum boni alicujus Patris appellaris, in quo animam tuam oneratam ac delassatam reficere, ac recreare possis. Etenim pelagus vitæ hujus ad pericula objicienda, extremamque perniciem struendam ac parandam idonea multa continet.

9. Qui mundum odisse vult, ex medullis intimis Deum diligat, eumque continenter ante oculos habeat oportet : quando quidem nihil perinde ut ista duo facit omnia cum gaudio relinquere, et ut quisquilias despicatui ducere.

10. Omnino fuge, probabilibus de causis (imo enimvero improbabilibus, et rationi parum consentaneis) assiduo in mundo versari. Verum accersitus, actutum obedi : non enim in alio Deus æque, ut in celeri obedientia nostra lætatur : siquidem melior expedita, et prompta obedientia cum egestate, quam tarditas cum abundanti pecunia.

11. Si mundus, et mundana universa prætereunt, solus autem Deus sempiternus est, nec eum ulla mortis fata periment, lætamini, quicunque propter illum rebus fluxis salutem dixistis. Fluxa autem sunt non divitiæ modo, et pecuniæ, sed et omnis voluptas, et oblectatio peccati fluxa est : sola vero Dei mandata lux, et vita sunt, idque ab omnibus appellantur.

12. Si concepta flamma, et quasi tæda ardenti accepta, frater, cursu te ad cœnobium, aut Patrem spiritualem contulisti, ob id, etiam hortatu illius, aut qui tecum sunt religiosorum fratrum, lavationibus escis, aliisve obsequiis ad corpus pertinentibus recreationis, et animi causa utendum tibi ne putes, sed ad jejunium, ad aspera ferenda, ad summam continentiam paratus semper esto : ut si Patris tui in Domino auctoritate ad fruendum aliquod solatium incitere, illi obsecundans reperiaris, et voluntati tuæ nec in hoc dedita opera parere. Alioqui cum voluptate sustine, ac patere, quæ libens et ultro ad animæ emolumentum inde comparandum facere instituisti. Ita si faxis, semper ab omnibus incdia te affligere, et continentiæ stu-

Ἀπῆς καρδίας σου. Εἰ γὰρ καὶ μὴ τελείως ἐμποδίσουσι τὴν πρόθεσιν, ἀλλά γε χαυνοτέραν ταύτην πάντως· καὶ ἀσθενῆ ἀπεργάζονται.

ζ'. Ὅταν πρὸς πάντα τὰ τοῦ βίου ἡδέα εὑρεθῇς ἀνδρεῖος καὶ ἀπαράκλητος, τότε εἰς συμπάθειαν δῆθεν οἱ δαίμονες τοὺς συγγενεῖς μεταστρέψαντες, κλαίειν ποιοῦσι καὶ θρηνεῖν πρὸ προσώπου σου διὰ σέ. Καὶ τοῦτο ἀληθὲς εἶναι γνώρῃ, ὅτε σὺ μὲν ἄτρεπτος καὶ ἐν ταύτῃ ἐμμείνῃς τῇ προσβολῇ, κἀκείνους εἰς μανίαν τὴν κατὰ σοῦ καὶ μῖσος αἰφνης ἐξαφθέντας ἴδῃς, καὶ ὡς ἐχθρὸν ἀποστρεφομένους σε, καὶ ὁρᾶν ἐθέλοντας.

η'. Τὴν παρὰ τῶν γονέων, καὶ ἀδελφῶν, καὶ φίλων σου θλῖψιν ὁρῶν διὰ σὲ γινομένην, γέλα ἐπὶ τῷ ὑποβάλλοντι ταῦτα ποικίλως κατὰ σοῦ γίνεσθαι δαίμονι· καὶ μετὰ φόβου καὶ σπουδῆς πολλῆς ὑποχώρησον· καὶ τὸν Θεὸν ἐκτενῶς δυσώπει, τοῦ τάχιον εἰς λιμένα καλοῦ Πατρὸς καταντῆσαί σε· ἐνῷ τὴν ψυχήν σου κεκοπωμένην καὶ πεφορτισμένην ὑπάρχουσαν αὐτὸς ἀναπαύσειε. Πολλὰ γὰρ ἔχει τὸ πέλαγος τοῦ βίου πρόξενα κινδύνων καὶ ἀπωλείας ἰσχάτης.

θ'. Ὁ μισῆσαι θέλων τὸν κόσμον, ἀγάπην ἐκ βαθέων ψυχῆς ἔχειν ὀφείλει πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ μνήμην τούτου ἀένναον. Οὐδὲν γὰρ ἕτερον ὡς ταῦτα, ἅπαντα μετὰ χαρᾶς καταλιμπάνειν ποιεῖ, καὶ σκυβάλων δίκην ἀποστρέφεσθαι.

ι'. Μὴ θέλε δι' εὐλόγους αἰτίας ἢ ἀλόγους τῷ κόσμῳ προσμεῖναι τὸ σύνολον· ἀλλ' ὅτε κληθῇς, συντόμως ὑπάκουσον. Ἐν οὐδενὶ γὰρ ἑτέρῳ οὕτω Θεὸς, ὡς ἐν τῇ ταχυτῆτι ἡμῶν ἐπευφραίνεται. Ἐπειδὴ καὶ κρείσσων ὑπακοὴ συντόμως μετὰ πενίας, ἢ βραδύτης μετὰ πλήθους χρημάτων.

ια'. Εἰ ὁ κόσμος καὶ τὰ ἐν κόσμῳ παρέρχονται πάντα, ὁ δὲ Θεὸς ἄφθαρτος καὶ ἀθάνατος, χαίρετε ὅσοι δι' αὐτὸν τὰ φθαρτὰ κατελείψατε. Φθαρτὰ δέ εἰσιν οὐ μόνον πλοῦτος καὶ χρήματα, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡδονὴ καὶ ἀπόλαυσις ἁμαρτίας φθορά ἐστι. Μόναι δὲ αἱ τοῦ Θεοῦ ἐντολαὶ φῶς εἰσι καὶ ζωή· καὶ τοῦτο παρὰ πάντων καλοῦνται.

ιβ'. Εἰ φλόγα ἔλαβες, ἀδελφὲ, καὶ δραμὼν παρεγένου ἐν κοινοβίῳ ἢ πνευματικῷ πατρὶ, διὰ τοῦτο, εἰ προτρέπῃ παρ' αὐτοῦ, ἢ παρὰ τῶν συνασκουμένων σοι ἀδελφῶν, λουτροῖς, ἢ βρώμασιν, ἢ ἄλλαις θεραπείαις χρήσασθαι ἀναπαύσεως χάριν, τοῦτο μὴ καταδέξῃ· ἀλλ' ἀεὶ παρεσκευασμένος ἔσο πρὸς νηστείαν, πρὸς κακοπάθειαν, πρὸς ἐγκράτειαν ἀκροτάτην· ἵνα εἰ μὲν παρὰ τοῦ σοῦ ἐν Κυρίῳ πατρὸς, προτραπῇς μετασχεῖν παρακλήσεως, εὑρεθῇς ἐκείνῳ μὲν ὑπήκοος, τὸ δὲ ἴδιόν σου θέλημα μηδὲν τούτῳ ποιῶν· εἰ δὲ μή, μετὰ χαρᾶς ὑπομένῃς ἅπερ ἑκουσίως ποιῆσαι ἠθέλησας, ψυχικῶς ὠφελούμενος. Τοῦτο γὰρ φυλάττων, ἔσῃ διαπαντὸς ἐπὶ πᾶσιν ὡς νηστεύων, καὶ ἐγκρατευόμενος, καὶ τῷ ἰδίῳ θελήματι κατὰ πάντα ὑποταξάμενος. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ

Digitized by Google

τὴν ἐνοῦσαν ἐν τῇ καρδίᾳ σου φλόγα ἄσβεστον διατηρήσεις, τὴν πάντιμον καταφρονεῖν σε βιάζουσαν. A

dere, propriamque voluntatem funditus exulsse judicaberis. Neque id solum, sed insuper ardentem in pectore tuo flammam inextinctam conservabis, quæ te ad omnium rerum contemptionem adigit.

ιγ'. Ὅταν πάντα παρ' ἑαυτῶν οἱ δαίμονες πράξωσι, καὶ τὸν κατὰ Θεὸν ἡμῶν σκοπὸν κατασεῖσαι οὐ δυνηθῶσιν, ἢ ἐμποδίσαι, τότε τοῖς τὴν εὐλάβειαν ὑποκρινομένοις ὑπεισέρχονται, καὶ δι' αὐτῶν τοὺς ἀγωνιζομένους ἐμποδίζειν πειρῶνται. Καὶ πρῶτον μὲν ὡς ἐξ ἀγάπης δῆθεν καὶ συμπαθείας κινούμενοι, εἰς σωματικὰς ἀναπαύσεις χωρεῖν παραινοῦσιν αὐτούς· ἵνα μὴ καὶ τὸ σῶμα ἀδυνατήσῃ, φησὶ, καὶ εἰς ἀκηδίαν ἐμπεσεῖται. Ἔπειτα καὶ εἰς συντυχίας ἀνωφελεῖς ἐκκαλούμενοι, τὰς ἡμέρας ἐν ταύταις προσαναλίσκειν αὐτοὺς ποιοῦσιν. Εἰ μέν τις ὑπακού- B σας τῶν σπουδαίων ὁμοιωθῇ αὐτοῖς, στρέφονται καὶ ἐπιγελῶσι τὴν αὐτοῦ ἀπώλειαν. Εἰ δὲ μὴ ὑπαχθῇ τοῖς αὐτῶν λόγοις, ἀλλὰ τηρεῖ ἑαυτὸν ξένον ἐκ πάντων, καὶ σύννουν, καὶ ἀπαρρησίαστον, κινοῦνται εἰς φθόνον, καὶ πάντα ποιοῦσι καὶ πράσσουσι, ἕως οὗ καὶ τῆς μονῆς αὐτὸν ἐκδιώξωσι· οὐ φέρει γὰρ κενοδοξία ἄτιμος, ἐπαινουμένην ταπείνωσιν ὁρᾷν ἀπεναντίας αὐτῆς.

13. Cum præstiterint dæmones, et experti fuerint omnia, quæ in se fuerunt, nec tamen nos a scopo nostro secundum Deum avertere potuerint, nec remorari, atque impedire, tum se in religiosam cautionem simulantes insinuant, eorumque opera sacro certamini deditis, impedimenta objicere adnituntur. Ac primum quidem velut amore, et mutuo illorum miseriæ sensu commoti, eos ad corpora secum recreanda, ac fovenda concedere cohortantur: ne debilitentur, ac frangantur, inquiunt, et in torporem ac socordiam, sive acediam delabantur. Post ad colloquia infructuosa eos provocant, in quibus dies totos conterunt. Ac si quispiam bonus, et virtutis studiosus illis se æquaverit, conversi, ejus interitum rident. Si eorum sermonibus aures obstruxerit, seque ab omnibus et peregrinum, et gravem ac serium, et a licentia alienum servaverit, ad invidiam concitantur, velisque ac remis contendunt, ut eum etiam e monasterio expellant. Vana quippe gloria contempta, humilitatem ex adverso laudatam videre non sustinet.

ιδ'. Ἄγχεται κενόδοξος, ταπεινόφρονα ὁρῶν προχέοντα δάκρυα, καὶ δισσῶς ὠφελούμενον· Θεὸν ἵλεων δι' αὐτῶν ἐργαζόμενον, καὶ ἀνθρώπους εἰς ἔπαινον ἐπισπώμενον ἀβούλητον.

14. Angitur magnopere inanis gloriæ consectator, cum humilem lacrymas profundentem, duplicitérque sibimet commodantem intuetur. Nam et Deum per illas propitiat: et homines ad sui commendationem (tametsi id minime volens) excitat. C

ιε'. Ἀφ' οὗ σεαυτὸν ὅλον τῷ πνευματικῷ σου ἀναθήσεις πατρὶ, ἴσθι ὡς ξένος ἦς ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἔξωθεν ἐπιφέρῃ· ἀνθρώποις, λέγω, πραγμασί τε καὶ χρήμασιν. Οὗ χωρὶς, μηδὲν ἐν αὐτοῖς πρᾶξαι ἢ ποιῆσαι θελήσῃς. Ἀλλὰ μηδὲ μικρὸν ἢ μέγα πρᾶγμα αἰτήσῃ παρ' αὐτοῦ· εἰ μήτι αὐτὸς τῇ οἰκείᾳ γνώμῃ ἢ προστάξει λαβεῖν σε, ἢ αὐτὸς ἐκεῖνος αὐτοχείρως παρέξει σοι.

15. Postquam te totum Patri spirituali tradidisti, scio te instar peregrini ac hospitis esse in extraneis omnibus, quibus præficeris; hominibus, inquam, negotiis et facultatibus, citra cujus auctoritatem nihil facere velis. Sed neque exiguum, aut magnum quidpiam ab eo tibi committi petas: nisi is suopte nutu aut illi te manus admovere jusserit; aut ipsemet sua velut manu illud tibi tradiderit.

ις'. Μὴ δῶρ ἄνευ τοῦ κατὰ Θεόν σου πατρὸς ἐλεημοσύνην, ἐξ ὧν χρημάτων προσήνεγκας· ἀλλὰ μηδὲ διὰ μεσίτου λαβεῖν τινα ἐξ αὐτῶν θελήσῃς παρ' ἐκείνου. Κρεῖττον γὰρ πτωχὸν καὶ ξένον εἶναί τε καὶ ἀκούειν σε, ἢ σκορπίζειν χρήματα καὶ διδόναι τοῖς D πένησιν, εἰσαγωγικὸν ὄντα. Πίστεως δὲ ἀκρεφνοῦς τὰ πάντα, ὡς ἐν χειρὶ Θεοῦ, τῇ τοῦ πνευματικοῦ πατρὸς ἀναθέσθαι βουλήσει.

16. De illata abs te pecunia ne des eleemosynam injussu patris tui secundum Deum. Sed neque velle debes, ut quis per vicarium, sive internuntium tuum de illa ab eodem patre accipiat. Præstat enim mendicum, et peregrinum esse, et nominari te, quam dissipare pecunias, et dare pauperibus, cum in hoc vitæ statu novellus adhuc, et tyro sis. Sinceræ autem fidei est, omnia voluntati Patris spiritualis haud secus quam Dei manibus permittere.

ιζ'. Μηδὲ λαβεῖν ὕδατος ποτὸν αἰτήσῃ, εἰ καὶ συμβῇ σε φλέγεσθαι, μέχρις ἂν οἴκοθεν κινηθεὶς ὁ πνευματικός σου πατὴρ προτρέψῃ σε. Ἄγχε γὰρ σεαυτὸν, καὶ βιάζου ἐν πᾶσι, πείθων καὶ λέγων τῷ λογισμῷ· Εἰ θέλει ὁ Θεὸς, καὶ ἧς ἄξιος τοῦ πιεῖν, ἀποκαλύπτει πάντως τῷ Πατρί σου καὶ λέγει σοι· Πίε. Καὶ τηνικαῦτα πίεσαι μετὰ καθαροῦ συνειδότος, εἰ καὶ παρὰ τὸν καιρὸν ἡ ὥρα ἐστίν.

17. Potestatem bibendi aquam, ne roga, licet siti ardeas, donec suopte impulsu Pater spiritualis te ad bibendum hortabitur. Coerce teipsum, et acriter tibimet impera in omnibus, ita loquens, et suadens tibi apud animum. Si placet Deo, et sis dignus bibere, plane revelabit Patri tuo spirituali, et is dicet tibi: Bibe. Tum bibes pura conscientia, quamvis extra tempus, aut horam bibas.

Digitized by Google

18. Qui spiritualem utilitatem experiundo cognovit, fidemque germanam ac sinceram habuit, Deum veritatis testem invocans, dixit, Statui mecum, ut neque comedere, neque bibere a Patre meo spirituali unquam peterem; neque eo nescio quidquam penitus mihi ad usum sumerem: quoad Deus certo illum doceret, et is demum mandaret mihi. Sic me habens, inquit, a proposito scopo nunquam aberravi (*a*).

A ιη'. Ὁ πεῖραν ἐσχηκὼς πνευματικῆς ὠφελείας, καὶ ἀνόθευτον πίστιν κτησάμενος, μάρτυρα τῆς ἀληθείας τὸν Θεὸν προβαλλόμενος εἶπεν· Ἐθέμην τοιοῦτον ἐν ἐμαυτῷ λογισμόν, ὡς μήτε φαγεῖν, μήτε πεῖν αἰτήσασθαί ποτε τῷ Πατρί μου, ἢ πάρεξ αὐτοῦ μεταλαβεῖν τινος τὸ καθόλου, ἕως ἂν ὁ Θεὸς πληροφορήσῃ αὐτὸν καὶ προστάξῃ μοι. Καὶ οὕτως ἔχων, οὐδέποτε, φησί, τοῦ σκοποῦ μου ἀπέτυχον.

19. Qui erga patrem suum secundum Deum fidem evidentem habet in illo Christum ipsum intueri se existimat, et cum eo familiariter versans, eumque affectans, et comitans, cum Christo se versari, et eum comitari constanter credit. Talis nunquam alterius consuetudinem desiderabit, ejusque memoriæ, et charitati nihil rerum mundanarum anteponet. Quid enim, obsecro, tum in futura vita melius, quam cum Christo esse omni tempore? quid vero ejus aspectu aut speciosius, aut dulcius? Jam si etiam colloquio illius dignus censeatur, prorsus ex eo vitam æternam haurit [a].

ιθ'. Ὁ πίστιν κτησάμενος ἐναργῆ πρὸς τὸν κατὰ Θεὸν πατέρα αὐτοῦ, βλέπων αὐτὸν, βλέπειν αὐτὸν τὸν Χριστὸν λογίζεται· καὶ συνὼν, ἢ ἀκολουθῶν αὐτῷ, Χριστῷ συνεῖναι καὶ ἀκολουθεῖν βεβαίως πιστεύει. Ὁ τοιοῦτος οὐκ ἐπιθυμήσει ἑτέρῳ τινὶ ὁμιλῆσαί ποτε· οὐ προτιμήσει τι τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων ὑπὲρ τὴν ἐκείνου μνήμην ὁμοῦ καὶ ἀγάπην. Τί γὰρ μεῖζον, ἢ καὶ ὠφελιμώτερον ἐν τῇ παρούσῃ, καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ ζωῇ, τοῦ συνεῖναι Χριστῷ; τί δὲ ὡραιότερον, ἢ γλυκύτερον τῆς θέας αὐτοῦ; Εἰ δὲ καὶ ὁμιλίας ἀξιοῦται τῆς παρ' αὐτοῦ, πάντως ζωὴν αἰώνιον ἐκ ταύτης ἀρύεται.

20. Qui cum sensu quodam conviciantes sibi, aut injurios, aut osores suos, et spoliatores diligit, et pro eorum salute preces Deo adhibet, brevi sese mediocrem progressionem efficit. Hoc quippe cum sensu cordis factum, animum in profundum humilitatis; et in fontes lacrymarum adigit: in quibus submergitur quidem tripartita animæ vis, et facultas, sed in cœlum ἀπαθείας mentem sustollit, et contemplatricem facit. Hinc gustu utilitatis ibi inventæ omnia præsentis vitæ arbitratur ut stercora, ipsumque cibum, ac potionem neque cum declaratione, neque crebrius admittit (2).

κ'. Ὁ ἐκ διαθέσεως τοὺς λοιδοροῦντας, ἢ ἀδικοῦντας, καὶ ἀποστεροῦντας αὐτὸν ἀγαπῶν, καὶ ὑπὲρ τούτων εὐχόμενος, εἰς προκοπὴν ἐν ὀλίγῳ μεγάλην ἀνέρχεται. Ἐν αἰσθήσει γὰρ καρδίας τοῦτο γινόμενον, εἰς ἄβυσσον ταπεινώσεως, καὶ εἰς δακρύων πηγὰς τὸ λογιζόμενον καταφέρει· ἐν οἷς καταποντίζεται τὸ τριμερὲς τῆς ψυχῆς. Ἀνάγει δὲ εἰς οὐρανὸν ἀπαθείας τὸν νοῦν, καὶ θεωρητικὸν ἀπεργάζεται· καὶ τῇ γεύσει τῆς ἐκεῖθεν χρηστότητος, πάντα σκύβαλα τὰ τοῦ παρόντος βίου ἡγεῖσθαι ποιεῖ· καὶ αὐτήν τε τὴν τροφὴν καὶ πόσιν, μὴ ἐνδόνως, ἢ συχνοτέρως προσίεσθαι.

[a] Joan. VI, 47 et alibi.

(2) Hic in editione Jac. Pontani interseruntur capitula septem quæ in Philocalia non leguntur. « Fidem certissimam clare ostendit, qui et locum, in quo dux, et pater ejus consistit, ut sanctum reveretur, pulveremque pedum, seu vestigiorum ejus, magna pietate capiti suo aspergit, et cordi suo, ut passionum inde proficiscentium medicamentum, peccatorumque purgationem quamdam affricat. Ipse autem appropinquare non audet, neque saltem vestem, aut tegumentum ejus eo non jubente attingere. Et cum quidpiam illius manibus tractat, cum timore, et reverentia illud tractat, indignum seipsum judicans, non solum qui eum videat, eique ministret: verum etiam qui in eadem cella cum eodem commoretur, et vivat.

« Multi huic vitæ, rebusque perituris, pauci etiam voluntatibus suis renuntiant: de quibus divina Scriptura: « Multi sunt vocati, pauci vero electi. » (*Matth.* XX, 16.)

« Quando cum fratrum collegio mensæ accumbis, et mente omnia, ut umbram oculis describseris, ac repræsentaris, cibique suavitatem non senseris: sed totam animam miraculo attonitam,

(*a*) Nihil magis veteribus monasticæ vitæ magistris curæ et cordi fuit; quam ut tirones Patri spirituali penitus subjicerent; illius injussu nihil agerent; nullamque cogitationem prætenire sinerent; quam ei non patefacerent: *Instituuntur*, inquit Cassianus lib. XII *De instit. renuntiant.*: cap. 9, *nullas penitus cogitationes prurientes in corde perniciosa confusione celare, sed confestim, ut exortæ fuerint, eas suo patefacere seniori: nec super earum judicio quidquam suæ discretioni committere, sed illud credere malum vel bonum esse, quod discusserit ac pronuntiaverit senioris examen.* Et cap. 10: *Post hæc tanta observantia obedientiæ regula custoditur, ut juniores absque præpositi sui scientia vel permissu, non solum non audeant cellam progredi, sed ne ipsi quidem communi ac naturali necessitati satisfacere sua auctoritate præsumant.* Ad quam perfectissimæ subjectionis normam pertinet itidem, quod hoc loco Symeon præcipit; tametsi qui rem accuratius non perpendit, credere fortassis posset tentationem Dei includi, saltem *interpretative*, in facto secundum præceptionis hujus præscriptum suscepto. Sed secus se habet; quia, ut docet sanctus Thomas 2-2, q. 97, art. 1: *Quando quis propter aliquam necessitatem seu utilitatem committit se divino auxilio in suis petitionibus vel factis, hoc non est Deum tentare.* At monasticæ vitæ professores faciebant hæc et his similia, propter spiritualem utilitatem; nihil enim viro religioso fructuosius accidit; quam si in omnibus suis actionibus ab antistite suo dependeat.

Digitized by Google

κα'. Οὐ πράξεων μόνον πονηρῶν ἀπέχεσθαι δεῖ, ἀλλὰ καὶ λογισμῶν, καὶ ἐννοιῶν ἐναντίων, σπουδάζειν χρὴ τὸν ἀσκητὴν ἐλεύθερον εἶναι· ἐνδιατρίβειν δὲ ἀεὶ ταῖς ψυχωφελέσι καὶ πνευματικαῖς ἐνθυμήσεσι· ἵνα οὕτως ἀμέριμνος ἀπὸ τῶν βιωτικῶν διαμένῃ.

21. Non tantum ab improbis actionibus abstinendum est, verum etiam a cogitatis, et agitationibus animi perversis ascetem, seu virum religiosum oportet esse liberum, ac nunquam non in cogitationibus fructuosis, et spiritualibus occupari : quo nulla rerum ad hanc vitam spectantium sollicitudine tangatur.

κβ'. Ὥσπερ ὁ ὅλον ἑαυτοῦ ἀπογυμνώσας τὸ σῶμα, ἐὰν καλύμματί τινι κεκαλυμμένους ἔχῃ τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ οὐ θελήσῃ ἆραι καὶ ἀποσείσασθαι αὐτό, οὐ δύναται ἀπὸ μόνης τῆς γυμνότητος τοῦ λοιποῦ σώματος ἰδεῖν τὸ φῶς· οὕτω καὶ ὁ πάντων τῶν ἄλλων πραγμάτων ὁμοῦ καὶ χρημάτων καταφρονήσας, καὶ ἀπαλλαγεὶς αὐτῶν τῶν παθῶν, εἰ μὴ καὶ τῶν βιωτικῶν ἐνθυμήσεων καὶ τῶν πονηρῶν ἐννοιῶν ἐλευθερώσει τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν, οὐκ ὄψεται ποτε τὸ νοητὸν φῶς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ Θεόν.

22. Quemadmodum qui totum corpus suum nudavit, si velamento aliquo oculos opertos habet, nec id tollere, et abjicere voluerit, non potest ex sola reliqui corporis nuditate lumen aspicere : sic qui res alias omnes, et facultates quoque suas contempsit, et ab ipsis earum perturbationibus est vindicatus, nisi etiam curis hujus vitæ, pravisque cogitationibus animæ oculum expediverit, lumen intellectuale, ipsum Dominum, ac Deum nostrum Jesum Christum nunquam videbit.

κγ'. Ὥσπερ κάλυμμα ἐν ὀφθαλμοῖς ἐπιτεθὲν, οὕτω λογισμοὶ κοσμικοὶ, καὶ βιωτικαὶ ἐνθυμήσεις ἐν διανοίᾳ, ἤγουν ἐν ὀφθαλμῷ ψυχῆς γίνονται. Καθ' ὅσον οὖν ἐαθῶσι χρόνον, οὐ βλέψομεν. Ἐπὰν δὲ ἐξαρθῶσι τῇ τοῦ θανάτου μνήμῃ, τότε τρανῶς ἴδωμεν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον εἰς τὸν ὧδε κόσμον ἐρχόμενον.

23. Ratiocinationes mundanæ, et cogitationes rerum labentium in mente, id est, in oculo animæ, imitantur velum, quod exterioribus oculis superponitur. Quandiu igitur eæ relinquuntur, nihil videmus. Cum per memoriam mortis ablatæ fuerint, tum clare lumen cernimus, quod omnem hominem in mundum illum superiorem venientem illuminat.

κδ'. Ὁ ἐκ γενετῆς ὢν τυφλὸς, οὐ γνώσεται οὐδὲ πιστεύσει τῶν γραφομένων τὴν δύναμιν. Ὁ δὲ καταξιωθεὶς ποτε βλέψαι, συμμαρτυρήσει εἶναι ἀληθῆ τὰ λεγόμενα.

24. Qui ab ortu cæcus est, rerum depictarum elegantiam nec intelliget, nec credet. Sed cui aliquando videre contingit, vera esse quæ audit, non negabit.

κε'. Ὁ βλέπων τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς, οἶδε πότε νὺξ, πότε ἡμέρα ἐστίν. Ὁ δὲ τυφλὸς τὰ ἀμφότερα ἀγνοεῖ. Καὶ ὁ πνευματικῶς ἀναβλέψας, καὶ τοῖς νοεροῖς ὁρῶν ὀφθαλμοῖς, θεασάμενος τὸ ἀληθινὸν καὶ ἄδυτον φῶς, ὅταν ἐκ ῥᾳθυμίας εἰς τὴν προτέραν ἀποστραφῇ τύφλωσιν, καὶ τοῦ φωτὸς ἀποστερηθῇ, εὐαισθήτως ἐπαισθάνεται τῆς τούτου στερήσεως· καὶ πόθεν αὕτη συνέβη γενέσθαι, οὐκ ἀγνοεῖ. Ὁ δέ γε μένων τυφλὸς ἐκ γενετῆς, οὐδὲν οὔτε τῇ ἐνεργείᾳ τούτων ἐπίσταται· εἰ μή τι ἐξ ἀκοῆς ἀκούσῃ

25. Qui utitur oculis corporeis, quando nox, quando dies sit novit : cæcus utrumque ignorat. Et qui spiritualiter aspicit, et oculis intelligentiæ utitur, viso lumine vero, et inaccesso, si ex desidia in pristinam cæcitatem revolutus, lumineque privatus fuerit, facile eam privationem sentit, nec unde contigerit ignorat. Qui vero ab ortu cæcus manet, nihil horum experientia, et actione novit ; nisi forte quidpiam auditione acceperit, et didicerit de iis quæ nunquam vidit, et audita aliis narrare poterit.

lacrymis plenam habueris, tum cognosce, gratiam Dei propter egregiam ex timore humilitatem tuam hæc ita tibi ostendere, ut visis Dei creaturis, et doctus sensibilium infirmitatem, dilectioni intelligibilium timorem inseras. Hæc est enim quam spiritualem cognitionem dici audis, media inter timorem, et charitatem, ab illo ad hanc sine sensu, et periculo hominem transmittens.

« Perfectam Dei charitatem ita possidere, ut amittere nequeat, nemo potest, nisi pro mensura spiritualis cognitionis, quæ in anima, ad virtutis exercitationem assidue incumbente paulatim creseit. Id quod sciens Apostolus, ait (*Rom.* I, 20), ex magnitudine, et pulchritudine rerum conditarum, proportione auctorem et conditorem conspici.

« Amplitudinem cœli, et spatia immensa terrarum, cæterorumque omnium rationes oculis corporeis nemo satis potest noscere. Nam quæ mentem et ingenium superant, quo pacto oculi ea perceperint? vix siquidem a cogitationibus non bonis purgata, et ab anticipatis opinionibus liberata, misericordiaque, et gratia Dei illuminata mens, secundum mensuram illuminationis rerum spectacula digne lustrare poterit.

« Sicut nocturno tempore oculis corporum illo tantum in loco videmus, in quo lucernam accendimus, toto mundo reliquo pobis nox est : ita in nocte peccati ambulantibus bonus Dominus modicum quoddam lumen fit, cum sit Deus, quem nemo capit, parens imbecillitati nostræ videlicet. Tum repente suspiciens homo, et rerum naturam contemplans, quam nunquam ante est contemplatus, obstupescit, et absque dolore voluntarias profundit lacrymas, quibus purgatur, et tanquam secundo baptismate abluit ; de quo in Evangelio Dominus : « Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum (*Joan.* III, 5). » Et iterum : « Oportet vos nasci denuo (*Ibid.* 7), » ubi per vocem *denuo*, ex Spiritu generationem subindicavit.

« Prius baptisma habet aquam, et adumbrat, seu præfigurat lacrymas. Habet unguentum chrismatis, quo spiritus unguentum, quod animo tantum videtur, nobis cogitandum subjicit. Posterius autem baptisma, non jam figura veritatis, sed ipsa veritas est. »

Digitized by Google

σῃ καὶ μάθῃ, περὶ ὧν οὔποτε ἐθεάσατο, καὶ διηγήσηται ἄλλοις ἃπερ ἀκήκοεν· αὐτοῦ καὶ τῶν ἀκουόντων, περὶ ποίων πραγμάτων ἀλλήλοις προσδιαλέγονται, μὴ εἰδότων.

κς'. Ἀδύνατον καὶ τὴν σάρκα τῷ κόρῳ τῶν βρωμάτων κατεμπιπλᾷν, καὶ πνευματικῶς τῆς νοερᾶς καὶ θείας ἐπαπολαύειν χρηστότητος. Ὅσῳ γὰρ τὴν γαστέρα τις θεραπεύσει, κατὰ τοσοῦτον ἐκείνης ἑαυτὸν ἀποστερήσει. Καθ' ὅσον δὲ τὸ σῶμα ὑπωπιάσει, ἀναλόγως καὶ τῆς πνευματικῆς τροφῆς τε καὶ παρακλήσεως ἐμπλησθήσεται.

κζ'. Καταλείψωμεν πάντα τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· μὴ πλοῦτον μόνον, καὶ χρυσὸν, καὶ τὰς ἄλλας ὕλας τοῦ βίου, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν πρὸς αὐτὰ, τέλεον ἀπὸ τῶν ψυχῶν ἡμῶν ἀπελάσωμεν. Μισήσωμεν μὴ μόνον τὰς ἡδονὰς τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀλόγους κινήσεις αὐτοῦ, καὶ νεκρώσαι τοῦτο διὰ πόνων σπουδάσωμεν· διὰ τούτου γὰρ ἐνεργοῦνται τὰ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ εἰς ἔργον ἐξάγονται. Καὶ ζῶντος αὐτοῦ, ἀνάγκη πᾶσα τὴν ψυχὴν ἡμῶν νεκρὰν εἶναι, καὶ δυσκίνητον πρὸς πᾶσαν θείαν ἐντολὴν, ἢ καὶ παντελῶς ἀκίνητον.

κη'. Καθάπερ ἡ φλὸξ τοῦ πυρὸς εἰς ὕψος ἀεὶ αἴρεται, καὶ μᾶλλον ἐὰν στρέψῃς τὴν ὕλην ἀφ' ἧς ἀνάπτεται· οὕτω καὶ ἡ τοῦ κενοδόξου καρδία ταπεινωθῆναι οὐ δύναται· ἀλλ' ὡς ἂν εἴπῃς αὐτῷ τὰ τῆς ὠφελείας αὐτοῦ, μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἐπαίρεται. Ἐλεγχόμενος γὰρ, ἢ καὶ νουθετούμενος, ἀντιλέγει σφοδρῶς· ἐπαινούμενος δὲ, ἢ καὶ παρακαλούμενος, ἀνυφοῦται κακῶς.

κθ'. Ἄνθρωπος μεμελετηκὼς ἀντιλέγειν, ἑαυτῷ δίστομός ἐστι μάχαιρα, ἀναιρῶν ἀγνώστως τὴν ἰδίαν ψυχὴν, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀλλότριον αὐτὴν ἐργαζόμενος.

λ'. Ὁ ἀντιλέγων, ὁμοιός ἐστι τῷ ἑκουσίως ἑκδοτον ἑαυτὸν ποιοῦντι τοῖς ὑπεναντίοις τοῦ βασιλέως ἐχθροῖς· ἡ γὰρ ἀντιλογία ἁρπάγιόν ἐστι, δέλεαρ ἔχον τὴν δικαιολογίαν. Δι' ἧς ἀπατώμενοι, τὸ ἄγκιστρον καταπίνομεν τῆς ἁμαρτίας· ὑφ' οὗ καὶ ἁρπάζεσθαι εἴωθεν ἡ ἀθλία ψυχὴ, ἀπὸ τῆς γλώττης καὶ τοῦ λαιμοῦ ὑπὸ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας· καὶ ποτὲ μὲν εἰς ὕψος ὑπερηφανίας ἀνάγεσθαι· ποτὲ δὲ εἰς χάος ἀβύσσου ἁμαρτίας καταβυθίζεσθαι, καὶ μετὰ τῶν ἐξ οὐρανοῦ ἐκπεπτωκότων καταδικάζεσθαι.

λα'. Ὁ ἀτιμαζόμενος ἢ ὑβριζόμενος, καὶ σφόδρα ἀλγῶν τὴν καρδίαν, γινωσκέτω ἐκ τούτου ὅτι παλαιὸν ὄφιν περιφέρει ἐγκόλπιον. Εἰ μὲν οὖν μετὰ σιωπῆς ὑπομείνῃ, ἢ μετὰ πολλῆς ταπεινώσεως ἀποκριθήσεται, ἀσθενῆ τοῦτον καὶ ἐκλελυμένον εἰργάσατο· εἰ δὲ μετὰ πικρίας ἀντείπῃ, ἢ καὶ λαλήσει μετὰ θρασύτητος, δέδωκεν ἰσχὺν τῷ ὄφει, τὸν ἰὸν ἐχέαι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἀνημέρως κατεσθίειν τὰ ἐντὸς αὐτοῦ· ὡς ἐντεῦθεν καθ' ἑκάστην ἐνδυναμούμενον αὐτὸν, κατάβρωμα ποιεῖσθαι τὴν ἐπ' ἀγαθοῖς διόρθωσιν καὶ ἰσχὺν τῆς ἀθλίας αὐτοῦ ψυχῆς· καὶ ζῇν μὲν αὐτὸν ἔκτοτε τῇ ἁμαρτίᾳ, νεκρὸν δὲ παντελῶς εἶναι τῇ δικαιοσύνῃ.

λβ'. Ἐὰν ἀποστάξασθαι βουληθῇς, καὶ τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν ἐκδιδαχθῆναι, μὴ ἀπείρῳ, μηδὲ ἐμπα-

A raverit, ipsomet, et ipsis etiam auditoribus nescientibus, quibus de rebus sermo sit.

26. Fieri nequit, ut carnem esca farciamus, et simul spiritualiter intellectualibus ac divinis commoditatibus perfruamur. Quantum enim quis ventri servierit, tantum illis sese fraudabit. Quantum autem corpus domuerit, atque compresserit, tantum vicissim alimonia, consolationeque spirituali implebitur.

27. Omnia quæ in terris sunt, divitias, aurum, et alias vitæ res, non relinquamus solum, sed etiam illorum cupiditatem ab animis nostris perfecte repellamus. Oderimus voluptates corporis, et
B omnes motiones ejus a ratione alienas, ipsumque laboribus mortificare studeamus. Per hoc enim concupiscentiæ vigent, et in opus exeunt : quo vivido, et vigente, animam nostram totam exanimem, et ad omne Dei mandatum exsequendum tardam, ac difficilem, aut etiam omnino immobilem esse necesse est.

28. Quomodo flamma ignis superiora semper appetit, quomodocunque veteris materiam unde accenditur : sic cor vanæ gloriæ studiosi humiliari nequit : sed utcunque utilia ei dixeris, magis magisque elevatur. Reprehensus enim, aut admonitus, vehementer contradicit. Laudatus autem, aut rogatus, spiritus male tollit.

C

29. Homo in contradicendo exercitatus, sibimet anceps gladius est, inscienter animam suam interficiens, et a vita æterna alienam efficiens.

30. Qui contradicit, similis illi est, qui se regis inimicis, et adversariis sponte in servitutem addicit. Contradictio enim esca est rapax, habens quamdam causæ suæ defensionem, qua decepti, hamum peccatorum devoramus, a quo et misera anima, quasi per linguam et gulam a spiritibus nequitiæ rapi consuevit : et aliquando in altitudinem superbiæ extolli : aliquando in chaos abyssi peccatorum demergi, et cum his qui de cœlo ceciderunt, apud inferos condemnari.

D 31. Qui ignominia, et injuriis afficitur, ex eoque magnum animi dolorem capit, inde colligat, se antiquum serpentem in sinu circumferre. At vero si cum silentio sustinuerit, aut magna cum humilitate responderit, illum infirmabit, et invalidum reddet. Sin cum acerbitate contradicat, aut cum audacia, et temeritate loquatur, jam serpenti ad venenum in corde suo diffundendum, et ad interiora crudeliter depascenda vires addit ; ut hinc quotidie valentior, quod bene correxit in moribus, et robur misellæ ejus animæ devoret : et ipse de cætero justitiæ plane mortuus, peccato vivat.

32. Si mundo nuntium remittere, et evangelicam vivendi normam doceri vis, cave te imperito,

Digitized by Google

Οεῖ διδασκάλῳ ἑαυτὸν ἐκόῳς· ἵνα μὴ ἀντὶ εὐαγγελικῆς διαβολικὴν πολιτείαν ἐκδιδαχθῇς. Ἐπειδὴ καλῶν διδασκάλων, καλὰ τὰ μαθήματα· κακῶν δὲ, κακά· καὶ σπερμάτων πονηρῶν, πάντως πονηρὰ τὰ γεώργια.

λγ'. Εὐχαῖς καὶ δάκρυσι τὸν Θεὸν καθικέτευσον, πέμψαι σοι ὁδηγὸν ἀπαθῆ τε καὶ ἅγιον. Ἐρεύνα δὲ καὶ αὐτὸς τὰς θείας Γραφὰς, καὶ μάλιστα τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων πρακτικὰς συγγραφάς· ἵνα ταύταις ἀντιπαρατιθεὶς τὰ παρὰ τοῦ διδασκάλου καὶ προεστῶτός σοι διδασκόμενα καὶ πραττόμενα, ὡς ἐν κατόπτρῳ δύνασαι βλέπειν ταῦτα καὶ καταμανθάνειν· καὶ τὰ μὲν συνᾴδοντα ταῖς Γραφαῖς, ἐγκολποῦσθαι καὶ κατέχειν τῇ διανοίᾳ· τὰ δὲ νόθα καὶ ἀλλότρια, διακρίνειν καὶ ἀποπέμπεσθαι, ἵνα μὴ πλανηθῇς. Πολλοὶ γὰρ, ἴσθι, πλάνοι καὶ ψευδοδιδάσκαλοι ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις γεγόνασιν.

λδ'. Πᾶς ὁ μὴ βλέπων, ἄλλους δὲ ὁδηγεῖν ὑπισχνούμενος, πλάνος ἐστὶ, καὶ τοὺς ἑπομένους αὐτῷ εἰς βυθὸν ἀπωλείας ἐντίθησιν, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν· « Τυφλὸς τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον ἐμπεσοῦνται. »

λε'. Ὁ τυφλὸς πρὸς τὸ ἓν, τυφλὸς ὅλος πρὸς πάντα ἐστίν. Ὁ δὲ βλέπων ἐν τῷ ἑνὶ, ἐν θεωρίᾳ τῶν πάντων ἐστὶ· τῆς θεωρίας τε τῶν πάντων ἀπέχεται, καὶ ἐν τῇ θεωρίᾳ τῶν πάντων γίνεται, καὶ τῶν θεωρουμένων ἔξω ἐστίν. Ἐν τῷ ἑνὶ οὕτως ὤν, τὰ πάντα ὁρᾷ· καὶ ἐν πᾶσιν ὤν, οὐδὲν τῶν πάντων ὁρᾷ. Ὁ βλέπων ἐν τῷ ἑνὶ, διὰ τοῦ ἑνὸς καὶ ἑαυτὸν, καὶ ἅπαντα, καὶ πάντας καθορᾷ· καὶ κεκρυμμένος ὢν ἐν αὐτῷ, οὐδὲν τῶν ἀπάντων ὁρᾷ.

λς'. Ὁ μὴ τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἐπουρανίου ἀνθρώπου τε καὶ Θεοῦ, ἐν τῷ λογικῷ καὶ νοερῷ ἀνθρώπῳ εὐαισθήτως καὶ γνωστῶς ἐνδυσάμενος, αἷμα μόνον ἐστὶ καὶ σὰρξ, πνευματικῆς δόξης αἴσθησιν μὴ δυνάμενος διὰ τοῦ λόγου λαβεῖν· καθάπερ καὶ οἱ ἐκ γενετῆς τυφλοὶ, διὰ τοῦ λόγου μόνου τὸ τοῦ ἡλίου φῶς γνῶναι οὐ δύνανται.

λζ'. Ὁ ἀκούων καὶ οὕτως βλέπων καὶ αἰσθανόμενος, οἶδε τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν, ὡς ἤδη τὴν εἰκόνα φορέσας τοῦ ἐπουρανίου, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον ἐλθὼν τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ· καὶ οὕτως ἔχων, δύναται καὶ καλῶς ὁδηγεῖν ἐν τῇ ὁδῷ τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν τὸ ποίμνιον τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ μὴ εἰδὼς, καὶ ἄλλως ἔχων, πρόδηλός ἐστιν, ὅτι οὐδὲ τὰ αἰσθητήρια τῆς ψυχῆς τετρανωμένα καὶ ὑγιῆ ἐπιφέρεται. Ὥ καὶ μᾶλλον καλῶς ἕξει τὸ ἄγεσθαι, ἢ τὸ ἄγειν ἐπικινδύνως.

λη'. Ὁ τῷ διδασκάλῳ καὶ ὁδηγῷ αὐτοῦ, ὡς Θεῷ ἀτενίζων, ἀντιλέγειν οὐ δύναται. Εἰ δὲ οἴεται καὶ λέγει ἀμφότερα ἔχειν, ἴστω, πεπλάνηται. Ὁποίαν γὰρ οἱ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Θεὸν ἔχουσι τὴν διάθεσιν [ἐν ἀλλ. διάνοιαν] ἀγνοεῖ.

et perturbationibus agitato magistro in disciplinam tradas : ne pro evangelica ratione diabolicam discas. Bona siquidem bonorum magistrorum præcepta, malorum mala : et vitiosorum seminum ipsa quoque cultura prorsus vitiosa et improba est.

33. Precibus et lacrymis Deum fatiga, ut tibi ducem sanctum, et a moribus rationi adversantibus sincerum, integrumque mittat. Tu quoque sanctas Scripturas, et præcipue practicos sanctorum Patrum Commentarios scrutare, ut cum iis comparans quæ a magistro et præfecto doceris, velut in speculo qualia sint videre et pernoscere queas : et cum Scripturis quidem divinis consentientia in sinum immittere, et animo infigere : spuria autem, et aliena discernere, et detestari, ne errore auferaris. Nam his temporibus seductores, et mendaces non paucos reperiri, scias, velim.

34. Quicunque ipse non videt, et aliis viam præiturum pollicetur, seductor est, et sequentes se in foveam perditionis inducit, juxta verbum Domini : « Cæcus si cæco ducatum præstet, nonne ambo in foveam cadent [a] ? »

35. Qui in uno cæcus est, totus cæcus est in omnibus : contra, qui videt in uno, videt in omnibus. Cum a visu omnium abstineat, nihilominus omnia videt, et extra visa est. Sic cum in uno (Deo) sit, cernit universa : et inter universa cum sit, nihil ex omnibus cernit. Qui in uno per unum videt, et seipsum, et omnia videt, et in eo absconditus, nihil omnium videt.

36. Qui imaginem Domini nostri Jesu Christi, cœlestis hominis ac Dei in homine interiore ac rationali cognoscens, et sentiens necdum induit, etiamnum caro tantum, et sanguis est : nec potest spiritualis gloriæ notitiam per Dei verbum accipere, quemadmodum oculis ab ipsa origine sua orbati, solis lumen per alterius sermonem nequeunt cognoscere.

37. Qui sic audit, cernit et intelligit, haud nescit quid sibi verba nostra velint : ut qui jam imaginem cœlestis portare cœperit [b], et in virum perfectum plenitudinis Christi evaserit [c]. Qui in hoc statu est, is gregi Christi in via mandatorum Dei cum laude præire poterit. Qui ignorat, et aliter se habet, eum nec sensus animæ illustratos et sanos habere constat. Quamobrem illi magis conducet, si regatur, quam si periculose regat.

38. Qui magistrum ac ducem suum non secus quam Deum auscultat, et in eo defixus est, contradicere non potest. Sin autem arbitratur in utramque partem dici posse se errare sciat. Quo modo enim qui Dei sunt erga Deum affectiantur, compertum non habet.

[a] Matth. xv, 14. [b] I Cor. xv, 49. [c] Ephes. iv, 13.

Digitized by Google

39. Qui vitam juxta ac interitum suum in manu pastoris sui positum esse credit, nunquam contradicet. Atque hujus rei insciitia contradictionem generat : contradictio mortis sub intelligentiam cadentis, ac sempiternæ effectrix est.

40. Priusquam aliquis damnationis sententia feriatur, datur locus facta sua defendendi apud judicem. Factis autem plane jam constantibus, et manifestis, et sententia judicis prolata, tortoribus nec multum, nec parum contradicere ac repugnare fas est.

41. Antequam ad istud tribunal accedat monachus, et aperta fiant quæ latent in corde ejus, fortassis ei contradicere licet, partim propter ignorantiam; partim quia sua se occultare posse opinatur. Sed post cogitationum revelationem, sinceramque confessionem non licet unquam, usque ad mortem judici secundum Deum, et vicario ejus sese dictis opponere. Monachus quippe ab initio ad hoc tribunal ingressus, cordis sui retectis arcanis jam inde sibi persuasit, si vel modicam cognitionem acquisierit, mille mortes se commeruisse : et per obedientiam, humilitatemque suam (si vere utique mysterii modum scit) omni ultione suppli ioque liberatum credit.

42. Qui hæc indelebilia in animo suo custodit, doctus, admonitus, castigatus nunquam corde movebitur. Quoniam qui in hæc mala incidit, in contradictionem, inquam, et infidelitatem erga Patrem spiritualem et magistrum suum, in casses et profunda inferorum adhuc vivens miserandum in modum deturbatur : et ut inobedientiæ ac perditionis filius, domicilium Satanæ fit, et omnis immundæ potestatis ejus.

43. Adhortor te, fili obedientiæ, ut hæc in pectore tuo volutes identidem, omnemque contentionem adhibeas, ne in mala inferni, de quibus dictum est a nobis, præcipites, sed in dies singulos Deum ita roges et dicas : Deus, et Domine universorum, quem penes est omnis spiritus, et animæ potestas, qui solus sanare me potes, exaudi me infelicem, et in me delitescentem draconem sanctissimi Spiritus tui adventu interemptum dele ; meque mendicum, et ab omni virtute nudum, sancti Patris mei pedibus procidere velis, et sanctam ejus animam ad dolendam vicem meam, et ad misericordiam mihi inde tribuendam adducito ; et da humilitatem cordi meo, et cogitationes decentes, peccatori, qui pepigit tecum, ut pœnitentiam ageret : et ne in finem derelinquas animam, quæ semel tibi se aggravevit, et te confessa est, totique mundo præoptavit, ac prætulit te. Tu enim nosti, Domine, velle me salvari, tametsi mala consuetudine retardor et impedior. Veruntamen omnia tibi possibilia sunt, quæ apud homines impossibilia.

44. Qui præclarum fidei ac spei fundamentum aulæ ac palatii pietatis posuerunt, et supra petram obedientiæ Patribus spiritualibus exhibendæ pedes

A λθ'. Ὁ πιστεύων ἐν τῇ χειρὶ τοῦ ποιμένος αὐτοῦ, τὴν ἑαυτοῦ ὑπάρχειν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον, οὐκ ἀντείποι ποτέ. Ἡ δὲ τούτων ἄγνοια ἀντιλογίαν γεννᾷ τὴν πρόξενον τοῦ νοητοῦ καὶ αἰωνίου θανάτου.

μ'. Πρὸ τοῦ λαβεῖν τὴν ἀπόφασιν τὸν κατάδικον, τόπος δίδοται ἀπολογίας αὐτῷ, τῷ δικαστῇ λαλεῖν περὶ ὧν ἔπραξε · μετὰ δὲ τὴν τῶν πραχτέων φανέρωσιν, καὶ τὴν τοῦ δικαστοῦ ἀπόφασιν, οὐδὲν ἢ μικρὸν, ἢ μέγα τοῖς βασανίζουσιν ἀντιλέγει.

μα'. Πρὸ τοῦ εἰσελθεῖν εἰς τοῦτο τὸ δικαστήριον τὸν μοναχὸν, καὶ φανερῶσαι αὐτοῦ τὰ ἐγκάρδια, ἴσως ἀντιλέγειν ἔξεστιν αὐτῷ · τὰ μὲν κατὰ ἄγνοιαν, τὰ δὲ καὶ ὡς οἰομένῳ κρύπτειν τὰ ἑαυτοῦ. Μετὰ δὲ B τὴν τῶν λογισμῶν ἀποκάλυψιν, καὶ εἰλικρινῆ ἐξαγόρευσιν, οὐκ ἔξεστιν ἀντιλέγειν τῷ μετὰ Θεὸν δικαστῇ, καὶ ἐξουσιαστῇ αὐτοῦ, μέχρι θανάτου ποτέ. Ὁ γὰρ μοναχὸς ἐν τούτῳ κατ' ἀρχὰς εἰσελθὼν τῷ δικαστηρίῳ, καὶ ἀπογυμνώσας τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ, πέπεισται ἐκ προοιμίων, εἴγε καὶ ὁπωσοῦν γνῶσιν κέκτηται, ὅτι μυρίων ὑπάρχει θανάτων ἄξιος · καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς αὐτοῦ καὶ ταπεινώσεως, πάσης τιμωρίας καὶ κολάσεως λυτρωθῆναι πιστεύει, εἰ ὡς ἀληθῶς ἄρα τὸν τρόπον τοῦ μυστηρίου ἐπίσταται.

μβ'. Ὁ ἀνεξάλειπτα ταῦτα φυλάττων ἐν τῇ ἑαυτοῦ διανοίᾳ, τὴν καρδίαν οὐδέποτε κινηθήσεται, παιδευόμενος, ἢ νουθετούμενος, ἢ ἐλεγχόμενος. Ἐπειδὴ ὁ ἐμπίπτων τοῖς τοιούτοις κακοῖς, λέγω δὴ τῇ ἀντι- C λογίᾳ καὶ ἀπιστίᾳ, τῇ πρὸς τὸν πνευματικὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ διδάσκαλον, εἰς πέταυρον καὶ βυθὸν ᾅδου ἔτι ζῶν ἐλεεινῶς καταφέρεται, καὶ οἶκος τοῦ Σατανᾶ καὶ πάσης αὐτοῦ τῆς ἀκαθάρτου δυνάμεως γίνεται, ὡς ἀπειθὴς καὶ ἀπωλείας υἱός.

μγ'. Παρακαλῶ σε τὸν τῆς ὑπακοῆς, ἵνα ταῦτα στρέφῃς συνεχῶς ἐν τῇ διανοίᾳ σου · καὶ πάσῃ σπουδῇ ἀγωνίσασθαι, τοῦ μὴ κατελθεῖν ἐν τοῖς εἰρημένοις τοῦ ᾅδου κακοῖς · ἀλλ' οὕτω δέεσθαι θερμῶς τοῦ Θεοῦ καθ' ἑκάστην, καὶ λέγειν · Θεὲ καὶ Κύριε τῶν ἁπάντων, ὁ πάσης πνοῆς καὶ ψυχῆς ἔχων τὴν ἐξουσίαν, ὁ μόνος ἰάσασθαί με δυνάμενος, ἐπάκουσόν μου τῆς δεήσεως τοῦ ταλαιπώρου, καὶ τὸν ἐν ἐμοὶ ἐμφωλεύοντα δράκοντα, τῇ τοῦ παναγίου σου Πνεύματος ἐπιφοιτήσει θανατώσας ἀφάνισον · κἀμὲ πτωχὸν καὶ γυ- D μνὸν πάσης ἀρετῆς ὑπάρχοντα, τοῖς τοῦ ἁγίου μου Πατρὸς ποσὶ μετὰ δακρύων προσπεσεῖν ἀξίωσον, καὶ τὴν ἁγίαν αὐτοῦ ψυχὴν εἰς συμπάθειαν τοῦ ἐλεῆσαί με ἕλκυσον · καὶ δός, Κύριε, ταπείνωσιν τῇ καρδίᾳ μου, καὶ λογισμοὺς πρέποντας ἁμαρτωλῷ συνθεμένῳ σοι μετανοεῖν · καὶ μὴ εἰς τέλος ἐγκαταλείψῃς ψυχὴν ἅπαξ συνταξαμένην, καὶ ὁμολογήσασαν, καὶ ἀντὶ παντὸς τοῦ κόσμου ἐκλεξαμένην καὶ προτιμησαμένην σε. Οἶδας γάρ, Κύριε, ὅτι θέλω σωθῆναι, εἰ καὶ ἡ πονηρά μου συνήθεια ἐμποδίζει μου καθίσταται · ἀλλὰ δυνατά σοι. Δέσποτα, πάντα ὅσα παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα.

μδ'. Οἱ καλὸν τὸν θεμέλιον τῆς πίστεως καὶ ἐλπίδος, ἐν τῇ αὐλῇ καταβαλόντες τῆς εὐσεβείας, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, καὶ ἐπὶ τὴν πέτραν τῆς ὑπακοῆς

Digitized by Google

τῶν πνευματικῶν Πατέρων τοὺς πόδας ἀσαλεύτους ἐρείσαντες, καὶ ὡς ἐκ Θεοῦ στόματος τὰ παρ' ἐκείνων ἐντελλόμενα ἀκούοντες, καὶ τῷ θεμελίῳ τούτῳ τῆς ὑπακοῆς ἀδιστάκτως ἐποικοδομοῦντες αὐτὰ ἐν ταπεινώσει ψυχῆς, εὐθὺς κατορθοῦσι· καὶ κατορθοῦται αὐτοῖς τὸ μέγα τοῦτο καὶ πρῶτον κατόρθωμα, τὸ ἑαυτοὺς ἀπαρνήσασθαι· τὸ γὰρ πληροῦν ἀλλότριον θέλημα, καὶ μὴ τὸ ἑαυτοῦ, οὐ μόνον ἀπάρνησιν τῆς ἰδίας ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ νέκρωσιν τὴν πρὸς τὸν κόσμον ἅπαντα ἐμποιεῖ. A

με'. Τῷ τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ ἀντιλέγοντι συγχαίρουσι δαίμονες, τὸν δὲ μέχρι θανάτου ταπεινούμενον θαυμάζουσιν ἄγγελοι· ἔργον γὰρ Θεοῦ ὁ τοιοῦτος ἐργάζεται, ἐξομοιούμενος τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, τῷ τὴν ὑπακοὴν πεπληρωκότι τῷ ἰδίῳ Πατρὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. B

μς'. Ὁ πολὺς καὶ ἄκαιρος συντριμμὸς τῆς καρδίας σκοτίζει καὶ θολοῖ τὴν διάνοιαν, καὶ τὴν μὲν καθαρὰν εὐχὴν καὶ κατάνυξιν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἐξαφανίζει· πόνον δὲ καρδιακὸν ἐμποιεῖ. Ἐντεῦθεν δὲ σκληρότητα καὶ πώρωσιν ἄπειρον· διὰ δὲ τούτων τοῖς πνευματικοῖς οἱ δαίμονες τὴν ἀπόγνωσιν πραγματεύονται.

μζ'. Ὁπηνίκα σοι ταῦτα ὑπαντήσουσι, μοναχέ, εὕρῃς δὲ ζῆλον καὶ πόθον τελειότητος ἐν τῇ ψυχῇ σου πολὺν, ὡς ἐπιθυμῆσαι πᾶσαν μὲν ἐντολὴν πληρῶσαι Θεοῦ, καὶ μηδὲ μέχρις ἀργοῦ λόγου παραπίπτειν καὶ ἁμαρτάνειν· μηδενὸς δὲ τῶν πάλαι ἀπολειφθῆναι ἁγίων κατὰ πρᾶξιν, καὶ γνῶσιν, καὶ θεωρίαν· ὁρᾷς δὲ κωλυόμενον σαυτὸν παρὰ τοῦ ὑποσπείροντος τὰ τῆς ἀθυμίας ζιζάνια, καὶ μὴ ἐῶντός σε εἰς τοσοῦτον ὕψος ἁγιωσύνης ἐλάσαι, ἐν τῷ ὑποβάλλειν αὐτὸν λογισμοὺς ἀθυμίας καὶ λέγειν· Ἀδύνατόν σοι μέσον τοῦ κόσμου σωθῆναι, καὶ φυλάξαι πάσας τὰς ἐντολὰς ἀνελλιπῶς τοῦ Θεοῦ· τότε σὺ ἐν μιᾷ καθίσας καταμόνας γωνίᾳ, σύστειλον σεαυτὸν, καὶ ἐπισύναξόν σου τὸν λογισμὸν, καὶ δὸς ἀγαθὴν βουλὴν τῇ σῇ ψυχῇ, καὶ εἰπέ· « Ἵνα τί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου; » καὶ, « Ἵνα τί συνταράσσεις με; » Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ, σωτήριον τοῦ προσώπου μου, οὐχὶ τὰ ἔργα μου, ἀλλ' ὁ Θεός μού ἐστι· τίς γὰρ καὶ ἐξ ἔργων νόμου δικαιωθήσεται; Οὐ δικαιωθήσεται γὰρ ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν· ἀλλ' ἐκ πίστεως τῆς εἰς αὐτὸν τὸν Θεόν μου, ἐλπίζω σωθῆναι διὰ τῆς ἀφάτου εὐσπλαγχνίας αὐτοῦ δωρεάν. Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ· Κυρίῳ τῷ Θεῷ μου προσκυνῶ, καὶ αὐτῷ ἐκ νεότητός μου λατρεύω, τῷ δυναμένῳ με σῶσαι ἐν μόνῳ τῷ ἐλέει αὐτοῦ. Ἀπόστηθι οὖν ἀπ' ἐμοῦ. Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας με κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ καταργήσει σε. C

μη'. Ὁ Θεὸς ἐξ ἡμῶν οὐδὲν ἕτερον ἐπιζητεῖ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἢ τὸ μὴ ἁμαρτάνειν καὶ μόνον. Τοῦ- D

inconcussos firmaverunt, eorumque jussa tanquam e divino ore profecta audientes, et huic obedientiæ fundamento citra dubitationem superædificantes, ea in humilitate animæ protinus recte obeunt, magnoque illo ac primo officio, quod est seipsum abnegare, bene funguntur. Nam ex aliena, non ex sua voluntate pendere, non solum abnegationem animæ suæ continet : sed etiam toti mundo mortuum esse facit.

45. Contradicente quopiam Patri suo, lætantur dæmones : humiliantem vero se, usque ad mortem, admirantur angeli. Talis enim opus Dei operatur; similis Filio Dei, qui factus est Patri suo cumulate « obediens usque ad mortem : mortem autem crucis [9,10]. »

46. Multa, et intempestiva cordis contritio mentem turbidam reddit, eique tenebras offundit, et puram orationem atque humilitatem ab anima tollit; dolorem autem cordis ingenerat : inde duritiem et cæcitatem immensam, per quæ dæmones vitæ spiritualis desperationem moliuntur.

47. Quando hæc tibi occurrerint, monache, et in anima tua perfectionis zelum, desideriumque non vulgare perspexeris, ut omnibus Dei mandatis obtemperare, ac ne verbo quidem otioso delinquere, actioneque, cognitione, contemplatione nulli veterum sanctorum cedere concupiscas, cernis autem impediri te ab eo qui zizania desperationis interseminat [11], ne ad tantam sanctimoniæ celsitudinem pervenias, dum tibi cogitationes suggerit, ac dicit : Non potes ullo modo in hoc mundo salvari, et ad unguem omnia mandata Dei servare : tum tu in aliquo angulo solitarius considens temet collige, daque bonum, et probatum animæ tuæ consilium, in hæc verba : « Quare, tristis es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor ei [12]. » Salutare enim vultus mei non benefacta mea, sed Deus est. Nam quis ex operibus legis etiam justificabitur? « Non justificabitur enim in conspectu tuo omnis vivens [13], » sed ex fide in ipsum Deum meum salvatum me iri confido gratis, propter misericordiam ejus ineffabilem : « Vade retro me, Satana, Dominum meum adoro, et ei servio [14] » a juventute mea, qui me in sola misericordia sua salvare potest. Apage igitur : Deus qui me ad similitudinem et imaginem suam fecit, ipse te destruet.

48. Hoc solum Deus ab hominibus nobis requirit, ne peccemus (*a*), præterea nihil. Istud porro

[9,10] Philipp. II, 8. [11] Matth. XIII, 25. [12] Psal. XLI, 13, 16. [13] Psal. CXLII, 2. [14] Matth. IV, 10.

(*a*) Requirit a nobis Deus, ut servemus mandata ejus. (*Matth.* XIX, 17) : « Si vis ad vitam ingredi, serva mandata : » at hoc reipsa non est aliud, quam ut non peccemus : nam peccando non servamus mandata : et servando mandata, non peccamus. Itaque qui tantum præcipit, ut servemus mandata; is etiam tantum præcipit, ut non peccemus. Et qui tantum præcipit, ut non peccemus; is tantum præcipit, ut servemus mandata.

Digitized by Google

non est opus legis, sed inviolabilis custodia imaginis, et cœlestis nostræ dignitatis : in quibus secundum naturam consistentes, et lucidam spiritus vestem gestantes, in Deo manemus, et ipse in nobis, adoptione dii, et filii Dei appellati, et in lumine cognitionis Dei signati [15].

49. Torpor, et onus, seu molestia corporis, et pigritia, et negligentia in animum illabentia, eum a consueto canone, seu ordine, et regula procedendi avocant, atque abducunt, et tenebras menti, desperationemque afferunt, ut hinc timiditatis et blasphemiæ cogitationes in corde emergant : nec possit ad consuetum orationis locum regredi, qui sic a dæmone acediæ tentatur : sed ipsum metuat, et adversus opificem universorum absurda cogitet. Causa igitur cognita, et unde hæc tibi acciderint, locum orationis tuæ solitum studiose ingredere, et coram benigno Deo in genua cadens, ei cum gemitibus, et lacrymis in dolore cordis supplex esto, ut abs te pondus acediæ, perversarumque cogitationum auferat : et ab his, si pulsando cum patientia perseveres, cito liberaberis.

50. Qui cor purum adeptus est timiditatem vicit. Qui autem etiamnum purgatur, modo eam ferit, modo feritur ab ipsa. Ast qui prorsus non contendit, aut penitus non sentit, et dum vitiosorum motuum, et dæmonum amicus est, cum inanis gloriæ appetitu, etiam magnifica de se opinione ægrotat, putans se aliquid esse, cum nihil sit : aut timiditati servus est, et mancipium, tremens ut mente puer, et timore timens, ubi nullus est timor, nec timiditas Dominum timentibus.

51. Qui timet Dominum, nec impetus dæmonum, nec imbecillos eorum incursus, hominumve improborum minas pertimescit. Sed velut flamma quædam, aut ignis, totus ardens, loca inaccessa, et obscura noctes, et dies circumiens, dæmonas fugat : qui magis eum fugiunt, quam ipse illos ne a flammante radio divini ignis ex eo emisso incendantur.

52. Qui in timore Dei ambulat, hic in medio hominum pravorum vivens et conversans, non timet, timorem suum intus habens, et instructus armis fidei inexpugnabilibus, qua cum valet, et potest facere omnia, etiam quæ vulgo difficilia, factuque impossibilia videntur. Verum ut gigas aliquis in medio simiarum, aut leo rugiens in medio canum et vulpium degit, animique firmitudine et constantia eos percellit, et eorum mentes exterret, sermonem in sapientia ut virgam ferream illis impingens (5).

[15] Psal. IV. 7.

Ατο δὲ οὐκ ἔστιν ἔργον νόμου, ἀλλὰ φυλακὴ ἀπαράβατος τῆς εἰκόνος, καὶ τοῦ ἄνωθεν ἀξιώματος· ἐν οἷς κατὰ φύσιν ἑστῶτες, καὶ τὸν χιτῶνα φοροῦντες λελαμπρυσμένον τοῦ Πνεύματος, ἐν τῷ Θεῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν· θέσει θεοὶ καὶ υἱοὶ Θεοῦ χρηματίζοντες, ἐν τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ σημειούμενοι.

μθ'. Ἀχηδία καὶ βάρος τοῦ σώματος, ἐξ ὀκνηρίας καὶ ἀμελείας προσγινόμενα τῇ ψυχῇ, τοῦ συνήθους ἀφιστῶσι κανόνος, καὶ σκότωσιν τῇ διανοίᾳ προξενοῦσι καὶ ἀθυμίαν· ὡς ἐντεῦθεν δειλίας καὶ βλασφημίας λογισμοὺς ἐπιπολάζειν ἐν τῇ καρδίᾳ. Καὶ μηδὲ ἐν τῷ συνήθει τόπῳ τῆς προσευχῆς εἰσελθεῖν, τὸν ὑπὸ τοῦ δαίμονος τῆς ἀχηδίας πειραζόμενον δύνασθαι, ἀλλὰ καὶ ἐκνεῖν αὐτόν· καὶ κατὰ τοῦ ποιητοῦ τῶν ἁπάντων ἐνθυμεῖσθαι παράλογα. Γνοὺς οὖν τὴν αἰτίαν, καὶ πόθεν σοι ταῦτα ἐπῆλθον, σπουδαίως εἴσελθε εἰς τὸν συνήθη τόπον τῆς προσευχῆς σου, καὶ τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ προσπεσὼν, δεήθητι μετὰ στεναγμῶν τῆς καρδίας, ἐν ὀδύνῃ καὶ δάκρυσι, τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ βάρους τῆς ἀχηδίας, καὶ τῶν πονηρῶν λογισμῶν ἐξαιτούμενος, καὶ βοηθήσεταί σοι· ἐμπόνως κρούοντι καὶ ἐπιμένοντι, ἡ τούτων ἐν τάχει ἐλευθερία.

ν'. Ὁ καθαρὰν τὴν καρδίαν κτησάμενος, οὗτος δειλίαν ἐνίκησεν. Ὁ δὲ ἀκμὴν καθαιρόμενος, ποτὲ μὲν βάλλει αὐτὴν, ποτὲ δὲ βάλλεται ὑπ' αὐτῆς. Ὁ δὲ μηδόλως ἀγωνιζόμενος, ἢ παντελῶς ἀναισθητεῖ, καὶ ἐν τῷ φίλος εἶναι παθῶν καὶ δαιμόνων, ὃς πρὸς τῇ κενοδοξίᾳ, καὶ οἴησιν νοσεῖ, δοκῶν εἶναί τι μηδὲν ὢν, ἢ δειλίας δοῦλος ὑπάρχει καὶ ὑποχείριος, τρέμων ὡς τῷ φρονήματι νήπιος, καὶ φοβούμενος φόβον ἐκεῖ, ἔνθα οὐκ ἔστι φόβος, οὐδὲ δειλία τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον.

να'. Ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, δαιμόνων ὁρμὰς οὐ ροιεῖται, οὐδὲ τὰς ἀσθενεῖς ἐφόδους αὐτῶν, ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρώπων πονηρῶν ἀπειλάς. Ὥσπερ δέ τις φλόξ, ἢ φλέγον πῦρ, ὅλως ὤν, ἐν ἀδύτοις τόποις καὶ ἀφεγγέστ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας περιιὼν, φυγαδεύει τοὺς δαίμονας, φεύγοντας μᾶλλον αὐτὸν, ἤπερ αὐτοὺς ἐκεῖνος, μὴ ἐμπρησθῆναι ὑπὸ τῆς ἐκπεμπομένης ἐξ αὐτοῦ φλογοειδοῦς ἀκτῖνος τοῦ θείου πυρός.

νβ'. Ὃς τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ στοιχεῖ, οὗτος μέσον ἀνδρῶν ἀναστρεφόμενος πονηρῶν οὐ φοβεῖται· τὸν φόβον αὐτοῦ ἔνδον ἔχων, καὶ φέρων τὸ ἀκαταμάχητον ὅπλον τῆς πίστεως, μεθ' οὗ ἰσχύει καὶ δύναται πάντα δρᾶν, καὶ αὐτὰ τὰ δοκοῦντα δυσχερῆ τοῖς πολλοῖς καὶ ἀδύνατα· ἀλλ' ὥσπερ τις γίγας ἐν μέσῳ πιθήκων, ἢ λέων βρυχόμενος, ἐν μέσῳ κυνῶν καὶ ἀλωπέκων διάγων, πεποιθώς ἐστιν ἐπὶ Κύριον, καὶ τῷ στερρῷ τοῦ φρονήματος καταπλήττει αὐτοὺς, καὶ ἐκδειματοῖ τὰς φρένας αὐτῶν, ὡς ῥάβδον σιδηρᾶν, τὸν ἐν σοφίᾳ λόγον ἐπιφερόμενος.

(5) Apud Pontanum interseruntur sequentia capitula septem :

« Noli mirari, si a timiditate occupatus hæc times et tremis. Adhuc enim imperfectus es, et invalidus, et ut parvulus puer, larvas metuis : timiditas enim est puerilis, et vanam gloriam consectantis animæ irridenda affectio. Contra hunc dæmonem igitur ne velis verba facere, aut contradi-

Digitized by Google

νγ. Οὐχ ὁ ἡσυχάζων μόνος, ἢ ὁ ὑποτασσόμενος, ἀλλὰ καὶ ὁ ἡγουμενεύων, καὶ ὁ πολλῶν προϊστάμε- A

53. Non solum quiescens, et contemplationi deditus, aut subjectus, sed etiam præpositus, quique

cendo insurgere. Animæ siquidem tremendis, et tumultuosius agitatæ verba non proficient. Missis autem his, quantum potes animum tuum humilia, et mox timiditatem profligatam cognosces.

« Ab acedia quispiam oppressus, mentem remissam, et tenebris offusam, et animam suam dissolutam habet, ut ex hoc propemodum luctus a corde ejus deficiat, et flamma spiritus in eo exstinguatur, totaque domus corporis ejus fumo impleatur. Quin etiam membrorum torpor in ipso excitatus, ex pigritia eum in altissimum somnum demergit, ut necessario a consueta aconthia, seu ordinata functione sua cesset. His per continentiam, et vigilias resistens, victo somno statim arrogantiæ cor induratur, et deficiente luctu, timiditate corripitur. Quam ut rursus in se experitur, alieno tempore cellam exiens, et in caliginosum ac tenebrosum locum se conferens, stansque in eo manibus in cœlum levatis, et signo crucis in se expresso, sublatis ad Deum oculis, ubi paulum humiliavit animum, statim timiditatis dæmon ab eo aliquantum recedit. Eo autem potentior, et formidandus ille hostis, qui ad vanam gloriam sollicitat, cogitationem istam suffurans, dilaniare eum, iterumque pusillanimitatis, seu timiditatis dæmoni tradere vult. Quod ubi intelligit, miratur, Deumque fervenler orat, uti animam suam ab hujuscemodi laqueis diaboli tueatur.

« Multis, et ut ego quidem opinor, omnibus, horum dæmonum conflictus, nequitiaque et via, ac ratio, qua utuntur, ad intelligendum difficilis est. Norunt enim pusillanimitatis dæmonem cum acediæ dæmone venire, et conspirare, et hunc illi auxilium ferre. Ac priorem quidem illum timorem in anima cum obfirmatione gignere : posteriorem tenebras, et remissionem, præterea cæcitatem animæ, et intellectus, et desperationem introducere. Certantibus autem acedia probatio, et exploratio quædam est humilitatemque iisdem conciliat.

« Qui in oratione progressus habent, aut ejus studio ducuntur, eos acediæ dæmon frequentissime lacessere, et oppugnare consuevit. Nam reliquorum dæmonum nullus contra hos quidquam valet : sive ille alius œconomica quadam Dei permissione contra ipsos valet : sive (quod ego libentius credo) ex inæqualitate, et perturbatione temperamenti corporis adversum nos vires sumit. Quod dico, est hujusmodi. Si multo cibo stomachum gravavi, et ex saturitate nimia somnosum consopitus, dominata est menti meæ vituperanda affectio, et victus sum. Deinde rursus, si immoderate cibis abstinui, mentem meam obscuravi, et pene immobilem reddidi, iterumque postea in eamdem affectionem incidi. Interdum ex cœli temperie nescio quomodo, et nebulosa crassitie venti humidi talia certantibus eveniunt.

« Acedia mentis et animæ mors est : quam si Deus permisisset in nos grassari, quantum potest, nemo unquam spirituale certamen certantium salutem fuisset consecutus. Muneris autem nostri est, pro virili parte eidem resistere, Dei vero, arcana quadam ratione nos excitare, palamque victores præstare. Est porro impossibile, quemquam mortuum vitale lumen recipere sine ejus ope, qui semetipsum a mortuis resuscitavit.

« Si furto quodam, seu per subreptionem mens in arrogantiam, et magnificam de se opinionem devenerit, et in ea longius processerit, ut se in certamine spirituali aliquid esse existimet, tum gratia, quæ ipsam illuminabat, nec cernebatur, avolat. Et cum eam brevi inanem deseruerit, statim in aperto est ejus imbecillitas, incursantibus illam perturbationibus instar canum atrocium, ac

devorare nitentibus. Dumque æstuat, et quo se vertat nescit, nec habet quo confugiat, et a quo salutem, conservationemque petat, ad Dominum tandem confugit, qui eam salvare potest.

« Qui e mundo toto se removit, velut in solitudine invia, et ferarum plena se esse perspicit : unde timore incredibili, et tremore longe maximo eum incessente clamat ad Dominum, ut Jonas (*Jon.* II, 1 seqq.) quidem e ceto, et mari vitæ hujus : ut Daniel (*Dan.* VI, 1 seqq.; XIV, 28. 1 seqq.) autem e lacu passionum, ut leonum scilicet; ut tres pueri ex camino ignis insitæ (*Dan.* III, 1 seqq.) et innatæ nobis concupiscentiæ, et urentis : ut Manasses (*II Paral.* XXXIII, 1 seqq.) ex catenis hujus lutei, et interitui subjecti corporis : quem et Dominus exaudiens ipsum e profundo ignorantiæ, et amicitia hujus mundi liberat, quemadmodum prophetam illum a ceto, ut ad hæc non revolvatur. Liberat sicut Danielem a lacu malarum cogitationum concupiscentiæ, rapientium, et devorantium animas hominum. Ab antea conceptis opinionibus, vitiosorum affectuum plenis, illius ignis, qui comburit et vastat ejus animam, atque ad actiones nefarias compellit et trahit, incombustum custodit, et Spiritu sancto irrorans ejus animam, ut Israelitas illos pueros, et a terrena hac, gravique, et motibus a ratione aversis plurimum obnoxia carne neutiquam humiliatam, et sine lapsu conservans, filium lucis, et dici ipsum facit, et hinc jam gustum immortalitatis ei præbet. B

« Anima sic habitans in isto abjecto corpore, ut eo utatur familiariter, et voluptates ejus affectans, gloriæque humanæ dedita : aut horum quidem nullam rationem ducens, lucis autem, seu vitæ hujus jucunditatem sentiens, ad omnem virtutem, et mandatum Dei torpet plane, minimeque alacris est, a malis jam dictis quasi arctis gravata compedibus. Cum autem excitata laboribus afflictionis, et lacrymis pœnitentiæ, pondus carnis a se excussit, salsuginem terreni sensus fletibus magnis eluit, humilitatemque rerum quæ videntur, transcendit, et puro lumine fruitur, et a dominatione tyrannicarum animi passionum asseri meruit, mox et ipsa cum Propheta exclamat : « Conscidisti saccum meum et circumdedisti me lætitia, ut canet tibi gloria mea, et non compungar (*Psal.* XXIX, 12). C

« Tres locos sacra Scriptura indicat, in quibus mens libenter habitare consuevit. Ego vero duos potius esse aio, non ut doceam Scripturæ contraria, quod absit! sed medium inter principium et finem haud numerans. Exempli causa, qui ex urbe in urbem, et e regione in aliam regionem transiit, non etiam iter ipsum quo profectus est, urbem aut regionem appellabit, quamvis in eo multa et admirabilia viderit. Etenim qui ex Ægypto in terram promissionis migravit, et in ea sedem posuit, omnium quidem recordatur, quæ in medio occurrerunt, eaque narrat omnibus : non tamen a prima ad secundam, et a secunda in tertiam urbem, aut regionem se ambulasse dicit : sed quomodo a servitute ad libertatem, a tenebris ad lucem, a conditione captivi ad patriam : sic etiam ab affectionibus ad earum vacuitatem, ab earum servitute ad libertatem spiritus : et ab anticipatis contra naturam animi opinionibus (quam velut captivitatem spiritualis lex nominat) ad reditum supra naturam : a vitæ hujus pelago, et fluctibus ad statum tranquillitatis eorum quibus cum mundo nihil est negotii : ab amaritudine sollicitudinum et tribulationum propter res caducas ad ineffabilem suavitatem, et otium a curis rerum terrenarum universe : a cupiditate multiplici, et distractione, et tumultu ad unum solum, et universalem conveniendam D

Digitized by Google

multis præest, et ipse minister, cura vacare debet : hoc est, ab omnibus vitæ negotiis citra dubitationem liber, et expeditus esse. Nam si sollicitudinibus agitamur, prævaricatores invenimur illius mandati : « Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, aut quid bibatis ; neque corpori vestro quid induamini : hæc enim omnia gentes inquirunt [16]. » Et iterum : « Cavete, nequando graventur corda vestra crapula, et ebrietate, ac sollicitudinibus hujus sæculi [17]. »

54. Quem res vitæ hujus sollicitum habent, et angunt, non est liber. Propter harum quippe sollicitudinem, et curam anxiam sese demittit, et servitutis jugo submittit, sive sua, sive aliorum causa sollicitus sit. A quibus liber, nec de se, nec de aliis (quoad vitam hanc attinet) sollicitus erit, seu episcopus, seu præpositus, seu diaconus fuerit. Sed neque feriabitur aliquando ; aut quidquam, etiam minimorum, vilissimorumque contemnet. Dei autem beneplacito omnes actiones, et opera sua metiens, in omni re, et in omni vita sollicitudine carebit (4).

55. Dum proximi domum ædificare cogitas, cave ne tuam diruas. Perpende enim quam istud laboriosum ac difficile opus sit, nequando hoc te moliente, ac deliberatum habente, et tuam dejicias, et illius neutiquam instaurare queas.

56. Nisi ita comparatus sis, ut negotiis, et facultatibus rerum nihil moveare, ne tibi administrationem committi velis ; ne in his captus, pro mercede ministerii, furis, et sacrilegii damnationem subeas. Sin autem a præposito ad hoc munus urgeare, perinde te habeto, ac si manibus ignem urentem tractares. Et applicationem animi per confessionem, et pœnitentiam cohibens, ex ista præfecti voluntate nihil detrimenti accipies.

57. Qui nondum est ἀπαθής, neque num ἀπάθεια sit, novit : neque talem hominem esse in terris (qui scilicet omni turbido motu vacet) credere potest. Quonam enim modo, qui se ipsum non

[16] Matth. VI, 25. [17] Luc. XXI, 34.

Ἀνος, καὶ αὐτὸς ὁ διακονῶν, ἀμέριμνος ὀφείλει εἶναι, ἤγουν ἐλεύθερος ἀπὸ πάντων τῶν βιωτικῶν πραγμάτων ἀναμφιβόλως. Εἰ γὰρ μεριμνῶμεν, παραβάται τῆς τοῦ Θεοῦ ἐντολῆς εὑρισκόμεθα, τῆς λεγούσης, « Μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, ἢ τί πίητε, ἢ τί ἐνδύσησθε · ταῦτα γὰρ πάντα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ · » καὶ πάλιν · « Βλέπετε μήποτε βαρυνθῶσιν αἱ καρδίαι ὑμῶν ἐν κραιπάλῃ, καὶ μέθῃ, καὶ μερίμναις βιωτικαῖς. »

νδ'. Ὁ ἐν τοῖς βιωτικοῖς πράγμασι λόγισμὸν ἔχων μεριμνῶντα, οὐκ ἔστιν ἐλεύθερος· ὑπὸ γὰρ τῆς τούτων μερίμνης κατέχεται καὶ δουλοῦται, κἂν ὑπὲρ ἑαυτοῦ μεριμνᾷ ταῦτα, κἂν δι' ἑτέρους. Ὁ δὲ ὑπὸ τούτων ἐλεύθερος, οὔτε δι' ἑαυτὸν, οὔτε δι' ἑτέρους μεριμνήσει βιωτικῶς, κἂν ἐπίσκοπος, κἂν διάκονος, κἂν ἡγούμενος εἶναι τύχῃ · ἀλλ' οὐδὲ ἀργήσει ποτὲ, ἢ τινος καταφρονήσει τῶν εὐτελεστάτων καὶ μικροτάτων · θεαρέστως δὲ ἅπαντα ποιῶν καὶ πράττων, ἀμέριμνος ἐν πᾶσι διατελέσει, καὶ ἐν τῷ βίῳ παντί.

νε'. Μὴ καταλύσῃς σου τὴν οἰκίαν, ἐν τῷ βούλεσθαί σε τὴν τοῦ πλησίον οἰκοδομῆσαι · ὅρα γὰρ ὡς χαλεπὸν τὸ ἔργον καὶ δύσκολον · μήποτε προαιρούμενος τοῦτο, καὶ τὴν σὴν καθαιρήσῃς, καὶ ἀνοικοδομῆσαι τὴν ἐκείνου ἰσχύσῃς οὐδόλως.

νς'. Ἐὰν μὴ τελείαν ἀπροσπάθειαν τῶν πραγμάτων καὶ τῶν χρημάτων κτήσῃ τοῦ βίου, μὴ θελήσῃς οἰκονομίαν ἐγχειρισθῆναι πραγμάτων, ἵνα μὴ ἄλοις ἐν τούτοις, ἀντὶ τοῦ λήψεσθαι μισθὸν διακονίας, κλέπτου καὶ ἱεροσύλου καταδίκην ὑφέξῃς. Εἰ δὲ ὑπὸ τοῦ προεστῶτος πρὸς τοῦτο ἐκβιασθῇς, ὡς πῦρ μεταχειριζόμενος φλέγων διάκειτο · καὶ τὴν προσβολὴν τοῦ λογισμοῦ, δι' ἐξαγορεύσεως καὶ μετανοίας ἀπείργων, ἀβλαβὴς τῇ τοῦ προεστῶτος εὐχῇ διατηρηθήσῃ.

νζ'. Ὁ μὴ γεγονὼς ἀπαθὴς, οὐδὲ ὅτι ἔστιν ἀπάθεια οἶδεν, ἀλλ' οὐδὲ πιστεύει εἶναί τινα τοιοῦτον ἐπὶ τῆς γῆς. Πῶς γὰρ ὁ μὴ ἑαυτὸν ἀρνησάμενος πρῶτον, καὶ τὸ αἷμα κενώσας προθύμως αὐτοῦ ὑπὲρ τῆς μα-

suam, charitatemque mens humana transmeare solet.

« Transitio mentis ab his quæ cernuntur, ad ea quæ non cernuntur, ejusdemque a sensibilibus, ad ea quæ supra sensum sunt migratio, et jucunda in illis commemoratio, omnium quæ retro sunt, oblivionem gignit. Hanc igitur ego veram quietem, et quietis regionem ac locum appello : in quem qui ascendere meruit, non inde, quemadmodum Moses, quadraginta diebus et noctibus in monte exactis, descendet : sed ubi compererit, bonum esse illic esse, de cætero ad inferiora haud quaquam convertetur. Domus autem Trinitatis hic factus, et ipse in Trinitate velut in regno cœlorum inhabitabit : charitate nimirum eum sustentante, nec ut cadat permittente. »

(4) Pontanus addit capitulum unum : « Est sollicitudo quædam vacans actione, et actio expers sollicitudinis : ut contra, vacuitas sollicitudinis actuosa, et otiositas sollicita, quas et Dominus expressit his verbis; illam quidem cum dixit :

« Pater meus usque modo operatur, et ego operor » (*Joan.* v, 17). Et rursum ; « Operamini cibum non qui perit, sed qui manet in vitam æternam » (*Joan.* VI, 27), non prohibens operari, sed docens nos absque sollicitudine operari ; hanc vero, dum ait : « Quis vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum ? » (*Matth.*, VI, 27) tollens videlicet otiosam sollicitudinem, cui actio deest. Quæ autem habet conjunctam actionem, de ea sic loquitur : « Et de vestimento aut alimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, et volatilia cœli, quomodo illa crescunt, et hæc pascuntur » (*Ibid.* 28). Sic unam quidem removens, alteram confirmans Dominus, erudit nos, quomodo non sollicitos sollicite operari, et quomodo sollicitudine vacantes, operibus, et laboribus nihil attinentibus abstinere oporteat.

Digitized by Google

κωρίας ταύτης τῷ ὄντι ζωῆς, ἄλλον ὑπονοήσῃ ταῦτα πεποιηκέναι εἰς τὸ κτήσασθαι τὴν ἀπάθειαν; Οὕτω δὲ καὶ ὁ δοκῶν Πνεῦμα ἔχειν ἅγιον, μηδὲν ἔχων, οὐ πιστεύει πώποτε τὰς ἐνεργείας αὐτοῦ γινωσκομένας ἀκούων, ἐν τοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔχουσι. Καὶ ὅτι ἔστι τις κατὰ τὴν γενεὰν ταύτην ἐπίσης τοῖς ἀποστόλοις Χριστοῦ, καὶ τοῖς ἀπ' αἰῶνος ἁγίοις, θείῳ ἐνεργούμενος, καὶ κινούμενος Πνεύματι. Ἢ ἐν ὀπτασίᾳ τούτου γνωστῶς καὶ ἐν αἰσθήσει γινόμενος· ἕκαστος γὰρ ἐκ τῆς οἰκείας καταστάσεως, καὶ τὰ τῶν πλησίων κρίνει, ὡς ἔχει, εἴτε ἀρετῆς εἰπεῖν, εἴτε κακίας.

A abnegavit primum, et deinde pro hac vere beata vita sanguinem suum non fudit alacriter, alium hæc ad ἀπάθειαν consequendam præstitisse suspicabitur? sic etiam, qui Spiritum sanctum se habere putat, nec habet, nunquam credit, dum, quid ille in sanctis, ipsum habentibus effecerit, audit. Nempe exstare quempiam hac ætate, qui perinde atque apostoli Christi, et sancti qui post homines natos exstiterunt, divino Spiritu concitetur et gubernetur, aut eum cognoscendo, efficaciterque sentiendo perspexerit. Unusquisque enim ex sua constitutione de alterius seu virtute, seu vitio semper judicat.

νη'. Ἄλλο ἀπάθεια ψυχῆς, καὶ ἄλλο ἀπάθεια σώματος. Ἡ μὲν γὰρ καὶ τὸ σῶμα καθαγιάζει, τῇ οἰκείᾳ λαμπρότητι καὶ τῇ φωτοχυσίᾳ τοῦ Πνεύματος· ἡ δὲ αὐτὴ μόνη καθ' ἑαυτήν, εἰς οὐδὲν τὸν κτησάμενον ὠφελεῖν δύναται.

58. Aliud est apathia animæ, aliud apathia corporis. Illa enim claritate sua, et diffuso lumine B Spiritus corpus quoque sanctificat : hæc sola per se nihil ei in quo est prodesse potest (5).

(5) Sequentia capitula interserit editio Jac. Pontani : « Aliud est immobilitas, seu quies membrorum animæ et corporis, aliud virtutum acquisitio. Illa siquidem natura inest : hæc vero etiam naturales motiones componit.

« Non concupiscere aliquem jucunda, et delectabilia hujus mundi, non est simile æternorum, et sub visum non cadentium bonorum desiderio : aliud enim hoc ab illo. Nam priora illa multi despexerunt: hæc paucis mortalibus cordi fuerunt.

« Non si quid est aversari, et non quærere gloriam hominum, idem est etiam a divina gloria suas rationes aptas et suspensas habere : magnum quippe inter hæc discrimen est. Illa enim alii quoque multis præterea vitiis subjecti repulerunt : hanc perpauci labore, et sudore multo acceperе meruerunt. C

« Veste vili contentum esse, nec desiderare tunicam splendidam, non est etiam Dei lumen induisse. Aliud hoc, aliud illud. Nam vestium splendorem mille impliciti cupiditatibus facile spreverunt: hoc soli amiciuntur, qui per omne genus mortificationis non remisse ac languide ipsum consectantur, et per mandatorum observationem filii lucis ac diei sunt.

« Aliud est humiliter loqui, aliud humiliter sentire; et aliud humilitas, aliud flos humilitatis; et aliud fructus ejus, et fructus hujus pulchritudo, et ejus pulchritudinis jucunditas, et insuper aliud ex hoc fructu operationes. Horum alia in nostra potestate sunt, alia non sunt. In nobis sunt, omnia cogitare, omnia sentire, omnia reputare, dicere, facere, quæ nos ad humilitatem ducunt. Sancta autem humilitas, et reliquæ proprietates ipsius, D charismata et sanctiones ejus, non nostra, sed Dei dona sunt, quibus nemo dignus unquam æstimabitur, nisi prius, quantum in ipso est, semina bene jecerit.

« Aliud est non stomachari in contemptibus, injuriis, tentationibus, et tribulationibus; aliud in ipsis acquiescere, aliud orare pro his qui hæc nobis inferunt; aliud ex animo eosdem diligere, et aliud præter hæc, animo insculptam ferre cujuslibet horum faciem, et ut germane amicos, sine rancore, in lacrymis sinceræ charitatis eos amplexari; ut nimirum nullum tunc sensus insuavis, aut molestiæ alicujus vestigium in anima reperiatur. Majus porro omnibus quæ diximus, si quis etiam ipso tempore tentationum æque isto modo, et similiter, citra immutationem erga in faciem sibi maledicentes, et calumniantes, et injuriam inferentes, et conspuentes affectus est. Quin etiam erga eos qui se foris amicos simulant, clam eadem faciunt, nec latent. Cæterum incomparabili modo excellentius est, meo judicio, si quis omnia quæ passus sit, sempiterna oblivione deleverit, et neque absentibus, neque præsidentibus his, a quibus vexatus fuerit, ullius maleficii meminisse : eosque citra omnem cogitationem eorum quæ acciderunt, in congressibus, et conviviorum invitationibus amplecti.

« Non quale est meminisse Dei, tale etiam est amare Deum : nec quale timere ipsum, tale item custodire mandata ejus. Differunt inter se, quanquam utraque perfectorum et a perturbationibus vindicatorum sunt.

« Aliud est non peccare, aliud Dei mandata exsequi. Hoc certantium, et ex Evangelio viventium : illud tantummodo principium ἀπαθείας adeptorum est.

« Non si quid vacatio, et otium, idem continuo quies est : nec si quid quies, ideo et silentium. Interest inter hæc, et aliud, atque aliud sunt. Otium et inertia eorum sunt, qui scire volunt quæ sit bonorum Dei communicatio : nec aliquid boni operis facere sustinent. Hæc ad parandam Dei cognitionem semper vacantium, sermonique insitæ sapientiæ auscultando assidentium, et profunda Spiritus, novaque mysteria, dum a Deo initiarentur, patrata scrutantium. Tertium, puta silentium, intellectus functionem, cum sollicita cogitationum ac ratiocinationum attentione obeuntium est.

« Non idem est secessio, id est, de loco in locum transitio, et ipsa verissima peregrinatio, seu peregrinitas. Illa nempe adhuc pugillatu quasi certantium, et aut per negligentiam ab inconstantia, mentis alio se transferentium : aut propter fervoris magnitudinem insigniora adhuc certamina cupientium est : hæc vero crucifixorum mundo, et quæ in mundo sunt, et cum solo Deo et angelis semper esse desiderantium, nulloque modo ad humana pedem referentium.

« Aliud est, resistere et oppugnare hostes : aliud eos perfecte debellare et subigere et occidere. Alterum enim athletarum, et religiosa exercitatione generosorum : alterum ab illaudatis affectibus liberorum, perfectorumque est.

« Hæc omnia in lumine ἀπαθείας ambulantium sanctorum actiones sunt. Qui autem se ab his alienos esse animadverterunt, ne seducantur ab aliquo, nec ipsi suas animas decipiant, sed se incassum in tenebris ambulare sciant.

« Multi sane, alius ob aliud, et alter rursum ob aliud ad hæc adducti sunt : admodum pauci vero cum interno timore et amore Dei ad ea agenda se

Digitized by Google

59. Quemadmodum ab extrema paupertate a rege in divitiis, et illustri dignitate collocatus, vesteque pretiosa indutus, ac stare in conspectu ejus jussus, et ipsum regem cupide intuetur et ut benemeritum singulariter diligit et qua tectus est tunicam animadvertit, et qua ornatus est dignitatem cognoscit et facultates sibi donatas novit : ita monachus, qui vere a mundo, mundanisque rebus secessit, et ad Christum accessit, vocatusque magno cum sensu, et ad sublimia spiritualis theoriæ per mandatorum observationem evectus, et ipsum Deum citra deceptionem videt, et factam in se mutationem clare animadvertit. Videt enim semper se circumfulgentem gratiam Spiritus, quæ indumentum vocatur, et regalis purpura, imo quod ipse Christus est : quandoquidem in eum credentes, ipso superinduuntur (6).

A νθ'. Καθάπερ ὁ ἀπὸ πτωχείας ἰσχάτης, ὑπὸ τοῦ βασιλέως εἰς πλοῦτον ἀνενεχθείς, καὶ περιφανὴς ἀξίωμα, στολήν τε παρ' αὐτοῦ λαμπρὰν ἐνδυθείς, καὶ πρὸ προσώπου αὐτοῦ ἱστασθαι κελευσθείς, αὐτόν τε τὸν βασιλέα μετὰ πόθου ὁρᾷ, καὶ ὡς εὐεργέτην ὑπεραγαπᾷ, καὶ τὴν στολὴν, ἣν ἐνεδύσατο τρανῶς κατανοεῖ, καὶ τὸ ἀξίωμα ἐπιγινώσκει, καὶ τὸν δοθέντα αὐτῷ πλοῦτον ἐπίσταται, οὕτω καὶ μοναχὸς ὁ ἀληθῶς ἀπὸ τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων ἀναχωρήσας, καὶ προσελθὼν τῷ Χριστῷ, ἀνακληθείς τε εὐαισθήτως, καὶ πρὸς ὕψος πνευματικῆς θεωρίας διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν ἐργασίας ἀνενεχθείς, αὐτόν τε τὸν Θεὸν ἀπλανῶς ὁρᾷ, καὶ τὴν γενομένην εἰς αὐτὸν ἀλλοίωσιν τρανῶς κατανοεῖ· βλέπει γὰρ ἀεὶ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος τὴν περιλάμπουσαν αὐτόν, ἥτις καὶ B ἔνδυμα καλεῖται καὶ βασίλειος ἁλουργίς· μᾶλλον δὲ, ὅπερ αὐτός ἐστι Χριστὸς ὁ Κύριος, εἴπερ αὐτὸν οἱ εἰς αὐτὸν πιστεύοντες ἐπενδύονται.

contulerunt : qui etiam soli, superna Dei gratia eos adjuvante, brevi spatio in virtute proficiunt feliciter, et ad ea de quibus memoravimus se extendunt. Illi alii velut invia oberrare sinuntur : nec per viam, ad quam emissi sunt, sed secundum adinventiones cordium suorum ambulant in studiis suis.

« Qui hæc summa usus diligentia expertus est, quæ dico intelliget. Qui non est, quæ quidem secundum sensum dixi, percipiet : de spiritualiter autem, et secundum intelligentiam dictis, leves et exiles quasdam notiones habebit : potiusque falsa quædam in animo effinget, et a veritate dictorum, ut vehementer deceptus ac frustratus, longe abe it.

« Cum laboribus ac sudoribus tuis vile et abjectum corpus tuum perdomueris ac subjugaris, et te necessitatibus ejus exueris, ipsumque leve jam, et quodammodo spirituale gestaveris, ut nec laborem, nec famem, nec sitim sentiat, tum clarius quam in speculo cernes eum qui supra captum mentis est, et oculis revelatis, atque cum lacrymis videbis, quem nemo vidit unquam : et anima tua ejus amore sauciata, lamenta fletu miscebis. Tum recordare mei, et ora pro me indigno, ut qui cum Deo conjunctus, etiam fiduciam apud illum pudore non afficiendam inveneris.

« Nec de Deo, divinisque rebus philosophanti pœnitentia, nec pœnitenti de Deo disputare, ac philosophari decorum est. Quantum enim distat oriens ab occidente, tanto pœnitentiam sublimitate theologia exsuperat. Nam ut homo morbis, et languore affectus, aut pauper pannis obsitus, et cum clamore eleemosynam petens : sic qui in pœnitentia versatur, et opera pœnitentiæ vere obire dicitur. At qui in theologicis volutatur, cum eo conferri potest, qui in regum palatiis victitans, vestibus nitidissimis ac regiis operitur, regisque familiaris, cum eo sæpissime colloquitur, et quid sibi, aliisque faciendum sit, ab eo in horas perspicue docetur.

« Divinæ cognitionis incrementum facit; ut alia omnia, imo etiam ipsum Deum non cognoscamus, et magnitudo illuminationis ejus, est perfecta cæcitas, supraque sensum sensus longe perfectissimus, et omnium quæ extra hunc sensum sunt, insensibilitas. Quæ enim qualia, et cujusmodi, et ubi, et quæ, et quomodo in quibus sint ignorat, et hæc pernoscere, aut intelligere neutiquam potest, quomodo notitia, et non magis illa supra notitiam erunt? et mens in cognitione infirmitatis suæ, nihil intelligens, in his quæ supra intellectum sunt, invenietur. Quæ namque « Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt » (*I Cor*, II, 9), quomodo notitiæ subjicientur?

« Dominus qui largitur nobis quæ supra intelligentiam sunt, dat nobis etiam per Spiritum suum supra intelligentiam aliam intelligentiam, ut quæ supra intelligentiam sunt donorum ejus charismata, mirifice, clare et pure intelligamus.

« Quemadmodum insensilis ad unum, ad omnia est insensilis : sic sensilis ad unum sentit omnia, et extra omnium sensum est. In intelligentia, seu notitia omnium est, et ab eorum notitia non coli- C betur.

« Qui surdus est ad sermonem, ad omnem vocem surdus est : sic et qui audit sermonem, audit omnia. Hic surdus est ad omnem vocem. Omnia audit, et nihil audit, nisi qui in solo Verbo verba faciunt : ac ne ipsos quidem, sed Verbum solum, quod in voce sine voce sonat.

« Qui sic audit, videt, sentit, eum non latet quid velimus. Qui id non novit, hunc certum est animæ sensus illuminatos et sanos non habere. Dum in eo statu est, nondum cognovit, se conditum spectatorem creaturæ visibilis, et mysten atque interpretem intelligibilis : sed cum in honore esset, comparatus et assimilatus est brutis et jumentis sardinariis, in eaque similitudine manet adhuc, non reversus, non revocatus, aut ad veterem dignitatem reductus, secundum donum œconomiæ Domini nostri Jesu Christi Filii, Dei scilicet.

« Qui infra est, supera ne indaget, antequam D apud superos sit. Noli curiose inferiora scrutari, ne lapsus utraque amittas : vel potius in inferioribus interclusus hæreas. »

(6) Adde ex Pontano sequentia capitula : « Qui cœlestibus ditatus est opibus, præsentia, inquam, et inhabitatione illius qui dixit : « Ego et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus » (*Joan*, XIV, 23), cognoscit apud animam suam, quantum gratiæ commodum, atque fructum perceperit, quantamque, et qualem gestet in regia cordis sui beatitudinem. Nam velut amicus cum amico diserens cum Deo, libere astat ante faciem ejus, « qui lumen inaccessibile habitat » (*I Tim.* VI, 16).

« Beatus qui his fidem adjunxit. Ter beatus, qui per actionem, et sancta certamina a me dictorum cognitionem festinat comprehendere. Angelus est, ne plus dicam, qui cognitione et contemplatione ad hujus status excelsitatem pervenit, et domesticus Dei, tanquam filius, evasit.

Digitized by Google

ξ'. Πολλοὶ μὲν ἀναγινώσκουσι τὰς θείας Γραφάς· A οἱ δὲ καὶ ἀναγινωσκομένας ἀκούουσιν· ὀλίγοι δὲ οἱ τῶν ἀναγινωσκομένων τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἔννοιαν ὀρθῶς εἰδέναι δυνάμενοι· οἱ ποτὲ μὲν ἀδύνατα εἶναι τὰ ὑπὸ τῶν θείων Γραφῶν ἀποφαίνονται· ποτὲ δὲ καὶ ἄπιστα παντελῶς ἡγοῦνται· ἢ καὶ ἀλληγοροῦσι ταῦτα κακῶς· καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν ἐνεστῶτα χρόνον λεγόμενα, ὡς πρὸς μέλλοντα ἐκβῆναι κρίνουσι, τὰ δὲ περὶ τῶν μελλόντων εἰρημένα, ὡς ἤδη γεγονότα, καὶ καθ' ἑκάστην γινόμενα ἐκλαμβάνονται· καὶ οὕτως οὐκ ἔστι κρίσις ὀρθὴ ἐν αὐτοῖς, οὐδὲ διάγνωσις ἀληθὴς ἐν θείοις καὶ ἀνθρωπίνοις πράγμασιν.

60. Complures divinas Scripturas legunt, alii eas legi ac recitari audiunt : pauci autem sunt, qui vim et notionem, seu intelligentiam recitatorum probe assequantur. Alii quidem de illis multa fieri non posse pronuntiant, quæ illis litteris traduntur; alii pro plane incredibilibus ducunt aut, ea allegorii pervertunt. Et quæ dicta sunt de præsenti tempore, in futuro eventura accipiunt : de futuris porro dicta, sic interpretantur, quasi ea jam facta sint, et quotidie fiant. Ita carent vero, sinceroque judicio; nec inter divinas humanasque res internoscere, ac distinguere sapienter possunt (7).

« Qui prope maris littus stat, immensitatem aquarum pelagi conspicit ille quidem, earum autem extremum visu non potest definire, sed partem B aliquam duntaxat videt : sic qui in infinitum divinæ gloriæ pelagus contemplando respicere, ipsumque intelligentia videre, ac lustrare meruit, non quam latum et vastum est : sed quam longe, animæ ejus oculi conspectum ferunt, videt.

« Quemadmodum prope mare consistens, non solum ipsum aspicere, sed etiam in aquas ejus intrare quantum libuerit, potest : sic in lumine Dei homines spirituales qui volunt, ejus videndi cognoscendique copiam pro modo desiderii sui consequuntur.

« Quomodo in littore maris stans, quandiu extra aquam est, videt omnia, profunditatemque pelagi intelligit. Ubi autem in ipsas undas ingredi, et in iis mergi cœperit, quo amplius descendit, hoc magis ab aspectu eorum quæ foris sunt abest : ita qui divini luminis facti sunt participes; quantum in cognitione divinitatis proficiunt, tantum proportione cætera ignorare incipiunt.

« Quemadmodum qui in aqua maris est genuum, aut lumborum tenus, omnia extra aquas perspicue videt. Si autem in profundum descendat, et totus sub unda sit, nihil jam eorum quæ extra aquam sunt, videre potest : et hoc solum novit, se totum quantus quantus est in profundo maris esse : sic iis contingere solet, qui progressu spirituali crescunt, atque ad perfectionem cognitionis et visionis ascendunt.

« Quando, qui in spirituali perfectione proficiunt, particulatim illuminantur, sive mentem tantummodo illustrantur, tunc gloriam Dei, ut in speculo per intelligentiam intuentur, cognitioneque magis ac magis, et mysteriorum revelatione a superna gratia mystice imbuuntur, a speculatione eorum quæ sunt, ad cognitionem illius, qui est super omnia quæ sunt, sublati videlicet.

« Qui perfectioni appropinquant, et adhuc velut ex parte vident, imperitiam, et comprehensibilitatem eorum quæ vident intelligentes obstupescunt. Quo enim plus in lumen divinæ cognitionis intrant, eo ignorantiam suam amplius cognoscunt. Quando autem id quod intelligentia capit, quodque obscurius ipsis apparet, et tanquam in speculo ostenditur et ex parte illuminat, expressius, et indulgentius videri voluerit, et illuminato per communicationem uniri, totumque in se ipso complecti, et ille ipse in profundo spiritus, ut in medio abysso fulgentium aquarum immensarum inclusus, et interceptus fuerit, tum in perfectam ignorantiam, utpote qui omnem cognitionem transcenderit, modo ineffabili emergit.

« Mens simplex, vel potius omni notione nudata, et in simplicitate divinum lumen tota ingressa, et ab ipso cooperta, non habet aliud quidpiam invenire, in quo sit, ut etiam ad illius intelligentiam moveatur; sed in profundo luminis divini manens, foras respicere omnino non permittitur. Et hoc est, quod dicitur, Deus lux est, et lux suprema : et his qui ejus compotes facti sunt, ab omni visione quies et cessatio.

« Tum mens, continuo motu cieri solita, sit immobilis, et omni cogitationi pausam dat, cum nimirum tota a divina caligine, lumineque contecta fuerit. Nihilominus spectat, sentit, et fruitur bonis, in quibus versatur. Nec enim ut profunditas undarum maris, sic et profunditas sancti Spiritus : sed est aqua viva vitæ æternæ (*Joan.* IV, 10). Omnia porro illic nec intelligi, nec comprehendi, nec explicari queunt, in quibus mens omnia aspectabilia, et sub intellectum cadentia transiens, moratur, et in solis illis immobiliter movetur ac vertitur, vivens in vita supra vitam, ipsa lumen in lumine, lumen non per se : non enim tunc seipsam, sed qui super ipsam est videt, et ex illa gloria cogitationibus immutatis, seipsam ignorat.

« Mortuus, nec mortuus est, qui cum ad mensuram perfectionis pertigerit, vivit in Deo, in quo est, quasi in semetipso non vivat. Cæcus, quasi natura, cum omni aspectu naturali factus sit superior : utpote qui novos oculos, et naturalibus absque comparatione præstantiores acceperit et supra naturæ vim cernat. Operis expers, et immobilis, ut qui omnem functionem suam explevérit, et absolverit. Sine cogitatione, ut unionem omni cogitatione superiorem adeptus, et requiescens, ubi nulla est mentis actio, sive ullus ad cogitandum, aut ratiocinandum, aut concipiendum motus. Quæ enim intellectu impossibilia sunt, ea intelligere, aut pernoscere non potest : et quodammodo in his, requie illa, immobilitatis beatæ insensibilitatis requiescit, sensu constanti inexplicabilium bonorum deliciis, posita curiositate se objectans.

« Qui ad hunc modum perfectionis pervenire, et hujusmodi bona obtinere non meruit, seipsum solum condemnet, et ne excusationem prætexat, esse rem impossibilem : sunt contingere quidem perfectionem, sed ita, ut non cognoscas, sed e divinis Scripturis certissime norit, rem esse possibilem ac veram, et opere ipso fieri, et ita quidem, ut cognoscatur fieri. Omissione autem, et inertia in mandatis obeundis, unusquisque horum se ipse proportione bonis istis privat.

(7) Pontanus addit : « Deus ab initio duos mundos fabricavit, visibilem et invisibilem : unum autem regem eorum quæ oculorum sensu percipierentur; duorumque mundorum characterem, seu notam in se ipso ferentem, aspectabilis nimirum, et ad intelligentiam pertinentis. His congruenter quoque duo soles lucent, unus sensibilis, alter intelligibilis : quodque est in visibilibus, et sub sensum cadentibus, sol, hoc in iis quæ tantum intelliguntur, Deus. Justitiæ enim Sol est, ac nominatur (*Malach.* IV, 2). Habes igitur secundum hæc soles duos) unum subjectum oculis, alterum menti et rationi; quemadmodum item duo mundi sunt, ut diximus. Et alter quidem horum, id est, qui

Digitized by Google

61. Nos qui fideles sumus, universos fideles velut unum intueri debemus, et existimare in omnibus Christum esse : eamque erga ipsum gerere charitatem, ut pro eo animas nostras ponere parati simus. Etenim universe neminem improbum dicere aut judicare debemus, sed omnes pro bonis ducere, ut dicebamus. Etiamsi quempiam vitiosis motibus tumultuantem videris, non fratrem, sed pravas concitationes oderis, a quibus oppugnatur. Sin a cupiditatibus, et curis anticipatis misere exagitatum, majore illum misericordia prosequere, ne et tu tenteris ; utpotè natura mutabili præditus, quamque adversa incursare facile possunt (8).

A ξα'. Πάντας τοὺς πιστοὺς ὡς ἕνα βλέπειν ὀφείλομεν οἱ πιστοὶ, καὶ ἐπὶ ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν εἶναι λογίζεσθαι τὸν Χριστόν· καὶ οὕτω τῇ πρὸς αὐτὸν ἀγάπῃ διακεῖσθαι, ὡς ἑτοίμους εἶναι ὑπὲρ αὐτοῦ τιθέναι τὰς ἰδίας ψυχάς· οὐδὲ γὰρ τὸ καθόλου λέγειν, ἢ νομίζειν ὀφείλομέν τινα πονηρὸν, ἀλλὰ πάντας ὡς ἀγαθοὺς ὁρᾷν, ὥσπερ εἴπομεν· κἂν γὰρ ὑπὸ παθῶν ὀχλούμενον ἴδῃ τινὰ, μὴ τὸν ἀδελφὸν, ἀλλὰ τὰ πάθη μίσησον τὰ πολεμοῦντα αὐτὸν, κἂν ὑπὸ ἐπιθυμιῶν καὶ προλήψεων τυραννούμενον, ἐπὶ πλεῖον σπλαγχνίσθητι· μή ποτε καὶ αὐτὸς πειρασθῇς, ὡς ὑπὸ τροπὴν ὢν ὕλης εὐπεριστάτου.

62. Si quis ut hypocrita fucatus, aut ob facta sua reprehensione dignus, aut ad breve tempus fractus, et abjectus est, aut aliquantum ex negligentia in aliqua parte officii sui claudicat, perfecte sanis non adnumeratur : sed tanquam inutilis, et reprobus abjicitur, ne, dum catena intenditur, ipse faciat ut ejus conjunctio dirumpatur et intervallum detur in his, quæ proxime, arctissimeque sine intervallo cohærebant : et utrisque molestiam, doloremque pariat, dum priores propter sequentium, et hi propter præcedentium separationem cruciantur (9).

B ξβ'. Εἴ τις κίβδηλος ἐξ ὑποκρίσεως, ἢ ἐξ ἔργων ἐπίμωμος, ἢ πρὸς βραχὺ τεθραυσμένος, ἐξ ἑνὸς πάθους, ἢ μικρὸν ἐλλιπὴς ἐξ ἀμελείας ἐν μέρει τυγχάνει, οὐ συγκαταριθμεῖται τοῖς ὁλοκλήροις, ἀλλ' ὡς ἄχρηστος καὶ ἀδόκιμος ἀποβάλλεται, ἵνα μὴ ἐν καιρῷ τάσεως, διαῤῥαγῇναι ποιήσῃ τὸν σύνδεσμον τῆς ἁλύσεως, καὶ διάστασιν ἐν ἀδιαστάτοις, καὶ λύπας ἐν ἀμφοτέροις ἐργάσηται· τῶν μὲν ἔμπροσθεν, ὑπὲρ τῶν ὑστέρων, τῶν δὲ, ὑπὲρ τοῦ χωρισμοῦ τῶν προαγόντων ἀλγεινομένων.

sensum movet, cum omnibus, quæ complectitur, ab hoc sensibili et aspectabili sole illuminatur. Alter vero, sive intelligibilis, ipse, et quæ in eo sunt, ab intellectuali Sole justitiæ lucem, claritatemque accipiunt. Sensibilia igitur a sensibili, et intelligibilia ab intelligibili Sole divisum illustrantur : nullam penitus inter se conjunctionem, aut notitiam, aut communionem habentibus, neque intelligibilibus cum sensibilibus, neque sensibilibus cum intelligibilibus.

« Solus homo ex omnibus quæque videntur, quæque tantum animo cernuntur, duplex, seu geminus a Deo creatus est, corpus quidem ex quatuor primis corporibus, seu elementis coagmentatum habens, sensumque ac spiritum, per quem horum principiorum est particeps et in illis vivit : animam autem intelligentiæ, et consilii compotem, a materia, et corpore liberam, seu minime corporatam hisce imperscrutabili et inexplicabili ratione copulatam, citraque mistionem et confusionem commistam. Hæc porro unus homo sunt, animal mortale et immortale, quod videri nec videri potest, sentiri, et intelligi : in quo spectandi creaturam aspectabilem, et intelligendi inaspectabilem facultas inest. Ut igitur in duobus mundis efficientia duo soles differunt ac separantur, pari modo etiam in uno homine, unus quidem corpus, alter animam ejus collustrat : et uterque de suo lumine illuminato, pro ejus captu abundantius, aut parcius communicat.

« Sensibilis sol videtur, non videt : intellectualis videtur ab his qui digni sunt, et omnes videt ; magis autem eos qui ipsum vident. Sensibilis non loquitur, nec cuiquam loqui donat : intellectualis et loquitur cum amicis suis, et ut loquantur, dat omnibus. Sensibilis in horto sensibili micans, radiorum suorum fervore humorem duntaxat terræ exsiccat, non etiam plantas, et semina pinguefacit : intelligibilis in anima illucescens, utrumque conficit nempe humorem vitiorum arefacit, et fœditatem ex illis natam expurgat, animæque pinguedinem, quam intelligere possumus, inserit, qua velut irrigatæ plantæ virtutum sensim in auras prodeunt, atque adolescunt.

« Sol sensibilis exoritur, mundumque istum luce sua vestit, et omnia quæ illo continentur, homines, C feras, jumenta, et alia super quæ lux se æqualiter diffundit : qua rursum occidens, locum quem illustrabat, tenebris oppletum relinquit. Sol intelligibilis fulget, et fulgebat, totus a toto omni sic captus, ut capi nequeat : a creaturis autem suis secernitur, et totus ab iis absque distantia sejungitur, estque in toto omni totus, et nusquam est. In totis creaturis visibilibus totus, et rursum extra has totus. Totus in visibilibus, et totus in invisibilibus, et ubique totus adest, et totus neutiquam, uspiam.

« Christus principium, medium, et finis, seu consummatio est in omnibus, quippe qui in primis, etiam in mediis, et extremis, ut in primis est : nec enim quod ad hæc attinet, ullum in eo discrimen est : sicut nec Barbarus, nec Scytha, nec Græcus in ipso est, sed omnia, et in omnibus Christus (*Galat.* III, 28).

« Sancta Trinitas habitans per omnes, a primis ad ultimos, ut ab aliquo capite usque ad pedes, D coagmentat, componit, conglutinat, adunat, et colligat sibi, et ita colligatos, et congregatos firmos eos, et infractos reddit, et in quolibet eorum una eademque cognita patet, quæ Deus est, in quo ultimi primi fiunt, et primi tanquam ultimi (*Matth.* xx, 16). »

(8) Pontanus addit capitulum unum : « Quo pacto ratione valentes illi ordines supernarum virtutum a Deo ordinatim illustrantur, a principe ac primo omnium ordine usque ad secundum, et ab hoc ad tertium, et deinceps ab hoc ad alium, et ad omnes denique lumine divino penetrante : eodem et sancti a divinis angelis illuminati, vinculoque spiritus colligati, et uniti, honore illis pares, et æquales fiunt.

(9) Sequuntur apud Pontanum octo capitula : « Qui unionem

Digitized by Google

ξγ'. Ὃν τρόπον ἐν φλογὶ καιομένης καμίνου, χοῦν A ἐπιβαλών τις ταύτην σβεννύει, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ αἱ βιωτικαὶ μέριμναι, καὶ πᾶς προσπαθείας τρόπος σύτελοῦς καὶ σμικροτάτου πράγματος, τὴν ἀναφθεῖσαν ἐν ἀρχαῖς θέρμην τῆς καρδίας ἐξαφανίζει.

ξδ'. Πᾶσαν βρῶσιν, καὶ πόσιν, καὶ καλλωπισμὸν ἐνδυμάτων, ὁ τὸν φόβον ἐγκυμονῶν τοῦ θανάτου βδελύξεται, καὶ ἐνηδόνως οὐ φάγεται ἄρτον, οὐ πίεται ὕδωρ. Παρέξει δὲ μόνον τὴν χρείαν τῷ σώματι, ὅσον μόνον αὐταρκὲς πρὸς τὸ ζῆν. Πᾶν θέλημα ἑαυτοῦ ἀπαρνήσεται. Καὶ δοῦλος πάντων ἐν διακρίσει τῶν ἐπιταττομένων γενήσεται.

ξε'. Ὁ δοῦλον ἑαυτὸν δοὺς τοῖς κατὰ Θεὸν πατράσιν αὐτοῦ, διὰ τὸν φόβον τῆς κολάσεως, οὐ τὰ κουφίζοντα τὸν τῆς καρδίας αὐτοῦ πόνον, ἐπιτασσόμενα ἕλοιτο, οὐ τὰ λύοντα τὸν τοῦ φόβου δεσμὸν, οὐδὲ τοῖς B ἐπὶ τὰ τοιαῦτα φιλικῶς, ἢ κολακευτικῶς, ἢ προστα-

63. Quemadmodum flammæ camini injectu pulveris exstinguuntur : ita sollicitudines hujus vitæ, et affectus in rem vilem, et minimam, accensum in precibus fervorem cordis tollunt (10).

64. Omnes ciborum, potus, vestiumque delicias, et ornatum detestabitur, qui timorem mortis concepit : nec cum sensu voluptatis aut panem comedet, aut aquam bibet : tantummodo quæ necessitas exigit, corpori suo præstabit, ut in vita manere queat. Voluntatem suam funditus abnegabit, et cum discretione omnia imperata ut servus exsequetur.

65. Qui se patribus suis secundum Deum pro servo mancipavit, propter metum inferni supplicii, quamvis jussus, non eliget, quæ dolorem cordis ejus mitigent; nec quæ vinculum timoris ejus dissolvant; nec ad ista vel amice, vel assentato-

fiunt. Qui enim inde usque a priscis sanctis per singulas ætates incedentes in mandatis Domini sanctimoniam vitæ colunt, illisque adhærescunt, perinde ut ipsi, Dei gratia secum communicata, illuminantur : similes catenæ aureæ, in qua singuli ansam unam efficiunt, dum unusquisque præcedenti fide, operibus, charitateque connectitur. Quia connexione, ut diximus, una quædam catena in Deo fiunt, quæ cito rumpi non potest. »

« Qui unionem cum ultimo omnium sanctorum cum charitate, et humilitate, vehementique desiderio non expetit : sed prava quadam adversus illum infidelitate tenetur, nunquam penitus eidem C unietur, neque cum eo primis et antecedentibus sanctis quasi in ordine militari ascribetur, etsi omnem fidem charitatemque erga Deum et sanctos universos habere videatur. Ejicietur enim ab ipsis foras, ut qui locum sibi constitutum, et ut ei hæreret ante sæcula a Deo definitum, per humilitatem non susceperit.

« Luctum secundum Deum humilitas præcedit, sequitur gaudium, et lætitia quanta dici non potest. Humilitati porro secundum Deum spes salutis agnoscitur. Quo enim magis quispiam se ex animo omnibus peccatoribus sceleratiorem ducit, eo magis spes una cum humilitate augescit, et in corde ejus floret, fidemque facit, per hanc salutem partum iri.

« Quo profundius in humilitatem quispiam descendit, seque indigniorem judicat, qui salvetur, hoc acerbius luget, et lacrymis indulget magis : quibus pro portione respondet, quæ in corde ejus D scaturit spiritualis voluptas, qua cum spes quoque ut fons scatet, et simul crescit, persuasionemque adipiscendæ salutis ex certa et confirmata certiorem confirmationemque reddit.

« Considerare seipsum unusquisque debet, et intelligere : neque soli spei absque luctu secundum Deum, et humilitate spirituali : neque humilitati, et lacrymis absque spe, et gaudio spirituali istarum comitibus fidendum esse.

« Est quæ putatur humilitas, ex negligentia, et segnitie, vehementique damnatione conscientiæ, progenita. Verum nulla est, quoniam luctum lætificum adjunctum non habet.

« Est quidam luctus humilitate spirituali carens quo qui lugent, peccata eo purgari arbitrantur, in quo frustra sunt : nam dulcedine spiritus, quæ mystice in intellectuali animæ cubiculo innascitur, privantur, et bonitatem Dei minime gustant. Id-

circo tales ira facile accenduntur, mundumque, et quæ in mundo visuntur, perfecte contemnere nequeunt. Enimvero qui hæc omnibus numeris non despexerit, nec ex animo oderit, neque salutis suæ firmam et indubitatam spem habere unquam poterit : sed cum fundamentum supra petram non jecerit, huc illuc incertus ac dubius jactabitur.

« Luctus duplex est effectus. Nam et aquæ instar per lacrymas flammam omnem affectuum vitiosorum restinguit, animamque a maculis, et sordibus inde natis expurgat : et instar ignis per præsentiam sancti Spiritus cor vivificat, incendit, inflammat, calefacit, atque ad Deum amandum, desiderandumque impellit.

« Vide, et pernosce quid in te humilitas, et luctus efficiant, et inquire, quem ex illis in horas utilitatis fructum percipias : qui est novitiis, ac tironibus omnis curæ terrenæ abjectio, nulla erga parentes, cognatos et amicos, affectio, eorumqua abnegatio : liber a sollicitudine omnium rerum et facultatum animus, earum dispicientia, non solum usque ad acum, verum etiam usque ad ipsum corpus.

(10) Sequentia interserit Pontanus : « Qui res exteriores, et homines, et omnia denum hujus vitæ, integro cordis sensu, et cum gaudio abnegavit, et oblitus est, affectionemque ut murum transiit, in mundo, et iis quæ in mundo sunt, hospes, ac peregrinus est, colligens in se animum suum, et in una mortis memoria, cogitationeque occupatus. Quocirca etiam de extremo judicio, et retributione semper est sollicitus, et in his plane ut captivus detinetur, ex talibusque cogitationibus, et commentationibus timore, supra quam dici potest ingenti percellitur.

« Similis est damnato cuipiam, et vinculis onerato in hujus vitæ theatro, qui timore judicii admodum gravidatus, ab eodem tanquam carnifice aliquo raptari, et ad mortem duci videtur : nihil aliud secum volvens, quam dolorem et cruciamenta, quæ ex æterno supplicio subiturus sit. Cum autem hunc timorem ex animo deponere nunquam possit, fit ut inde progeneretur alius timor, qui eum nulla rerum humanarum cura tangi patitur. Sic enim vivit perpetuo, ac si cruci clavis affixus, doloribus ad mortem vehementer urgeretur : nec in cujusquam vultum oculos intendere sineretur; nec ignominiæ ab hominibus creatæ ullam rationem duceret. Nam quia se ipse omni ignominia, contemptuque dignum ex animo reputat, quas illi injurias sibi molantur, nihil pensi habet. »

Digitized by Google

rio, vel cum imperio inducentibus obtemperabit, sed quæ ipsum hunc timorem augeant, ea potiora censebit; et quæ istud vinculum arctius astringunt, ea volet; et quæ hunc carnificem corroborent, amabit. Atque in his ita perdurabit, at qui nullam omnino liberationem sibi polliceatur. Spes enim libertatis, doloris levamentum est; eaque fervide pœnitenti non conducit.

66. Unicuique vitam suam divinæ voluntati convenienter auspicanti, timor supplicii, et ex eo natus dolor utilis est. Qui autem citra hunc dolorem, citra vinculum, et tortorem hunc inceptūrum se imaginatur, non modo fundamentum actionum suarum super arenam collocat : sed etiam domum suam in aere absque fundamento se constructurum opinatur, quæ fieri neutiquam potest. Dolor enim iste statim omne gaudium parit : et hoc vinculum, omnium peccatorum, malorumque affectionum vincula dirumpit : et carnifex iste non necem affert, sed vitam sempiternam conciliat.

67. Qui a dolore, quem æterni supplicii formido ingenerat, resilire; eumque effugere noluerit : sed animum ad eum applicabit, et ejus sibi vincula magis astringet, hunc ille breviore via ductum, quod sequitur, ante conspectum Regis regum statuet. Quod cum factum fuerit, simul ejus gloriam clare conspexerit, subito vincula dissolventur, et timor carnifex procul aufugiet, et dolor cordis ejus in gaudium convertetur, erumpetque fons, manans ad sensum quidem lacrymis, instar fluminis : ad intellectum vero tranquillitate, mansuetudine, et dulcedine ineffabili. Insuper fortitudine, et ad omnem obedientiam expedita voluntate, et cursu in via mandatorum libero; quod adhuc tirobibus, et qui primum ad religiosum vivendi genus introducuntur, non conciditur : eorum autem, qui ad medium hujus spatii proficiendo jam ascenderunt, proprium est : consummatis vero atque perfectis hic fons, corde subito variato, et immutato lumen fit.

68. Qui intra se Spiritus sancti lumen habet, ejus radios non ferens, pronus cadit, vociferatur, et clamat cum stupore ac timore multo, ut qui supra naturæ captum quidpiam, nec in sermonem, cogitationemque cadens viderit, assenserit : imitaturque hominem, qui alicunde accensis ab igne visceribus ardens, nec ustionem flammæ perferre potis, mente velut alienatus est, nec in potestate ullo modo esse potest. Lacrymis autem perennibus exhaustus, et ab his refrigeratus, ignem desiderii vehementius accendit. Hinc porro lacrymas profundit uberius, et ea profusione ablutus, coruscat splendidius. Ubi demum totus ignitus, instar luminis erit, tunc impletur quod dicitur, « Deus diis unitus et cognitus; » et tantum fortasse, quantum jam sibi copulatis unitus, et his qui cognoverunt revelatus est (11).

κτικῶς ἐνάγουσιν ὑπακούσεται, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ αὐξάνοντα αὐτὸν προτιμήσει, καὶ τὰ τὸν δεσμὸν ἐπισφίγγοντα θελήσει, καὶ τὰ τὸν δήμιον ἐνισχύοντα ἀγαπήσει, καὶ ἐν τούτοις ἐμμείνει, ὡς μὴ προσδοκῶν ποτε ἐλευθερίαν λήψεσθαι ὅλως ἐξ αὐτῶν. Ἡ γὰρ ἐλπὶς τῆς ἀπαλλαγῆς κουφότερον τὸν πόνον ἐργάζεται, ὅπερ ἐστὶν ἀλυσιτελὲς τῷ μετανοοῦντι θερμῶς.

ξς'. Παντὶ τῷ κατὰ Θεὸν βιοῦν ἀρχομένῳ, ἐπωφελὴς ὁ τῆς κολάσεως φόβος, καὶ ὁ πόνος ὁ τικτόμενος ἐξ αὐτοῦ· ὁ δὲ τοῦ τοιούτου πόνου καὶ δεσμοῦ χωρὶς, ἀρχὴν βαλεῖν φανταζόμενος, οὐκ ἐπὶ ψάμμου μόνον, τῶν ἑαυτοῦ πράξεων τὸν θεμέλιον καταβάλλεται, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀέρα οἴεται δίχα θεμελίων συνιστάνειν οἰκίαν· ὅπερ πάντη ἀδύνατον· ὁ γὰρ πόνος οὗτος, ὅσον οὔπω πᾶσαν χαρὰν ἀποτίκτει, καὶ ὁ δεσμὸς οὗτος, πάντων ἁμαρτημάτων καὶ παθῶν τὰ δεσμὰ διαῤῥήσσει· καὶ ὁ δήμιος οὗτος οὐχὶ θάνατον, ἀλλὰ ζωὴν αἰώνιον προξενεῖ.

ξζ'. Ὃς ἂν μὴ θελήσῃ ἀποσκιρτῆσαι καὶ ἐκφυγεῖν τὸν τικτόμενον πόνον, ἀπὸ τοῦ φόβου τῆς αἰωνίου κολάσεως, ἀλλὰ προθέσει καρδίας ἀκολουθήσῃ αὐτῷ, καὶ ἐπισφίγξῃ πλέον τὰ τούτου δεσμὰ ἑαυτῷ ἀναλόγως, συντομωτέρως ὁδεύσει, καὶ πρὸ προσώπου τοῦ Βασιλέως τῶν βασιλευόντων παραστήσει αὐτόν· τούτου δὲ γεγονότος, ἅμα τῷ θεάσασθαι αὐτὸν ἀμυδρῶς πρὸς τὴν δόξαν αὐτοῦ, εὐθέως λυθήσονται μὲν τὰ δεσμά. Ὁ δὲ δήμιος φόβος φεύξεται μακρὰν ἀπ' αὐτοῦ· καὶ ὁ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ πόνος τραπήσεται εἰς χαρὰν, καὶ πηγὴ γενήσεται βρύουσα, αἰσθητῶς μὲν δάκρυα ποταμηδὸν ἀεννάως, νοητῶς δὲ γαλήνην, πραότητα, καὶ ἄφραστον γλυκασμόν· ἔτι δὲ ἀνδρείαν, καὶ τὸ πρὸς πᾶσαν ὑπακοὴν ἐλευθερίως καὶ ἀνεμποδίστως τρέχειν τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ· ὃ τέως τοῖς εἰσαγωγικοῖς ἀδύνατον, τῶν δὲ πρὸς τὸ μέσον κατὰ προκοπὴν ἀνελθόντων καὶ ἴδιον. Τοῖς δέ γε τελειουμένοις, φῶς ἡ πηγὴ αὕτη, τῆς καρδίας αἴφνης ἀλλοιουμένης καὶ μεταβαλλομένης γίνεται.

ξη'. Ὁ ἔνδον αὐτοῦ τὸ φῶς τοῦ παναγίου Πνεύματος ἔχων, μὴ φέρων τοῦτο ὁρᾷν, εἰς γῆν πρηνὴς πίπτει, κράζει τε καὶ βοᾷ ἐν ἐκπλήξει τε καὶ φόβῳ πολλῷ, ὡς ὑπὲρ φύσιν, ὑπὲρ λόγον, ὑπὲρ ἔννοιαν πρᾶγμα ἰδών καὶ παθών. Καὶ γίνεται ὅμοιος ἀνθρώπῳ πυθὲν ἀναφθέντι τὰ σπλάγχνα ὑπὸ πυρὸς, ὑφ' οὗ φλεγόμενος, καὶ τῆς φλογὸς τὸν ἐμπρησμὸν μὴ δυνάμενος φέρειν, ὑπάρχει ὥσπερ ἐξεστηκὼς· καὶ μηδὲ ἑαυτοῦ γενέσθαι ὅλως ἰσχύων. Τοῖς δάκρυσι δὲ καταντλούμενος ἀεννάως, καὶ ὑπὸ τούτων καταψυχόμενος, τὸ πῦρ ἐξάπτει τοῦ πόθου σφοδρότερον. Ἐντεῦθεν δὲ τὰ δάκρυα προχέει πλειόνως, καὶ τῇ τούτων ἐκχύσει πλυνόμενος, λαμπρότερον ἀπαστράπτει· ὅτε δὲ ὅλως ἐκπυρωθείς, ὡς φῶς γένηται, τότε πληροῦται τὸ φάσκον, Θεὸς θεοῖς ἑνούμενός τε καὶ γνωριζόμενος, καὶ τοσοῦτον ἴσως, ὅσον ἤδη τοῖς συναφθεῖσιν ἡνώθη, καὶ τοῖς ἐγνωκόσιν ἀπεκαλύφθη.

(11) Pontanus addit : « Quantum a nobis cognosci voluerit Deus, tantum etiam revelatur. Quantum fuerit revelatus, tantum a dignis cernitur, et cognoscitur. Tale quid experiri, aut videre

Digitized by Google

ξθ'. Πρὸ τοῦ πένθους καὶ τῶν δακρύων, μηδεὶς ἡμᾶς κενοῖς ἀπατάτω λόγοις, μηδὲ πλανῶμεν ἑαυτούς. Οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν μετάνοια, οὐδὲ ἀληθὴς μεταμέλεια, οὐδὲ φόβος Θεοῦ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, οὐδὲ κατέγνωμεν ἑαυτῶν, οὐδὲ ἐν αἰσθήσει ἦς μελλούσης κρίσεως καὶ τῶν αἰωνίων βασάνων ἐγένετο ἡ ψυχὴ ἡμῶν· εἰ γὰρ κατέγνωμεν ἑαυτῶν, καὶ ἐκτησάμεθα ταῦτα, καὶ ἐν τούτοις ἐγενόμεθα, εὐθὺς καὶ δάκρυα κατηγάγομεν ἄν· τούτων γὰρ χωρὶς, οὔτε ἡ σκληροκαρδία ἡμῶν ἀπαλυνθῆναί ποτε δύναται, οὔτε ἡ ψυχὴ ἡμῶν πνευματικὴν ταπείνωσιν κτήσεται, οὔτε ταπεινοὶ γενέσθαι ἰσχύσωμεν. Ὁ δὲ μὴ οὕτω γενόμενος, ἑνωθῆναι τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ οὐ δύναται. Ὁ δὲ μὴ τούτῳ ἐκ καθάρσεως ἑνωθείς, οὔτε ἐν θεωρίᾳ καὶ γνώσει Θεοῦ γενέσθαι δύναται, οὔτε ἄξιός ἐστι τὰς τῆς ταπεινώσεως ἀρετὰς μυστικῶς ἐκδιδάσκεσθαι. B

69. Ante luctum et lacrymas (nemo vos inanibus verbis seducat, neve ipsi nos seducamus) non est in nobis potentia, nec vera pœnitudo, nec timor Dei in cordibus nostris, nec cognovimus ipsum, nec sensit futurum judicium, et æterna tormenta anima nostra. Etenim si hæc sibi parasset, et in his fuisset, mox etiam lacrymas emisisset. Sine his quippe nec durum cor nostrum molliri unquam potest, nec anima nostra spiritus humilitatem consequi : nec nos humiles evadere. At enim qui talis noti fuerit, Spiritui sancto uniri nequit : cui qui purgatus ante, et sic unitus non fuerit, nec spectare et cognoscere Deum valebit. nec dignus est, qui mysticas humilitatis virtutes doceatur (12).

ο'. Τοὺς ὑποκρινομένους τὴν ἀρετὴν, καὶ τῷ μὲν κωδίῳ τοῦ σχήματος, ἄλλο φαινομένους, ἄλλο δὲ ὄντας κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον· πάσης τάχα πεπληρωμένους ἀδικίας, μεστοὺς ζήλου, καὶ ἐριθείας, καὶ ἡδονῶν δυσωδίας, ὡς ἀπαθεῖς οἱ πλείους καὶ ὡς ἁγίους τιμῶσι, μὴ κεκαθαρμένον ἔχοντες τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν, μηδὲ ἐπιγνῶναι αὐτοὺς δυνάμενοι ἐκ τῶν καρπῶν αὐτῶν. Τοὺς δὲ ἐν εὐλαβείᾳ, καὶ ἀρετῇ, καὶ ἀφελότητι καρδίας διάγοντας, καὶ ἁγίους ὄντας τῷ ὄντι, ὡς τοὺς λοιποὺς τῶν ἀνθρώπων παραλογίζονται, καὶ καταφρονοῦντες αὐτῶν παρατρέχουσι, καὶ ὡς οὐδὲν λογίζονται.

70. Virtutem simulantes, et vellere quidem habitus aliud foris apparentes, cum aliud sint secundum interiorem hominem, pleni forsitan omni iniquitate, pleni zelo, et contentione, et fœtore obscenarum voluptatum : multi, qui oculum purgatum non habent, nec ex fructibus eorum illos cognoscere possunt, tanquam nulli vitio servientes, et sanctos colunt honorantque. Viros contra pietate, virtute, simplicitate cordis præstantes, ac vere sanctos, ut vulgares ludificantur, illisque despectis prætercunt.

οα'. Τὸν λάλον καὶ ἐπιδεικτικὸν, διδακτικὸν μᾶλλον, καὶ πνευματικὸν οἱ τοιοῦτοι εἶναι λογίζονται, τὸν δὲ σωπηλὸν καὶ περὶ ἀργολογίαν ἀκριβαζόμενον, ἀγροῖκον καὶ ἄφωνον ἀποφαίνονται. C

71. Hujus mundi homines garrulum, et ostentatorem potius aptum ad docendum, et spiritualem esse decernunt : silentii autem amantem, et ab otioso sermone sibi diligenter caventem, agrestem, et mutum appellant.

οβ'. Τὸν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ φθεγγόμενον, οἱ ὑψηλόφρονες, καὶ τὴν ὑπερηφανίαν νοσοῦντες τοῦ διαβόλου, ὡς ὑψηλόφρονα καὶ ὑπερήφανον ἀποστρέφονται, τοῖς λόγοις αὐτοῦ πληττόμενοι μᾶλλον ἢ κατανυσσόμενοι· τὸν δὲ ἀπὸ κοιλίας, ἢ μαθημάτων πορνολογοῦντα, καὶ τῆς αὐτοῦ σωτηρίας καταψευδόμενον, ὑπερεπαινοῦσι καὶ ἀποδέχονται, καὶ οὕτως οὐδεὶς ἐν τοῖς τοιούτοις ἐστὶν ὁ καλῶς καὶ ὡς ἔχει τὸ πρᾶγμα διακρῖναι καὶ ἰδεῖν δυνάμενος.

72. Loquentem in Spiritu sancto, alta sapientes, et diabolica superbia laborantes, ut alta sapientem, et superbum aversantur, verbis ejus attoniti magis, quam compuncti. Ab utero matris autem, aut ex disciplina, et institutione rotunde ac diserte loquentem, et in perniciem ipsorum mentientem, mirifice probant, et laudibus ornant. Atque ita horum nullus est, qui recte, et ut rei natura requirit, videre ac discernere possit.

ογ'. « Μακάριοι, φησὶν ὁ Θεὸς, οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται· » καθαρὰν δὲ καρ-

73. « Beati mundo corde, inquit Dominus, quoniam ipsi Deum videbunt [18].» Ast mundum cor non

[18] Matth. v. 8.

is solus potest, qui prius Spiritui sancto unitus cor humile, purum, simplex contritum laboribus, sudoribusque suis sibi comparaverit. »

(12) Editio Pontani capitula duo interserit : Sicut qui discenti syllabas colligere, de rhetoricis, aut philosophicis dogmatis, atque præceptis narrat, non solum nihil prodest : sed potius inchoatam auditionem perparum curare, et ea desciscere facit : propterea quod ingenium ejus, quæ dicuntur, minime capit : ita qui tironibus, et præsertim ignavioribus de perfectione concionatur, non solum non illis commodabit : sed etiam efficiet ut retro abeant. Nam cum ad virtutis altitudinem respexerint, et quantum ab ejus fastigio absint cogitaverint, et se ad ejus culmen ascendere non posse statuerint : et quæ particulatim cœperant, ea contemnent, et in desperatione absorbebuntur.

Cum ii, quibus adhuc motus vitiosi imperant ac dominantur, audiunt hominem secundum Deum perfectum quovis homine, quavis animante ac bellua se immundiorem judicare, dedecore affectum gaudere, maledictis appetitum bene precari, persecutionem perpeti, pro inimicis suis cum lacrymis, et dolore cordis Deum rogare suppliciter, primum fidem non accommodant sibi illos similes facere conantes. Deinde a divinis Scripturis refutati, et a sanctis, qui hæc opere, factis suis demonstrarunt eversi ac prostrati, non posse se ad ista pertingere confitentur. Sed cum audiunt, his non præstitis, se nequaquam salvatum iri, tum plane nolentes vitiositatem suam exscindere, et ob peccata commissa pœnitentiam agere, se ipsos desperant.

Digitized by Google

una virtus, non duæ, non decem consueverunt absolvere, sed omnes, ut breviter dicam, velut una, eaque ad summam perfectionem exculta. Verumtamen ne sic quidem per se, ac sola, citra præsentiam, et actionem Spiritus sancti id possunt. Quemadmodum namque faber ærarius artem suam per instrumenta ostendit, citra vim autem et actionem ignis opus nullum efficit : ita etiam homo facit omnia, et virtutibus tanquam instrumentis utitur. Nihilominus nisi ignis spiritualis adsit, instrumenta illa nihil efficacitatis et utilitatis habent : quandoquidem animæ sordes, et saniem non abstergunt (13).

A δίαν, οὐχὶ μία ἀρετὴ, οὐδὲ δύω, οὐδὲ δέκα παφύκασιν ἐκτελεῖν, ἀλλὰ πᾶσαι ὁμοῦ ὡς εἰπεῖν, οἱονεὶ μία τις οὖσα, καὶ εἰς ἄκρον κατορθωθεῖσα· καὶ οὐδὲ οὕτω καθαρὰν τὴν καρδίαν μόναι ποιῆσαί δύνανται, δίχα τῆς ἐνεργείας καὶ παρουσίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Καθάπερ γὰρ ὁ χαλκεὺς, τὴν μὲν τέχνην διὰ τῶν ἐργαλείων αὐτοῦ ἐπιδείκνυται, δίχα δὲ τῆς τοῦ πυρὸς ἐνεργείας οὐδὲν ὅλως κατασκευάσαι εἰς ἔργον δύναται, οὕτω δὴ καὶ ὁ ἄνθρωπος πάντα μὲν ποιεῖ, καὶ ὡς ἐργαλεῖα χρῆται ταῖς ἀρεταῖς, ἄνευ δὲ τῆς τοῦ πνευματικοῦ πυρὸς παρουσίας ἀνενέργητα μένει καὶ ἀνωφελῆ, τὸν ῥύπον καὶ τὸν ἰχῶρα μὴ καθαίροντα τῆς ψυχῆς

(13) Sequentia insuper leguntur in editione Pontani : « Ubi profunda humilitas, ibi et lacrymarum abundantia : ubi hæc, ibi et præsentia sancti et adorandi Spiritus, unde puritas omnis, et sanctimonia conciliatur ei in quo is operatur, videturque ab eodem Deus, et videt ipsum Deus : *Super quem enim respiciam*, inquit, *nisi super humilem, et quietum, et trementem sermones meos ?* (*Isa.* LXVI, 2.)

« Perturbationes et affectus cum vitio conjunctos debellare quidem homo potest, exstirpare, et radicitus evellere non potest. Et cum mali non committendi potestatem acceperit, tamen ejusdem etiam non cogitandi haud accepit. Pietatis porro est, non solum bona facere, sed etiam mala non cogitare. Qui igitur mala cogitat, cor purum possidere nequit, cum id inde ceu speculum a luto inquinetur.

« Cordis puritatem hanc esse existimo, non solum a nullo affectu concitari : sed etiam nihil improbum, aut ad vitam hanc pertinens animo volvere, quoties placuerit : solamque Dei cum amore immenso conversare memoriam. Nam in puro lumine pure Deum oculus videt, cum inter aspectum illum, et Deum nihil aliud sese interponat.

« Hoc ego ἀπάθειαν esse affirmo, non modo abhorrere a factis, ad quæ affectibus impellimur, sed etiam ab eorum concupiscentia alienari, et insuper ab eorumdem cogitatione quoque nudari animum : ut cum volumus, supra cœlos simus, extra omnia quæ aspiciuntur, sentiunturque, veluti clausis nostris sensibus, et animo ad ea quæ sensum superant, ingrediente, virtutem seu facultatem sentiendi quemadmodum alas aquila secum ferente.

« Mens absque sensibus actiones et functiones suas non exerit : nec ullo modo absque mente suis officiis funguntur sensus.

« Illud est, ac dicitur cor mundum, quod in se nullam rerum temporalium cogitationem, aut ratiocinationem cernit : quodque Deo sic adhæret, et sic cum eo unitum est, ut neque molestorum, ac tristium, neque lætorum, jucundorumque hujus vitæ meminerit : verum ita vivit, ut contemplando in tertium cœlum, ac paradisum rapiatur, et arrhabonas bonorum sanctis promissorum intueatur, ipsaque sempiterna bona inde pro captu naturæ humanæ conjiciat. Atque istud mundi cordis verum signum, ac documentum certum est, in quo quis et mensuram munditiei cognoscit, et quasi in speculo semetipsum contemplatur.

« Qui extra domum est, lutus inclusos non videt : sic mundo crucifixus, aut mortuus, rerum mundi nihil sentit.

« Ut corpus exanime nec ad viventia, nec ad exanima secum jacentia ullo sensu fungitur : sic qui spiritu e mundo excessit, et cum Deo est, non potest sensum aliquem mundi habere, aut ejus

B rebus affici : quantumvis corporis necessitatibus satis cogatur facere.

« Anima ante mortem moritur, et ante resurrectionem corporum resurgit, opere, virtute, experientia, veritate. Mortali quippe sensu ab immortali mente profligato, et mortalitate a vita expulsa, anima velut e mortuis exsistens, seipsam convenienter videt (ut qui e somno surrexerunt, seipsos vident) quique eam exsuscitavit Deum cognoscit : quem perspiciens, et velut gratias agens, a sensibus, totoque mundo alienatur, voluptate repleta ineffabili, et in ipso omnem motionem suam intellectualem componit.

« Quædam à nobis conferuntur, quædam nobis cœlitus a Deo suppeditantur. Quantum enim per sacros labores ac sudores purgamur, tantum per lumen compunctionis splendescimus ; et quantum lumine splendescimus, tantum lacrymis purgamur, quorum illud sponte, ac per nos impendimus, hoc C vicissim desuper datum recipimus.

« Multi sua conferentes, divina more consueto non recipiunt, quod exemplis Cain et Esau patet. Nisi enim quis cogitatione recta, seu consilio sincero, et pio affectu, et ardenti fide, et magna cum humilitate sua obtulerit, Deus super ipsum non respiciet, nec oblata suscipiet. Hoc nisi fiat, nec Deus vicissim sua sic offerenti contribuet.

« Mortuus est mundus, et qui mundi sunt, sanctis adversantur. Hinc ipsorum bona opera videntes non vident ; et in Spiritu sancto prolatos eorum sermones divinos audientes, prorsus nequeunt intelligere. Contra, nec qui sunt spirituales, mundo deditorum, improborumque perversa opera videre sustinent, nec eorum verba ex animi passionibus profluentia capiunt : sed ipsi quoque videntes quæ in mundo sunt, non vident, et mundanorum voces audientes sic affecti sunt sensu, quasi eas non audirent. Atque ita nulla bis D cum illorum, illis cum horum, spiritualium, inquam, hominum rebus communio et societas intercedit.

« Quemadmodum lucis et tenebrarum manifesta est distinctio, et eorum nequit fieri conjunctio (*Quæ enim convenitio lucis ad tenebras ?* inquit, *aut quæ pars fideli cum infideli* (*II Cor.* VI, 15) ? sic inter eos qui Spiritum habent, quique non habent, summa est distantia, atque disjunctio. Illorum namque conversatio in cœlis est, cum angeli jam ex hominibus facti sint : isti in avitis tenebris, et in umbra mortis adhuc sedent, terræ, ac rebus terrenis affixi. Illi lumine sub intelligentiam cadente, et occasum nesciente : hi tantum hac sensibili luce illustrantur. Illi seipsos, et proximos vident emori : hi videntes seipsos, et proximos animas efflantes in dies singulos, se esse homines, et ut homines morti deberi ignorant, et hoc ignorantes, nec futurum judicium nec resurrectionem,

Digitized by Google

οδ'. Ἀπὸ μὲν τοῦ θείου βαπτίσματος τὴν τῶν ἡμαρτημένων λαμβάνομεν ἄφεσιν, καὶ τῆς πρὶν κατάρας ἐλευθερούμεθα, καὶ τῇ παρουσίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀγιαζόμεθα· τὴν δὲ τελείαν χάριν, κατὰ τό· « Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, » οὐ τότε, τοῦτο γὰρ τῶν βεβαιοπίστων καὶ ἐκ τῶν ἔργων ταύτην ἐπιδεικνύντων ἐστί· μετὰ γὰρ τὸ βαπτισθῆναι ἡμᾶς, πρὸς πονηρὰς καὶ αἰσχρὰς πράξεις ἐκκλίνοντες, καὶ αὐτὸν τὸν ἁγιασμὸν εἰς ἅπαν ἀποβαλλόμεθα. Μετανοίᾳ δὲ, καὶ ἐξομολογήσει, καὶ δάκρυσι, κατὰ ἀναλογίαν τὴν ἄφεσιν πρότερον τῶν ἡμαρτημένων λαμβάνομεν, καὶ οὕτω τὸν ἁγιασμὸν μετὰ τῆς ἄνωθεν χάριτος. A

74. Per sacrosanctum baptisma peccatorum remissionem accipimus, et a veteri maledicto liberamur adventuque Spiritus sancti sanctificamur: perfectam autem gratiam, juxta illud: « Inhabitabo et inambulabo in eis [19], » non tunc adipiscimur, hoc enim firmiter, constanterque credentium, et fidem ex operibus ostendentium est. Baptismo enim lustrati, si ad nequam, et turpes actiones declinemus, ipsam quoque sanctificationem funditus amittimus. Per pœnitentiam porro, per confessionem et lacrymas pro portione veniam priorum delictorum impetramus, et ita demum sanctificationem cum cœlesti gratia recipimus.

οε'. Ἀπὸ μὲν τῆς μετανοίας ἔκπλυσις τοῦ μολυσμοῦ τῶν αἰσχρῶν πράξεων γίνεται· μετὰ δὲ ταύτην, μετοχὴ Πνεύματος ἁγίου· οὐχ ἁπλῶς δὲ, ἀλλὰ κατὰ τὴν πίστιν, καὶ τὴν διάθεσιν, καὶ τὴν ταπείνωσιν τῶν ἐξ ὅλης μετανοούντων ψυχῆς. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ τελείαν τὴν ἄφεσιν τῶν ἡμαρτημένων, παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ ἀναδόχου λαβεῖν· διὰ τοῦτο καλὸν καθ' ἑκάστην μετανοεῖν, διὰ τὴν κελεύουσαν ἐντολήν. Τὸ γὰρ, « Μετανοεῖτε, ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, » ἀόριστον ἡμῖν ὑπεμφαίνει τὴν ἐργασίαν. B

75. Pœnitentia turpium actionum maculæ et labes eluuntur, post eam vero Spiritus sancti communicatione, non quidem simpliciter, sed secundum fidem, dispositionem et humilitatem eorum qui toto animo pœnitentiam agunt: neque hoc solum, sed etiam post perfectam peccatorum remissionem a Patre, et fidejussore acceptam. Quocirca expedit pœnitere quotidie, ut jubemur. Nam illud: « Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum [20], » indefinitum nobis hujus rei faciendæ tempus subindicat.

ος'. Ἡ χάρις τοῦ παναγίου Πνεύματος ταῖς τῷ Χριστῷ νυμφευομέναις ψυχαῖς, ὡς ἀρραβὼν δίδοται· καὶ καθάπερ ἀρραβῶνος χωρὶς οὐκ ἔχει ἀσφάλειαν ἡ γυνὴ τὴν μετὰ τοῦ ἀνδρὸς συνάφειαν μέλλειν ποτὲ βεβαίως γενήσεσθαι, οὕτως οὐδὲ ψυχὴ βεβαίαν λαμβάνει πληροφορίαν ποτὲ, τοῦ μετὰ τοῦ Δεσπότου αὐτῆς καὶ Θεοῦ εἰς αἰῶνας συνέσεσθαι, ἢ μυστικῶς καὶ ἀνεκφράστως αὐτῷ συνάπτεσθαι, καὶ τοῦ ἀπροσίτου κάλλους ἐκπολαύειν αὐτοῦ, εἰ μὴ τῆς χάριτος αὐτοῦ τὸν ἀρραβῶνα λάβοι, καὶ γνωστῶς αὐτὸν ἐν ἑαυτῇ κτήσηται. C

76. Sanctissimi Spiritus gratia Christo nuptis animabus pro arrha datur. Et quemadmodum femina sine arrha non est secura conjunctionem cum viro stabilem et indissolubilem fore: ita nec animæ fit certa fides, eam aliquando cum Domino, et Deo suo in omnis ævi spatia futuram, aut arcano, et inexplicabili modo cum ipso copulatum iri, et inaccessibili ejus pulchritudine fruituram, nisi ejus gratiæ arrhabonem acceperit, ipsumque in se sciens habuerit.

οζ'. Ὃν τρόπον οἱ γραφόμενοι συμβολικοὶ χάρται, εἰ μὴ ὑπογραφὰς ἀξιοπίστων μαρτύρων δέξωνται, οὐκ ἔστιν ὁ ἀρραβὼν βέβαιος, οὕτως οὐδὲ πρὸ τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν, καὶ τῆς τῶν ἀρετῶν κτήσεως, ἀσφαλὴς ἡ τῆς χάριτος ἔλλαμψις γίνεται· ὅπερ γὰρ ἐν τοῖς συμφώνοις οἱ μάρτυρες, τοῦτο ἐπὶ τοῦ πνευματικοῦ ἀρραβῶνος ἡ τῶν ἐντολῶν ἐργασία καὶ αἱ

77. Quomodo chartæ symbolicæ, seu instrumenta inter contrahentes, nisi testes idonei subscripserint, firmi ac certi arrhabonis vim non habent: sic neque antequam mandata Dei opere fiant, et virtutes acquisitæ sint, certa gratiæ illuminatio contingit. Quod enim in pactis et conventis sunt testes, hoc in spirituali arrhabone mandatorum

[19] Levit. xxvi, 12; II Cor. vi, 16. [20] Matth. iii, 2.

et persolvendam cuique, prout vivens in hac vita meritus est, mercedem, credunt.

« Si Spiritus sancti compos es, omnino ex his quæ ab ipso in te fiunt cognosces, quæ Apostolus de illo scripsit, cum ait: *Ubi spiritus Domini, ibi libertas* (*II Cor.* II, 17). Et: *Corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus autem vivit propter justificationem* (*Rom.* VIII, 10). Et: *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, et concupiscentiis suis* (*Galat.* V, 24). Quicunque enim in Spiritu sancto baptizati sunt, totum Christum induerunt (*Galat.* III, 27): et filii lucis sunt, et in lumine non occiduo ambulant (*Luc.* XV, 8): et videntes mundum non vident: et audientes quæ mundi sunt, non audiunt (*Luc.* VIII, 10). Sicut enim litteris est traditum de carnalibus hominibus, eos videntes non videre, et divinas res audientes non intelligere, neque capere posse, quæ sunt D spiritus, stultitia enim est illis (*I Cor.* II, 14): sic mihi de iis cogita, qui Spiritum sanctum intra se continent. Gestant quidem corpus, sed in carne non sunt: *Vos enim*, inquit Apostolus, *in carne non estis, sed in spiritu: siquidem Spiritus Dei habitat in vobis* (*Rom.* VIII, 9). Mortui sunt mundo, et mundus ipsis. *Mihi enim*, ait, *mundus crucifixus est, et ego mundo* (*Galat.* VI, 14).

« Qui hæc signa, et mirabilia in se facta novit, revera Deum, et signa in se gestat, cum Deum, id est, ipsum Spiritum sanctissimum incolam habeat, loquentem, et operantem in se, quæ a Paulo dicta sunt. Qui vero hæc in se nondum cognovit, ne sibi verba det, etiamnum caro et sanguis est caligine desideriorum carnis opertus videlicet: *Caro autem et sanguis regnum Dei*, (quod est Spiritus sanctus) *non consequentur* (*I Cor.* XV, 50).

Digitized by Google

exsecutio, et virtutes. Nam per hæc unusquisque salvandorum perfectum arrhabonem obtinet.

78. Primum per mandatorum obedientiam quasi conventa scribuntur : deinde per virtutes subscribitur, et signum additur. Tunc sponsus Christus animæ sponsæ annulum, sive arrhabonem Spiritus largitur.

79. Quemadmodum sponsa ante nuptias arrhabonem duntaxat a sponso accipit, pactam vero dotem, et promissa simul dona post nuptias exspectat : sic et sponsa fidelium Ecclesia, et uniuscujusque nostrum anima, primum quidem a Christo sponso solum arrhabonem Spiritus accipit, æterna autem bona et regnum cœlorum post migrationem ex hac luce exspectat : per arrhabonem plene persuasa, sibi pacta sine ulla fraude eventura.

80. Quemadmodum sponso diutius peregrinante, aut aliis in negotiis occupato, et interim nuptiarum tempus extrahentem si sponsa irata ejus amorem contempserit, libellumque arrhabonicum aut deleverit, aut conciderit, confestim eorum spe, quæ a sponso exspectabat frustratur. Perinde in anima fieri solet. Nam cum quis certantium dixerit, quousque mihi afflictiones tolerandæ sunt? laboresque asceticos parvipenderit, ac per negligentiam mandatorum, prætermissionemque pœnitentiæ quotidianæ pacta quodammodo deleverit, et conciderit, statim et arrhabonem, et spem erga Deum perdit penitus.

μς'. Ἀδύνατον ἄλλως τὴν πηγὴν τῶν δακρύων ἀναστομῶσαί τινα, ἄνευ βαθυτάτης ταπεινοφροσύνης, οὔτε πάλιν ταπεινόφρονα εἶναι, ἄνευ τῆς ἐγγινομένης ἀπὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ πνεύματος κατανύξεως· τὴν γὰρ κατάνυξιν ἡ ταπεινοφροσύνη, καὶ τὴν ταπεινοφροσύνην ἡ κατάνυξις, διὰ τοῦ ἁγίου ἀπογεννᾷ Πνεύματος· ὡς εἴ τις γὰρ σειρὰ ἀλλήλων αὗται ἐχόμεναι, καὶ ἐν μιᾷ χάριτι συνδεόμεναι, ἄῤῥηκτον τὸν σύνδεσμον τοῦ Πνεύματος ἔχουσι. B

46. Impossibile est fontem lacrymarum adaperire sine profundissima humilitate, et vice versa humilem esse absque compunctione quam producit gratia Spiritus: compunctionem enim humilitas et humilitatem compunctio generat; ac veluti quadam catena sibi invicem colligatæ, et in una charitate conjunctæ, rumpi nescio Spiritus nexu devinciuntur.

μζ'. Τὸ ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος ἐγγινόμενον φῶς τῇ ψυχῇ, ὑπαναχωρεῖν εἴωθεν ἐκ ῥᾳθυμίας, καὶ ἀμελείας, καὶ ἐξ ἀδιαφορίας, τῆς ἐν λόγοις καὶ βρώμασιν· ἥ τε γὰρ τῶν βρωμάτων ἀδιαφορία, καὶ τὸ ὑγρὸν τῆς διαίτης, αὐτό τε τὸ ἀκρατὲς τῆς γλώττης, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὸ ἀφύλακτον, διώκειν τοῦτο πέφυκεν ἐξ αὐτῆς, καὶ σκοτεινοὺς ἡμᾶς ἀπεργάζεσθαι· σκότους δὲ πληρωθέντων ἡμῶν, τὰ θηρία πάντα τοῦ ἀγροῦ τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ οἱ σκύμνοι λογισμοὶ τῶν παθῶν αὐτίκα διέρχονται ὠρυόμενοι ἐν αἰτῇ, ζητοῦντες βρῶσιν ἐμπαθείας, καὶ τοῦ ἁρπάσαι τὸν ἀποτεθέντα ἐν ἡμῖν παρὰ τοῦ Πνεύματος θησαυρόν· ἀλλ' ἡ φίλη τῷ ὄντι ἐγκράτεια, καὶ ἡ ἀγγελοποιὸς προσευχὴ, οὐ μόνον οὐδὲν τῶν τοιούτων συγχωρεῖ περὶ τὴν ψυχὴν διελθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ φέγγος ἄσβεστον τοῦ Πνεύματος περὶ τὸν νοῦν διατηρεῖ, καὶ τὴν καρδίαν ἥρεμον ἀποτελεῖ, καὶ ἀγνὴν πηγάζει τὴν θείαν κατάνυξιν, καὶ τὴν ψυχὴν εἰς ἀγάπην πλατύνει Θεοῦ, καὶ αὐτὴν ὅλην ὅλῳ δι' εὐφροσύνης καὶ παρθενίας συνάπτει Χριστῷ. C

47. Lux quæ per Spiritum sanctum inseritur animæ, solet paulatim expelli mollitie, negligentiaque et indifferentia in verbis et cibis: ciborum enim indifferentia et vitæ mollities, necnon impotentia linguæ et oculorum incontinentia lucem illam expellit ex anima, et tenebras nobis offundit: nobis autem caligine obsitis, omnes bestiæ agri, id est, cordis nostri, et catuli leonum, id est, cupiditatum cogitationes, in illa currunt rugientes et quærentes suam satiare cupiditatem ac diripere thesaurum in nobis a Spiritu depositum. Sed amica Deo temperantia, et oratio angelos germinans, non solum nihil horum invadere animam sinunt, sed etiam lumen Spiritus inexstinctum servat in mente, cor facit tranquillum, limpidi instar fontis divinam effundit compunctionem, in anima auget amorem Dei, eamque totam toti per gaudium et virginitatem conjungit Christo.

μη'. Οὐδὲν οὕτως ἕτερον οἰκεῖον τῷ λόγῳ, ὡς ἁγνεία καὶ σωφροσύνη ψυχῆς· τούτων δὲ μήτηρ ἡ περιεκτικὴ καὶ φίλη ἐγκράτεια· τῆς δὲ πατὴρ, ὁ φόβος· οὗτος δὲ εἰς πόθον τραπεὶς, καὶ τῇ ἐφέσει τῶν θείων συναφθεὶς πραγμάτων, ἄφοβον ἀπεργάζεται τὴν ψυχὴν καὶ πλήρη ἀγάπης Θεοῦ, καὶ τοῦ θείου λόγου γεννήτριαν. D

48. Nihil tam propinquum est Verbo, quam castitas et continentia animæ. Harum autem mater et amica est universalis temperantia: hujus vero pater, timor, qui quidem in desiderium conversus, rerumque divinarum conjunctus appetitui, impavidam reddit animam, plenamque Dei amore, et Verbi divini genitricem.

μθ'. Φόβος μὲν πρότερον συναφθεὶς τῇ ψυχῇ, ἐγκύμονα τοῦ λόγου τῆς κρίσεως αὐτὴν διὰ μετανοίας ποιεῖ, ἣν ὠδῖνες ᾅδου τῶν κολάσεων περικυκλοῦσιν αὐτίκα, στεναγμοί τε καὶ πόνοι ἐν συνοχῇ κατατρύχουσι τῆς καρδίας, ἀναλογιζομένην τὴν μέλλουσαν ἐπὶ κακοῖς ἀνταπόδοσιν. Εἶτα διὰ πολλῶν δακρύων καὶ πόνων αὕτη ἐν γαστρὶ διανοίας τὸ συλληφθὲν ἀπαρτίσασα, πνεῦμα σωτηρίας ἐπὶ τὴν γῆν

49. Timor cum anima copulatus, primo eam verbo judicii gravidam reddit per pœnitentiam, et statim dolores inferni pœnarum circumdant eam, gemitusque et labores in angustia cordis ipsam defatigant, cogitantem de futura malorum retributione. Deinde, cum multis lacrymis ac doloribus in utero intelligentiæ conceptum disposuit fetum, spiritum salutis parit in terra cordis sui, atque

Digitized by Google

soluta doloribus inferni, et gemitibus judicii liberata, gaudium futurorumque appetitum bonorum suscipit, eique obvia venit comes continentiæ castitas, et amore ipsam conjungit Deo : huic autem anima conjuncta, inenarrabilem percipit lætitiam, ita ut exinde cum voluptate ac dulcedine effundat compunctionis lacrymas, et aliena fiat ab omni sensu mundano, et quasi egressa post sponsum currat, hisque vocibus exclamet ineffabilibus : « Post te curram in odorem unguentorum tuorum. Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie puræ contemplationis, ne vagari incipiam post greges justorum : illuminationes apud te sunt sublimium mysteriorum [52]. » Et illam sponsus introductam in cellaria absconditorum suorum mysteriorum, contemplativam rationum creationis cum sapientia reddit.

50. Ne dixeris in corde tuo : Virgineam castitatem adipisci non possum amplius, qui corruptione et insano corporis amore toties cecidi. Ubi enim labores pœnitentiæ in cruciatu et fervore animæ conjecti fuerint, et lacrymarum torrentes ex compunctione fluxerint, ibi omnia destruuntur propugnacula, exstinguuntur omnia cupiditatum incendia, superna regeneratio gratia Spiritus perficitur, et rursus castitatis virginitatisque palatium fit anima, in quam supernaturalis Deus descendens per lumen et gaudium ineffabile, et velut in throno gloriæ insidens in fastigio mentis ejus, dat pacem ipsius potentiis, dicens : « Pax vobis ab infestis cupiditatibus; pacem meam do vobis, ut secundum naturam moveamini; pacem meam relinquo vobis, ut supra naturam perficiamini [53]. » Triplici igitur pacis dono triplicem sanans illius partem ad triplicemque perducens perfectionem, et eam sibi conjungens totam virginem pulchramque ac formosam facit, et odore unguentorum refectam sic alloquitur : « Surge, veni ad me, pulchra columba mea, per philosophiam practicam. Jam enim hiems cupiditatum transiit, imber libidinosarum cogitationum abiit et recessit; flores virtutum apparuerunt cum suavi cogitationum odore in terra cordis tui. Surge, veni ad me in scientia physicæ theoriæ; veni, columba mea, sponte tua sub tegmen ac tenebras mysticæ theologiæ, et fidei, quæ est immobilis in me Deo petra [54]. »

51. Felix et pulchra mihi videtur immutatio et ascensio illius, qui per practicam philosophiam habitus in cupiditates ardentissimi parietem superavit, indeque pennis impassibilitatis deargentatis, scientia duce, ascendit in spiritualem aerem contemplationis rerum, atque hinc penetravit in obscuritatem theologiæ, et ab omnibus operibus suis in Deo requievit beata vita quia angelus

γεννᾷ τῆς καρδίας αὐτῆς, καὶ τῶν ὠδίνων ἐλευθερωθεῖσα τοῦ ᾅδου, καὶ τῶν στεναγμῶν ἀπαλλαγεῖσα τῆς κρίσεως, πόθος καὶ χαρὰ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν αὐτὴν διαδέχεται, καὶ προσυπαντᾷ αὐτὴν ἡ φίλη μετὰ σωφροσύνης ἀγνεία, καὶ τῷ ἔρωτι αὐτὴν ἐπισυνάπτει Θεῷ· τούτῳ δὲ ἡ ψυχὴ συναφθεῖσα, ἀῤῥήτου ἡδονῆς ἐπαισθάνεται, ὡς ἐντεῦθεν τὰ τῆς κατανύξεως προχέειν μεθ' ἡδονῆς καὶ γλυκύτητος δάκρυα· ἔξω τε γίνεσθαι αὐτὴν τῆς παγκοσμίου αἰσθήσεως, καὶ ὡς ἐξεστηκυῖαν ὄπισθεν τοῦ νυμφίου δώκειν· καὶ οὕτω κράζειν φωναῖς ἀλαλήτοις· Ὀπίσω σου δραμοῦμαι εἰς ὀσμὴν μύρου σου, ἀπάγγειλόν μοι, ὃν ἠγάπησεν ἡ διάθεσίς μου, ποῦ ποιμαίνεις; ποῦ κοιτάζεις; ἐν μεσημβρίᾳ καθαρᾶς θεωρίας; μήποτε γένωμαι ὥσπερ ἡ βαλλομένη ἐπ' ἀγέλαις δικαίων· ἐλλάμψεις παρὰ σοὶ μυστηρίων μεγάλων· ἣν εἰσενεγκὼν ὁ νυμφίος εἰς τὸ ταμιεῖον τῶν κεκρυμμένων αὐτοῦ μυστηρίων, θεωρητικὴν αὐτὴν τῶν λόγων τῆς κτίσεως μετὰ σοφίας ἀποτελεῖ.

ν'. Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, Τῆς παρθενίας τὴν ἀγνείαν ἀδύνατόν μοι τοῦ λοιποῦ ἐπικτήσασθαι, φθορᾷ καὶ μανίᾳ τοῦ σώματος ποικίλως ὑποπεσόντι· ἔνθα γὰρ πόνοι μετανοίας ἐν κακοπαθείᾳ καὶ θέρμῃ καταβληθῶσι ψυχῆς, καὶ δακρύων ἐκ κατανύξεως ποταμοὶ ῥεύσουσιν, ἐκεῖθεν πάντα τὰ ὀχυρώματα κατασύρεται, καὶ πυρκαϊὰ πᾶσα παθῶν κατασβέννυται, καὶ τελεῖται ἡ ἄνωθεν ἀναγέννησις δι' ἐπιδημίας τοῦ Παρακλήτου· καὶ πάλιν ἀγνείας καὶ παρθενίας παλάτιον ἡ ψυχὴ γίνεται, ἐν ᾗ ὁ ὑπὲρ φύσιν Θεὸς καταβὰς διὰ φωτὸς καὶ χαρᾶς ἀῤῥήτου, καὶ ὡς ἐπὶ θρόνου δόξης ἐφ' ὑψηλοῦ κεκαθικὼς τοῦ νοὸς αὐτῆς, δίδωσι τὴν εἰρήνην ταῖς περὶ αὐτὴν δυνάμεσιν, οὕτω λέγων· Εἰρήνη ὑμῖν ἀπὸ τῶν πολεμίων παθῶν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν εἰς τὸ κατὰ φύσιν κινεῖσθαι· εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν εἰς τὸ ὑπὲρ φύσιν τελειωθῆναι. Τῷ τριττῷ οὖν τῆς εἰρηνικῆς δωρεᾶς τὸ τριμερὲς θεραπεύσας αὐτῆς, καὶ εἰς τὴν τριαδικὴν τελείωσιν ἀναγαγών, καὶ ἑνώσας αὐτὴν ἑαυτῷ, ὅλην παρθένον ἤδη, καὶ καλὴν, καὶ ὡραίαν ἐν εὐωδίᾳ τῶν μύρων τῆς ἀγνείας ἀναχωνεύων ἀποτελεῖ, καὶ φησι πρὸς αὐτήν· Ἀνάστα, ἐλθὲ πλησίον μου, καλή μου περιστερά, δι' ἐμπράκτου φιλοσοφίας, ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν τῶν παθῶν παρῆλθεν· ὁ ὑετὸς τῶν φιληδόνων λογισμῶν ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ τὰ ἄνθη τῶν ἀρετῶν, ὤφθη μετ' εὐωδίας τῶν νοημάτων ἐν τῇ γῇ τῆς καρδίας σου· ἀνάστα, ἐλθὲ πλησίον μου ἐν γνώσει φυσικῆς θεωρίας, καὶ ἐλθὲ σὺ, περιστερά μου, δι' ἑαυτῆς ἐν σκέπῃ καὶ γνόφῳ μυστικῆς θεολογίας, καὶ πίστεως τῆς στερρᾶς ἐν ἐμοὶ τῷ Θεῷ πέτρας.

να'. Μακάριος, ἐμοὶ, τῆς καλῆς ἀλλοιώσεώς τε καὶ ἀναβάσεως, ὁ διὰ τῆς ἐμπράκτου φιλοσοφίας τὸ τεῖχος τῆς ἐμπαθεστάτης ἕξεως ὑπερβάς, κἀκεῖθεν πτέρυξιν ἀπαθείας περιηργυρωμέναις τῇ γνώσει εἰς τὸν νοητὸν ἀέρα τῆς θεωρίας τῶν ὄντων ὑπερπτρθεὶς, καὶ αὐτόθεν εἰς γνόφον θεολογίας εἰσδὺς, καὶ κατεπαύσας ἀπὸ πάντων τούτων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ἐν Θεῷ, τῇ μακαρίᾳ ζωῇ, ὅτι ἄγγελος

[52] Cant. I, 3, 6. [53] Joan. XIV, 27. [54] Cant. II, 10.

Digitized by Google

ἐπίγειος καὶ οὐράνιος ἄνθρωπος ἀποτελεσθείς, ἐδόξασε τὸν Θεὸν ἐν ἑαυτῷ, καὶ ὁ Θεὸς δοξάσει αὐτόν.

terrestris, et cœlestis homo factus, glorificavit Deum in seipso, et ab eo glorificatus est.

νβ'. Εἰρήνη πολλὴ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς σκάνδαλον· ἐπειδὴ οὐχ ἅπερ μὲν ἀρέσκει τοῖς ἀνθρώποις, ταῦτα καὶ Θεῷ· ἀλλ' ὅσα δοκεῖ μὲν οὐ καλὰ, εἰσὶ δὲ καὶ λίαν τῇ φύσει καλὰ τῷ εἰδότι τοὺς λόγους τῶν ὄντων καὶ γεγονότων.

52. Pax multa diligentibus legem Dei [86], et non est illis scandalum : etenim non quæ hominibus, illa et Deo placent, sed quæ videntur quidem mala, sunt autem natura sua valde bona coram eo qui scit rationes omnium quæ sunt et facta sunt.

νγ'. Καλὸν τὸ θανεῖν τῷ κόσμῳ, ζῆσαι δὲ τῷ Χριστῷ· ἄλλως γὰρ οὐ δύναταί τις ἄνωθεν γεννηθῆναι, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν· ἐὰν δὲ μὴ ἄνωθεν γεννηθῇ, οὐδὲ εἰς τὴν βασιλείαν δύναται τῶν οὐρανῶν εἰσελθεῖν· αὕτη δὲ ἡ γέννησις, ἐξ ὑποταγῆς Πατέρων πνευματικῶν γίνεσθαι πέφυκεν. Εἰ μὴ γὰρ πρότερον τὸν τοῦ λόγου σπόρον διὰ τῆς διδασκαλίας τῶν Πατέρων ἐγκυμονήσωμεν καὶ υἱοποιηθῶμεν τῷ Θεῷ δι' αὐτῶν, οὐ δυνάμεθα ἄνωθεν γεννηθῆναι· οὕτω γὰρ οἱ μὲν δώδεκα ἐξ ἑνὸς τοῦ Χριστοῦ, οἱ δὲ ἑβδομήκοντα ἐκ τῶν δώδεκα ἐγεννήθησαν, καὶ υἱοποιήθησαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Κυρίου· « Ὑμεῖς ἐστε υἱοὶ τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Θεν καὶ πρὸς ἡμᾶς ὁ Παῦλός φησιν· « Εἰ γὰρ καὶ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχετε, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας· ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα, μιμηταί μου γίνεσθε. »

53. Pulchrum est mortuum esse mundo, vivere autem Christo : alias enim nemo potest denuo renasci, juxta verbum Domini : « Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest introire in regnum Dei [87]. » Hæc autem regeneratio ex obedientia patribus spiritualibus oritur. Nisi enim prius verbi semen per doctrinam Patrum conciplamus, et ab ipsis efficiamur filii Dei, non possumus renasci denuo. Sic duodecim ex uno Christo, et septuaginta ex duodecim sunt renati, et filii facti sunt Dei Patris, juxta verbum Domini : « Vos estis filii Patris mei qui in cœlis est [87]. » Unde et Paulus nobis dicit : « Si enim decem millia pædagogorum habetis, sed non multos patres : ego vos genui, imitatores mei estote [88]. »

νδ'. Τὸ μὴ ὑποταγῆναι Πατρὶ πνευματικῷ κατὰ μίμησιν τοῦ μέχρι θανάτου καὶ σταυροῦ ὑποταγέντος Υἱοῦ τῷ Πατρὶ, τὸ μὴ γεννηθῆναι ἄνωθέν ἐστιν· ὁ δὲ μὴ γεγονὼς υἱὸς ἀγαπητὸς πατρὸς ἀγαθοῦ, πῶς πατὴρ ἂρα, μὴ λόγῳ καὶ πνεύματι γεννηθείς ἄνωθεν, υἱῶν ἀγαθῶν καὶ αὐτὸς γένηται ἀγαθὸς πατήρ· καὶ ἀγαθὰ τέξεται τέκνα, τῆς ἀγαθότητος τοῦ πατρὸς αὐτῶν σύμμορφα; Εἰ δὲ μὴ οὕτως, κατὰ τὸ δένδρον πάντως, καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ.

54. Non obedire patri spirituali, ad imitandum Filium qui Patri obediens fuit usque ad mortem, mortem autem crucis [89], non est denuo renasci. Qui autem non factus est filius dilectus patris boni, quomodo igitur, non Verbo et Spiritui renatus denuo, filiorum bonorum et ipse fiet bonus pater, et bonam procreabit sobolem, paternæ bonitati conformem? Sin autem, qualis arbor, talis omnino erit fructus ejus.

νε'. Κακὸν ἡ ἀπιστία, τῆς πονηρᾶς φιλαργυρίας καὶ τοῦ φθόνου τὸ πονηρότατον κύημα· εἰ δὲ αὕτη κακὴ, πόσῳ μᾶλλον ἡ τίκτουσα; ὅσον ὅτι τὴν τοῦ χρυσοῦ φιλίαν τῆς Χριστοῦ φιλίας προτιμοτέραν ἐν τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐργάζεται, καὶ τὸν δημιουργὸν τῆς ὕλης ἑαυτῆς ἐλάττονα τίθεται, καὶ αὐτῇ λατρεύειν μᾶλλον, ἢ τῷ Θεῷ πείθει, τοὺς τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα τὴν λατρείαν προσνέμοντας, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀλήθειαν μεταλλάσσοντας ἐν τῷ ψεύδει. Εἰ δὲ τοσοῦτον ἡ νόσος κακὸν, ὡς καὶ δευτέρας αὐτὴν εἰδωλολατρείας κληρώσασθαι ὄνομα, ποίας οὐχ ὑπερβαίνει κακίας ὑπερβολὴν ἡ νοσοῦσα ταύτην ἀθλιουσίων ψυχή;

55. Nequam est perfidia, pravæ avaritiæ et zeli pessimus iste fetus. Si autem ipsa est nequam, quanto magis ejus mater! Tanto magis quod pecuniæ amorem amore Christi pretiosiorem efficit apud filios hominum, et materiæ Creatorem ea ipsa minorem habet, utque hanc adorent magis quam Deum persuadet iis qui creaturæ, neglecto Creatore, cultum exhibent, et commutant veritatem Dei in mendacium. Si autem iste morbus tantum est malum, ut alterius idolorum servitutis nomen sit sortitus, quanto superat malitiæ cumulum anima hoc morbo sponte laborans!

νς'. Εἰ μὲν τοῦ Χριστοῦ φίλος εἶναι φιλεῖς, μισήσεις ἂρα χρυσὸν, καὶ τὴν τούτου λίχνον φιλίαν, ὡς τὴν διάνοιαν στρέφουσαν πρὸς ἑαυτὴν τοῦ φιλοῦντος, καὶ ἀποσπῶσαν αὐτὴν ἀπὸ τῆς γλυκυτάτης ἀγάπης τοῦ Ἰησοῦ· ἥτις οὐκ ἐν εἴδει λόγου φαίνεσθαί μοι δοκεῖ, ἀλλ' ἐν εἴδει πράξεως τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν. Εἰ δὲ τοῦ χρυσοῦ ἐπιθυμεῖς, φεῦ! κερδήσεις μὲν κατορύττων αὐτὸν τόγε νῦν ἔχον, εἴ γε κέρδος καὶ οὐ ζημίαν ἐσχάτην ἔχεις αὐτοῦ τὴν φιλίαν, προτιμῶν

56. Si Christi amicus esse amas, odio habebis aurum, avidumque hujus amorem, utpote vertentem ad se amantis mentem, eamque a dulcissima retrahentem Jesu charitate : quæ quidem non meris mihi videtur manifestari verbis, sed praxi mandatorum ipsius. Si autem aurum cupis, heu! lucraberis quidem fodiens metallum istud nunc exsistens, siquidem lucrum et non ut imum damnum habes hujus amorem, quem Christo

[86] Psal. cxviii, 165. [87] Joan. iii, 3. [87] Matth. v, 45. [88] I Cor. iv, 15, 16. [89] Philipp. ii, 8.

Digitized by Google

præfers; illum autem Christum, scito, amittes et jactura perdes, et quem præcipuum habes, Deum, sine quo non est hominibus vita salutis.

57. Si amas aurum, Christum non amas. Si autem Christum non amas, amas autem aurum, vide cui te assimilare paret Magister, nempe isti qui discipulus videbatur sed perfidus erat, et amicus sed insidiator, qui indigne suo Magistro insultavit et misere decidit a fide et simul ab illius charitate, se præceps ruit in abyssum desperationis. Cujus exemplum tu veritus, crede mihi, fuge aurum ejusque amorem, ut possis lucrari Christum, teipsum amando. Sin minus, scis locum cadenti reservatum.

58. Ne per aurum, hominumve concursum, aut preces, obtinere dignitates unquam festines, etiamsi videas te animis opitulari posse, quando tria hæc tibi occurrent, et unum ex his continget. Indignatio enim et ira Dei super te veniet per varias calamitates et circumstantias: adversabuntur enim tibi, non solum homines, sed fere omnes creaturæ, et vita tibi erit repleta miseriis; vel cum multa ignominia ex ea eripieris, inimicis tuis prævalentibus; vel ante diem tuam morieris, a præsenti vita excisus.

59. Non potest despicere gloriam et ignominiam, et supereminere voluptati ac dolori, qui non fines rerum respicere meruit. Cum enim videris omnis gloriæ, voluptatis, deliciarum, divitiarumque et prosperitatis novissima ad nihilum devenire, morte excepta et corrupta, tunc agnoscens evidentem omnium humanarum rerum vanitatem, sensus suos vertit ad fines divinarum rerum. Et his quæ sunt et corrumpi minime queunt, adhæret, et hæc appetens, superior fit dolore ac voluptate: dolore quidem, ut contra luxuriam, ambitionem et avaritiam animæ luctans; voluptate autem, ut omnem reliciens mundi sensum. Itaque honoratus simul et inhonoratus, doloribusque ac deliciis jactatus corporis, in omnibus gratias agit Deo, nec rationem amittit.

60 Ex somniis etiam fervidus augurari potest animæ suæ motus ac dispositiones, et de suo statu curare. Qualis enim dispositio interioris hominis et cogitationum ejus, tales sunt motus corporis et mentis visiones. Si quis igitur materiæ et voluptatis amantem habet animam, sibi repræsentat rerum possessiones et honorum opulentiam, formasque mulierum et coitus libidinosos, ex quibus coinquinatur vestis ejus et caro fit fœtida. Si autem cupidam et pecuniæ amantem, aurum videt in omnibus, et aurum dure exigit, et superabundat

A αὐτὴν τοῦ Χριστοῦ. Ἐκεῖνον δὲ, ἴσθι, ζημιωθήσῃ, καὶ προσαπολέσῃς τῇ ζημίᾳ, καὶ ὃν ἔχεις τὸ κεφάλαιον, τὸν Θεὸν, οὗ χωρὶς οὐκ ἔστιν ἀνθρώποις σωτηρίας ζωή.

νζ'. Εἰ φιλεῖς χρυσὸν, Χριστὸν οὐ φιλεῖς. Εἰ δὲ Χριστὸν οὐ φιλεῖς, φιλεῖς δὲ χρυσὸν, ὅρα τίνι σε ὁ τύραννος ἐξομοιοῦσθαι παρασκευάζει· ἐκείνῳ τῷ μαθητῇ μὲν, ἀλλ' ἀπίστῳ, φίλῳ δὲ, ἀλλ' ἐπιβούλῳ φανέντι, καὶ κακῶς εἰς τὸν κοινὸν Δεσπότην ἐμπαροινήσαντι, καὶ ἀθλίως ἐκπεσόντι πίστεως ἅμα καὶ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἀγάπης, καὶ εἰς βυθὸν ἐγκυβιστήσαντι ἀπογνώσεως· οὗ σὺ δεδιὼς τὸ ὑπόδειγμα, φεῦγε χρυσὸν, ἐμοὶ πειθόμενος, καὶ τὴν τούτου φιλίαν, ἵνα δυνηθῇς κερδῆσαι Χριστὸν, ἐν τῷ φιλεῖν σεαυτόν. Εἰ δ' οὖν, ἀλλ' οἶδας τὸν τόπον τοῦ ἐκπεπτωκότος τὸν B ἴδιον.

νη'. Μὴ διὰ χρυσοῦ, ἢ συνδρομῆς ἀνθρώπων καὶ ἐξαιτήσεως ἐπιτυχεῖν προεδρίας σπεύσῃς ποτὲ, εἰ καὶ συνορᾷς ἑαυτὸν ἰσχύοντα ὠφελῆσαι ψυχὰς, ἄνευ τῆς ἄνωθεν κλήσεως, ἐπεὶ τρία ταῦτά σοι προσυπαντήσει, καὶ τούτων ἓν ἀποβήσεται. Ἡ γὰρ ἀγανάκτησις ἀπὸ Θεοῦ σοι ἐπέλθῃ, καὶ ὀργὴ διὰ ποικίλων ἐπιφορῶν καὶ περιστάσεων· ἐκπολεμωθήσονταί σοι γὰρ οὐκ ἄνθρωποι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ κτίσις σχεδὸν ἅπασα, καὶ γενήσεταί σοι πολυστένακτος ἡ ζωή· ἢ μετὰ πολλῆς ἀτιμίας ἐκεῖθεν καθαιρεθήσῃ, τῶν κατὰ σοῦ ὑπερισχυσάντων· ἢ ἀποθάνῃς ἐν οὐ καιρῷ σου ἀποτμηθεὶς τῆς παρούσης ζωῆς.

νθ'. Οὐκ ἔστι καταφρονῆσαι δόξης καὶ ἀτιμίας, καὶ ὑπεράνω γενέσθαι ὀδύνης καὶ ἡδονῆς, εἰ μή τις C πρὸς τὰ τέλη τῶν πραγμάτων βλέπειν ἀξιωθήσεται. Ὀπτηνίκα γὰρ πάσης δόξης, καὶ ἡδονῆς, τρυφῆς, καὶ πλούτου, καὶ εὐημερίας τὰ τέλη εἰς οὐδὲν ἴδῃ καταγινόμενα, τοῦ θανάτου ταῦτα διαδεχομένου καὶ διαφθείροντος, τηνικαῦτα πάντων καταγνοὺς τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων σαφῆ ματαιότητα, τρέπει τὰς αἰσθήσεις αὐτοῦ πρὸς τὰ τέλη τῶν θείων πραγμάτων. Καὶ τῶν μὲν ὄντων καὶ μηδαμῶς διαφθαρῆναι δυναμένων ἀντέχεται, τούτων δὲ ἀντιποιούμενος, ὀδύνης μὲν καὶ ἡδονῆς ὑπεράνω γίνεται· ὀδύνης, ὡς τὸ φιλήδονον, καὶ φιλόδοξον, καὶ φιλοχρήματον καταγωνισάμενος τῆς ψυχῆς· ἡδονῆς δὲ, ὡς τὴν τοῦ κόσμου ἀποσεισάμενος αἴσθησιν. Διὸ καὶ τιμώμενος καὶ ἀτιμαζόμενος ὁ αὐτός D ἐστιν, ὀδύναις τε καὶ ἀνέσεσι βαλλόμενος σώματος, ἐν πᾶσιν εὐχαριστεῖ τῷ Θεῷ, καὶ οὐ κατασπᾶται τὸν λογισμόν.

ξ'. Ἔστι καὶ ἀπὸ τῶν ἐνυπνίων τὰς τῆς ψυχῆς κινήσεις καὶ διαθέσεις καταστοχάζεσθαι τὸν σπουδαῖον, καὶ τῆς καταστάσεως ἐπιμελεῖσθαι αὐτοῦ. Κατὰ γὰρ τὴν διάθεσιν τοῦ ἐντὸς ἀνθρώπου, καὶ τῶν φροντίδων αὐτοῦ, εἰσὶ καὶ τοῦ σώματος αἱ κινήσεις, καὶ τοῦ νοὸς αἱ φαντασίαι. Εἰ μέν τις οὖν φιλόῦλον καὶ φιλήδονον τὴν ψυχὴν ἔχει, κτήσεις πραγμάτων καὶ χρημάτων εὐπορίαν φαντάζεται, μορφάς τε γυναικῶν καὶ συμπλοκὰς ἐμπαθεῖς, ἐξ ὧν ὁ ἐσπιλωμένος αὐτῷ χιτὼν, καὶ ὁ μιασμὸς τῆς σαρκὸς ἐπιγίνεται. Εἰ δὲ πλεονεκτικὴν καὶ φιλάργυρον, χρυσὸν ὁρᾷ

Digitized by Google

κατὰ πάντα, καὶ τοῦτον εἰσπράττει, καὶ πλεονάζει τοῖς τόκοις, καὶ εἰς θησαυροὺς ἀποτίθεται, καὶ ὡς ἀσυμπαθὴς κατακρίνεται. Εἰ δὲ θυμώδη καὶ βάσκανον, θηρίοις καὶ ἰοβόλοις διώκεται ἑρπετοῖς, καὶ φόβοις καὶ δειλίᾳ καθυποβάλλεται· εἰ δὲ πεφυσιωμένην τῇ κενῇ δόξῃ, εὐφημίας καὶ προσυπαντήσεις λαοῦ, θρόνους ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας φαντάζεται, καὶ περὶ τὰ μήπω ὄντα αὐτῷ, ὡς ὄντα, ἢ πάντως ἐσόμενα, καὶ ἐγρηγορῶν διατίθεται. Εἰ δὲ ὑπερήφανον καὶ ἀλαζονείας μεστὴν, ἐπ' ὀχημάτων φέρεσθαι λαμπροτάτων ὁρᾷ ἑαυτὸν, καὶ πτεροῖς ἐσθ' ὅτε εἰς ἀέρα πετόμενον, καὶ πάντας τὴν ὑπεροχὴν τρέμοντας τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ. Οὕτω δὴ καὶ φιλόθεος ἄνθρωπος, σπουδαῖος ὢν εἰς ἐργασίαν τῆς ἀρετῆς, καὶ δίκαιος εἰς εὐσεβείας ἀγῶνας, καὶ καθαρὰν τῆς ὕλης ἐπιφερόμενος τὴν ψυχὴν, μελλόντων πραγμάτων ἐκβάσεις καθ' ὕπνους ὁρᾷ καὶ φρικτῶν θεαμάτων ἀποκαλύψεις, ἀεί τε εὐχόμενον ἑαυτὸν ἐν κατανύξει καὶ εἰρηνικῇ καταστάσει, ψυχῆς τε καὶ σώματος ἀφυπνιζόμενος καταλαμβάνει, ὡς εἶναι μὲν ἐπὶ τῶν παρειῶν αὐτοῦ τὰ δάκρυα, ἐπὶ δὲ τῶν χειλέων τὴν πρὸς Θεὸν ὁμιλίαν.

A usuris, et in thesauros nova semper deponit; et velut immisericors judicatur. Si vero iracundam et invidam, feris et venenosis urgetur reptilibus, ac terroribus et formidine dejicitur; si tumidam inani gloria, bonam famam, occurrentes populi turbas, thronos imperii et principatus sibi effingit, et ea quæ nondum sunt, tanquam præsentia, vel saltem tanquam futura etiam vigilans sibi exhibet. Si denique superbam et arrogantia plenam, curribus vehi fulgidissimis sibi videtur, et alis aliquando in aerem volare, et omnes videt supereminentem suam trementes potentiam. Sic homo Dei amans, colendæ virtutis studiosus, dignus pietatis athleta, mundamque a materia servans animam, videt in somnis rerum futurarum exitus et revelationes terribilium spectaculorum, et expergefactus sese deprehendit semper orantem in compunctione et tranquillo corporis animæque statu, ita ut suffusæ sint genis ejus lacrymæ, et labiis ejus sermones de Deo.

ξα'. Τῶν καθ' ὕπνους φανταζομένων τὰ μὲν αὐτῶν ἐστιν ἐνύπνια, τὰ δὲ ὁράσεις, τὰ δὲ ἀποκαλύψεις. Καὶ τὰ μὲν ἐνύπνιά εἰσιν, ὅσα μὴ μένει περὶ τὸ φανταστικὸν τοῦ νοὸς ἀναλλοίωτα, ἀλλὰ συγχεχυμένην, καὶ ἀλλεπάλληλον, καὶ πυκνῶς ἀλλοιουμένην ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλο φέρει τὴν φαντασίαν· ἐξ ὧν οὐδεμία τῶν φανταζομένων ἐπιγίνεται ὠφέλεια, καὶ αὐτὴ ἡ φαντασία μετὰ τὴν ἀφύπνησιν ὄλλυται. Ἧς καὶ καταφρονεῖν οἱ σπουδαῖοι ὀφείλουσιν. Αἱ δὲ ὁράσεις εἰσὶν, ὅσαι ἀναλλοίωτοί εἰσι· καὶ οὐκ ἐκ τούτου εἰς ἕτερον μετασχηματίζονται, ἀλλὰ μένουσιν ἐντετυπωμέναι τῷ νοῒ ἐπὶ πολλὰς περιόδους ἐτῶν καὶ ἀλάθητοι· καὶ ὅσοι μελλόντων πραγμάτων ἐκβάσεις δεικνύουσι, καὶ ψυχῆς ὠφέλειαν ἐκ κατανύξεως προξενοῦσι καὶ φοβερῶν θεαμάτων· σύννουν τε καὶ σύντρομον τὸν ὁρῶντα ἐκ τῆς τῶν ὁρωμένων ἀναλλοιώτου φρικτῆς θεωρίας ἀποτελοῦσιν, ὧν καὶ περὶ πολλοῦ τίθεσθαι χρεὼν τοὺς σπουδαίους τὰς ὀπτασίας. Αἱ δὲ ἀποκαλύψεις εἰσὶν, αἱ παρὰ πᾶσαν τὴν αἴσθησιν γινόμεναι θεωρίαι τῆς καθαρωτάτης καὶ πεφωτισμένης ψυχῆς, αἵτινες ξένων τινῶν θείων πραγμάτων καὶ νοημάτων φέρουσι δύναμιν, κεκρυμμένων τε μυστηρίων Θεοῦ μυσταγωγίαν καὶ ἐκβάσεις μεγίστων εἰς ἡμᾶς ὑποθέσεων, καὶ κοινὴν ἐναλλαγὴν ἐπὶ τῶν κοσμικῶν καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων.

B

C

D

61. Ex his quæ apparent in somno, alia sunt somnia, alia visiones, et alia revelationes. Somnia sunt quæcunque in parte mentis imaginativa non remanent immutabilia, sed confusas alternasque et frequenter ex hoc in illud mutatas exhibent imagines: ex quibus nulla percipitur utilitas, et ipsa imaginatio simul cum somno recedit. Hanc proinde contemnere fervidi debent. Visiones autem sunt, quæ immutabilia sunt, neque ex hoc in illud convertuntur, sed remanent impressa menti et oblivione indelebilia per multos annorum periodos; et quæ rerum futurarum exitus ostendunt, et animæ utilitatem per compunctionem terribiliaque spectacula procurant, et videntem meditativum ac timidum ex hac immutabili horrendorum contemplatione reddunt. Quæ quidem visiones magni habendæ sunt a ferventibus. Revelationes denique sunt superiores sensibus contemplationes purissimæ et illuminatæ animæ, quæ extraordinaria divinaque cogitandi et faciendi virtutem afferunt, abconditis Dei mysteriis initiant, sublimes nobis suggerunt sententias, nostrosque sensus de mundanis humanisque rebus omnino mutant.

ξβ'. Τῶν εἰρημένων τὰ μὲν εἰσὶν ὑλικῶν καὶ φιλοσάρκων ἀνδρῶν, ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία καὶ ἡ ὕβρις τοῦ κόρου· ὧν τὸ ζοφερὸν τοῦ νοὸς, ἐκ βίου ἠμελημένου καὶ τετριμμένου τοῖς πάθεσι, καὶ οὓς φαντάζουσί τε καὶ παίζουσι δαίμονες· τὰ δὲ σπουδαίων καὶ καθαιρομένων τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια, καὶ διὰ τῶν ὁρωμένων εὐεργετουμένων εἰς θείων πραγμάτων κατάληψιν, καὶ εἰς ἐπίδοσιν ἀναβάσεως· τὰ δὲ τελείων, καὶ ὑπὸ θείου ἐνεργουμένων πνεύματος, καὶ ἡνωμένων Θεῷ ἐκ θεολόγου ψυχῆς.

62. Ex his de quibus modo diximus, alia competunt hominibus materiæ carnique deditis, quorum deus venter est et opprobrium saturitatis, quorum menti caliginem vita negligens cupiditatibusque trita offundit, quos imaginibus et illusionibus fallunt dæmones; alia vero iis qui studiosi sunt et sensibus animæ puri, et per visibilia proficiunt ad rerum divinarum intelligentiam et ascensionis augmentum; alia denique perfectis, qui divino aguntur Spiritu, animaque theologa Deo sunt uniti.

ξγ'. Οὐ πάντων αἱ καθ' ὕπνους ὄψεις εἰσὶν ἀληθεῖς, οὐδὲ πάντων τῷ ἡγεμονικῷ τοῦ νοὸς ἐντυ-

63. Non omnium visiones per somnum apparentes sunt veræ, nec omnium in rationali mentis

Digitized by Google

parte imprimuntur, sed illorum solummodo qui animum suum mundaverunt, sensusque fecerunt lucidos, et ad physicam ascenderunt theoriam, quibus nulla cura est de rebus ad vitam attinentibus, nec ulla de vita præsenti sollicitudo, quos longa jejunia ad universalem deduxerunt temperantiam, quibus sudores laboresque pro Deo tolerati habitationem paraverunt in sanctuario Dei, id est, in sciencia rerum cum sapientia superiori, quorum vita angelica et abscondita in Deo est, qui e sacra pace progressi ascenderunt ad similitudinem prophetarum Ecclesiæ Dei, de quibus in Moyse dixit Deus : « Si quis fuerit inter vos propheta, per somnum apparebo ei, et in visione loquar ad illum [60]. » Et in Joel : « Et erit post hæc, effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiæ vestræ, et seniores vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones videbunt [61]. »

64. Tranquillitas est status animi imperturbatus, serenum liberæ et exsultantis animæ, cor in Deo stabilitum sine turbine ac tempestate, scientia mysteriorum Dei, sermo sapientiæ ex puro animo, abyssus cogitationum Dei, mentis extasis, familiaritas cum Deo, oculus vigil, oratio mentalis, expers laboris in magnis laboribus quies, ac demum unio et societas cum Deo.

65. Quandiu anima divisa est contra seipsam, sine ordine movens suas facultates, et nondum capax est divinorum radiorum, nec libertatem meruit a servitute carnalis sensus, nec pace fruitur, quia recenter in ea cessavit infrenlum cupiditatum pugna, multo indiget silentio laborum, ut et ipsa dicat cum Davide : « Ego autem tanquam surdus non audiebam, et tanquam mutus non aperiens os suum [62]. » Semper autem necesse est ut illa tristis ac mœsta percurrat viam mandatorum Dei, ab inimico tribulata, et exspectet visitationem Paracleti, per quem compuncta et lacrymis abluta, veram consequetur libertatem.

66. Cum is qui in pace mei virtutum conficit, vilitate carnis superior factus est per philosophiæ agones, et ad ordinem naturæ suas restituit facultates rejecta superbia, et capax est radiorum spiritus, corde lacrymis purificato, et vivificæ mortificationis Christi incorruptionem induit, atque Paracletum, in cœnaculo tranquillitatis sedens, cum ignita lingua et ipse suscepit, tunc loqui libere magnalia Dei debet, et in Ecclesia magna [63] justitiam ejus annuntiare, perinde ac si in medio ventre susceperit legem Spiritus : ut non, sicut servus ille nequam qui talentum sui domini absconderat, in ignem dejiciatur æternum. Sic enim ipse David a peccato ablutus per pœnitentiam, recuperato prophetiæ dono, tanquam non valens tantum occultare beneficium, dicebat ad Deum :

Α ποῦνται· ἀλλὰ μόνων ἐκείνων τῶν κεκαθαρμένων τὸν νοῦν, καὶ τετρανωμένων τὰ αἰσθητήρια τῆς ψυχῆς, καὶ πρὸς φυσικὴν ἀναβραμόντων θεωρίαν· ὧν οὐδεμία φροντὶς πραγμάτων βιωτικῶν, οὐδέ τις μέριμνα τῆς παρούσης ζωῆς· ὧν αἱ μακραὶ ἀσιτίαι εἰς περιωπτικὴν ἐγκράτειαν ἔστησαν· καὶ οἱ κατὰ Θεὸν ἱδρῶτες καὶ πόνοι, εἰς τὸ ἁγιαστήριον τοῦ Θεοῦ τὴν γνῶσιν τῶν ὄντων τὸ κατάλυμα εὗρον μετὰ σοφίας τῆς κρείττονος· ὧν ὁ βίος ἀγγελικὸς καὶ ἡ ζωὴ ὧν παρὰ Θεῷ κέκρυπται, καὶ ἡ προκοπὴ ἐξ ἱερᾶς ἡσυχίας εἰς βάσιν προφητῶν τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἀνέβη· περὶ ὧν καὶ ἐν Μωϋσῇ λελάληκεν ὁ Θεός· « Ἐὰν γένηται προφήτης ἐν ὑμῖν, ἐν ὕπνῳ ὀφθήσομαι αὐτῷ, καὶ ἐν ὁράματι λαλήσω πρὸς αὐτόν. » Καὶ ἐν Ἰωήλ· « Καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα, ἐκχεῶ Β ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνυπνιασθήσονται, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται. »

ξδ'. Ἡσυχία ἐστὶ νοὸς κατάστασις ἀνενόχλητος, γαλήνη ἐλευθερίας καὶ ἀγαλλιωμένης ψυχῆς, καρδίας ἐν Θεῷ βάσις ἀτάραχος καὶ ἀκύμαντος, θεωρία φωτὸς, γνῶσις Θεοῦ μυστηρίων, λόγος σοφίας ἐκ καθαρᾶς διανοίας, ἄβυσσος νοημάτων Θεοῦ, ἁρπαγὴ νοὸς, ὁμιλία Θεοῦ, ἀκοίμητος ὀφθαλμὸς, προσευχὴ νοερὰ, ἄπονος ἐν πόνοις μεγάλοις ἀνάπαυσις· καὶ τέλος ἕνωσις μετὰ Θεοῦ καὶ συνάφεια.

ξε'. Μέχρις ἡ ψυχὴ στασιάζῃ καθ' ἑαυτὴν, ἀτάκτως κινουμένων αὐτῆς τῶν δυνάμεων, καὶ οὔπω χωρητικὴ γέγονε τῶν θείων ἀκτίνων, οὐδὲ ἐλευθερίας C ἠξιώθη τῆς δουλείας τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς, οὐδὲ εἰρήνης ἀπήλαυσεν, ἅρτι λήξαντος αὐτῇ τοῦ πολέμου τῶν ἀκαθέκτων παθῶν, πολλῆς δέεται σιωπῆς τῶν χειλέων, ὡς λέγειν καὶ αὐτὴν μετὰ τοῦ Δαβίδ· « Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον, καὶ ὡσεὶ βλαλος οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ. « Ἀεὶ δὲ σκυθρωπὴν εἶναι δεῖ, καὶ στυγνὴν πορεύεσθαι τὴν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ, ἐν τῷ θλίβεσθαι ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ, καὶ ἀναμένειν τὴν ἐπιδημίαν τοῦ Παρακλήτου· δι' οὗ ταύτῃ κατανυσσομένῃ, καὶ πλυνομένῃ τοῖς δακρυσιν, ἡ ὄντως ἐλευθερία ἐπιβραβεύεται.

ξς'. Ὀπηνίκα ὁ ἐν ἡσυχίᾳ τὸ μέλι τῶν ἀρετῶν ἐργαζόμενος, ὑπεράνω τῆς ταπεινώσεως γένηται τῆς σαρκὸς ἐξ ἀγώνων φιλοσοφίας, καὶ εἰς τὸ κατὰ D φύσιν ἔλθῃ τὰ τῶν δυνάμεών αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἐκ καταβεβλημένου φρονήματος, χωρήσῃ τε τὰς ἀκτῖνας τοῦ Πνεύματος, δάκρυσι καθαρθεὶς τὴν καρδίαν καὶ τῆς ζωοποιοῦ νεκρώσεως τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀφθαρσίαν ἐνδύσηται, καὶ τὸν Παράκλητον, ἐν τῷ ὑπερῴῳ τῆς ἡσυχίας καθεζόμενος, μετὰ πυρίνης γλώττης καὶ αὐτὸς ὑποδέξηται, τηνικαῦτα λαλεῖν ἐν παῤῥησίᾳ τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ χρεωστεῖ, καὶ ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ εὐαγγελίζεσθαι, ὡς ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας δεξάμενος τὸν νόμον τοῦ Πνεύματος· ἵνα μὴ, ὡς ὁ πονηρὸς δοῦλος ἐκεῖνος, ὁ τὸ τάλαντον τοῦ οἰκείου κατακρύψας δεσπότου, εἰς πῦρ βληθήσεται τὸ αἰώνιον. Οὕτω γὰρ καὶ Δαβὶδ

[60] Num. xii, 6. [61] Joel ii, 28. [62] Psal. xxxvii, 14. [63] Psal. xxxiv, 18.

Digitized by Google

τὴν ἁμαρτίαν ἀπονιψάμενος διὰ μετανοίας, καὶ τὸ προφητικὸν πάλιν ἀπολαβὼν χάρισμα, ὥσπερ μὴ δυνάμενος τὴν εὐεργεσίαν κρύπτειν, ἔλεγε πρὸς Θεόν· « Ἰδοὺ τὰ χείλη μου οὐ μὴ κωλύσω· Κύριε, σὺ ἔγνως· τὴν δικαιοσύνην σου οὐκ ἔκρυψα ἐν τῇ καρδίᾳ μου· τὴν ἀλήθειάν σου καὶ τὸ σωτήριόν σου εἶπα· οὐκ ἔκρυψα τὸ ἔλεός σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἀπὸ συναγωγῆς πολλῆς. »

A « Ecce labia mea non prohibebo : Domine, tu scisti, justitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam et salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam, et veritatem tuam a concilio multo [46]. »

ξζ'. Νοῦς ἱλύος πάσης ἐκκαθαρθείς, οὐρανὸς κατάστερος ἐν λαμπροῖς καὶ φωτεινοτάτοις νοήμασι γίνεται τῇ ψυχῇ, τὸν Ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἔχων λάμποντα ἐν ἑαυτῷ, καὶ φαιδρὰς τὰς ἀκτῖνας τῆς θεολογίας εἰς τὸν κόσμον ἐκπέμποντα· ὁ λόγος δὲ τούτῳ καθαρὸς γενόμενος ἐξ ἀβύσσου σοφίας, ἁπλᾶς καὶ ἀμιγεῖς ἐκεῖθεν ἀνάγει πρὸς αὐτὸν τὰς τῶν πραγμάτων ἰδέας, καὶ τὰς ἀποκαλύψεις τῶν κεκρυμμένων τετρανωμένας, εἰς τὸ εἰδέναι τί τὸ βάθος, καὶ ὕψος, καὶ πλάτος τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Ταύτας δὲ φυσικῶς ἐκεῖνος ἐγκολπωσάμενος, διατρανοῖ τὰ βάθη τοῦ Πνεύματος διὰ τοῦ λόγου πᾶσι τοῖς ἔχουσι Πνεῦμα θεῖον ἐν τοῖς ἐγκάτοις, καὶ δημοσιεύει τῶν δαιμόνων τοὺς δόλους, καὶ τὰ μυστήρια διηγεῖται τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν.

B 67. Animus ab omni macula mundatus, cœlum stellatum in fulgidis et lucidissimis cogitationibus fit animæ, Solem justitiæ in seipso habens coruscantem splendidosque radios theologiæ in mundum emittentem. Ratio autem ipsi purificata per abyssum sapientiæ, simplices et puras ad illum adducit rerum ideas et revelationes abscouditorum patentes, ad sciendum quæ sit latitudo, et sublimitas et profundum scientiæ Dei. Atque illas naturaliter complexus animus, revelat profunda Spiritus per verbum omnibus qui divinum habent Spiritum in visceribus, ac divulgat dæmoniorum dolos, et mysteria narrat regni cœlorum.

ξη'. Τὰς μὲν σωματικὰς ὀρέξεις καὶ τὰ σκιρτήματα τῆς σαρκὸς ἵστησιν ἐγράτεια, καὶ νηστεία, καὶ ἀγῶνες πνευματικοί· τὰς δὲ φλεγμονὰς τῆς ψυχῆς καὶ τὰ οἰδήματα τῆς καρδίας καταψύχει τῶν θείων Γραφῶν ἡ ἀνάγνωσις, καὶ ταπεινοῖ ἡ ἄννηστος προσευχὴ, καὶ ὡσεὶ ἔλεον καθιλαρύνει αὐτὰς ἡ κατάνυξις.

68. Corporeos motus et impetus carnis reprimunt temperantia, jejunium et luctæ spirituales. Ardores autem animæ cordisque tumores refrigerat divinarum Scripturarum lectio et humiliat continua oratio, et sicut eleemosyna exhilarat illos compunctio.

C ξθ'. Οὐδὲν οὕτως ἕτερον, ὡς εὐχὴ καθαρά τε καὶ ἄϋλος, συνόμιλον τῷ Θεῷ τὸν ἄνθρωπον ἀπεργάζεται, καὶ ἑνοῦν οἷδεν αὐτῷ τὸν λόγῳ ἀπερισπάστως μετὰ πνεύματος προσευχόμενον· ἡνίκα καὶ τοῖς δάκρυσιν ἀποσμηχομένην ἔχει τὴν ἰδίαν ψυχὴν, τῷ ἡδεῖ τε καταγλυκαινομένην τῆς κατανύξεως, καὶ τῷ φωτὶ καταφωτιζομένην τοῦ Πνεύματος.

69. Nihil aliud, sicut oratio pura et immaterialis, familiarem Deo reddit hominem, et illi conjungit eum cujus in oratione verba cum spiritu sine distractione consonant, cujus anima lacrymis est abluta, et dulcedine mitigata compunctionis, ac lumine illustrata Spiritus.

ο'. Καὶ ἡ ποσότης ἐν ταῖς τῶν εὐχῶν ψαλμῳδίαις ἀρίστη, ἡνίκα ταύτης καρτερία προηγεῖται καὶ προσοχή. Ἀλλ' ἡ ποιότης ἐστὶ τὸ ζωογονοῦν τὴν ψυχὴν, ἡ καὶ πρόξενος τοῦ καρποῦ. Ποιότης δὲ ψαλμῳδίας καὶ προσευχῆς, τὸ μετὰ τοῦ πνεύματος εὔχεσθαι, καὶ τῷ νοΐ. Εὔχεται δέ τις τῷ νοΐ, ὅταν εὐχόμενος καὶ ψάλλων, ἀναθεωρεῖ τὸν νοῦν τὸν ἐγκείμενον ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ· καὶ δέχεται ἀναβάσεις ἐκεῖθεν νοημάτων ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἐκ θεοπρεπῶν ἐννοιῶν, ὑφ' ὧν ἁρπαζομένη νοερῶς ἡ ψυχὴ εἰς ἀέρα φωτὸς, ἐλλάμπεται τρανῶς, καὶ καθαίρεται πλέον, καὶ πρὸς οὐρανοὺς ὅλη μετάρσιος γίνεται, καὶ τῶν ἀποκειμένων τοῖς ἁγίοις ἀγαθῶν κατοπτεύει τὰ κάλλη· ὧν τῇ ἐπιθυμίᾳ ἐκκαιομένη, τὸν καρπὸν εὐθὺς τῆς εὐχῆς ἐκπέμπει ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τὸ νᾶμα τῶν δακρύων πηγάζει, ἐκ τῆς φωτοποιοῦ ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος. Ὧν ἡ γεῦσις τοσοῦτον ἡδεῖα, ὡς καὶ σωματικῆς τροφῆς ἔσθ' ὅτε τὸν ἐν μεθέξει τούτων γενόμενον ἐπιλανθάνεσθαι. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ καρπὸς τῆς εὐχῆς, ὁ ἐκ τῆς ποιότητος τῆς ψαλμῳδίας ἐγγινόμενος ταῖς τῶν εὐχομένων ψυχαῖς.

D 70. Quantitas in precum psalmodiis optima est, quando ei præest perseverantia et attentio. Sed qualitas est quod animam vivificat, quod fructum profert. Qualitas autem psalmodiæ et orationis consistit in orando spiritu ac mente. Orat autem mente, qui orans et psallens considerat mentem in divina Scriptura infusam, ac digna Deo sentiens, inde ascensiones cogitationum in corde suo disponit, quibus rapta spiritualiter anima in aerem luminis, clare fulget, amplius purificatur, ad cœlos tota elevatur, et sanctos manentium videt pulchritudinem bonorum : quorum desiderio accensa, statim fructum orationis emittit ab oculis, et lacrymarum fluento scatet, ex illuminativa Spiritus virtute. Quorum gustus adeo suavis est, ut cibum aliquando corporalem obliviscatur, qui particeps illorum factus est. Hic est orationis fructus, qui ex qualitate psalmodiæ animabus orantium innascitur.

[46] Psal. xxxix, 9, 11.

Digitized by Google

71. Ubi fructus videtur Spiritus, ibi et qualitas orationis. Et ubi qualitas, ibi et optima quantitas psalmodiæ. Fructu autem non apparente, arida est et qualitas. Si autem hæc sicca sit, multo magis quantitas : quæ, etsi corporis exercitium fert, nihilominus multis infructuosa est.

72. Attende a dolo, cum horas et psalmos cantas Domino. Vel enim alia pro aliis dæmones, sensum animæ subripientes, nobis deceptis suggerunt, psalmorum versus in blasphemiam vertentes, ut ore nefanda proferamus; vel nobis initium psalmorum inchoantibus, verba nostra ad finem transferunt, quæ sunt in medio a mente diripientes; vel unum eumdemque versum semper repetunt, non sinentes nos propter oblivionem quod psalmus continet invenire; vel nobis medium psalmi recitantibus, conjunctorum versuum memoriam a mente auferunt, ita ut non recordemus quos psalmodiæ versus in ore habuerimus, nec possimus eos reperire et linguæ reddere. Sic agunt ut nos conjiciant in torporem et acediam, utque fructus evacuent orationis nostræ, moram temporis supponentes. Sed mentem tu fortiter applica, et psalmum lentius recita, ut orationis fructum a versibus per contemplationem metas, ac diteris lumine Spiritus sancti animabus orantium illucente.

73. Quando aliquid ex dictis accidit tibi intelligenter psallenti, ne acedia torpescas, neque corporis requiem utilitati animæ tuæ præferas, de temporis mora cogitans. Sed unde captiva tua mens abducta est, ibi sta, et si ad finem psalmi jam perveneris, tu ad initium strenue redi, idque repetens, iterum viam psalmi percurre, etiamsi sæpe in una hora distractio recurset. Hoc enim si facias, non ferentes permanentiam perseverantiæ tuæ dæmones et vim fortitudinis tuæ, pudore suffusi a te recedent.

74. Pro certo habe continuam orationem illam esse, quæ non recedit ab anima per integram diem et noctem, quæ non in extensione manuum, vel in habitu corporis, vel in vocis sono, oculis videtur corporeis, sed in mentali exercitio operationum intellectualium et recordationis Dei per assiduam compunctionem intelligitur ab iis qui intelligere sciunt.

75. Potest aliquis semper intendere orationi, cum ejus cogitationes ad mentis imperium conveniunt in multa pace et circumspectione, profundaque Dei scrutantur, et quærunt inde gustare dulcissimos contemplationis latices. Si autem absit hujusmodi pax, non potest. Cui enim facultates animæ fœdere conjunguntur, hic ad continuam orationem feliciter pervenit.

οα'. Οὐ ὁ καρπὸς ἀναθεωρεῖται τοῦ Πνεύματος, ἐκεῖ καὶ ἡ ποιότης τῆς προσευχῆς. Καὶ οὗ ἡ ποιότης, ἐκεῖ ἀρίστη καὶ ἡ ποσότης τῆς ψαλμῳδίας. Καρποῦ δὲ μὴ φαινομένου, ἄνικμος καὶ ἡ ποιότης. Εἰ δὲ αὕτη ξηρά, περιττὸν ἡ ποσότης· ἥτις, εἰ καὶ σώματος γυμνασίαν φέρει, ἀλλὰ πάντως γε τοῖς πολλοῖς ἀκερδής ἐστι.

οβ'. Βλέπε τὸν δόλον εὐχόμενος καὶ ᾄδων τοῖς ψαλμοῖς τῷ Κυρίῳ. Ἢ γὰρ ἄλλα ἀντ' ἄλλων οἱ δαίμονες τὴν αἴσθησιν τῆς ψυχῆς ὑποκλέπτοντες, λέγειν ἡμᾶς ἀπατῶσι, τοὺς στίχους εἰς βλασφημίαν τρέποντες τῶν ψαλμῶν, ὡς εἰπεῖν ἡμᾶς· διὰ στόματος ἃ μὴ θέμις· ἢ τὴν ἀρχὴν τῶν ψαλμῶν ἀρξαμένους, ἐπὶ τὸ τέλος ποιοῦσιν ἡμῶν τὸν λόγον, τὰ ἐν μέσῳ διασκεδάζοντες ἀπὸ τοῦ νοός· ἢ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὸν ἕνα στίχον ἀεὶ ἐπανακυκλοῦσι, μὴ συγχωροῦντες διὰ τῆς λήθης τὸ ἐχόμενον εὑρεῖν τοῦ ψαλμοῦ· ἢ ἐν μέσῳ γινομένων ἡμῶν τοῦ ψαλμοῦ, αἴφνης αἴρουσι τοῦ νοὸς τὴν μνήμην ἅπασαν τῶν ἐπισυναφθέντων στίχων· ὡς μηδὲ μνημονεύειν ἡμᾶς τίνα ἐπὶ στόματος εἴχομεν τῆς ψαλμῳδίας, μηδὲ δυναμένους εὑρεῖν ταῦτα καὶ ἐπαναλαβεῖν ἐπὶ γλώσσης. Τοῦτο δὲ ποιοῦσιν, ὥστε βαλεῖν ἡμᾶς εἰς ὀλιγωρίαν καὶ ἀκηδίαν· καὶ ἵνα καταργήσωσιν ἡμῶν τοὺς καρποὺς τῆς προσευχῆς, τὴν τῆς ὥρας βραδυτῆτα ὑποτιθέμενοι. Ἀλλ' ἔνστηθι σὺ δυνατῶς, καὶ τὸν ψαλμὸν σχολαιότερον ἔχου· ὡς ἂν τὴν τῆς εὐχῆς ἀπὸ τῶν στίχων διὰ θεωρίας τρυγήσῃς ὠφέλειαν, καὶ τὸν φωτισμὸν τοῦ ἁγίου Πνεύματος καταπλουτήσῃς τὸν ἐγγινόμενον ἐν ταῖς τῶν εὐχομένων ψυχαῖς.

ογ'. Ὅταν τι τοιοῦτον ἐπισυμβῇ σοι ψάλλοντι συνετῶς, μὴ ὀλιγωρήσας ἀκηδιάσῃς· μηδὲ τὴν τοῦ σώματος ἀνάπαυσιν τῆς ψυχικῆς ὠφελείας σου προτιμήσῃς, τὴν βραδυτῆτα τῆς ὥρας κατανοῶν. Ἀλλὰ ἔνθα σε ἡ αἰχμαλωσία τοῦ νοὸς καταλήψεται, στῆθι, καὶ εἰ πρὸς τὸ τέλος γένησαι τοῦ ψαλμοῦ, σὺ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐκθύμως ἀνάδραμε· καὶ δραξάμενος αὐτῆς, αὖθις ἔχου τοῦ ψαλμοῦ καθ' ὁδόν, κἂν πολλάκις ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἡ αἰχμαλωσία προσυπαντήσῃ. Τοῦτο γὰρ ποιοῦντός σου, μὴ φέροντες τὴν ὑπομονὴν τῆς σῆς καρτερίας οἱ δαίμονες καὶ τὸν τόνον τῆς προθυμίας σου, αἰσχύνης πληρωθέντες, οἰχήσονται ἀπὸ σοῦ.

οδ'. Ἀένναον προσευχὴν ἐκείνην εἶναι γίνωσκε ἀσφαλῶς, τὴν μὴ λήγουσαν ἀπὸ τῆς ψυχῆς διὰ πάσης ἡμέρας τε καὶ νυκτός· ἥτις οὐκ ἐν ἐκτάσει χειρῶν, ἢ παραστάσει σώματος, καὶ γλώττης ἤχῳ, τοῖς ὁρῶσιν ὁρᾶται· ἀλλ' ἐν νοερᾷ μελέτῃ τῆς τοῦ νοὸς ἐργασίας, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης δι' ἐπιμόνου κατανύξεως τοῖς νοεῖν εἰδόσι νοεῖται.

οε'. Δύναταί τις ἀεὶ προσανέχειν εὐχῇ, ὁπόταν τοὺς ἑαυτοῦ λογισμοὺς ἐπισυνηγμένους ἔχῃ περὶ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ νοὸς, ἐν εἰρήνῃ καὶ εὐλαβείᾳ πολλῇ, τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ ἀνορύττοντας, καὶ ζητοῦντας ἐκεῖθεν γεύσασθαι τὸ γλυκύτατον νᾶμα τῆς θεωρίας. Εἰρήνης δὲ τοιαύτης ἀπούσης, οὐ δύναται. Εἴ τινι γὰρ αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις διὰ γνώσεως σπένδονται, τούτῳ καὶ ἡ διηνεκὴς προσευχὴ κατωρθώθη.

Digitized by Google

οϛ'. Ἐὰν ᾄδῃς ᾆσμα εὐχῆς τῷ Θεῷ, καὶ ἀδελφὸς A παραστῇ τῇ θύρᾳ κρούων τῆς κέλλης σου, μὴ προτιμήσῃς τὸ ἔργον τῆς εὐχῆς, τοῦ ἔργου τῆς ἀγάπης, καὶ παρίδῃς κρούοντα τὸν σὸν ἀδελφόν· τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστι φίλον Θεῷ. Ἔλαιον γὰρ ἀγάπης θέλει, καὶ οὐ θυσίαν προσευχῆς. Ἀλλὰ τὸ δῶρον ἀφεὶς τῆς προσευχῆς, ὅδος ὁμιλίαν ἀγάπης τῷ ἀδελφῷ, θεραπεύσας αὐτόν. Καὶ τότε στραφεὶς, πρόσφερέ σου τὸ δῶρον τῷ Πατρὶ τῶν πνευμάτων μετὰ δακρύων καὶ συντετριμμένης καρδίας, καὶ πνεῦμα εὐθὺς ἐγκαινισθήσεται τοῖς ἐγκάτοις σου.

76. Si cantes canticum orationis Deo, et frater astet pulsans januam cellæ tuæ, ne præferas opus orationis operi charitatis, nec despicias fratrem tuum pulsantem : hoc enim Deo gratum non est. Oleum enim vult charitatis, non vero sacrificium orationis. Sed munus relinquens orationis, da sermones charitatis tuo fratri, ipsum curans. Et tunc reversus, offer munus tuum Patri spirituum cum lacrymis et contrito corde, et spiritus rectus innovabitur in visceribus tuis.

οζ'. Οὐκ ἐν ὡρισμένῳ καιρῷ καὶ τόπῳ τὸ τῆς εὐχῆς τελεῖται μυστήριον. Εἰ γὰρ ὁρίζεις τὰ τῆς εὐχῆς ἐν ὥραις, καὶ καιροῖς, καὶ τόποις, ὁ τούτων ἐκτὸς ἄρα χρόνος σχολὴν ἐν ἄλλοις ἄγει πράγμασι ματαιότητος. Ὅρος γὰρ εὐχῆς τοῦτό ἐστι, τὸ περ B Θεὸν ἀνεκκίνητον τοῦ νοὸς· ἔργον δὲ, τὸ περὶ θεῖα πράγματα στρέφεσθαι τὴν ψυχήν· τέλος δὲ, τὸ κολληθῆναι Θεῷ τὴν διάνοιαν, καὶ ἓν πνεῦμα μετ' αὐτοῦ χρηματίσαι, κατὰ τὸν ὅρον καὶ λόγον τοῦ Ἀποστόλου.

77. Non in circumscripto tempore et loco perficitur orationis mysterium. Si enim circumscribis orationem horis, temporibusque et locis, ergo tempus extra hæc in aliis occupationibus peractum otio teritur inutili. Objectum enim orationis in eo consistit quod mens in Deo immota stet; opus autem, in eo quod ad res divinas convertatur anima ; et finis, in eo quod adhæreat Deo intelligentia, unusque cum eo fiat spiritus, juxta effatum et vocem Apostoli.

οη'. Εἰ καὶ τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς ἐνεκρώθης, καὶ τὴν ψυχὴν ἐζωοποιήθης διὰ τοῦ Πνεύματος, καὶ ὑπερφυῶν χαρισμάτων ἠξιώθης ἀπὸ Θεοῦ, ἀλλὰ σύ γε μὴ ἄνετον ἐάσῃς τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς σου· στρέφεσθαι δὲ ἀεὶ τοῦτο ἔθιζε περὶ τὴν μνήμην τῶν ποτέ σοι ἡμαρτημένων, καὶ τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ ποινῶν, καὶ ὡς κατάδικον νοερῶς ἑαυτὸν κατανόει. Οὕτω δὲ στρέφων ἐν τούτοις τὸν νοῦν, καὶ οὕτω κατανοῶν ἑαυτὸν, συντετριμμένον φυλάξεις τὸ πνεῦμα, καὶ C τὴν πηγὴν βλύζουσαν ἕξεις τῆς κατανύξεως, τὰ τῆς θείας χάριτος ῥεῖθρα, Θεόν τε βλέποντα εἰς σὲ, καὶ διδόντα σοι Πνεῦμα εἰς ἐπιστηριγμὸν τῆς καρδίας σου.

78. Etsi membris carnis mortificatus es, animaque per Spiritum vivificatus, et supernaturalibus donis honoratus a Deo, ne tamen sinas relaxari partem animæ tuæ rationalem, sed hanc intendere sole ad memoriam iniquitatum tuarum antiquarum, ac pœnarum inferni, atque ut damnatum te mentaliter reputa. Hæc animo versans, hæc de te cogitans, contritum servabis spiritum, et compunctionis fons, divinæ gratiæ fluenta in te emittet, teque Deus respiciet, et spiritum tibi dabit ad stabiliendum cor tuum.

οθ'. Νηστεία λελογισμένη, ἀγρυπνίαν μετὰ μελέτης καὶ προσευχῆς λαβοῦσα συνέμπορον, ταχέως τοῖς τῆς ἀπαθείας ὅροις ἐπιβῆναι ποιεῖ τὸν ἐργάτην αὐτῆς, ἡνίκα τοῦτον, καὶ τὴν ψυχὴν δι' ὑπερβολὴν ταπεινώσεως, καταντλουμένην ἔχοντα τοῖς δάκρυσιν ἕξει, καὶ ὑπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ πυρπολούμενον. Εἰς τοῦτο δὲ ἐλθόντα, πρὸς τὴν εἰρήνην αὐτὸν τοῦ πνεύματος ἄγει τὴν πάντα νοῦν ἐλεύθερον ὑπερέχουσαν, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης ἑνοῖ τῷ Θεῷ.

79. Jejunium rationabile, vigiliam cum meditatione et oratione comitem assumens, cito ad impassibilitatis limites suum ducit operarium, quando hujus animam reperit propter humilitatis excessum lacrymis madidam et amore Dei succensam ; et eumdem huc evectum ducit ad pacem spiritus qua mens omnis libera fit, ac per charitatem Deo unit.

π'. Οὐχ οὕτω βασιλεὺς ἐπὶ δόξῃ καὶ βασιλείᾳ μέγα φρονεῖ, καὶ εἰς κράτος ἐναμβρυνόμενος χαίρει, ὡς D μοναχὸς ἐπὶ ψυχῆς ἀπαθείᾳ, καὶ δάκρυσι κατανύξεως. Ὁ μὲν γὰρ συμμαραινόμενον ἔχει τῇ βασιλείᾳ τὸ φρόνημα· ὁ δὲ συναπερχομένην ἐκεῖθεν καὶ μένουσαν μετ' εὐφροσύνης τὴν μακαρίαν ἀπάθειαν εἰς ἀπεράντους αἰῶνας. Οἷα γὰρ τροχὸς μέσον ἀνθρώπων κυλίεται κατὰ τὴν παροῦσαν ὁ τοιοῦτος ζωήν· μικρὰ μὲν τῇ γῇ καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ προσεγγίζων διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς φύσεως, ὅλος δὲ σφαιρειδῶς πρὸς ἀέρα φερόμενος νοητὸν, ἀνακυκλουμένην ἐν ἑαυτῷ φέρει τὴν ἀρχὴν πρὸς τὸ τέλος, καὶ τὰ εἴδη τῶν χαρισμάτων ἐγκεκολαμμένα τῷ στεφάνῳ τῆς ταπεινώσεως. ὯΙ καὶ πλήθουσά ἐστι τράπεζα, ἡ θεωρία τῶν ὄντων· πόμα δὲ, ὁ κρατὴρ τῆς σοφίας· καὶ ἀνάπαυσις, ὁ Θεός.

80. Non ita magna sentit rex de gloria et majestate regia, nec ita de sua potentia obstupefactus gaudet, quam monachus de impassibilitate animæ lacrymisque compunctionis. Etenim ille quidem gloriam habet simul cum diademate marcescentem, hic vero felicem habet impassibilitatem ab his terris inceptam et cum gaudio permansuram in infinita sæcula. Ut rota inter homines volvitur hujusmodi vir in præsenti vita ; paululum quidem terram et ea quæ in ea sunt pertingens propter naturæ necessitatem, totus vero in aere spirituali circumvolutus, habet in seipso principium finem circulatim appetens, et imagines charismatum in humilitatis corona cælatas. Illi mensa est referta, theoria entium ; poculum vero calix sapientiæ; et requies, Deus.

Digitized by Google

81. Qui laboribus virtutum sese ultro dedit, et vitæ asceticæ cursum ardenter peragit, magnis muneribus a Deo dignus habetur. Hinc in medium progrediens, ad divinas revelationes et visiones venit, ac tantum lucidus et sapiens fit, quantum labor agonum ei augetur; quantum autem ad contemplationis apicem ascendit, tanto majorem in se commovet infestorum dæmonum invidiam : non possunt enim nisi ægre videre hominem in angeli naturam transformatum, cujus rei gratia acutum præsumptionis telum adversus eum parant. Et si dolum intelligens, in humilitatis arcem p refugiat sibimet diffidens, aufugit superbiæ abyssum, et in portum salutis deducitur. Si vero non, econtra correptus a Deo, spiritibus traditur vindicibus ad involuntariam castigationem, quia voluntaria se non probavit : isti autem spiritus libidinosi sunt et carnales, pravique et iracundi : qui quidem ipsum humiliant amaris impetibus, donec propriam agnoscat infirmitatem, et questu tormenta pellat, ac dicat ipse cum David : « Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas [66]. »

A πα'. Ὁ πόνοις ἀρετῶν ἑαυτὸν ἑκουσίως ἐκδοὺς, καὶ τὸν τῆς ἀσκήσεως δρόμον θερμότερον ἐξανύων, μεγάλων ἀξιοῦται ἀπὸ Θεοῦ δωρεῶν. Ἔνθεν τοι καὶ πρὸς τὸ μέσον προκόπτων, εἰς θείας ἀποκαλύψεις καὶ ὀπτασίας ἔρχεται· καὶ τοσοῦτον ὅλος φωτοειδὴς καὶ σοφὸς γίνεται, ὅσῳ καὶ τῶν ἀγκώνων αὐτῷ ὁ κάματος ἐπιτείνεται· ὅσον δὲ πρὸς ὕψος ἀνέρχεται θεωρίας, τοσοῦτον καὶ τὸν φθόνον πολὺν τῶν ὀλεθρίων δαιμόνων ἐγείρει κατ' αὐτοῦ. Οὐδὲ γὰρ φέρουσιν ὁρᾷν ἄνθρωπον εἰς ἀγγέλου φύσιν μεταβαλλόμενον· οὗ χάριν καὶ λεληθότως τὸ ὀξὺ τῆς οἰήσεως βέλος θήγουσι κατ' αὐτοῦ. Καὶ εἰ μὲν τὸν δόλον συνεὶς τῷ ὀχυρώματι προσφύγῃ τῆς ταπεινώσεως, καταγνοὺς ἑαυτοῦ, ἐκφεύγει τὸν τῆς ὑπερηφανίας ὄλεθρον, καὶ εἰς λιμένας εἰσάγεται σωτηρίας. Εἰ δ' οὖν, B ἀλλ' ἐγκαταληφθεὶς ἄνωθεν, πνεύμασιν ἐξαιτοῦσιν ἐκδίδοται εἰς ἀκούσιον παίδευσιν, ἐπεὶ μὴ τῇ ἑκουσίῳ ἑαυτὸν ἐδοκίμασε· τὰ δέ εἰσι φιλήδονα καὶ φιλόσαρκα, πονηρὰ καὶ θυμώδη· ἃ καὶ ταπεινοῦσιν αὐτὸν ταῖς ἐπιφοραῖς δριμέως, ἕως οὗ ἐπιγνῷ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, καὶ θρηνήσας, ἀποθήσῃ τὴν βάσανον· καὶ εἴπῃ μετὰ τοῦ Δαβὶδ καὶ αὐτός· « Ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου. »

82. Deus non vult nos esse semper cupiditatibus humiliatos, hisque persequentibus, leporum esse similes, ipsumque habere tantum ut petram refugii, tunc enim non dixisset : « Ego dixi : Dii estis, et filii Excelsi omnes [66] ; » sed etiam ut cervos ad altos mandatorum suorum montes currere, et vehementer sitire vivas Spiritus aquas; ut quemadmodum cervi naturaliter reptilia comedentes, calore ex longo cursu orto venenosam serpentium naturam in fetum, ut perhibent (vix credibile!) convertunt, nihil inde nocumentum patientes; ita et nos omnem cupiditatis cogitationem in intelligentiæ alvo captivam suscipientes, ardenti cursu mandatorum Dei et virtute Spiritus sancti transformemus eam in benevolentem ac salutarem virtutis praxim, sicque omnem cogitationem per praxim subjicere videamur in obedientiam Christi. Superior enim mundus non terrestribus et imperfectis hominibus, sed spiritualibus et perfectis et in virum perfectum plenitudinis Christi occurrentibus impleri debet.

πβ'. Ὁ Θεὸς οὐ βούλεται ἡμᾶς εἶναι τοῖς πάθεσιν ἀεὶ ταπεινοὺς, καὶ ὑπ' αὐτῶν διωκομένους ὡς λαγῶνὺς γενέσθαι, καὶ τιθέναι πέτραν καταφυγὴν μόνον αὐτόν· ἐπεὶ οὐκ ἂν εἶπεν· « Ἐγὼ εἶπα Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες, » ἀλλὰ καὶ ὡς ἐλάφους C ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ ὑψηλὰ τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν ἀνατρέχειν. καὶ διψητικωτάτους γίνεσθαι τῶν ζωοποιῶν ναμάτων τοῦ Πνεύματος· ἵνα καθάπερ ἐκεῖναι φύσει τοὺς ὄφεις ἐσθίουσαι τῇ ἐκ τοῦ πολλοῦ δρόμου θερμότητι τὴν ἰοβόλον φύσιν τῶν ὄφεων εἰς μόσχον παραδόξως, ὥς φασι, μεταποιοῦσι, μηδὲν ἐκεῖθεν βλαπτόμεναι· οὕτω καὶ ἡμεῖς πάντα λογισμὸν ἐμπαθείας ἐν γαστρὶ διανοίας δεχόμενοι, τῷ ἐμπύρῳ δρόμῳ τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν, καὶ τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος μεταποιῶμεν δι' αἰχμαλωσίας εἰς εὐώδη καὶ σωτηριώδη πρᾶξιν τῆς ἀρετῆς, ὡς ἂν πᾶν νόημα αἰχμαλωτίζειν φαινοίμεθα, διὰ πράξεως, εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. Ὁ γὰρ ἄνω κόσμος, οὐ διὰ χοϊκῶν καὶ ἀτελῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ διὰ πνευματικῶν καὶ τελείων, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον ἀναδεδραμηκότων τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, πληρωθῆναι δεῖται.

52. Coram illis qui ut Petrus in fide profecerunt, ut Jacobus ad spem ascenderunt, utque Joannes in charitate perfecti sunt, transfiguratur Dominus, postquam in excelsum theologiæ montem ascendit ; et resplendet eis sicut sol facie et charactere puri Verbi, cogitationibus vero absconditæ sapientiæ fit fulgidus sicut lux ; et apparet in eis Verbum, medium stans inter legem et prophetiam, alia præcipiens ac docens, alia revelans ex profundis absconditisque sapientiæ thesauris, aliquando etiam prævidens et prædicens. — Illos ut nubes lucida obumbrat Spiritus, et ecce vox mysticæ theologiæ de nube ad eos venit, ipsos docens mysterium Dei in tribus personis, et dicens : « Hic est dilectus meus » terminus verbi perfectionis, « in quo complacui [5] » mihi fieri filios perfectos in perfecto spiritu.

53. Anima omnia terrena despiciens, et amore Dei penitus vulnerata, raptum quemdam singularem ac divinum subit. Postquam enim clare perspexit naturas rationesque entium et rerum humanarum novissima intellexit, non amplius patitur se intra mundum remanere et rebus circumjacentibus circumscribi, sed proprios limites transgressa, sensuum vincula frangens et naturas omnium transiliens, tenebras theologiæ in silentio ineffabili ingreditur. Dei pulchritudinem in lumine cogitationum inenarrabilis sapientiæ considerat, in quantum ei gratia superna datum est. Divine autem in illius contemplationem immersa, timore filiali degustat immortalium arborum fructus, id est, piæ mentis cogitationes : quarum magnificentiam et sublimitatem ad se reversa nullatenus perfecte exprimere potest, sed quasi extraordinario instincta Spiritus influxu, laudabilem quem experitur affectum in ineffabili gaudio et silentio bene novit ; quomodo vero illum sentiat instinctum, vel quid sit illud quo movetur, quod videt, et quod ipsi loquitur arcana, minime potest explicare.

54 Qui spargit sibi in justitia lacrymas com-

[4] Galat. IV, 3, 7. [5] Matth. XVII, 1, 5.

A παρατηρούμενοι ἅπτεσθαι θρωμάτων, ἢ θίγειν ἁφῆς, ἢ ἐνατενίζειν ὡραιότησιν, ἢ μελῶν ἀκροᾶσθαι, ἢ μύρων ὀσφραίνεσθαι, ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐσμὲν καὶ οἰκονόμους, ὡς ἔτι νήπιοι, εἰ καὶ κληρονόμοι τυγχάνομεν, καὶ κύριοι πάντων τῶν τοῦ Πατρός. Ὅτε δὲ ἔλθῃ τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου αὐτῆς, καὶ διὰ τῆς ἀπαθείας πληρωθῇ, τότε γεννᾶται ὁ λόγος ἐν ἡμῖν ἐκ καθαρᾶς διανοίας, καὶ γίνεται ὑπὸ τὸν νόμον τοῦ Πνεύματος, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἡμᾶς τοῦ σαρκικοῦ φρονήματος ὄντας ἐξαγοράσῃ, καὶ τὴν υἱοθεσίαν ἡμῖν ἀποδῷῃ. Τούτου δὲ γεγονότος, τότε κράζει τὸ Πνεῦμα εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, Ἀββᾶ ὁ Πατήρ· δεικνύον καὶ γνωρίζον ἡμῖν τὴν υἱότητα, καὶ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν παῤῥησίαν. Καὶ ὡς υἱοῖς καὶ κληρονόμοις Θεοῦ διὰ Χριστοῦ, ἡμῖν συμπαραμένει καὶ
B διαλέγεται, μὴ τῇ δουλείᾳ τῶν αἰσθήσεων κρατουμένοις.

νβ'. Τοῖς κατὰ Πέτρον εἰς πίστιν προκόψασι, καὶ κατὰ Ἰάκωβον εἰς ἐλπίδα ἐπανελθοῦσι, καὶ κατὰ Ἰωάννην εἰς ἀγάπην τελειωθεῖσι, μεταμορφοῦται εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀνελθών, θεολογίας, ὁ Κύριος· καὶ λάμπει μὲν αὐτοῖς τῇ ἐπιφανείᾳ καὶ τῷ χαρακτῆρι τοῦ καθαροῦ λόγου, ὡς ὁ ἥλιος· τοῖς δὲ νοήμασι τῆς ἀπορῥήτου σοφίας, γίνεται λαμπρὸς ὡς τὸ φῶς· καὶ ὁρᾶται ὁ λόγος ἐν τούτοις, μέσον ἑστὼς νόμου καὶ προφητείας· τὰ μὲν νομοθετῶν καὶ διδάσκων, τὰ δὲ καὶ ἀνακαλύπτων ἐκ βαθέων καὶ κεκρυμμένων θησαυρῶν τῆς σοφίας· ἔσθ' ὅτε καὶ προορῶν, καὶ προλέγων· οὓς καὶ ὡς νεφέλη φωτεινὴ ἐπισκιάζει, τὸ
C Πνεῦμα, καὶ φωνὴ μυστικῆς θεολογίας ἐκεῖθεν πρὸς αὐτοὺς ἔρχεται, μυοῦσα τὸ μυστήριον αὐτοὺς τῆς τρισυποστάτου Θεότητος, καὶ οὕτω λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ ἀγαπητός μου ὅρος τοῦ λόγου τῆς τελειώσεως ἐν ᾧ εὐδόκησα, γίνεσθαί μοι τελείους υἱοὺς, ἐν τελείῳ πνεύματι.

νγ'. Ψυχὴ τῶν χαμαιζήλων πάντων καταφρονήσασα, καὶ ὁλικῶς τῷ ἔρωτι τρωθεῖσα Θεοῦ, ἔκστασίν τινα ξένην καὶ θείαν ὑφίσταται. Μετὰ γὰρ τὸ κατιδεῖν τρανῶς τὰς φύσεις τῶν ὄντων καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν καὶ τὰ τέλη τῶν ἀνθρωπίνων καταλαβέσθαι πραγμάτων, ἐντὸς οὐκ ἀνέχεται τοῦ παντὸς ἔκτοτε εἶναι, καὶ τῷ περιέχοντι περιγράφεσθαι· ἀλλὰ τῶν ἑαυτῆς ὅρων ἐκστᾶσα, καὶ τὰ δεσμὰ τυραννήσασα τῆς αἰσθήσεως, τὰς φύσεις πάντων περάσασα, εἰς
D γνόφον θεολογίας ἐν ἀῤῥήτῳ σιγῇ εἰσέρχεται, καὶ τὸ κάλλος κατανοεῖ τοῦ ὄντος, ἐν φωτὶ νοημάτων ἀφράστου σοφίας, ὅσον ἂν αὐτῇ κατὰ χάριν ἐκεῖθεν δοῦῃ. Θεοπρεπῶς δὲ τοῖς νοήμασιν εἰς τὴν θεωρίαν αὐτοῦ ἐμβαθύνουσα, ἐντρυφᾷ τῶν ἀθανάτων φυτῶν τοῖς καρποῖς, ἀγάπης φόβῳ, τῶν θείων ἐννοιῶν, λέγω, τοῖς νοήμασιν· ὧν οὐδέποτε συστελλομένη πρὸς ἑαυτὴν, δύναται τελείως ἐκφράσαι τὸ μεγαλοπρεπές τε καὶ ἔνδοξον· ἀλλ' οἷον ἐνεργουμένη ξένως ὑπὸ τοῦ Πνεύματος· τὸ μὲν ἐπαινετὸν πάθος, ἐν ἀῤῥήτῳ οἶδε χαρᾷ καὶ σιγῇ· τὸ δὲ πῶς ἐνεργεῖται, ἢ τί ἐστι τὸ κινοῦν καὶ ὁρώμενον, καὶ λέγον αὐτῇ μυστικῶς τὰ ἀπόῤῥητα, ἀμηχανεῖ ἐξηγήσασθαι.

νδ'. Ὁ σπείρων ἑαυτῷ εἰς δικαιοσύνην δάκρυα

Digitized by Google

κατανύξεως, τρυγᾷ εἰς καρπὸν ζωῆς, χαρὰν ἀνεκλάλητον. Ὁ δὲ ἐκζητῶν καὶ ὑπομένων τὸν Κύριον ἕως τοῦ ἐλθεῖν τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, οὗτος θερίσει πολύχουν τὸν στάχυν τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· καὶ φῶς ἑαυτὸν φωτίσει σοφίας, καὶ λυχνία φωτὸς ἀΐδίου γενήσεται, εἰς τὸ φωτίζειν πάντας ἀνθρώπους· καὶ οὐ φθονήσει ἑαυτῷ καὶ τοῖς πλησίον ὑπὸ τὸ μόδιον τοῦ φθόνου καλύπτων τὸ δοθὲν αὐτῷ φῶς τῆς σοφίας· ἀλλ' ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας τῶν πιστῶν ἐρεύξεται λόγους ἀγαθοὺς, εἰς ὠφέλειαν πολλῶν, καὶ φθέγξεται προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς, ὅσα τε ἤκουσεν ἄνωθεν, θείῳ ὑπηχούμενος Πνεύματι, καὶ ὅσα ἔγνω τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων σχολάζων, καὶ οἱ πατέρες αὐτοῦ διηγήσαντο αὐτῷ.

A punctionis, in fructum vitæ percipit gaudium ineffabile. Qui autem quærit et sustinet Dominum donec veniant fructus justitiæ suæ, hic metet multiplicem spicam scientiæ Dei, seipsum illustrabit lumine sapientiæ, et fax lucis æternæ fiet ad illuminandos omnes homines, nec invidebit sibi et proximo sub modio invidiæ abscondens datam sibi sapientiæ lucernam, sed in Ecclesia fidelium eructabit verba bona, ad multorum utilitatem, et loquetur arcana ab initio, quæ audivit desuper divino obediens Spiritui, et quæ didicit contemplationi rerum vacans, et quæ patres ejus ipsi narraverunt.

νε'. Ἔσται παντὶ σπουδαίῳ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς αὐτοῦ κατ' ἀρετὴν τελειώσεως, καὶ ἀποσταλάξει αὐτῷ τὰ ὄρη τῆς ἐργασίας τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν γλυκασμὸν εὐφροσύνης, βασιλεύοντι ἐν Σιὼν τῇ καθαρᾷ διανοίᾳ· καὶ οἱ βουνοὶ, οἱ λόγοι τῶν ἀρετῶν, ῥυήσονται γάλα· τὴν τροφὴν αὐτῷ ἀναπαυομένῳ ἐπὶ κλίνης ἀπαθείας, προσφέροντες· καὶ πᾶσαι αἱ ἐφέσεις Ἰούδα, τῆς αὐτοῦ, φημὶ, πίστεώς τε καὶ γνώσεως, ῥυήσονται ὕδατα, δόγματα δηλαδὴ, καὶ παραβολὰς, καὶ αἰνίγματα θείων πραγμάτων· καὶ πηγὴ σοφίας ἀπορρήτου ἐκ τῆς καρδίας αὐτοῦ ὡς ἐξ οἴκου Κυρίου ἐξελεύσεται, καὶ ποτιεῖ τὸν χειμάρρουν τῶν σχοίνων, αὐτοὺς δηλονότι τοὺς τῷ αὐχμῷ καὶ τῷ καύσωνι τῶν παθῶν ἀποξηρανθέντας ἀνθρώπους. Καὶ τότε γνώσεται τὴν ἀληθινὴν ἔκβασιν ἐν ἑαυτῷ τῶν λόγων Κυρίου· φησὶ γάρ· « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσι ὕδατος ζῶντος. »

B 55. Omni viro pio, cum in virtute perfectus erit, surgent montes observantiæ mandatorum Dei, qui dulcedinem lætitiæ stillabunt ei in Sion mente pura regnanti; et colles, seu virtutum verba, lac rorabunt, cibum ipsi in impassibilitatis lecto requiescenti afferentes, omniaque desideria Juda, id est, fidei et scientiæ ejus, pluent aquas, dogmata videlicet parabolasque et ænigmata rerum divinarum; atque fons absconditæ sapientiæ de corde illius tanquam de domo Domini egredietur, et potabit torrentem juncorum, ipsos scilicet homines ariditate et æstu cupiditatum exsiccatos. Et tunc sciet in se adimpleta esse hæc verba Domini dicentis : « Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ [6].

C

νς'. Ἀνατελεῖ ἐν τοῖς φοβουμένοις με, φησὶν ὁ Θεὸς, ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πράξεσιν· καὶ ἐκ φυλακῆς παθῶν ἐξελεύσονται, καὶ σκιρτήσουσιν ὡς μοσχάρια ἐκ δεσμῶν ἁμαρτίας ἀνειμένα· καὶ καταπατήσουσιν ἀνόμους ἄνδρας καὶ δαίμονας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῶν, ὡς σποδὸν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀποκαταστάσεως αὐτῶν, ᾗ ἐγὼ ποιῶ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ· ἡνίκα διὰ πασῶν ἀνυψωθῶσι τῶν ἀρετῶν δηλονότι, καὶ τελειωθῶσι διὰ σοφίας καὶ γνώσεως ἐν τῇ μετουσίᾳ τοῦ Πνεύματος.

56. Oritur in timentibus, ait Dominus, Sol justitiæ [7], et medela in operibus; ex cupiditatum carcere egredientur, et salient ut vituli ruptis peccati vinculis; hominesque prævaricatores ac dæmonas sub pedibus suis ut cinerem conculcabunt in die suæ restaurationis, sicut ego facio, dicit Dominus omnipotens, cum scilicet omnibus elevati sunt virtutibus, et perfecti per sapientiam et scientiam in participatione Spiritus sancti.

νζ'. Ἐὰν ἐπ' ὄρους πεδινοῦ τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ, γνώσεως καινῆς ἄνωθεν ἄρῃς σημεῖον, καὶ ὑψώσῃς τὴν φωνὴν ἑαυτῷ, κατὰ τὸν εἰρηκότα, τῆς δοθείσης σοι σοφίας ἀπὸ Θεοῦ, παρακαλῶν τῷ λόγῳ καὶ διδάσκων τοὺς σοὺς ἀδελφοὺς, διανοίγων τὸν νοῦν αὐτοῖς τῆς θείας Γραφῆς, εἰς κατανόησιν τῶν θαυμασίων δωρεῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ προβιβάζων αὐτοὺς εἰς τὴν ἐργασίαν τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν, μὴ φοβηθῇς ἀπὸ τῶν φθονούντων τῇ δυνάμει τῶν λόγων σου, καὶ διαστρεβλούντων πᾶσαν θείαν Γραφὴν, κενῶν ὄντων καὶ σεσαρωμένων, καὶ ἑτοίμων εἰς κατοικίαν τῷ διαβόλῳ. Συντάσσει γὰρ τὰ τῶν χειλέων σου ὁ Θεὸς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ζώντων, καὶ οὐκ ἔσται σοι βλάβη ἐκ τῶν τοιούτων, ὡς οὐδὲ Πέτρῳ ἐκ Σίμωνος. Ἐρεῖς δὲ μᾶλλον καὶ

57. Cum super montem campestris hujus mundi et Ecclesiæ Christi levaveris scientiæ novæ signum, D et elevaveris vocem, ut ait propheta [8], sapientiæ tibi a Deo datæ, exhortans verbo et docens fratres tuos, aperiens eis intelligentiam divinæ Scripturæ, ut intelligant mirabilia Dei dona, eosque inducens ad implenda ejus mandata, ne timeas istos qui invident efficaciæ verborum tuorum, et coutorquent omnem divinam Scripturam, cum vacui sint scopisque mundati et paratum diabolo habitaculum [9]. Scribit enim Deus labiorum tuorum verba in libro viventium, et nihil tibi nocebunt istiusmodi homines, sicut non nocuit Petro Simon Magus. Sed potius dices et ipse cum propheta in illa die qua videbis istos contra te parantes viæ

[6] Joan. VII, 38. [7] Malach. IV, 2. [8] Isa. XIII, 2. [9] Matth. XII, 44.

Digitized by Google

offendiculo : « Ecce Deus meus, salvator meus Dominus, et fiducialiter agam in eo, et ab ipso salvabor, et non timebo : quia fortitudo mea et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem, et non cessabo prædicare gloriam ejus in universa terra [10]. »

58. Si agnoscas impetum cupiditatum esse in te inefficacem, et compunctionis lacrymas ex humilitate fluere ab oculis tuis, scito venisse regnum Dei in te, et gravidum te esse Spiritu sancto. Si vero operantem, moventem et loquentem Spiritum sentis in visceribus tuis, teque excitantem ad prædicandam in Ecclesia magna salutem et veritatem Dei, ne cohibeas labia tua propter invidiam hominum Judæis similium ; at sedens scribe super buxum, ut ait Isaias [11], quæ Spiritus tibi dictat, quia illud erit in die novissimo et usque in æternum, ut dicit propheta. Qui enim invidiam parturiunt, sunt populus incredulus, filii mendaces, quibus non est fides, qui nolunt audire operari adhuc Evangelium et amicos prophetasque Deo parare, sed dicunt prophetis et magistris Ecclesiæ : « Ne annuntietis nobis sapientiam Dei, neque sic loquamini nobis spectacula naturæ videntibus, sed prædicate et annuntiate nobis aliam viam quam mundus amat, et auferte a nobis oraculum Israel [12]. » Ne attendas invidiæ et verbis eorum : nam tandem verba tua ad multorum utilitatem resonantia audient surdi spirituales, cæcorum oculi tenebris vitæ peccatique caligine obscurati videbunt verborum tuorum lumen, in his exsultabunt pauperes spiritu, spe fracti homines gaudio replebuntur, et spiritu palantes in verbis tuis recolligentur : qui autem contra te murmurant, discent obtemperare verbis Spiritus sancti, et linguæ balbutientes pacem loqui discent.

59. Beatus ille qui habet in Sion Ecclesia Dei semen doctrinæ verborum suorum, ut ait Isaias [13], et filios proprios sibi et Spiritui sancto in cœlesti primogenitorum Jerusalem ; erit enim homo ille, inquit, abscondens ad tempus verba sua, et abscondetur velut aqua decurrente, ac tandem in Sion fidelium Ecclesia videbitur velut terræ sitienti fluvius decurrens fluentis sapientiæ suæ gloriosus, et qui ab invidis deflectuntur, non amplius in his confident, sed aures suas præbebunt ad audienda illius hominis verba, et cor infirmorum anima patebit ad audiendum ; nec deinceps dicent invidiæ asseclæ, « Sile », siquidem ille, cum pius sit, sapientiam amplexus est, nec stultorum instar mundi sapientium stulta est locutus, nec animo

αὐτὸς μετὰ τοῦ προφήτου ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐν ᾗ κατασκευάζοντας ὀργὴ κατὰ σοῦ τοὺς τοιούτους σκάνδαλα τρίβου, « Ἰδοὺ ὁ Θεός μου, Σωτήρ μου Κύριος, καὶ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ, καὶ σωθήσομαι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ οὐ φοβηθήσομαι. Διότι ἡ δόξα μου καὶ ἡ αἴνεσίς μου Κύριος, καὶ ἐγένετό μοι Σωτήρ· καὶ οὐ παύσομαι ἀναγγέλλειν τὰ ἔνδοξα αὐτοῦ ἐν πάσῃ τῇ γῇ. »

νη'. Εἰ ἔγνως ὅτι ἡ φορὰ τῆς τῶν παθῶν ἐνεργείας ἔστιν ἐν σοὶ ἄπρακτος, καὶ ἡ κατάνυξις ἐκ ταπεινοφροσύνης πηγάζει ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν σου, γνῶθι ὅτι ἦλθεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐπὶ σέ, καὶ ἐγκύμων ἐγένου τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἰ δὲ καὶ ἐνεργοῦν, κινούμενόν τε καὶ λαλοῦν τὸ Πνεῦμα νοεῖς ἐν τοῖς ἐγκάτοις σου, καὶ διεγείρόν σε τοῦ λέγειν ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ τὸ σωτήριον, καὶ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ, μὴ δὴ κωλύσῃς τὰ χείλη σου διὰ τὸν φθόνον τῶν Ἰουδαιοφρόνων ἀνδρῶν· ἀλλὰ καθίσας, γράψον ἐπὶ πυξίου, καθὼς φησιν Ἡσαΐας, ἃ τὸ Πνεῦμά σοι λέγει· ὅτι ἔσται εἰς ἡμέρας καιρῶν ταῦτα, καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα· κατὰ τὸν οὕτω εἰπόντα. Οἱ γὰρ τὸν φθόνον ὠδίνοντες, λαὸς ἀπειθής εἰσιν, υἱοὶ ψευδεῖς, οἷς οὐκ ἔστι πίστις, οἳ οὐ βούλονται ἀκούειν, ὅτι ἔτι τὸ Εὐαγγέλιον ἐνεργεῖ, καὶ φίλους Θεοῦ καὶ προφήτας κατασκευάζει· ἀλλὰ λέγουσι τοῖς προφήταις καὶ διδασκάλοις τῆς Ἐκκλησίας· Μὴ ἀναγγέλλετε ἡμῖν τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ. Τοῖς τὰ ὁράματα τῆς φυσικῆς θεωρίας ὁρῶσι μὴ λαλεῖτε ἡμῖν, ἀλλὰ λαλεῖτε, καὶ ἀναγγέλλετε ἡμῖν ἑτέραν πλάνησιν, ἣν ὁ κόσμος φιλεῖ, καὶ ἀφέλετε ἀφ' ἡμῶν τὸ λόγιον τοῦ Ἰσραήλ. Μηδὲ προσέξῃς τῇ βασκανίᾳ, καὶ τοῖς λόγοις αὐτῶν· ἀκούσονται γὰρ τὰ ὑπηχούμενά σοι πρὸς ὠφέλειαν πολλῶν ἄνωθεν κωφοὶ ἔσχατον, καὶ οἱ ἐν τῷ σκότει τοῦ βίου, καὶ οἱ ἐν τῇ ὁμίχλῃ τῆς ἁμαρτίας ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, ὄψονταί σου τῶν λόγων τὸ φῶς, καὶ ἀγαλλιάσονται ἐν αὐτοῖς οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, καὶ οἱ ἀπηλπισμένοι τῶν ἀνθρώπων, ἐμπλησθήσονται εὐφροσύνης, καὶ γνώσονται οἱ τῷ πνεύματι πλανώμενοι, σύνεσιν ἐν τοῖς λόγοις σου· οἱ δὲ γογγύζοντες κατὰ σοῦ, μαθήσονται ὑπακούειν τῶν λόγων τοῦ Πνεύματος, καὶ γλῶσσαι αἱ ψελλίζουσαι, λαλεῖν εἰρήνην μαθήσονται.

νθ'. Μακάριος ὃς ἔχει ἐν Σιὼν τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, σπέρμα διδασκαλίας τῶν λόγων αὐτοῦ, φησὶν Ἡσαΐας, καὶ υἱοὺς οἰκείους ἑαυτῷ, καὶ τῷ Πνεύματι, ἐν τῇ ἄνω τῶν πρωτοτόκων Ἱερουσαλήμ· ἔσται γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, κρύπτων εἰς καιρὸν, φησὶ, τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ κρυβήσεται ὡς ἀφ' ὕδατος φερομένου, καὶ ἔσχατον, φανήσεται ἐν Σιὼν τῇ τῶν πιστῶν Ἐκκλησίᾳ, ὡς ποταμὸς φερόμενος ἔνδοξος, γῇ διψώσῃ τοῖς ῥείθροις τῆς σοφίας αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἔτι ἔσονται οἱ ὑπὸ τῶν φθονούντων ἀνατρεπόμενοι πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς, ἀλλὰ τὰ ὦτα αὐτῶν δώσουσιν ἀκούειν τῶν λόγων τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου, καὶ ἡ καρδία τῶν κατὰ ψυχὴν ἀσθενούντων, προσέξει τοῦ ἀκούειν· καὶ οὐκ ἔτι οὐ μὴ εἴπωσιν οἱ ὑπηρέται τοῦ φθόνου Σίγα· ἐπειδὴ εὐσεβὴς ὢν συνετὰ

[10] Isa. xii, 2, 5. [11] Isa. xxx, 8. [12] Ibid. 11. [13] Isa. xxxi, 9 sec. LXX.

Digitized by Google

ἐβουλεύσατο, καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ μωροὶ τοῦ κόσμου σοφοὶ μωρὰ ἐλάλησεν· οὐδὲ ἡ καρδία αὐτοῦ νενόηκε μάταια τοῦ συντελεῖν ἄνομα, καὶ λαλεῖν πρὸς τὸν Θεὸν πλάνησιν ὡς ἂν διασπείρῃ ψυχὰς πεινώσας, καὶ ψυχὰς τὰς διψώσας, κενὰς ποιήσῃ. Διὰ τοῦτο οἱ λόγοι αὐτοῦ μενοῦσιν εἰς ὠφέλειαν πολλῶν, κἂν μὴ δοκῇ τοῖς βασκαίνουσι.

A vanum inilt consilium prava faciendi, et falso dicendi Deum dispergere animas esurientes et animas sitientes dimittere inanes. Idcirco verba illius stabunt ad utilitatem multorum, quamvis non placeant malignantibus.

ξ'. Τῷ ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ἰσχυρᾶς οἰκοῦντι, ἄρτος εἰς κόρον δοθήσεται γνώσεως, καὶ ὁ κρατὴρ τῆς σοφίας εἰς μέθην· καὶ οὕτως ἔσται πιστὸν τὸ ὕδωρ αὐτοῦ· βασιλέα μετὰ δόξης ὄψεται, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ γῆν πόρρωθεν ὄψονται· ἡ ψυχὴ αὐτοῦ μελετήσει σοφίαν, καὶ ἀναγγελεῖ πᾶσι τὸν τόπον τὸν αἰώνιον, οὗ τῶν ὅρων ἐκτὸς οὐδέν.

60. Illi qui in excelsa petræ solidæ caverna inhabitat, dabitur panis, scientiæ ad satietatem, et calix sapientiæ ad ebrietatem : et sic potabilis erit aqua illius; regem in sua majestate videbit, et ejus oculi terram de longe prospicient, anima ejus meditabitur sapientiam, et omnibus annuntiabit locum æternitatis, extra cujus fines nihil est.

ξα'. Εἰ οὖν ἡ παιδεία Κυρίου ἀνοίγει τὰ ὦτα παντὸς τοῦ φοβουμένου αὐτὸν, καὶ προστίθησιν ὠτίον αὐτῷ τοῦ ἀκούειν, καὶ γλῶσσαν δίδωσι παιδείας τοῦ γνῶναι, ἡνίκα δεῖ εἰπεῖν λόγον, τίς ἕτερος ὁ ἀποστρέφων φρονίμους καὶ σοφοὺς τοῦ κόσμου εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ τὴν σοφίαν μωραίνων αὐτῶν, μόνον δὲ ἰστῶν τὰ ῥήματα τῶν δούλων αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ αὐτὸς ὁ ποιῶν καινὰ καὶ παράδοξα εἰς δόξαν αὐτοῦ, ὁ ποιῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ ξηρᾷ καρδίᾳ ὁδὸν ταπεινώσεως καὶ πραότητος, ἐν δὲ τῇ ἀνίκμῳ, καὶ ἀνύδρῳ διανοίᾳ, ποταμοὺς σοφίας ἀῤῥήτου, εἰς τὸ ποτίσαι τὸ γένος αὐτοῦ τὸ ἐκλεκτὸν, λαὸν ὃν περιεποιήσατο, τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ διηγεῖσθαι; Ἔμπροσθεν γὰρ τῶν ἀγαπώντων καὶ φοβουμένων αὐτὸν πορεύεται, καὶ ὄρη παθῶν ὁμαλίζει, καὶ θύρας χαλκᾶς ἀγνωσίας συντρίβει, καὶ ἀνοίγει τῆς αὐτοῦ γνώσεως τὰς θύρας, καὶ ἀνακαλύπτει αὐτοῖς θησαυροὺς αὐτῆς σκοτεινοὺς, ἀποκρύφους τε καὶ ἀοράτους, ἵνα γνῶσιν, ὅτι αὐτός ἐστι Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ καλῶν τὸ ὄνομα αὐτῶν Ἰσραήλ.

61. Si igitur disciplina Domini aperit aures omnium qui timent eum, eisque aures suppeditat ad audiendum, et linguam disciplinæ ad sciendum quando oporteat loqui verbum; quis alius retro dejicit prudentes et sapientes mundi, stultamque facit eorum sapientiam, confirmat suorum duntaxat verba famulorum, nisi ille qui facit nova et incredibilia ad suam gloriam, qui facit in deserto et arido corde viam humilitatis et mansuetudinis, in sicca autem et inaquosa mente fluvios sapientiæ ineffabiles, ad potandum genus suum electum, populum cui curam credidit suas prædicandi virtutes? Namque amantes ac timentes se præcedit, montes cupiditatum deprimit, æreas confringit portas ignorantiæ, januas aperit scientiæ suipsius, et eis revelat thesauros ejus obscuros reconditosque et invisibiles, ut sciant ipsum esse Dominum Deum, qui vocat nomen eorum Israel.

ξβ'. Τίς ὁ ταράσσων τὴν θάλασσαν τῶν παθῶν, καὶ ἱστῶν τὰ κύματα αὐτῆς; Ὁ ῥυόμενος τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν τοῦ κινδύνου τῆς ἁμαρτίας, καὶ τὴν ζάλην τῶν λογισμῶν εἰς γαλήνην ποιῶν Κύριος Σαβαὼθ· ὁ τοὺς λόγους αὐτοῦ τιθεὶς εἰς τὸ στόμα αὐτῶν, καὶ σκέπων αὐτοὺς ὑπὸ τὴν σκιὰν τῶν χειρῶν αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἔστησε τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν ἐθεμελίωσεν. Αὐτὸς τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν δίδωσι γλῶσσαν παιδείας, καὶ οὖς συνέσεως εἰς τὸ ἀκούειν ἄνωθεν τῆς φωνῆς αὐτοῦ, καὶ ἀπαγγέλλειν εἰς τὸν οἶκον Ἰακὼβ, τὴν τῶν πιστῶν Ἐκκλησίαν, τὰ προστάγματα αὐτοῦ· οἷς δὲ μὴ ὑπάρχει ὀφθαλμὸς εἰς τὸ ὁρᾷν τὰς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης, καὶ οὖς εἰς τὸ ἀκούειν τὰ ἔνδοξα τοῦ Θεοῦ, σκότος ἐστὶν ἡ ἀποκλήρωσις [ἐν ἄλλ. ἀποπλήρωσις] τῆς ἀγνωσίας, καὶ ἡ ἐλπὶς μετὰ τῶν λόγων ματαία. Τούτων οὐδεὶς λαλεῖ δίκαια, οὐδὲ ἔστι κρίσις ἐν αὐτοῖς ἀληθείας· πεποίθασι γὰρ ἐπὶ ματαίοις, καὶ λαλοῦσι κενά· κύουσι φθόνον, καὶ τίκτουσι βασκανίαν, ὅτι ἀπερίτμητά εἰσι τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ οὐ δύνανται ἀκούειν, καὶ διὰ τοῦτο ἐγενήθη αὐτοῖς τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ ὁ λόγος εἰς ὀνειδισμὸν, καὶ οὐ μὴ βουληθῶσιν αὐτοῦ ἀκοῦσαι.

62. Quis conturbat mare cupiditatum fluctusque ejus componit? Qui eruit diligentes se a periculo peccati, et qui cogitationum tempestatem in serenum convertit Dominus Sabaoth, qui verba sua ponit in ore eorum, eosque protegit sub umbra manuum suarum quibus cœlum stabilivit terramque fundavit. Ipse timentibus se dedit linguam disciplinæ et aurem intelligentiæ, ad audiendam desuper vocem suam, et annuntianda in domo Jacob, seu fidelium Ecclesia, sua mandata. Quibus vero non est oculus ad videndos radios solis justitiæ et auris ad audiendam gloriam Dei, illi tenebris ignorantiæ replentur, et spes sicut et verba eorum vana est. Horum nullus loquitur justitiam, nec in eis est judicium veritatis : in vanitatibus enim fiduciam habuerunt et locuti sunt inania; parturiunt invidiam, et parturiunt malignitatem, quia incircumcisæ sunt illorum aures nec possunt audire, et idcirco factum est illis scientiæ Dei verbum in opprobrium, et noluerunt illud audire.

ξγ'. Σοφία τίς ἐστιν ἐν τοῖς τὸν φθόνον ὠδίνουσι κατὰ τοῦ πλησίον. Πῶς γὰρ ἐροῦσιν οἱ βάσκανοι, φησὶν Ἱερεμίας, ὅτι Σοφοὶ ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ νό-

63. Quæ sapientia est in iis qui invidia laborant adversus proximum? « Quomodo enim dicunt malignantes, ait Jeremias : Sapientes nos sumus, et

[10] Jerem. VIII, 8.

Digitized by Google

lex Domini nobiscum est[15]. » Cum tabescunt zelo contra eos qui susceperunt gratiam Spiritus per sapientiam et scientiam Dei. At frustra mendacem adepti sunt scientiam scribæ et sapientes mundi, quippe qui veram non acquisierunt scientiam. Itaque « confusi sunt sapientes[16], » a vera delapsi sapientia, quam in filiis piscatorum auctam viderunt, et « perterriti » sunt stupentes vim sermonum eorum, « et capti sunt[16] » in retibus cogitationum ipsorum, quia veram sapientiam et scientiam Domini reprobaverunt.

64. Cur zelo intabuerunt maligni adversus eos qui gratia Spiritus ditati sunt? cur adversus eos qui acceperunt linguam igneam veluti calamum scribæ velociter scribentis, insurrexernnt, deserto fonte sapientiæ Dei? Si enim viam Dei percurrissent, mansissent in æternum in pace impassibilitatis, novissent ubi sit prudentia, ubi fortitudo, ubi intelligentia, ubi scientia rerum, ubi longævitas et vita, ubi lumen oculorum et sapientia cum pace; didicissent quis inveniat locum ejus, quis thesauros ejus ingrediatur, et quomodo Deus prædicatoribus verbi hæc præcipiat per prophetam : « Propheta qui habet somnium revelationis, narret somnium visionis suæ, et qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere[17]; » et iterum : « Scribe tibi omnia verba quæ locutus sum ad te in libro[18]; » et nunquam invidia contra tales homines intabuissent.

65. « Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas[19], » maligni quoque poterunt bene dicere et consiliari, meditati mala. Etenim calce conculcabunt proximum suum, cum dolose incedant, et suos derideant amicos, veritatem non loquentes, quia didicit lingua eorum loqui vana et mendacia verba. Intellige igitur, tu cui propter Dei scientiam et Verbum isti insident et fucum faciunt, perseveranter precare, dicens cum Jeremia : « Domine, recordare mei, et visita me, et tuere me ab his qui persequuntur me, noli in patientia tua rejicere me, me diu probare volens. Scito quoniam sustinui opprobrium ab his qui irritam faciunt scientiam tuam, consumma illos in zelo eorum, et erit mihi verbum scientiæ tuæ in gaudium et lætitiam cordis mei. Non enim sedi in consilio ludentium scientiam tuam, sed timui a facie manus tuæ, et sedebam solus, quoniam amaritudine me replevit eorum invidia : et exaudies, bene novi, siquidem convertis errantem a via sua[20]. » — « Stabiliam te inter amicos meos, ante faciem meam stabis, et si segregaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris, liberabo te de manu pessimorum, ait Dominus Deus Israel[21]. »

66. Totum sermonis finem audiant maligni sa-

μος Κυρίου μεθ' ἡμῶν ἐστιν; ὅταν ἐκτήκονται τῷ ζήλῳ κατὰ τῶν λαβόντων τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος διὰ σοφίας καὶ γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' εἰς μάτην ἐγενήθη γνῶσις ψευδὴς γραμματεῦσι καὶ σοφοῖς τοῦ κόσμου, τῆς ἀληθινῆς ἐξαμαρτήσασι γνώσεως. Διὰ τοῦτο ᾐσχύνθησαν σοφοὶ ἐκπεπτωκότες τῆς τοῦ Παρακλήτου σοφίας, ταύτην ἐν υἱοῖς ἁλιέων πληθυνομένην ὁρῶντες, καὶ ἐπτοήθησαν τὴν δύναμιν τῶν λόγων αὐτῶν, καὶ ἐάλωσαν ἐν τοῖς δικτύοις τῶν νοημάτων αὐτῶν, ἐπειδὴ τὴν ὄντως σοφίαν καὶ τὴν γνῶσιν Κυρίου ἀπεδοκίμασαν.

ξδ'. Τί τῷ ζήλῳ ἐκτετήκασι βάσκανοι, κατὰ τῶν πεπλουτηκότων τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος; κατὰ τῶν λαβόντων γλῶσσαν πυρὸς ὡσεὶ κάλαμον γραμματέως ὀξυγράφου, τὴν πηγὴν ἐγκαταλιπόντες τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας; Εἰ γὰρ τῇ ὁδῷ τοῦ Θεοῦ ἐπορεύθησαν, κατῴκησαν ἂν ἐν εἰρήνῃ ἀπαθείας εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον· ἔμαθον ποῦ ἐστι φρόνησις, ποῦ ἐστιν ἰσχύς, ποῦ ἐστι σύνεσις, καὶ γνῶσις τῶν ὄντων, ποῦ ἐστι μακροβίωσις καὶ ζωή, ποῦ ἐστι φῶς ὀφθαλμῶν, καὶ σοφία μετὰ εἰρήνης· ἔμαθον τίς εὑρίσκει τὸν τόπον αὐτῆς, καὶ τίς εἰς τοὺς θησαυροὺς αὐτῆς εἰσέρχεται, καὶ ὅπως ἐντέλλεται ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου τοῖς τοῦ λόγου μύσταις λέγων ὁ προφήτης· Ἐν ᾧ τὸ ἐνύπνιόν ἐστι τῆς ἀποκαλύψεως, διηγησάσθω τὸ ἐνύπνιον τῆς ὁράσεως αὐτοῦ, καὶ ἐν ᾧ ὁ λόγος μου πρὸς αὐτὸν, διηγησάσθω τὸν λόγον μου ἐπ' ἀληθείας· καὶ αὖθις· Γράψον σεαυτῷ πάντας τοὺς λόγους οὓς ἐχρημάτισα πρὸς σὲ ἐπὶ βιβλίου· καὶ οὐδέποτε ἂν τῷ φθόνῳ κατὰ τῶν τοιούτων ἐτήκοντο.

ξε'. Εἰ ἀλλάξεται Αἰθιοψ τὸ δέρμα αὐτοῦ, καὶ πάρδαλις τὰ ποικίλματα αὐτῆς, καὶ οἱ βάσκανοι δυνήσονται εὖ εἰπεῖν καὶ βουλεύσασθαι, μεμελετηκότες κακά. Πτέρνῃ γὰρ πτερνιοῦσι τοὺς πλησίον αὐτῶν, ἐπειδὴ δολίως πορεύονται, καὶ καταπαίζουσι τοὺς φίλους αὐτῶν, ἀλήθειαν μὴ λαλοῦντες, διότι μεμάθηκεν ἡ γλῶσσα αὐτῶν λαλεῖν μάταια καὶ ψευδῆ. Σύνες οὖν ὁ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν καὶ τὸν λόγον, ὑπ' αὐτῶν φθονούμενός τε καὶ ἐμπαιζόμενος, καὶ ἐκτενῶς δεήθητι, κατὰ τὸν Ἱερεμίαν, καὶ εἰπέ· « Κύριε, μνήσθητί μου, καὶ ἐπίσκεψαί με, καὶ ἀθῴωσόν με ἀπὸ τῶν καταδιωκόντων με βασκάνων ἀνδρῶν· μὴ εἰς μακροθυμίαν σου βάλῃς με, δοκιμάσαι με θέλων ἐπὶ πολύ· γνῶθι ὡς ἔλαβον ἐμπαιγμὸν ὑπὸ τῶν ἀθετούντων τὴν γνῶσίν σου, συντέλεσον αὐτοὺς ἐν τῷ ζήλῳ αὐτῶν, καὶ ἔσται ὁ λόγος μοι τῆς γνώσεώς σου εἰς εὐφροσύνην, καὶ εἰς χαρὰν καρδίας μου· οὐδὲ γὰρ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ μετὰ τῶν παιζόντων τὴν γνῶσίν σου, ἀλλ' εὐλαβούμην ἀπὸ προσώπου χειρός σου, καὶ ἐκαθήμην κατὰ μόνας, ὅτι πικρίας ἀπὸ τοῦ φθόνου αὐτῶν ἐνεπλήσθην, καὶ ἀκούσεις, εὖ οἶδα, ἐὰν ἐπιστρεψῇς πεπλανημένον ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ· Ἀποκαταστήσω σε ἐν τοῖς φίλοις μου, πρὸ προσώπου μου στήσῃ, καὶ ἐὰν ἐξαγάγῃς τίμιον ἀπὸ ἀναξίου, ὡς στόμα μου ἔσῃ. Λυτρώσομαί σε ἐκ χειρὸς βασκάνων λοιμῶν, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ.

ξς'. Τέλος λόγου τὸ πᾶν, οἱ βάσκανοι σοφοὶ ἀκου-

[15] Jerem. VIII, 9. [16] Ibid. [17] Jerem. XXIII, 28. [18] Jerem. XXX, 2. [19] Jerem. XIII 23. [20] Jerem. XV, 15-18 [21] Ibid. 19 21.

Digitized by Google

τωσαν· ἐκαθαρίσθησαν Ναζιραῖοι Θεοῦ τοῖς πόνοις ὑπὲρ χιόνα· ἔλαμψαν τῷ βίῳ ὑπὲρ γάλα, ὑπὲρ λίθον σάπφειρον τὸ εἶδος τῆς σοφίας αὐτῶν, καὶ ὑπὲρ μάργαρον καθαρὸν ὁ χαρακτὴρ τῶν λόγων αὐτῶν· οἱ δέ γε ἐσθίοντες τρυφὰς τῆς κοσμικῆς γνώσεως, ἠφανίσθησαν ἐν ταῖς ἐξόδοις τοῦ Πνεύματος, οἱ τιθηνούμενοι ἐπὶ κοκκίνῳ σοφίας Ἑλλήνων, κοπρίαν ἀγνωσίας περιεβάλοντο, καὶ ἐδόθησαν ἐπ' αὐτοῖς δεσμοί, καὶ ἐδέθησαν ἐν αὐτοῖς· συνεδέθη γὰρ ἡ γλῶσσα αὐτῶν πρὸς τὸν λάρυγγα αὐτῶν, καὶ ἀπεκωφώθησαν, ἐπεὶ τὴν ὄντως σοφίαν καὶ γνῶσιν τοῦ θείου ἀπεδοκίμασαν Πνεύματος, μὴ διὰ πόνων ταύτην λαβεῖν ἐθελήσαντες.

A pientes : Candidiores nive Nazaræi Dei effecti sunt laboribus, præ lacte vita nitent, sapphiro pulchrior sapientia eorum, et splendidiora margaritis ipsorum verba. Qui vero nutriti sunt deliciis mundanæ scientiæ, obtenebrati sunt recedente Spiritu sancto; et qui lactati sunt in purpura sapientiæ ethnicorum, stercore ignorantiæ circumfusi sunt, et data sunt illis vincula, quibus alligati sunt, adhæsit enim lingua eorum gutturi, et facti sunt muti, cum veram sapientiam et scientiam divini Spiritus rejecerint, nolentes eam laboribus consequi.

ξζ'. Ὁ Θεὸς ὁ ταπεινῶν ξύλον ὑψηλὸν, καὶ ὑψῶν ξύλον ταπεινὸν, ὁ ξηραίνων ξύλον χλωρὸν, καὶ ἀναθάλλων ξύλον ξηρὸν, αὐτός ἐστιν ὁ διδοὺς στόμα ἀνεῳγμένον, ἐν μέσῳ Συναγωγῆς πολλῆς, τοῖς δούλοις αὐτοῦ, καὶ ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ, ὅτι ἡ σοφία, καὶ ἡ σύνεσις, καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ ἐστι, καὶ αὐτὸς ἀλλοιοῖ ὥσπερ καιροὺς καὶ χρόνους, οὕτω καὶ ψυχὰς ζητούσας καὶ ποθούσας αὐτὸν καθιστᾷ κατὰ παθῶν βασιλεῖς, καὶ μεθιστᾷ ἀπὸ ζωῆς εἰς ζωὴν, διδοὺς σοφίαν τοῖς σοφοῖς τῷ πνεύματι, καὶ φρόνησιν τοῖς εἰδόσι σύνεσιν· αὐτὸς ἀποκαλύπτει βαθέα καὶ ἀπόκρυφα τοῖς ἐρευνῶσι τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, καὶ γινώσκειν δίδωσιν αὐτοῖς τὰ ἐν τῷ σκότει τῶν αἰνιγμάτων, ὅτι τὸ φῶς τῆς σοφίας καὶ γνώσεως μετ' αὐτοῦ ἐστι, καὶ ᾧ βούλεται δίδωσιν αὐτό.

B 67. Ille Deus qui humiliat lignum sublime, et exaltat lignum humile, et sicut lignum viride, et frondere facit lignum aridum, ipse est qui dat os apertum in medio synagogæ multæ famulis suis, et verbum evangelizantibus virtute multa, quia sapientia, prudentia et virtus ab ipso procedunt, et ipse ut mutat tempora et momenta, sic animas ipsum quærentes et appetentes reddit cupiditatum reginas et transfert de vita in vitam, dans sapientiam sapientibus spiritu et prudentiam scientibus intelligere : ipse revelat profunda et abscondita scrutantibus profunda Dei, eisque manifestat constituta in tenebris ænigmatum, quia lux sapientiæ et scientiæ cum eo est, et cui vult illam impertitur.

ξη'. Παντὶ τῷ καθ' ὑπομονὴν ἐργαζομένῳ τὰς ἐντολὰς κατὰ τὸν ἐκτὸς καὶ ἐντὸς ἄνθρωπον, καὶ πρὸς μόνην ἀφορῶντι τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, τιμὴ δίδοται γνώσεως οὐρανίου, εἰρήνη ψυχῆς καὶ ἀφθαρσία, ὡς οὐκ ἀκροατῇ, ἀλλὰ ποιητῇ τοῦ νόμου τῆς χάριτος· οὗ καὶ τὴν γνῶσιν ἐμμάρτυρον οὖσαν ἐξ ἔργων, οὐκ ἀτιμάζει Θεὸς, ἀλλὰ συνδοξάζει τοῖς λόγοις τῆς γνώσεως τῶν διὰ σοφίας αὐτοῦ λαμψάντων ἐν τῇ τῶν πιστῶν Ἐκκλησίᾳ, ἐπειδὴ προσωποληψία οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ. Τῷ δὲ ἐξ ἐριθείας ἀγωνιζομένῳ, καὶ ἀπειθοῦντι μὲν τοῖς λόγοις τῶν ἀγομένων ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, πειθομένῳ δὲ τῇ ἑαυτοῦ συνέσει, καὶ τοῖς ἀπατηλοῖς λόγοις τῶν τὴν μόρφωσιν περικειμένων μόνην τῆς εὐσεβείας, καὶ ἀγομένων ὑπὸ φιλοδόξου, καὶ φιληδόνου πνεύματος, θλῖψις καὶ στενοχωρία δίδοται, φθόνος, καὶ θυμὸς, καὶ ὀργὴ, νῦν μὲν εἰς ἀντιμισθίαν τῆς πλάνης αὐτοῦ, ἔσχατον δὲ, εἰς κατηγορίαν τῶν μεταξὺ ἀλλήλων κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων αὐτοῦ λογισμῶν· ἐν ἡμέρᾳ ᾗ κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ.

C 68. Cuilibet adimpleti perseveranter Dei mandata secundum interiorem et exteriorem hominem, et solam intuenti gloriam Dei, honor tribuitur cœlestis sapientiæ, pax animæ et incorruptio, quippe qui non auditor sit, sed factor legis gratiæ. Illius scientiam ex operibus probatam non inhonorabit Deus, sed conglorificabit eum sermonibus scientiæ eorum qui refulserunt in Ecclesia fidelium, quia non est apud eum personarum acceptio. His autem qui sunt ex contentione, et non acquiescunt verbis eorum qui a Spiritu aguntur, credunt vero propriæ prudentiæ et verbis mendacibus eorum qui solam pietatis personam agunt et ducuntur spiritu superbiæ et voluptatis, tribulatio datur, et angustia, invidia, tumor et iracundia, nunc quidem in mercedem erroris eorum, novissime autem ad accusandas eorum cogitationes sese invicem insimulantes ac defendentes, in die qua judicabit Deus abscondita hominum et reddet unicuique secundum opera ejus [22].

D

ξθ'. Ὥσπερ οὐκ ἔστιν Ἰουδαῖος ὁ ἐν τῷ φανερῷ, κατὰ τὸν εἰπόντα, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομὴ, ἀλλ' ὁ ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐκ ἐν γράμματι, οὕτως οὐδὲ τέλειος ἀνὴρ ἐν γνώσει καὶ σοφίᾳ, ὁ ἐν τῷ φανερῷ μόνῳ καὶ κατεγλωττισμένῳ λόγῳ πολὺς, οὐδὲ σπουδαῖος ἄκρως, ὁ ἐν τῇ σωματικῇ καὶ φανερᾷ γυμνασίᾳ τῶν πόνων, ἀλλ' ὁ ἐν τῇ κρυπτῇ καὶ νοερᾷ ἐργασίᾳ

69. Sicut « non est Judæus qui in manifesto, ut ait Paulus [23], neque quæ in manifesto in carne est circumcisio, sed qui in abscondito Judæus est, et circumcisio cordis in spiritu, non littera : » ita nec perfectus vir in scientia et sapientia, qui in manifesto duntaxat linguosoque sermone multus est, nec summe fervens qui in corporeo manifestoque laborum exercitio, sed qui in abscondita et

[22] Rom. II, 6-16. [23] ibid. 28. 29.

Digitized by Google

spirituali operatione studiosus, et qui ex puro et optimo corde loquitur per Spiritum Dei nec per litteraturam sapiens in scientia perfectusque est, cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est, quippe qui ignotus est invidiosusque hominibus, uni autem Deo dilectus et notus.

Ἀσπουδαῖος, καὶ ὁ ἐκ καθαρᾶς καὶ ἀγαθῆς καρδίας; διὰ Πνεύματος Θεοῦ λέγων, καὶ οὐ διὰ γραμμάτων, σοφὸς ἐν γνώσει καὶ τέλειος, οὗ καὶ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀγνοουμένου μὲν, ἢ φθονουμένου τοῖς ἀνθρώποις, μόνῳ δὲ Θεῷ, καὶ τοῖς τῷ αὐτοῦ Πνεύματι κινουμένοις, φιλουμένου τε καὶ γινωσκομένου.

70. Si non ex operibus legis justificatur omnis caro[36] coram Deo, quis e solis agonibus et laboribus ascesis perficiatur coram Deo? Revera praxi ad virtutum habitum promovemur impetumque cupiditatum reprimimus, non tamen ea sola perficimur in plenitudine Christi. Quid ergo nos ducit ad perfectionem? Sincera in Deum fides, quæ est sperandarum substantia rerum[37]; qua plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse justus, et qui vocatur Abraham obedivit exire et demorari in terra repromissionis. Hæc veritatis studiosos ducit in spem magnam sublimium Dei donorum indeque in scientiam rerum, et in eorum cordibus infundit inexhaustos Spiritus thesauros, ad effundendum exinde nova et vetera Dei mysteria et indigentibus largiendum. Qui ergo illam sortitus est, ascendit et perfectus est per charitatem in scientia Dei, et introit in requiem Dei[38], requiescens et ipse ab omnibus operibus suis, sicut a suis Deus.

ο'. Εἰ ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸν εἰπόντα, τίς ἐξ ἀγώνων καὶ πόνων ἀσκήσεως μόνων τελειωθήσεται ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ; διὰ γὰρ πράξεως, εἰς ἕξιν ἀρετῆς στοιχειούμεθα, καὶ ἰστῶμεν τὴν ἐνέργειαν τῶν παθῶν, οὐ μέντοι δὲ τελειούμεθα διὰ μόνης αὐτῆς ἐν τῷ πληρώματι τοῦ Χριστοῦ. Τί οὖν ἐστι τὸ ἀνάγον ἡμᾶς εἰς τελειότητα; Ἡ ἐνδιάθετος εἰς Θεὸν πίστις, ἥτις ἐστὶν ἐλπιζομένων ὑπόστασις, δι' ἧς Ἄβελ πλείονα θυσίαν παρὰ Κάϊν προσήνεγκε τῷ Θεῷ, καὶ ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, καὶ Ἀβραὰμ καλούμενος ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν, καὶ παροικῆσαι εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Αὕτη ἀνάγει τοὺς ἐν ἀληθείᾳ σπουδάζοντας, εἰς ἐλπίδας μεγάλας τῶν ὑψηλῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν, κακεῖθεν εἰς τὴν γνῶσιν τῶν ὄντων, καὶ δίδωσιν αὐτοῖς θησαυροὺς ἀκενώτους ἐν καρδίᾳ τοῦ πνεύματος, εἰς τὸ ἐκβάλλειν ἐκεῖθεν καινὰ καὶ παλαιὰ μυστήρια τοῦ Θεοῦ, καὶ διδόναι τοῖς χρῄζουσιν. Ὁ οὖν ταύτης εὐμοιρήσας, ἀνῆλθε, καὶ ἐτελειώθη δι' ἀγάπης εἰς γνῶσιν Θεοῦ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, καταπαύσας καὶ αὐτὸς ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ Θεός.

71. Si incredulos juravit olim Deus non introituros in requiem suam, unde non potuerunt propter incredulitatem introire, quomodo aliqui per solam exercitationem corporalem sine fide possent introire in impassibilitatis requiem et scientiæ perfectionem, cum multos videamus non potuisse sic intrare et requiescere ab omnibus laboribus suis? Cavere igitur quisque debet ne unquam habeat cor nequam incredulitatis, ideoque multum laborans frustretur requie et perfectione sua, ad quas consequendas operibus laborat praclices et panem doloris manducat; et si relinquitur ei sabbatismus, festinare ingredi per fidem in impassibilitatis requiem et scientiæ perfectionem, ne in idipsum incidat incredulitatis exemplum et eadem quæ veteres increduli patiatur.

οα'. Εἰ τοὺς ἀπειθήσαντας ὤμοσεν ὁ Θεὸς πάλαι μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, ὅθεν οὐδὲ ἠδυνήθησαν δι' ἀπιστίαν εἰσελθεῖν, πῶς ἄν τινες διὰ μόνης γυμνασίας σωματικῆς, ἄνευ πίστεως, δυνηθῶσιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν τῆς ἀπαθείας κατάπαυσιν, καὶ τὴν τῆς γνώσεως τελειότητα, ὁπότε πολλοὺς ὁρῶμεν μὴ δυνηθέντας οὕτως εἰσελθεῖν, καὶ ἐγκαταπαῦσαι ἀπὸ πάντων τῶν πόνων αὐτῶν; Σκοπεῖν οὖν ἕκαστον χρή, μήποτέ ἐστιν ἐν αὐτῷ καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, καὶ διὰ τοῦτο ὑστερεῖται, ἐν πόνοις πολλοῖς ὤν, τῆς καταπαύσεως καὶ τελειώσεως αὐτοῦ, οὗ εἵνεκεν, καὶ ἀεὶ τοῖς ἔργοις διαπονεῖται τῆς πρακτικῆς, καὶ τὸν ἄρτον τῆς ὀδύνης ἐσθίει, καὶ εἰ ἀπολείπεται σαββατισμὸς αὐτῷ, σπουδάσαι εἰσελθεῖν διὰ πίστεως εἰς τὴν τῆς ἀπαθείας κατάπαυσιν, καὶ εἰς τὴν τῆς γνώσεως τελειότητα, ἵνα μὴ ἐν τῷ παλαιῷ ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας, καὶ τὰ αὐτὰ τοῖς πάλαι ἀπειθήσασι πείσεται.

72. Cum simus sensibiles, rationales et intellectuales, decimam quamdam et nos ex nobismetipsis debemus offerre Deo. Et primo ut sensibiles, bene sentire res sensibiles, earum pulchritudinem perlustrare ac per certam earum notitiam ascendere ad Creatorem; ut rationales autem, recte loqui de divinis humanisque rebus; atque ut intellectuales, sane cogitare de Deo, de vita æterna, de regno cœlorum, et de absconditis in eo mysteriis Spiritus sancti, ut sentientes, dicentes et

οβ'. Αἰσθητοὶ ὄντες, λογικοί τε καὶ νοητοὶ, δεκάτην τινὰ καὶ ἡμεῖς ἐξ ἑαυτῶν ὀφείλομεν προσφέρειν Θεῷ, καὶ ὡς μὲν αἰσθητοὶ, καλῶς αἰσθάνεσθαι τῶν αἰσθητῶν πραγμάτων, καὶ διὰ τῆς καλλονῆς τῶν τοιούτων, ἀνατρέχειν καὶ ἀνάγειν τούτων τὴν ἄπταιστον γνῶσιν πρὸς τὸν Δημιουργόν· ὡς δὲ λογικοὶ, τὸ εὖ λέγειν περὶ θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· ὡς δὲ νοητοὶ, τὸ ἀπταίστως νοεῖν περὶ Θεοῦ, περὶ ζωῆς αἰωνίου, περὶ οὐρανῶν βασιλείας, καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῇ κεκρυμμένων μυστηρίων τοῦ Πνεύματος, ἵνα καὶ τὸ αἰσθά-

[36] Rom. III, 20. [37] Hebr. XI, 1. [38] Hebr. IV, 3.

Digitized by Google

νεσθαι, καὶ τὸ λέγειν, καὶ τὸ νοεῖν ὑγιῶς καὶ ἀνυπαιτίως κατὰ Θεὸν ἐξετάζηται, ὅπερ ἐστὶν ἀληθινὸν τῷ ὄντι, καὶ θεῖον μέτρον, καὶ ἱερὰ τῷ Θεῷ προσφορά. A

ογ'. Δεκάτη κυρίως ἐστὶ πρὸς Θεὸν, τὸ ψυχικὸν Πάσχα, ἤγουν ἡ διάβασις πάσης ἐμπαθοῦς ἕξεως, καὶ πάσης ἀλόγου αἰσθήσεως· ἐν ᾗ θύεται μὲν ὁ λόγος, τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων, τρώγεται δὲ ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ἄρτῳ τῆς γνώσεως, καὶ πίνεται τὸ τίμιον αὐτοῦ αἷμα ἐν τῷ κρατῆρι τῆς ἀπορρήτου σοφίας. Τοῦτο γοῦν ὁ φαγὼν καὶ πασχάσας τὸ Πάσχα, ἔθυσεν ἑαυτῷ τὸν Ἀμνὸν τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ οὐκ ἔτι οὐ μὴ ἀποθάνῃ, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

73. Decima Deo oblata proprie est spirituale pascha, id est, transitus omnis habitus vitiosi et omnis sensus irrationalis, in quo immolatur Verbum contemplatione rerum, comeditur autem et ipsum in pane scientiæ, et bibitur ejus sanguis in calice abilitæ sapientiæ. Itaque quicunque comedit et celebrat illud pascha, sibi immolat Agnum qui tollit peccatum mundi, et jam non morietur, sed, juxta vocem Domini [87], vivet in æternum.

οδ'. Ὁ ἐκ νεκρῶν ἔργων ἐγερθείς, Χριστῷ συνανέστη. Εἰ δὲ Χριστῷ συνανέστη διὰ τῆς γνώσεως, Χριστὸς δὲ οὐκ ἔτι ἀποθνήσκει, οὐδὲ αὐτοῦ θάνατος ἀγνωσίας κυριεύσει. Ὁ γὰρ ἀπέθανε πάλαι τῇ ἁμαρτίᾳ, παρακινηθεὶς τῆς κατὰ φύσιν κινήσεως, ἀπέθανεν ἐφάπαξ· ὃ δὲ νῦν ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ διὰ τῆς ἐλευθερίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν ἔργων τῆς ἁμαρτίας· ὥστε οὐκ ἔτι ζῇ αὐτὸς τῇ σαρκὶ καὶ τῷ κόσμῳ, νεκρωθεὶς τοῖς μέλεσι τοῦ σώματος αὐτοῦ, καὶ τοῖς πράγμασι τοῦ βίου, ἀλλὰ ζῇ ἐν αὐτῷ ὁ Χριστὸς, ὡς ὑπὸ χάριν γεγονότι Πνεύματος ἁγίου, καὶ οὐκ ὄντι ὑπὸ νόμον σαρκὸς, ὅπλα δικαιοσύνης τὰ μέλη αὐτοῦ δηλονότι προσαγαγόντι τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. B

74. Qui ex operibus mortuis resurrexit, surrexit cum Christo. Quod si cum Christo surrexit, Christus autem jam non moritur [88], proinde nec illi mors ignorantiæ ultra dominabitur. Quod enim mortuus est olim peccato, secundum naturam motus, mortuus est semel; quod autem nunc vivit vivit Deo per libertatem Spiritus sancti, qui suscitavit illum ex mortuis operibus peccati, ita ut vivat jam non ipse carni et mundo, utpote mortuus curis sui corporis et rebus vitæ, vivat vero Christus in eo, quippe qui sub gratia Spiritus sancti, non vero sola lege carnis constituitur, sua videlicet membra arma justitiæ Deo Patri exhibet.

οε'. Ὁ τῆς δουλείας τῶν παθῶν ἐλευθερώσας τὰ μέλη αὐτοῦ, καὶ τῇ δουλείᾳ τῆς δικαιοσύνης παραστήσας αὐτὰ, εἰς ἁγιασμὸν Πνεύματος ἁγίου προσήγγισεν, ὑπὲρ τὸν νόμον τῆς σαρκὸς γεγονώς. Καὶ οὐκ ἔτι ἁμαρτία κυριεύσει αὐτοῦ, τῇ ἐλευθερίᾳ καὶ τῷ νόμῳ σχολάζοντος τοῦ Πνεύματος· οὐ γὰρ ὥσπερ τὰ τέλη τῆς δουλείας τῶν παθῶν, οὕτω καὶ τὰ τέλη τῆς δουλείας τῆς δικαιοσύνης· ἐκεῖνα μὲν γὰρ εἰς νοητὸν ὄλεθρον πέφυκε λήγειν ψυχῆς, ταῦτα δὲ, εἰς ζωὴν αἰώνιον τελευτᾷ τὴν κεκρυμμένην ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. C

75. Qui a cupiditatum servitute sua membra exemit eaque servituti justitiæ subjecit, ad sanctuarium Spiritus sancti accessit, lege carnis superior factus. Et peccatum illi ultra non dominabitur, utpote in libertate et sub lege sancti Spiritus requiescenti. Nec enim qualia servitutis cupiditatum novissima, talia sunt novissima servitutis justitiæ; siquidem illa in spiritualem animæ jacturam desinunt, hæc vero desinunt in vitam æternam quæ abscondita est in Christo Jesu Domino nostro.

ος'. Ὁ νόμος τῆς σαρκὸς ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἄνθρωπος σαρκικῶς, κυριεύει αὐτοῦ, ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ καὶ νεκρωθῇ τῷ κόσμῳ, καταργεῖται ἀπὸ τοῦ νόμου αὐτῆς· ἄλλως δὲ νεκρωθῆναι τῷ κόσμῳ οὐκ ἔστιν, εἰ μὴ τοῖς μέλεσι νεκρωθῶμεν τοῦ σώματος. Νεκρούμεθα δὲ τούτοις, ὅταν μέτοχοι τοῦ ἁγίου Πνεύματος χρηματίσωμεν. Πνεύματος δὲ ἁγίου τότε εἶναι γνωριζόμεθα μέτοχοι, ὅταν καρποὺς ἀξίους τοῦ Πνεύματος προσφέρωμεν τῷ Θεῷ, ἀγάπην εἰς Θεὸν ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ εἰς τὸν πλησίον ἐκ διαθέσεως, χαρὰν καρδίας ἐκ καθαρᾶς συνειδήσεως, εἰρήνην ψυχῆς ἐξ ἀπαθείας, καὶ ταπεινώσεως, ἀγαθωσύνην τῶν τοῦ νοὸς λογισμῶν, μακροθυμίαν ἐν ταῖς θλίψεσι καὶ τοῖς πειρασμοῖς, χρηστότητα ἐν τῇ καταστολῇ τῶν ἠθῶν, πίστιν ἐνδιάθετον εἰς Θεὸν καὶ μὴ διστάζουσαν ἔν τινι, πραότητα ἐκ ταπεινοφροσύνης καὶ κατανύξεως, καὶ περιεκτικὴν ἐγκράτειαν τῶν αἰσθήσεων. Ὅταν οὕτω καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ, ἔξω νόμου τελοῦμεν σαρκὸς, καὶ οὐκ ἔστι καθ' ἡμῶν νόμος κολάζων ἡμᾶς διὰ τοὺς καρποὺς, οὓς ἔτι ζῶντες τῇ σαρκὶ, D

76. Lex carnis, quanto tempore vivit homo carnaliter, dominatur illi; si autem morte mortuus fuerit mundo, legem carnis evacuat, mori autem mundo non possumus, quin mortui simus curis corporis; his autem morimur, cum Spiritus sancti simus participes; et Spiritus sancti participes esse agnoscimur, cum fructus dignos Spiritus sancti proferimus, nempe charitatem in Deum ex tota anima et in proximum ex sinceritate cordis, gaudium cordis ex pura conscientia, pacem animæ ex impassibilitate et humilitate, bonitatem cogitationum mentis, patientiam in tribulationibus ac tentationibus, benignitatem in moderatione morum, fidem in Deum sinceram et nullatenus hæsitantem, mansuetudinem ex humilitate et compunctione, et omnium sensuum continentiam. Cum tales Deo fructus offerimus, efficimur alieni a lege carnis, nec est adversus nos lex castigans propter fructus quos adhuc viventes in carne protulimus mortis articulo; evacuati enim sumus a

[87] Joan. VI, 52. [88] Rom. VI, 9.

Digitized by Google

lege carnis, qui ex mortuis operibus consurreximus Christo per libertatem Spiritus sancti [29].

77. Qui primitias Spiritus per lavacrum regenerationis habuerunt, easque servaverunt integras, illi, mole corporis pressi intra se gemunt adoptionem filiorum per plenitudinem Paracleti exspectantes, dum suum corpus a servitute corruptionis solutum videant. Adjuvat enim naturalem eorum infirmitatem Spiritus, et postulat pro eis gemitibus inenarrabilibus [30], quia secundum Deum cogitant et spe sua exspectant donec in carne sua mortali videant filiorum Dei revelationem, quæ est vivificans Jesu mortificatio, ut et ipsi fiant filii Dei, quippe qui spiritu Dei aguntur [31], utque liberentur a servitute carnis, et occurrant in libertatem gloriæ filiorum Dei, quibus utpote Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum [32].

78. Cum spiritualiter intelligatur divina Scriptura et spiritualibus revelentur ejus thesauri per Spiritum sanctum, non potest animalis homo eorum revelationem capere, siquidem præter cogitationum suarum seriem nihil aliud valet videre vel audire ab alio dictum, neque enim in se habet Dei Spiritum scrutantem profunda Dei [33], et cognoscentem res divinas, sed spiritum mundi zelo et invidia contentioneque et discordia plenum, quapropter stultus est in scrutando sensum et in investigando mentem Scripturæ. Cum enim scire nequeat spiritualiter dijudicari quæcunque in Scriptura divina reperiuntur circa res divinas et humanas, deridet eos qui illas spiritualiter interpretantur, eosque non spirituales nec a Spiritu luctos, sed anagogicos vocans, quantum in se est detorquet ac pervertit, sicut Demas ille, eorum verba divinasque sententias. Non item spiritualis, sed judicat omnia divino instinctus spiritu, et ipse a nemine judicari potest, utpote sensum Christi habens, quem nemo instruere potest.

79. In igne semel revelata die novissima, et igne probata uniuscujusque actione, ait beatus Paulus [34], si cujus opus ex incorruptibili substantia est, quod sibi ad ædificationem conservavit, manet in medio igne incorruptum, et non solum non comburetur, sed etiam splendebit, a parvis tamen maculis perfecte purificatum. Si cujus autem opus ex corruptibili materia est, onus quod ille sibi alligavit, flammis comburetur et inanem illum in medio igne relinquet. Opus autem incorruptum et permanens sunt lacrymæ pœnitentiæ, eleemosyna, misericordia, oratio, humilitas, fides, spes, charitas, et quivis alius actus ad pietatem intentus : quæ qui-

A ἐκαρποφορήσαμεν τῷ θανάτῳ· κατηργήθημεν γὰρ ἀπὸ τοῦ νόμου αὐτῆς ὡς ἐκ νεκρῶν ἔργων συναναστάντες Χριστῷ, διὰ τῆς ἐλευθερίας τοῦ Πνεύματος.

οζ'. Οἱ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος διὰ τῆς παλιγγενεσίας τοῦ λουτροῦ ἐσχηκότες, καὶ τετηρηκότες αὐτὴν ἄσβεστον, αὐτοὶ τῷ βάρει τῆς σαρκὸς πιεζόμενοι, ἐν ἑαυτοῖς στενάζουσι, τὴν υἱοθεσίαν διὰ τῆς πληρώσεως τοῦ Παρακλήτου ἀπεκδεχόμενοι, ἵνα τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ ἰδίου αὐτῶν σώματος ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς ἴδωσι· συναντιλαμβάνεται γὰρ ταῖς φυσικαῖς αὐτῶν ἀσθενείαις τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ αὐτῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις, ὅτι κατὰ Θεόν ἐστι τὸ φρόνημα αὐτῶν, καὶ ἡ τούτων ἐλπὶς, τὴν ἀποκάλυψιν ἐκδέχεται ἰδεῖν ἐν τῇ θνητῇ ἑαυτῶν σαρκὶ τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ, ἥτις ἐστὶν ἡ ζωοποιὸς τοῦ Ἰησοῦ B νέκρωσις· ἵνα υἱοὶ Θεοῦ ὡς ὑπὸ Πνεύματος ἁγίου ἀγόμενοι, χρηματίσωσι καὶ αὐτοὶ, καὶ ἐλευθερωθῶσιν ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς σαρκὸς καὶ καταντήσωσιν εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ, οἷς ὡς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν, πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν.

οη'. Πνευματικῶς συγκρινομένης τῆς θείας Γραφῆς, καὶ πνευματικοῖς ἀνακαλυπτομένων τῶν ἐν αὐτῇ θησαυρῶν διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐ δύναται ψυχικὸς ἄνθρωπος τὴν τούτων ἀνακάλυψιν δέξασθαι. Πλέον τῆς ἀκολουθίας τῶν αὐτοῦ λογισμῶν, μὴ καταδεχόμενος ἕτερόν τι νοῆσαι ἢ ἀκοῦσαι παρ' ἑτέρου λεγόμενον· οὐδὲ γὰρ ἔχει τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ, τὸ ἐρευνῶν τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, καὶ γινῶσκον τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου τὸ ὑλικὸν, C τὸ ζῆλου καὶ φθόνου μεστὸν, ἔριδός τε καὶ διχοστασίας ἀνάπλεων, οὗ χάριν καὶ μωρία αὐτῷ ἐστι, τὸ τὴν διάνοιαν ἐρευνᾷν, καὶ τὸν νοῦν ἀνιχνεύειν τοῦ γράμματος. Γνῶναι γὰρ μὴ δυνάμενος ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται πάντα τὰ τῆς θείας Γραφῆς, κατὰ τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καταμωκᾶται τῶν συγκρινόντων ταῦτα πνευματικῶς, καὶ οὐ πνευματικοὺς, οὐδὲ ὑπὸ θείου Πνεύματος ἀγομένους, ἀλλ' ἀναγωγικοὺς τοὺς τοιούτους καλῶν, ὅσον τὸ κατ' αὐτὸν, διαστρέφει, καὶ ἀνατρέπει, ὡς ὁ Δημᾶς ἐκεῖνος, τοὺς λόγους αὐτῶν, καὶ τὰ θεῖα νοήματα· οὐχ οὕτως δὲ ὁ πνευματικὸς, ἀλλὰ ἀνακρίνει μὲν πάντα, θείῳ ἐνεργούμενος Πνεύματι, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακριθῆναι δύναται, ἐπειδὴ νοῦς ἐστιν αὐτῷ τοῦ D Χριστοῦ, ὃν οὐδεὶς συμβιβάσαι ἰσχύσει.

οθ'. Ἐν πυρὶ ἀποκαλυπτομένης τῆς ἐσχάτης ἡμέρας, καὶ ὑπὸ πυρὸς τηνικαῦτα δοκιμαζομένης, ἑκάστου τῆς πράξεως, φησὶ Παῦλος δηλονότι, εἴ τινος τὸ ἔργον τῆς ἀφθάρτου οὐσίας ἐστὶν, ὃ ἑαυτῷ εἰς οἰκοδομὴν ἐναπέθετο, μενεῖ μέσον τοῦ πυρὸς ἄφθαρτον, καὶ οὐ μόνον οὐ κατακαήσεται, ἀλλὰ καὶ λαμπρυνθήσεται τῆς μικρᾶς ἴσως καθαιρόμενον εἰς τὸ πιντελὲς ἰλύος· εἴ τινος δὲ τὸ ἔργον, τῆς φθειρομένης ὕλης ἐστὶ, ὃ ἑαυτῷ εἰς φόρτον ἐδέσμευσεν, ἐμπρησθὲν κατακαήσεται, καὶ κενὸν αὐτὸν μέσον τοῦ πυρὸς καταλείψει. Ἔργον δὲ ἄφθαρτον καὶ διαμένον ἐστὶ, δάκρυα μετανοίας, ἐλεημοσύνη, συμπάθεια, προσευχὴ, ταπείνωσις, πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, καὶ εἴ τι

[29] Rom. vii 21. [30] ibid. 26. [31] ibid. 14. [32] ibid. 28. [33] I Cor. ii, 10. [34] I Cor. iii, 13.

Digitized by Google

ἕτερον ἐν σκοπῷ εὐσεβείας πράττεται· ἃ καὶ ζῶντι τῷ ἀνθρώπῳ συνοικοδομεῖται εἰς ναὸν ἅγιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκλείποντι συναπέρχεται, καὶ συμμένει ἄφθαρτα εἰς αἰῶνας. Τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἐκείνου φθειρόμενον ἔργον, δῆλον τοῖς πᾶσίν ἐστι, φιληδονία, φιλοξοξία, φιλαργυρία, μῖσος, φθόνος, κλοπή, μέθη, λοιδορία, κατάκρισις, καὶ εἴ τι φαῦλον διὰ σώματος κατὰ ἐπιθυμίαν, ἢ θυμὸν ἐνεργεῖται· ταῦτα καὶ περιόντι τῷ ἀνθρώπῳ συμφθείρεται, ἐκκατομένῳ ὑπὸ τοῦ πυρὸς τῆς ἐπιθυμίας, καὶ ἀπορρηγνυμένῳ τοῦ σώματος, συναπέρχεται, οὐ συμμένει δὲ, ἀλλὰ καταφθαρέντα, τὸν ἐργάτην αὐτῶν μέσον τοῦ πυρὸς ἐπαφίησιν εἰς αἰῶνας αἰώνων ἀθάνατα κολαζόμενον.

A dem et viventi homini cœdificantur in sanctum Dei templum, cum eoque mortuo abeunt et incorrupta manent per sæcula. Econtra corruptum ab illo igne opus sunt, ut omnibus liquet, luxuria, ambitio, avaritia, odium, invidia, furtum, ebrietas, convicia, pravum judicium, et quidquid mali perpetrat corpus concupiscentia vel ira motum: ista simul cum vivente homine, quem exedit concupiscentiæ ignis, corrumpuntur, eumque a corpore avulsum comitantur, non vero manent, sed corruptæ auctorem suum in medio igne relinquunt in sæcula sæculorum æterno plectendum supplicio.

π'. Ἡ γνῶσις ἡ τοῦ Θεοῦ, τὸ ἐγνῶσθαι ὑπὸ Θεοῦ σημαίνει τὸν εἰς ταύτην διὰ ταπεινοφροσύνης καὶ προσευχῆς οἰκοδομηθέντα, καὶ τὸ γνῶσιν ἀψευδῆ κλουτῆσαι παρὰ Θεοῦ τῶν ὑπερφυῶν αὐτοῦ μυστηρίων· εἰ δὲ φυσίωσις ὁρᾶται περὶ αὐτὸν, οὐκ ᾠκοδομήθη διὰ τούτων ἐν αὐτῇ, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ κόσμου τούτου τοῦ ὑλικοῦ ἄγεται. Διὰ τοῦτο καὶ εἰδέναι τι δοκεῖ ὁ τοιοῦτος, μηδὲν ἐγνωκὼς τῶν θείων πραγμάτων καθὼς γνῶναι δεῖ. Ὁ δέ γε τὸν Θεὸν ἀγαπῶν, καὶ μηδὲν ἡγούμενος προτιμότερον τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, καὶ τοῦ πλησίον, ἐκεῖνος ἔγνω καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ μυστήρια τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καθὼς χρὴ γνῶναι, τὸν ὑπὸ θείου κινούμενον Πνεύματος, καὶ ἔγνωσται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐργάτης ἀληθὴς τοῦ Παραδείσου τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, ὃς ἐργάσεται δι' ἀγάπης τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ· ἐπιστρέφων δηλονότι ψυχὰς καὶ ἀξίους ἐξάγων ἐξ ἀναξίων, τῷ λόγῳ τῷ δοθέντι αὐτῷ διὰ Πνεύματος ἁγίου, καὶ φυλάσσει τὸ ἔργον αὐτοῦ διὰ ταπεινοφροσύνης καὶ κατανύξεως ἄσυλον.

80. Scientia Dei eum qui in ea ædificatus est per humilitatem et orationem, indicat notum esse Deo et a Deo ditatum esse notitia supernaturalium ipsius mysteriorum; si vero superbia in eo videatur, non per illas virtutes in ipsa ædificatus est, sed a spiritu mundi hujus materialis agitur. Quocirca hujusmodi vir aliquid scire videtur, et nihil divinarum rerum scit sicut scire oportet. Qui econtra Deum amat, et nihil pretiosius existimat amore Dei et proximi, ille scit profunda Dei et mysteria regni ejus, sicut scire oportet quem divinus movet Spiritus, et cognoscitur a Deo, tanquam verus paradisi Ecclesiæ ejus operarius, qui per charitatem faciet voluntatem Dei, convertens videlicet animas dignasque ex indignis efficiens per verbum sibi datum a Spiritu sancto, et conservabit opus suum intactum per humilitatem et compunctionem.

πα'. Πάντες εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθημεν ἐν ὕδατι καὶ Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν τρώγομεν, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν πίνομεν· ταῦτα δέ εἰσιν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν ἡμῶν εὐδόκησεν ὁ Θεός. Πολλοὶ γὰρ τῶν πιστῶν καὶ σπουδαίων ἓν πολλοῖς πόνοις ἀσκήσεως καὶ γυμνασίας σωματικῆς τὰ ἑαυτῶν ὑπωπίασαν καὶ κατίσχνωσαν σώματα, διὰ δὲ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς κατάνυξιν ἐκ συντετριμμένης καὶ φιλαγάθου γνώμης καὶ συμπάθειαν ἐξ ἀγάπης πρὸς τοὺς πλησίον, καὶ ἑαυτοὺς, κενοὶ τοῦ πληρώματος τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατελείφθησαν, καὶ μακρὰν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐγένοντο γνώσεως, μήτραν διανοίας ἄκαρπον ἐσχηκότες, καὶ λόγον ἄναλον καὶ ἀφώτιστον.

81. Omnes in Christo baptizati sumus in aqua et Spiritu sancto, omnes eamdem escam spiritalem manducamus, et omnes eumdem potum spiritalem bibimus [25]; hæc autem sunt Christus, sed non in pluribus nostrum beneplacitum est Deo. Multi enim credentes et studiosi multis asceseos corporalisque exercitationis laboribus propria macerave verunt et extenuaverunt corpora, quia vero non habent compunctionem ex contrito et benevolo corde et misericordiam ex amore proximi et sui, vacui a plenitudine sancti Spiritus relicti sunt, et elongati sunt a scientia Dei, matricem intelligentiæ sterilem habentes, verbumque sine sole et luce.

πβ'. Οὐ τὸ ἀνελθεῖν ἐν τῷ Σιναίῳ ἐστὶ, διὰ πράξεως, ὅρει τὸ ζητούμενον τοῖς Ναζιραίοις παρὰ τοῦ λόγου, οὐδὲ τὸ καθαρισθῆναι πρὸ τοῦ ἀνελθεῖν, καὶ τὰ ἱμάτια πλῦναι, καὶ μὴ συνελθεῖν γυναικὶ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἰδεῖν, οὐ τὰ ὀπίσθια τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, εὐδοκοῦντα ἐν αὐτοῖς καὶ τὰς πλάκας τούτοις διδόντα τῆς γνώσεως, καὶ ἀποστέλλοντα αὐτοὺς εἰς οἰκοδομὴν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

82. Nazaræi a Verbo quærunt, non ascendere per praxim in montem Sinai, nec ante ascensum purificari et lavare vestes et ab uxore abstinere, sed etiam videre, haud posteriora Dei, at ipsum Deum in gloria ejus, complacentem in ipsis dantemque eis tabulas scientiæ et eos mittentem ad ædificandum ejus populum.

πγ'. Οὐ πάντας τοὺς ὑπηρέτας αὐτοῦ καὶ μαθητὰς ὁ λόγος εἰς τὴν τῶν κεκρυμμένων καὶ μειζόνων

83. Non omnes famulos discipulosque suos Verbum ad absconditorum excelsiorumque mysterio-

[25] I Cor. x, 2 seqq.

Digitized by Google

rum suorum revelationem secum assumit, sed aliquos tantum quibus data est auris et apertus est oculus visionis et lingua nova manifestata est. Hos adhuc assumens et separans ab aliis, qui et ipsi pariter sunt discipuli, in Thaborium contemplationis montem ascendit, et transfiguratur ante eos : jam non initians eos regno cœlorum, sed eis ostendens divinitatis gloriam et splendorem, vitam sermonesque eorum ex suo fulgore fulgere dat in medio Ecclesiæ fidelium, cogitationes eorum convertit in candorem ac puritatem lucis nitidissimæ, et Spiritum suum ipsis inserit, atque sinit eos ex ore proferre nova et vetera in ædificationem suæ Ecclesiæ.

μυστηρίων αὐτοῦ ἀνακάλυψιν, μεθ' ἑαυτοῦ ἐπιφέρεται, ἀλλά τινας, ὅσοις προσετέθη οὖς, καὶ ἀνεῴχθη ὀφθαλμὸς ὀπτασίας καὶ γλῶσσα καινὴ ἐτρανώθη· τούτους ἔτι παραλαμβάνων, καὶ ἀποχωρίζων ἀπὸ τῶν ἄλλων, καὶ αὐτῶν ὡσαύτως μαθητῶν ὄντων, ἐπὶ τὸ Θαβώριον τῆς θεωρίας ἀνέρχεται ὄρος, καὶ μεταμορφοῦται ἔμπροσθεν αὐτῶν· οὐκ ἔτι μυσταγωγῶν αὐτοὺς τὰ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ δεικνύων αὐτοῖς τὴν τῆς θεότητος δόξαν τε καὶ λαμπρότητα, καὶ τὸν μὲν χαρακτῆρα τοῦ βίου καὶ λόγου αὐτῶν, λάμπειν ἐξ αὐτοῦ δίδωσιν, ὡς τὸν ἥλιον, μέσον τῆς τῶν πιστῶν Ἐκκλησίας· τὰ δὲ νοήματα αὐτῶν μεταποιεῖ εἰς λευκότητα, καὶ καθαρότητα φωτὸς ὑπερλάμπρου, καὶ τὸν νοῦν ἑαυτοῦ αὐτοῖς ἐντίθησιν, καὶ ἐκφέρειν ἀπολύει διὰ στόματος καινά τε καὶ παλαιὰ, εἰς οἰκοδομὴν τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας.

84. Multi suos agros cum magna diligentia colunt in eisque purum semen jaciunt, vepribus antea recisis et sentibus igne pœnitentiæ combustis ; sed quia non pluit in eis imbrifer Dei Spiritus ex compunctione, nihil indo metunt, siquidem æstu siccati sunt, nec sibimet produxerunt fructum multiplicem scientiæ Dei. Itaque si non verbi divini penuria enecti, saltem scientiæ Dei inopes et manibus vacui perierunt, quippe qui pauca tantum alimenta ex ebemosyna sibi providerant.

πδ'. Πολλοὶ τὰς ἑαυτῶν χώρας ἐν ἐπιμελείᾳ πολλῇ ἐγεώργησαν, καὶ σπέρμα καθαρὸν ἐν αὐταῖς κατεβάλοντο τὰς ἀκάνθας προαποτεμόντες, καὶ τὰς τρίβολους τῷ πυρὶ τῆς μετανοίας ἐμπρήσαντες, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ βρέξαι ἐν αὐταῖς τὸν Θεὸν ὑετὸν Πνεύματος ἁγίου ἐκ κατανύξεως, οὐδὲν ἐκεῖθεν ἠμήσαντο· τῷ αὐχμῷ γὰρ ἐξηράνθησαν, καὶ τὸν στάχυν τὸν πολύκουν οὐκ ἐκαρποφόρησαν ἑαυτοῖς, τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως. Διὸ εἰ καὶ μὴ λιμῷ λόγου Θεοῦ, ἀλλὰ πένητες γνώσεως Θεοῦ, καὶ κενοὶ ταῖς χερσὶν ἐναπέψυξαν, ὀλίγοις τισὶν εἰς διατροφὴν ἐξ ἐράνου ἐφοδιάσαντες ἑαυτούς.

85. Quicunque sermones utiles ore profert ad ædificationem proximi, de bono thesauro cordis profert illos, cum sit ipse bonus, juxta vocem Domini. Nemo autem potest ad loquendum de Deo moveri ac dicere quæ sunt Dei, nisi in Spiritu sancto ; et nemo in Spiritu Dei loquens, dicit contraria fidei quæ est in Christum, sed quantum ædificat, tantum elevat ad Deum ejusque regnum, in pristinamque restituit nobilitatem ac Deo conjungit aliquos eorum qui salvantur. Si autem manifestatio Spiritus unicuique datur ad utilitatem, qui ergo sermone sapientiæ Dei ditatus et sermone scientiæ gaudet, ille sub divini Spiritus instinctu agit, et templum est infinitorum Dei thesaurorum.

πε'. Πᾶς ὁ ἐκφέρων λόγους ὠφελείας ἀπὸ τοῦ στόματος, εἰς οἰκοδομὴν τοῦ πλησίον, ἐκ θησαυρῶν καρδίας ἀγαθῶν ἐκφέρει αὐτοὺς, ἀγαθὸς ὢν, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν. Οὐδεὶς δὲ δύναται εἰς θεολογίαν κινηθῆναι, καὶ εἰπεῖν τὰ περὶ Θεοῦ, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· καὶ οὐδεὶς ἐν Πνεύματι Θεοῦ λαλῶν, λέγει τὰ ἐναντία τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, ἀλλ' ὅσα οἰκοδομεῖ, ὅσα πρὸς Θεὸν ἀνάγει, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ τὴν παλαιὰν εὐγένειαν ἀποκαθιστᾷ, καὶ συνάπτει Θεῷ τῶν σωζομένων τινάς. Εἰ δὲ καὶ ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος ἑκάστῳ δίδοται πρὸς τὸ συμφέρον, ἆρα ὁ τὸν λόγον πεπλουτηκὼς τῆς σοφίας Θεοῦ, καὶ τοῦ λόγου τῆς γνώσεως εὐμοιρήσας, ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος ἐνεργεῖται, καὶ οἶκός ἐστι τῶν ἀκενώτων θησαυρῶν τοῦ Θεοῦ.

86. Non relinquitur gratiæ Spiritus inops, quicunque in Christo baptizatus est et credidit, si nondum se captivum tradidit ad omnem operationem maligni spiritus nec fidem suam malis inquinavit operibus. Aut si tepide ac negligenter vivat, dummodo apud illum qui inexstinctas conservavit Spiritus sancti primitias in sacro baptismate acceptas, fidem exstinctam reaccendat ex operibus justitiæ, impossibile est eum hujus plenitudinem non recuperare. Vel enim bonum certamen certans, sermonem sapientiæ Dei meretur accipere per plenitudinem Spiritus, ad instructionem Ecclesiæ ; vel sermonem scientiæ mysteriorum Dei secundum eumdem Spiritum, ad sciendum mysteria regni cœlorum ; vel sinceram fidem in eodem Spiritu, ad credendum promissionibus Dei ad

πς'. Ἄμοιρος οὐ καταλιμπάνεται τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος, πᾶς ὁ εἰς Χριστὸν βαπτισθεὶς καὶ πιστεύσας, εἰ μήπου ἐκδοτον ἑαυτὸν εἰς πᾶσαν ἐνέργειαν τοῦ ἐναντίου δέδωκε πνεύματος, καὶ τὴν πίστιν τοῖς ἔργοις ἐμόλυνεν· ἢ ῥᾳθυμίᾳ καὶ ἀμελείᾳ συζῇ, ἐπὶ τὸν τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος τετηρηκότα ἄσβεστον, ἣν ἐκ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἔλαβεν· σβεσθεῖσαν ἀνάψαντα ἐξ ἔργων δικαιοσύνης, οὐκ ἔστι μὴ οὐχὶ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς τοῦτον ἄνωθεν δέξασθαι· ἢ γὰρ καλῶς ἀγωνισάμενος τοῦ λόγου τῆς σοφίας Θεοῦ, διὰ τοῦ πληρώματος ἀξιοῦται τοῦ Πνεύματος εἰς διδασκαλίαν τῆς Ἐκκλησίας· ἢ τοῦ λόγου τῆς γνώσεως τῶν μυστηρίων Θεοῦ, κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα εἰς τὸ εἰδέναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ἢ τῆς ἐνδιαθέτου πίστεως ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, εἰς τὸ πιστεύειν τὰς ἐπαγγελίας Θεοῦ

Digitized by Google

κατὰ τὸν Ἀβραάμ· ἢ τοῦ χαρίσματος τῶν ἰαμάτων ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, εἰς τὸ ἰᾶσθαι τὰς νόσους· ἢ τῆς ἐνεργείας τῶν δυνάμεων, εἰς τὸ δαίμονας ἀπελαύνειν καὶ σημεῖα ποιεῖν· ἢ τῆς προφητείας, εἰς τὸ προορᾷν καὶ προλέγειν τὰ μέλλοντα· ἢ τῆς διακρίσεως τῶν πνευμάτων, εἰς τὸ διακρίνειν τίς ἐν Πνεύματι Θεοῦ λέγει, καὶ τίς οὔ· ἢ τῆς ἑρμηνείας διαφόρων γλωσσῶν· ἢ τῆς ἀντιλήψεως τῶν καταπονουμένων· ἢ τῆς κυβερνήσεως ποιμνίων Θεοῦ, καὶ λαοῦ· ἢ τῆς πρὸς πάντας ἀγάπης, καὶ τῶν χαρισμάτων αὐτῆς, τῆς μακροθυμίας, τῆς χρηστότητος, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοῦ. Εἰ δὲ ἐκ πάντων τούτων ἄμοιρος εὑρεθῇ τις, οὐκ ἔχω, πῶς εἴπω τὸν τοιοῦτον πιστὸν, ἢ τοῦ καταλόγου τῶν ἐνδεδυμένων Χριστὸν ἀπὸ τοῦ θείου βαπτίσματος.

A instar Abraham; vel gratiam sanitatum in uno spiritu, ad sanandos morbos; vel operationem virtutum, ad dæmones pellendos et signa facienda; vel prophetiam, ad providendum, ac prædicendum futura; vel discretionem spirituum, ad discernendum quis in Spiritu Dei loquatur, quis non; vel interpretationem variarum linguarum; vel opitulationem afflictorum; vel gubernationem ovium et plebis Dei; vel charitatem erga omnes ejusque charismata, longanimitatem, benignitatem et cætera. Si quis autem his omnibus careat, hunc dicere nequeo habere fidem vel esse ex eorum numero qui Christum induerunt per divinum baptisma.

πζ'. Ὁ τὴν ἀγάπην ἔχων, οὐκ οἶδε διὰ ζῆλον φθονεῖν, οὐ περπερεύεται ὡς ἐπηρμένος καὶ προπέτης, οὐ φυσιοῦται κατά τινος, οὐκ ἀσχημονεῖ τὰ ἁρπεπῆ πρὸς τὸν πλησίον ποιῶν, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτοῦ συμφέροντα μόνα, ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ πλησίον, οὐ παροξύνεται κατὰ τῶν λυπούντων ταχέως, οὐ λογίζεται, εἰ πάθῃ ποτέ τι κακὸν, οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ τῶν φίλων, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ τῆς δικαιοσύνης αὐτῶν· πάντα στέγει τὰ ἐπερχόμενα αὐτῷ λυπηρά· πάντα ἐξ ἁπλότητος· καὶ ἀκακίας πιστεύει, πάντα τὰ ἐπηγγελμένα ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ ἐλπίζει ἀπολαβεῖν, πάντα ὑπομένει τὰ τῶν πειρασμῶν, μὴ ἀποδιδοὺς κακὸν ἀντὶ κακοῦ, καὶ οὐδέποτε τῆς τοῦ πλησίον ἀγάπης ἐκπίπτει ὁ τῆς ἀγάπης ἐργάτης.

B 87. Qui charitatem habet, nescit invide æmulari; non agit perperam, tanquam tumens ac temerarius; non inflatur contra quemquam; non incongrua aut indecentia facit adversus proximum; non quærit quæ sua sunt, sed quæ sunt proximi; non irritatur promptius contra molestos; non cogitat malum, si quid mali patiatur unquam; non gaudet super iniquitate amicorum, congaudet autem veritati justitiæ ipsorum; omnia suffert accidentia sibi incommoda; omnia credit, utpote simplex et innocens; omnia a Deo promissa sperat sibi consequenda; omnia sustinet tentamenta, non reddens malum pro malo; nec unquam ab amore proximi decidit charitatis operarius [36].

πη'. Τῶν ἠξιωμένων τῆς ἄνωθεν χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν διαφόροις χαρίσμασιν, οἱ μὲν εἰσὶν ἔτι νήπιοι καὶ ἀτελεῖς εἰς τὰ θεῖα χαρίσματα, οἱ δὲ ἄνδρες καὶ τέλειοι ἐν τῷ τούτων πληρώματι· καὶ οἱ μὲν πρὸς ἐργασίαν τῶν θείων ἐπεκτεινόμενοι ἐντολῶν, αὐξάνουσί τε ἐν τούτοις καὶ πληρούμενοι τῶν μειζόνων τοῦ Πνεύματος δωρεῶν, καταργοῦσι τὰ ὄπισθεν τῆς νηπιότητος χαρίσματα· οἱ δὲ εἰς τὸ ἄκρον ἐλάσαντες τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγάπης καὶ γνώσεως, παύονται λοιπὸν τῶν ἐκ μέρους χαρισμάτων· εἴτε προφητεῖαί εἰσιν, ὡς τὸ λόγιον, εἴτε διακρίσεις πνευμάτων, εἴτε ἀντιλήψεις, εἴτε κυβερνήσεις, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁ γὰρ εἰς τὰ ἀνάκτορα τῆς ἀγάπης εἰσελθὼν, οὐκ ἔτι ἐκ μέρους γινώσκει Θεὸν τὴν ἀγάπην, ἀλλὰ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ὁμιλῶν αὐτῷ, ἐπιγινώσκει αὐτὸν, καθὼς καὶ αὐτὸς ὑπ' αὐτοῦ ἐπεγνώσθη.

C 88. Inter eos qui desuper gratiam Spiritus sancti variis in charismatibus accipiendi digni habiti sunt, alii sunt adhuc infantes et imperfecti in divinis charismatibus, alii sunt viri et perfecti in horum plenitudine. Priores observationi divinorum mandatorum incumbentes, in eis crescunt, et repleti majoribus donis Spiritus, exuunt charismata quæ erant parvulorum. Posteriores vero, ad apicem evecti charitatis et scientiæ Dei, charismata ex parte tantum habere jam desinunt, sive prophetiæ sint, juxta verbum Pauli [37], sive discretiones spirituum, sive opitulationes, sive gubernationes et alia deinceps: qui enim in turrim charitatis intravit, jam non ex parte cognoscit Deum qui charitas est [38], sed facie ad faciem cum eo conversans, cognoscit illum sicut et cognitus ab eo est.

D

πθ'. Ὁ ἐκ ζήλου τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων τὴν ἀγάπην διώξας, καὶ καταλαβὼν, οὐκ ἀνέχεται μόνῳ ἑαυτῷ λαλεῖν διὰ προσευχῆς καὶ ἀναγνώσεως εἰς οἰκοδομήν· ὁ γὰρ λαλῶν γλώσσῃ μόνῃ Θεῷ διὰ προσευχῆς καὶ ψαλμῳδίας, ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ, ὥς φησι Παῦλος· ἀλλὰ καὶ προφητεύειν, κατ' αὐτὸν, ἐπείγεται, εἰς οἰκοδομὴν τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, ἤγουν διδάσκειν τοὺς πλησίον τὴν ἐργασίαν τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν, καὶ ὅπως χρὴ σπεύδειν εἰς τὸ εὐαρεστῆσαι Θεῷ. Τί γὰρ καὶ ὠφελῆσαί τινας δυνηθείη ἂν ὁ ἑαυτῷ καὶ Θεῷ μόνῳ λαλῶν, προεστὼς διὰ προσευχῆς καὶ ψαλμῳδίας ἀεὶ, ἐὰν μὴ λαλήσῃ καὶ τοῖς ὑπ' αὐ-

89. Qui spiritualium charismatum studiosus charitatem quæsivit et adeptus est, non satis habet sibi soli loqui per orationem et lectionem ad propriam ædificationem (qui enim sola lingua Deo loquitur per orationem et psalmodiam, semetipsum ædificat, ut ait Paulus [39]), sed etiam prophetare (juxta eumdem) festinat, ad ædificationem Ecclesiæ Dei, docere videlicet proximum observationem mandatorum Dei et quomodo studere oporteat ad placendum Deo. Quid enim aliis prodesse potest superior, qui sibi Deoque soli loquitur per orationem et psalmodiam, nisi loquatur etiam suis subditis,

[36] I Cor. XIII, 4-8. [37] I Cor. XII, 4-11. [38] Ibid. [39] I Joan. IV, 16.

Digitized by Google

sive in revelatione Spiritus sancti, sive in scientia mysteriorum Dei, sive in providæ dono prophetiæ, sive in doctrina sermonis sapientiæ Dei? Quis enim inferiorum se accinget ad pugnandum cupiditates ac dæmones, nisi clarum doctrinæ sermonem dederit sive scripto sive etiam viva voce? Revera nisi ad ædificationem sui gregis quærat pastor abundare verbo doctrinæ et scientia spiritus, non est æmulator Dei charismatum. Nam multas preces et psalmos lingua tantum recitando, et spiritu seu anima orando, seipsum ædificat, sed spiritus ejus sine fructu manet, non prophetans doctrinæ verbo, nec ædificans Ecclesiam Dei. Si autem Paulus, maxime omnium hominum per orationem Deo conjunctus, in Ecclesia voluit quinque verba sensu suo fecundissimo loqui ut et aljos instrueret, quam decem millia verborum psalmodiæ in lingua, ergo a charitate aberrant aliorum superiores, qui viris solius psalmodiæ orationisque peritis dignitatem pastoris committunt.

90. Qui nos ex materiali et spirituali substantia constituit, duasque naturas adeo inter se dissimiles in unam essentiam et personam incredibili modo conjunxit, ille etiam ita nos bene constituit per sermonem sapientiæ et per sermonem scientiæ suæ, ut tum per scientiam Spiritus sancti sciamus absconditos regni cœlorum thesauros quibus ab eo donamur, tum per sermonem sapientiæ proximo revelemus bonitatis ejus divitias ac delicias vitæ æternæ quas præparavit diligentibus se.

91. Qui minis promissisque trium legum supereminet, hic vitam ingressus est legi non subjectam, ipse lex Ecclesiæ factus, nec legi obnoxius. Libera autem est vita legi non subjacens : ac proinde omni naturali necessitate et aberratione superior est; et qui hanc ingressus vitam, a carne liberatus et quasi exutus, et Spiritus sancti particeps factus, totus et ipse Christo qui omnem exsuperat naturam, unitur, cum evacuaverit omne quod ex parte est [46].

92. Si quis capax est scientiæ primi Intellectus, qui est omnium principium et finis, et in se infinitus, et intra extraque omnia versatur, ille scit et solus cum se solo, et solus inter solos vivere : ita ut neque ullum ex solitudine patiatur perfectionis detrimentum, neque cum multis vivens solitarius esse desinat, sed sit ubique idem et in omnibus solus, tanquam principium quo alii moveantur ad solitudinem, et finis propositus ut summa virtutis perfectio.

93. Cum animus et corpus inconfusi uniantur et conjungantur, si ambo concordant, unum efficiunt

[46] I Cor. XIII, 10.

A τὸν, ἢ ἐν ἀποκαλύψει Πνεύματος ἁγίου, ἢ ἐν γνώσει τῶν μυστηρίων Θεοῦ, ἢ ἐν προφητικῷ χαρίσματι προφητείας, ἢ ἐν διδαχῇ λόγου σοφίας Θεοῦ; Τίς γὰρ τῶν ὑπηκόων παρασκευάσεται εἰς πόλεμον παθῶν, καὶ δαιμόνων, ἐὰν μὴ εὔσημον διδασκαλίας λόγον δῷ ἐγγράφως, ἢ καὶ διὰ ζώσης φωνῆς; Οὕτως ἐὰν μὴ πρὸς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ποιμνίου αὐτοῦ ζητῇ ὁ ποιμὴν, ἵνα περισσεύῃ τῷ λόγῳ τῆς διδασκαλίας καὶ τῇ γνώσει τοῦ Πνεύματος, οὐκ ἔστι ζηλωτὴς τῶν τοῦ Θεοῦ χαρισμάτων. Ἐκ γὰρ τοῦ μόνον προσεύχεσθαι καὶ ψάλλειν τῇ γλώσσῃ πολλὰ τῷ πνεύματι, ἡγοῦν τῇ ψυχῇ προσευχόμενος, ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ, ὁ δὲ νοῦς αὐτοῦ ἄκαρπός ἐστι, μὴ προφητεύων τῆς διδασκαλίας τῷ λόγῳ, καὶ οἰκοδομῶν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ Παῦλος, ὁ πάντων ἀνθρώπων μᾶλλον, B διὰ προσευχῆς, συναπτομενος τῷ Θεῷ, πέντε λόγους διὰ τοῦ ἐγκάρπου νοὸς αὐτοῦ μᾶλλον ἠθέλησεν εἰπεῖν ἐν Ἐκκλησίᾳ, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσῃ, ἢ μυρίους λόγους ψαλμῳδίας ἐν γλώσσῃ· ἆρα τῆς ἀγάπης ἀπεπλανήθησαν οἱ ἄλλων ἐξάρχοντες, καὶ τῇ ψαλμῳδίᾳ μόνῃ μετὰ τῆς ἀναγνώσεως; ἐκδεδωκότες τὸ τοῦ ποιμένος ἀξίωμα.

ϙ'. Ὁ τὸ εἶναι δοὺς ἡμῖν ἐξ ὑποκειμένης ὕλης καὶ νοερᾶς οὐσίας, καὶ εἰς ἐντὰ ἐναντία τῆς φύσεως καθ' ἑαυτὰ παραδόξως συνουσιώσας καὶ ὑποστήσας, καὶ τὸ εὖ εἶναι δέδωκε διὰ τοῦ λόγου τῆς σοφίας αὐτοῦ, καὶ τοῦ λόγου τῆς γνώσεως, ὡς ἂν τοῦτο μὲν ἴδωμεν διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος γνώσεως, τοὺς κεχαρισμένους ἡμῖν ἀποκρύφους παρ' αὐτοῦ θησαυροὺς C τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, τοῦτο δὲ καὶ γνωρίσωμεν τοῖς πλησίον διὰ τῆς τοῦ λόγου σοφίας τῆς χρηστότητος αὐτοῦ τὸν πλοῦτον, καὶ τὰ ἀγαθὰ τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἃ ἡτοίμασεν εἰς τρυφὴν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

ϙα. Ὁ ὑπὲρ τὰς ἀπειλὰς καὶ τὰς ἐπαγγελίας τῶν τριῶν γενόμενος νόμων, εἰς τὴν μὴ ὑποκειμένην νόμῳ ζωὴν εἰσῆλθεν, νόμος γεγονὼς Ἐκκλησίας, καὶ μὴ ἀρχόμενος ὑπὸ νόμου. Ἡ δὲ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἡ μὴ ὑποκειμένη νόμῳ ζωή· ἆρα πάσης φυσικῆς ἀνάγκης καὶ παρατροπῆς ὑπεράνω ἐστί· καὶ ὁ εἰσελθὼν εἰς αὐτὴν, ἐλευθερωθεὶς ὡς ἔξω σαρκὸς, καὶ πῦρ χρηματίσας ἐν μετουσίᾳ τοῦ Πνεύματος, ὅλως καὶ αὐτὸς τῷ ὑπεράνω πάσης φύσεως ἡνώθη Χριστῷ, καταοντηθέντος ἐν αὐτῷ τοῦ ἐκ μέ- D ρους.

ϙβ'. Ὁ τοῦ πρώτου νοὸς τὴν γνῶσιν χωρήσας, ὃς ἐστι τῶν ὅλων ἀρχὴ καὶ τέλος, καὶ ἀόριστος καθ' ἑαυτὸν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑπάρχει ἐντὸς καὶ ἐκτὸς, οἶδε καὶ μόνος μονάζειν, καὶ μέσον μόνων μονάζειν· ὡς μήτε τῷ μόνον εἶναι, τοῦ τελείου ζημίαν ὑφίστασθαι, μήτε τῷ μετὰ πολλῶν, τῆς μονώσεως, ἀλλ' εἶναι τὸν αὐτὸν πανταχοῦ καὶ ἐν πᾶσι μόνον· ὡς ἀρχὴν μὲν πρὸς τὸ μονάζειν τοῖς ἄλλοις ὄντα κινήσεως, τέλος δὲ προκείμενον τῆς ἀρετῆς τελειότατον.

ϙγ'. Ἡ ἀσύγχυτος ἕνωσις, καὶ συνάφεια τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος, συμφωνοῦσα καθ' ἑαυτὴν,

Digitized by Google

ἓν ἔργον ἀποτελεῖ, εἴτε τῆς ὕλης, εἴτε τῆς φύσεως μὴ συμφωνοῦσα δῇ, τὴν ἐπιθυμίαν τῆς νίκης ἐγείρει ἐμφύλιον. Ἀλλ' ὁ λόγος ἐλθὼν καὶ τὸ κῦρος λαβὼν, λύει μὲν αὐτίκα τὸν ζῆλον, πρεσβεύσας δὲ τὴν ὁμόνοιαν, τὸ πᾶν τῶν ἔργων τῇ φύσει καὶ τῷ πνεύματι δίδωσιν.

ιδ'. Τῶν ἐν ἡμῖν τριῶν ὄντων κυριωτάτων, τὸ μὲν αὐτῶν ἄρχει, οὐκ ἄρχεται δέ· τὸ δὲ καὶ ἄρχει καὶ ἄρχεται· τὸ δὲ οὐκ ἄρχει, ἄρχεται δέ. Ὅταν οὖν τὸ ἄρχον ὑπὸ ἑτέραν γένηται τῶν ἀρχομένων ἀρχὴν, δοῦλον τὸ φύσει ἐλεύθερον τοῖς φύσει δούλοις ὁρᾶται· καὶ τῆς ἰδίας ἐξίσταται ἀρχῆς τε καὶ φύσεως, καὶ στάσις ἐν τούτοις μεγάλη ἐστί. Στάσεως δὲ τοιαύτης ἐν τούτοις οὔσης, οὔπω τὰ πάντα ὑποτεταγμένα ὁρῶμεν τῷ λόγῳ. Ὁπηνίκα δὲ τὸ ἄρχον τῶν ἄλλων κρατήσειε, καὶ ὑπὸ τὴν οἰκείαν ἀρχὴν καὶ δεσποτείαν ἄξει αὐτὰ, τηνικαῦτα εἰς ἓν συνδραμόντα τὰ διεστῶτα, καὶ ὁμοφωνήσαντα, εἰρήνην ἄγει τὰ πρὸς τὸν Θεόν· καὶ πάντων ὑποταγέντων τῷ λόγῳ, παραδίδοται ἡ βασιλεία παρ' αὐτοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί.

ιε'. Ταῖς τέσσαρσιν ἀρχαῖς τῶν γενικῶν ἀρετῶν, ἡ πεντὰς τῶν αἰσθήσεων καθυποταγεῖσα, καὶ αὐτὴ φυλάξασα τὴν εὐπείθειαν, τὴν ἐκ τεσσάρων στοιχείων πλασθεῖσαν φύσιν τοῦ σώματος, ἀταράχως κινεῖσθαι περὶ τὸν τροχὸν τοῦ βίου παρασκευάζει. Οὕτω δὲ κινουμένης αὐτῆς, αἱ δυνάμεις πρὸς ἑαυτὰς οὐ στασιάζουσιν· ἀλλὰ τοῦ παθητικοῦ μέρους τῆς ἐπιθυμίας καὶ τοῦ θυμοῦ, τῷ λογιστικῷ συναφθέντος, ἀναλαβὼν τὸ φυσικὸν κράτος ὁ νοῦς, ἅρμα μὲν ἑαυτοῦ τὰς τέσσαρας ποιεῖται ἀρχάς· θρόνον δὲ τὴν δούλην πεντάδα, καὶ τῆς τυραννούσης καταστρεψάσας σαρκὸς, τέθριππος εἰς οὐρανοὺς ἁρπαζόμενος αἴρεται, καὶ τῷ βασιλεῖ παραστὰς τῶν αἰώνων, στέφεται τῆς νίκης τὸ στέφος· καὶ ἐν αὐτῷ καταπαύει πάντα τὸν δρόμον αὐτοῦ.

ις'. Τοῖς ἐν τῷ χρόνῳ τελειουμένοις τῆς θεωρίας, καὶ εἰς τοὺς στύλους ἐπερειδομένοις τοῦ Πνεύματος, κρατὴρ κιρνᾶται, καὶ ἄρτος ἐκ βασιλικῆς προτίθεται τραπέζης, θρόνος εἰς ἀνάπαυσιν, καὶ εἰς πλοῦτον ἀργύριον, καὶ θησαυρὸς μαργάρων, καὶ λίθων τιμίων ἐπὶ θύραις εὑρίσκεται, καὶ πλοῦτος αὐτοῖς ἀναρίθμητος ἐν χερσὶ δίδοται. Τούτους διορατικοὺς ἄνδρας ἡ πρᾶξις ἀποτελέσασα, ἐκ ταχυτάτων εἰς ἔργα, βασιλεῖ, καὶ οὐκ ἀνδράσι νωθροῖς παρεστάναι παρασκευάζει.

ιζ'. Πότερον ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντεῦθεν ἤδη πᾶσι δίδοται τοῖς σπουδαίοις, ἢ μετὰ τὴν λύσιν τοῦ σώματος; Εἰ μὲν οὖν ἐντεῦθεν, τὸ νῖκος ἀκατα-μάχητον, ἡ χαρὰ ἀνεκλάλητος, καὶ ἡ πρὸς τὸν παράδεισον ἡμῶν ἄνοδος ἐλευθέρα· ἵσταται γὰρ οὗτος κατὰ θείας ἀμέσως ἀνατολάς. Εἰ δὲ μετὰ πότμον καὶ λύσιν, ζητητέον, εἰ φόβου χωρὶς ἡ ἔξοδος γίνεται, καὶ τί ποτέ ἐστι βασιλεία οὐρανῶν, καὶ βασιλεία Θεοῦ, καὶ παράδεισος μάθωμεν· καὶ τί τοῦ ἑτέρου διαφέρει τὸ ἕτερον, καὶ τίς ὁ χρόνος τούτων ἑκάστου, καὶ εἰ ἐν τοῖς ἀμφοτέροις γινόμεθα, καὶ πῶς, καὶ πότε, καὶ μετὰ πόσον χρόνον. Ὁ γὰρ εἴσω τῆς πρώτης γεγονὼς, ἔτι περιὼν καὶ τὴν σάρκα φορῶν, τῶν ἑτέρων οὐ διήμαρτεν.

A opus, sive materiæ, sive naturæ; si vero discordant, oritur quasi bellum civile ubi utraque pars victoriam appetit. Sed ratio superveniens et imperium occupans, simultatem dirimit, concordiæ suum reddit honorem, et cuncta opera dat naturæ et spiritui.

94. Ex tribus quæ nobis insunt partibus, una imperat nec subdita est, altera imperat et subdita est, tertia non imperat, sed subdita est. Cum igitur pars imperans subditarum imperio subjacet, tunc pars natura libera partibus natura servis servire videtur, ac de propria decidit dignitate et natura, et magna in his rebellio est. Tali autem in his exorta rebellione, nondum omnia rationi obedientia videmus. Cum econtra pars imperans alias B dominatur et sub propriam redigit potestatem ac ditionem, tunc partes diversæ in unum concurrentes et consonantes in pace ad Deum tendunt, et omnibus rationi subjectis, hæc regnum Deo Patri tradit.

95. Cum quatuor principiis virtutum cardinalium subditi sunt quinque sensus debitamque servant obedientiam, tum e quatuor elementis composita corporis natura tranquille circa vitæ curriculum movetur. Hujus autem taliter sese moventis facultates non a se invicem dissident; sed passionibus concupiscentiæ et iræ rationi subjectis, intellectus nativam recuperans dominationem, quatuor virtutum principia in currum, quatuor vero sensus subditos in thronum disponit, ac debellata carnis C tyrannide, quadrigis raptus in cœlum evehitur, et astans regi sæculorum, coronatur corona victoriæ, in eoque a cursu laborioso requiescit.

96. Iis qui tempore contemplationis perficiuntur et innituntur columnis Spiritus sancti, calix miscetur, et panis offertur de regali mensa, thronus ad requiescendum apponitur, et ad ditescendum argenti margaritarumque et lapidum thesaurus in portis reperitur innumeræque divitiæ in manibus traduntur. Hos antea ad agendum præcipites praxis consideratos efficiens, eis regiam gravitatem, non vero pignorum tarditatem dat. D

97. Cœlorumne regnum jam nunc in terra omnibus piis datur, an tantum post solutionem corporis? Si ab his terris, ergo jam nunc victoria est inexpugnabilis, et gaudium inenarrabile, et libera ascensio ad paradisum nostrum, hic enim aperitur statim ac divinus sol oritur in nobis. Si vero post mortem et corporis solutionem; quærendum nobis est an sine metu sit exitus vitæ ac discendum quid sit regnum Dei, quid regnum cœlorum et paradisus, in quo differat unum ab altero, quodnam sit utriusque tempus, an in ambobus simus, quomodo, quando et quanto tempore. Qui enim prius intravit adhuc vivens et carne indutus, altero non frustrabitur.

Digitized by Google

98. Superior mundus, cum adhuc incompletus sit, exspectat donec compleatur, et renovetur a primogenitis Israel videntibus Deum. Completur enim ac perficitur ab iis qui currunt in scientiam Dei, et a mundo inferiore perfectus, fidelium et infidelium limites determinans, unam sibi conficit congregationem, suum unicuique gradum distribuens et ab invicem separans quæ inter se non conveniunt; atque aliorum principia finesque a se deducta ad se reducit, ac limitat ut terminus interminatus, ipse vero ab alio principio nec ducitur nec limitatur tanquam motus. Nam semetipsum perpetuo movet, ita ut nec intra seipsum restringatur, nec proprias fines transgrediatur, sit vero aliorum sabbatismus et requies omnis principii et motus.

A

B

99. Novem supernæ Potestates, ut cantica et hymnos concinentes triplicem efficiunt chorum, ac triplici ordine Trinitatem circumstantes, cum tremore hymnorum sacrificia offerunt. Harum aliæ expansis alis cingunt omnium Principium et Causam a qua oriuntur : omnes attentæ hymnosque inchoantes, Throni, Cherubim et Seraphim nuncupantur, quibus propria est ignea sapientia, et scientia rerum cœlestium, ac denique dignus Deo hymnus *Guel*, juxta Hebraicam vocem. Aliæ autem, mediæ inter præcedentem et sequentem ordinem, circa Deum stant, scilicet Potestates, Dominationes et Virtutes : ad quas pertinent magnarum rerum gestiones, miraculorum signorumque ac prodigiorum operationes, ac denique sacrum Trisagion, sanctus, sanctus, sanctus. Aliæ demum, ad nos desinentes, nobis quidem superiores, supernis autem inferiores, Deum circumstant, nempe Principatus, Archangeli et Angeli : quibus propria sunt divina ministeria, ac demum sacer hymnus Alleluia. Illis omnibus rationalis hominum natura, omni perfecta virtute, omni scientia et sapientia Spiritus Ignisque sacri sublimata, conformatur per divina charismata, quod singulis proprium est sibi quodammodo approprians. Etenim aliis quidem conformatur ministerio et mandatorum Dei observatione; aliis autem misericordia et protectione erga suos fratres, et insuper magnarum divinarumque rerum gestione et Spiritus operationibus; aliis denique ignito sermonis sapientia et scientia divinarum et humanarum rerum participat. Ita perfecta et naturæ dona mutuans, decimæ potentiæ Deo per illas conjungitur, quasi decimæ primitias ex seipsa huic offerens.

C

D

100. Deus Unitas et Trinitas, ab unitate incipiens, in seipsum decadis instar circulatim revertitur. Hic omnium principia et fines intra se habet. Est autem extra omnia, quatenus omnibus superior. Qui intra eum est rationes scientiamque rerum penetrat, et extra omnia stans, intra omnia inhabitat, principia finesque horum percallens, utpote Patri per Verbum spiritualiter unitus, et perfectus

ιη'. Ὁ ἄνω κόσμος ἀτελὴς ἔτι ὤν, μένει τὴν πλήρωσιν, εἰς τὸ λαβεῖν τὴν ἰδίαν ἀποκατάστασιν ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τοῦ Ἰσραὴλ τῶν ὁρώντων Θεόν. Ἀπὸ γὰρ τῶν εἰς γνῶσιν ἀνατρεχόντων Θεοῦ ἀναπληρούμενος τελειοῦται· καὶ τελειωθεὶς τὸν κάτω κόσμον, τῶν πιστῶν καὶ ἀπίστων ὁρίζων τὰ τέλη, μίαν ἑαυτῷ ποιεῖται τὴν σύνοδον, ἀπονέμων τὸν ἴδιον ἑκάστῳ βαθμὸν, καὶ διαιρῶν ἀπ' ἀλλήλων τὰ μὴ καθ' ἑαυτὰ συναγόμενα· καὶ τὰς μὲν παρ' αὐτοῦ τῶν ἄλλων ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη, ἄγει πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ὡς ὅρος ὁρίζει ταύτας ἀόριστος· αὐτὸς δὲ ὑπ' ἄλλης ἀρχῆς, οὔτε ἄγεται, οὔτε μὴν ὁρίζεται ὡς φερόμενος. Ἴδιον γὰρ τὸ ἀεικίνητον ἔχει, ὡς μήτε συστέλλεσθαι τοῦτον καθ' ἑαυτὸν, μήτε τῶν οἰκείων ὅρων ὑπερεκτείνεσθαι, ἀλλ' εἶναι τῶν ἄλλων σαββατισμῶν καὶ κατάπαυσιν πάσης ἀρχῆς καὶ κινήσεως

ιθ'. Ἡ ἐνὰς τῶν ἄνω δυνάμεων, ὡς ὑμνῳδὸς, καὶ τῶν ὕμνων ἐξάρχουσα, τριαδικὴν ποιεῖται χοροστατοῦσα τὴν σύνταξιν, καὶ τριαδικῶς τῇ Τριάδι παρισταμένη, ἐν φόβῳ λειτουργοῦσα, προσαναφέρει τὸν ὕμνον. Τούτων αἱ μὲν τῇ ἀρχῇ καὶ πάντων αἰτίᾳ καθυφαπλοῦνται, ἀφ' ἧς ἄρχονται, ὅσαι προσεχεῖς καὶ τῶν ὕμνων ἐξάρχουσαι, Θρόνοι, Χερουβὶμ, Σεραφὶμ, αὗται ὄνομα, αἷς ἴδιον ἡ ἐμπύριος σοφία, καὶ ἡ γνῶσις τῶν οὐρανίων, καὶ τέλος, ὁ θεοπρεπὴς ὕμνος τοῦ Γὲλ, κατὰ τὴν Ἑβραΐδα φωνήν· αἱ δὲ μέσον τούτων καὶ τῶν ἑφεπομένων τῆς τάξεως, περὶ Θεὸν ἵστανται, Ἐξουσίαι, Κυριότητες, καὶ Δυνάμεις· αἷς ἴδιον τῶν μεγάλων πραγμάτων αἱ διευθετήσεις, αἱ τῶν θαυμάτων ἐνέργειαι, καὶ τῶν σημείων αἱ τερατουργίαι· καὶ τέλος ὁ Τρισάγιος ὕμνος, τὸ, Ἅγιος, Ἅγιος, Ἅγιος· αἱ δὲ πρὸς ἡμᾶς τελευτῶσαι, ὑπεράνω μὲν ἡμῶν, ὑποδεδηκυῖαι δὲ τὸν ἄνω περὶ Θεὸν ἵστανται, Ἀρχαὶ, Ἀρχάγγελοι, Ἄγγελοι· αἷς ἴδιον τὸ λειτουργικὸν ἐν διακονίαις, καὶ τέλος ὁ ἱερὸς ὕμνος τοῦ Ἀλληλούϊα. Ταύταις ἡ λογικὴ τῶν ἀνθρώπων φύσις διὰ πάσης ἀρετῆς τελειουμένη, καὶ διὰ πάσης γνώσεως, καὶ σοφίας ἀνυψουμένη, τοῦ Πνεύματος, καὶ τοῦ θείου πυρὸς, οἰκειοῦται τοῖς θείοις χαρίσμασιν, ὡς τὸ ἴδιον διὰ καθαρότητος ἐπισπωμένη πασῶν. Ταῖς μὲν γὰρ, τῇ διακονίᾳ, καὶ λειτουργίᾳ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ· ταῖς δὲ, τῇ συμπαθείᾳ, καὶ τῇ προστασίᾳ τῶν ὁμοφύλων· ἔτι δὲ τῇ τῶν μεγάλων καὶ θείων πραγμάτων οἰκονομίᾳ, καὶ ταῖς ἐνεργείαις τοῦ Πνεύματος· ταῖς δὲ, τῇ ἐμπύρῳ σοφίᾳ τοῦ λόγου, καὶ τῇ γνώσει τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων συγκοινωνεῖ. Οὕτω τελειουμένη, καὶ τὰς δωρεὰς ἀμείβουσα τὰς τῆς φύσεως, τῇ δεκάδι Θεῷ διὰ τούτων συνάπτεται, ὡς ἀπαρχὴν δεκάτης αὐτῇ προσενεγκοῦσα ἐξ ἑαυτῆς.

ρ'. Θεὸς ἡ Μονὰς καὶ Τριὰς, ἀπὸ μονάδος ἀρχόμενος εἰς ἑαυτὸν οἷα δὴ δεκὰς, κυκλικῶς τελειοῦται. Οὗτος τὰς πάντων ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη ἐντὸς ἔχει. Ἔστι δὲ πάντων ἐκτὸς, ὡς ὑπερκείμενος τῶν ὅλων. Τούτου ὁ ἐντὸς γεγονὼς, ἐντὸς τοὺς λόγους καὶ τὴν γνῶσιν τῶν ὄντων ἐχώρησεν· ἔξω δὲ πάντων ἑστὼς, ἐντὸς πάντων αὐλίζεται, τὰς ἀρχὰς εἰδὼς καὶ τὰ τέλη τούτων, ὡς μετὰ Πατρὸς διὰ τοῦ Λόγου συνάφειαν νοερὰν

Digitized by Google

ἐσχηκὼς, καὶ τελειωθεὶς ἐν τῷ Πνεύματι· αὐτῇ τῇ παντελείῳ καὶ ἀδιαιρέτῳ Τριάδι καὶ ὁμοουσίῳ, τῇ ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνουμένῃ, καὶ ἐν μιᾷ δοξαζομένῃ φύσει καὶ βασιλείᾳ καὶ δυνάμει θεότητος· ᾗ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

in Spiritu sancto. Ipsi perfectæ et indivisæ et consubstantiali Trinitati, quæ in Patre, et Filio, et Spiritu sancto adoratur, et in una glorificatur natura et majestate et potentia divinitatis, sit principatus in sæcula. Amen.

MONITUM IN SCHOLION SEQUENS.

Cardinalis Angelo Mai in tomo IV *Bibliothecæ novæ Patrum*, p. 118, ad ea verba Constitutionum Studitanarum : Χρὴ γινώσκειν ὡς καθ' ἕκαστον ἀποδείπνων ὁ διὰ χειρῶν σταυροειδὴς ἀσπασμὸς γίνεται· *Singulis completoriis salutatio fit manibus ad crucis formam compositis*, hæc adnotat : « De hoc ritu ejusque varia significatione Scholion eruditum Niceræ Pectorati monachi Studitæ legebam in cod. Vat. 1105 f. 152, quod etsi paulo diffusius hic recitabo, sed Græce tantum, ne adnotatio enormior evadat. » Interpretationem Latinam addimus.

ΝΙΚΗΤΑ ΜΟΝΑΧΟΥ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΤΩΝ ΣΤΟΥΔΙΩΝ ΤΟΥ ΣΤΗΘΑΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΑ ΧΕΙΡΩΝ ΑΣΠΑΣΜΟΥ.

NICETÆ PECTORATI MONACHI STUDITÆ DE SALUTATIONE MANIBUS FACTA.

Ἀλλ' οὐδὲ ὁ διὰ χειρῶν ἀσπασμὸς ἐπὶ μόνῳ τῷ πραττομένῳ τὸν ἴδιον ἵστησι λόγον· ἔχει δὲ καὶ αὐτὸς ἄρα μυστικώτερόν τι πάντως· ἐμφῆναι τοῖς τὰ ἡμέτερα ἐξετάζουσιν, ὡς τῷ ὁρωμένῳ συγκλειόμενος. Τρία γοῦν ταῦτα τοῖς ὁρῶσι ψυχῆς ὀφθαλμοῖς ἐμφαίνει τὰ μυστικώτερα· τὴν πρὸς ἀλλήλους κατάλαγῆν, τῶν τοῦ νοῦ φασμάτων τὴν ἀποδίωξιν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου ἐπισκίασιν Πνεύματος. Ἐπειδὴ γὰρ σταυρῷ μὲν τυποῦμεν τῶν μεγάλων τοὺς δακτύλους καὶ πρώτους περιβαλλόμενοι τὸ τῆς ἀκακίας κουκούλιον· τὰς παλάμας δὲ ἔνθεν κἀκεῖθεν ἠπλωμένας ἀντικρὺ πρὸς ἀλλήλους ἐκτείνομεν· οἵ τε ἱερεῖς καὶ οἱ ὅλον τὸ σχῆμα τῆς ἐσταυρωμένης ἀναλαβόντες ζωῆς διὰ μὲν τοῦ σταυροειδοῦς δεσμοῦ τῶν δακτύλων τὸ ἐγκρατὲς καὶ δεδομένον τῆς παῤῥησίας ἐμφαίνομεν, ἧς χάριν ὡς ὅπλον τὴν εὐλάβειαν ἐνδυόμεθα· διά τε τῆς ἀναπετάσεως τῶν χειρῶν τὴν τῆς ἀγάπης διάθεσιν, ἣν εἰς ἀλλήλους ἔχειν πρὸς Χριστοῦ ἐπετράπημεν· καὶ ὅπως ἕκαστος ἑκάστου τὴν φιλίαν πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπᾶσαι δεικνύομεν. Διὰ δὲ τῆς προσψαύσεως τῶν δακτύλων, ὅπως δεξιὰς ἀλλήλοις κατὰ τὴν πάλαι διδόντες παράδοσιν, χεῖρας χερσὶν ἐμβάλλοντες συναπτόμεθα, τὴν εἰς ἀλλήλους ἑνότητα καὶ ὁμοτροπίαν καὶ τὸ ἄῤῥηκτον τῆς ἀγάπης δηλοῦμεν. Διὰ δὲ τοῦ ἀσπασμοῦ τῶν σταυροειδῶς δεδεμένων δακτύλων τὴν φιλίαν αὐτοῦ ἐσταυρωμένου αἰνιττόμεθα βίου, ὅπως αὐτὸν ἐκθύμως ἀσπαζώμεθα· οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τὴν νέκρωσιν τῶν μελῶν, καὶ τῶν τῆς σαρκὸς πράξεων καθήλωσιν· καὶ ἄλλως τὴν πρὸς ἀλλήλους ταπείνωσιν· ὅπως, τῷ συνδέσμῳ τοῦ πνεύματος συνδεόμενοι, τὴν τοῦ πλησίον πρόσψαυσιν ὡς ἁγιασμὸν δεχόμενοι ἀσπαζώμεθα. Καὶ ταῦτα μὲν κατὰ τὴν πρώτην τάξιν πρὸς ἀλλήλους· οἱ ἱερεῖς, ὡς εἴρηται· καὶ οἱ τῷ μεγάλῳ σχήματι τεθωρακισμένοι τῷ πράγματι, καὶ καταλλαττόμενοι τῇ συναφείᾳ συναπτόμεθα τῆς ἀγάπης. Οὐχ οὕτως δὲ ἄρα καὶ ἐπὶ τὸν φέροντα τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ σχήμα-

Salutatio manibus peracta neque signo visibili contenta, iis qui conditionem humanam pervestigant, mysticum aliquid pariter et visibile subindicat. Et quidem iis qui mentis oculis vident tria mystica apparent : mutua reconciliatio, imaginum phantasticarum repulsio, Spiritus sancti obumbratio. Cum enim per crucis signum digitis præfiguramus, innocentiæ veste nos induentes, palmas autem utrinque protendimus, sacerdotes et ii qui totam vitæ crucifixæ figuram præsumunt, digitorum in crucis formam compositorum unione modestiam in agendo loquendoque indicant. Hoc namque facto pietate nos armamus, manuum autem extensione charitatem innuimus, qua nos invicem amplecti a Christo jussi sumus. Digitorum porro contactu antiquæ traditionis exemplum imitamur, sicut manum manu jungentes unionem morum et amoris diuturnitatem proferimus. Salutatione denique peracta digitis in crucis formam compositis vitæ crucifixæ amorem innuimus, cujus exemplum strenue imitari debemus. Per idem vero et membrorum mortificationem indicamus et operum carnalium crucifixionem et erga alios humilitatem, ut spiritus vinculo uniti commercium cum proximo ut sanctimoniam amplectamur. Et primo quidem ordine ad sacerdotes id spectat, ut supra diximus. Nos autem qui exemplar sublime sequimur, mutuo nos amore consolidamus. Nec tamen idem de eo dicendum qui typi arrhabonem præ se fert. Qui enim certamina absolvunt, non tantum ad passionum furorem, sed etiam ad mentis conceptus et malas cogitationes cum malo præparato pectore dilabuntur, sed tamen coram Patribus memoratis caput inclinant, ut aut humilitatem erga eosdem præstent, aut ipsorum suffragia expetant. Patres autem horum capita cruce signant, deinde dextris capiti istorum impositis et retractis, precibus fu-

Digitized by Google

sis eos absolvunt. His omnibus autem proprium est dicere, his quidem : Benedic, quæso ; illis autem : Salvet te Deus !,

A τος γίγνεται. Ἐκεῖ γὰρ ἔτι τῶν εἰσαγωγικῶν εἰς ἀγῶνας τελοῦντες, καὶ τὴν στάσιν ἔχοντες, οὐ πρὸς μόνας τὰς τῶν παθῶν ἐνεργείας, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τοῦ νοῦ φαντασίας, καὶ πρὸς τὰ τῶν πονηρῶν ἐνδάλματα λογισμῶν ἀπερικάλυπτοι τὰς κεφαλὰς ἐρχόμενοι κλινοῦσι ταύτας τῶν εἰρημένων Πατέρων ἐνώπιον· τοῦτο μὲν, τὴν πρὸς αὐτοὺς δούλωσιν καὶ ταπείνωσιν ἐνδεικνύμενοι, τοῦτο δὲ καὶ τὴν παρ' ἐκείνων εὐλογίαν τυποῦμενοι καὶ αἰτούμενοι. Οἱ δὲ πρῶτα μὲν σταυρῷ τὰς τούτων ἐπισφραγίζουσι κεφαλάς· εἶτα τὰς δεξιὰς χεῖρας ταῖς κάραις ἐπιτιθέντες αὐτῶν, καὶ ἅμα τὰς ἐπιτεθείσας οἱ θέντες ἀπωσάμενοι χεῖρας ἐπευχόμενοι αὐτοὺς ἀπολύουσιν. Ἴδιον δὲ τούτοις πᾶσίν ἐστι τὸ τοῖς μὲν, Εὐλόγητον εὔχομαι, λέγειν, τοῖς δὲ, Σώσαι σε ὁ Θεός.

INCIPIT

CUJUSDAM NICETÆ

PRESBYTERI ET MONACHI MONASTERII STUDII

LIBELLUS CONTRA LATINOS EDITUS

Et ab apocrisiariis apostolicæ sedis Constantinopoli repertus

---

I. Niceta presbyter et monachus monasterii Studiorum, qui prænominor Pectoratus : Romanis, de azymis et sabbatorum jejuniis, et nuptiis sacerdotum. Bona est dilectio ad proximum, o omnium gentium sapientissimi et nobilissimi Romani. Ex habitudine enim dilectionis ad proximum, et humilitas abundat ad eum qui habet illam. Ipsa autem abundans efficit participem sui omnia diligere, omnia sustinere, ut ait divinus Apostolus, et non inflari adversus proximum suum aliquando, neque ea quæ ipsius solius sunt quærere, aut zelum habere adversus eum et altercationem et æmulationem. Omnia enim hæc dilectionem persequuntur et humilitatem, et faciunt hominem non secundum Deum ambulare, sed secundum hominum libitum. Quod et Paulus arguit, dicens : « Cum sit inter vos zelus et contentio et discordia, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis ? » (*I Cor.* III, 3) Propter quod rogo vestram charitatem, humiliari vos propter Dei præceptum, et audire a nobis indignis et minimis.

II. Requirentes enim ab illis qui ex diversis provinciis Romanorum peregrinantur hic de azymis, quid dicemus de his in dilectione Christi ad vos? Qui azymorum adhuc participant, sub umbra legis sunt, et Hebræorum mensam comedunt, non autem rationalem et vivam Dei mensam, et nobis qui credidimus supersubstantialem, quemadmodum superius exigere supersubstantialem docti sumus panem. Quid enim est supersubstantialis, nisi quia

B nobis est consubstantialis? Alter autem nullus est nobis consubstantialis panis, sed corpus Christi, quod consimile nobis est secundum carnem humanitatis ipsius. Si autem animata est nostræ massæ substantia qua Verbum induit se, ergo non substantialem nobis panem comeditis, quia azymorum participamini. Azyma enim inanimata sunt, sicut ipsa rerum natura declarat atque liquidius edocet. Intermistum enim modicum fermentum in farina et commista sibi, ipsa unam efficit seipsam propter fermentum, vivifica quadam virtute, et calefacit eam, et tam mobilem quam vivam operatur. Quod in azymo fermento Pharisæorum, quod effugere nos sermo admonet, neque effectum est aliquando, neque fiet omnino. Divinæ enim effecti sumus participes naturæ, cujus et participamur quotidie, qui communitatem habemus cum Christo, sicut dicit et Petrus vertex : « Gratia vobis et pax multiplicetur in cognitione Dei, et Jesu Domini nostri (*I Petr.* I, 2). » Et post pauca : « Ut per eam efficiamini divinæ participes naturæ (*II Petr.* I, 4), » non autem fermento azymi interfectorum Dei. Divinam autem naturam, quisquis rationis est dominus, dicet aliquando azymum et mortuum fermentum Judæorum, quod in sacrificio vos Deo offertis, quod in figura veræ et vivæ carnis Domini comeditis? Quomodo unitatem habebitis cum Christo, vivente Deo, mortuum, ut dictum est, et infermentatum fermentum comedentes, legis, umbræ, non Novi Testamenti? Si enim et hoc dixeritis, sed non sic se ha-

Digitized by Google

bet. Inquit enim dilectus Christi discipulus : « Si dixerimus quia communitatem habemus cum eo, et in tenebris ambulamus, mentimur, et non facimus veritatem. Si autem in lumine ambulamus sicut ipse est in lumine, communitatem habemus ad invicem, et sanguis Jesu Christi purificat nos ab omni peccato (*I Joan.* I, 6, 7). » Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat. Et quomodo [non] habebit societatem cum Christo, qui est in lumine Novi sui Testamenti et gratiæ? Nam qui in lumine ambulant gratiæ, panem comedunt qui est corpus Christi, et bibunt sanguinem immaculatum ejus, et ita habent ad invicem, et cum Christo societatem, purificati, sicut dictum est, ab omni inquinamento. Azymum autem non est panis. Neque enim compositus, neque per se ipsum perfectus est, sed indigens semique perfectus, indigens plenitudine fermenti. Panis autem compositus, per seipsum perfectus est et plenissimus, sicut ille qui totum habet in seipso plenitudinis.

III. Animadvertite et attendite quia in azymis nulla est vivens virtus, mortua enim sunt; in pane autem, hoc est, corpore Christi, tria sunt viventia et vitam præbentia eis qui ea digne comedunt : Spiritus, aqua et sanguis, ceu et ipse, qui super pectus Christi in cœna recubuit, Joannes contestificatur in eo verbo : « Tres sunt qui testimonium dant, Spiritus, aqua et sanguis, et hi tres in uno sunt (*I Joan.* v, 8), » videlicet in corpore Christi. Quod et secundum tempus Dominicæ crucifixionis declaratum est, cum aqua et sanguis ex immaculata costa ipsius effluxit : lancea percussa carne ipsius, sanctus Spiritus vivificusque in deificata carne ejus permansit. Quam comedentes in pane, qui immutatus est per Spiritum et effectus est corpus Christi, vivimus in ipso, tanquam vivam et deificatam carnem edentes. Sic autem et sanguinem vivum et calidissimum ejus bibentes cum effluente aqua ex immaculata costa ejus, mundamur ab omni delicto, ferventi replemur Spiritu. Calidum enim, ut videtis, velut ex latere Domini, calicem bibimus, quia ex viva carne et calida spiritu Christi calidissimus nobis sanguis et aqua emanavit. Quod in eis qui azyma comedunt, nequit fieri.

IV. Si autem mortuum fermentum comeditis, o sapientissimi, ut sermo declaravit, cujus rei gratia gloriamini, dicentes : « Quia non sicut vos sale et fermento atque aqua farinam temperamus, et sic facimus oblationem azymorum nostrorum, sed aqua sola et farina et igni azymum conficimus, et in tribus his puram facimus nostram oblationem; » percontamur igitur vos, hæc tria, aquam et farinam et ignem, ad quid accipitis; et cui effigiem esse hæc æstimatis? Carnis Domini? Sed non inquit dilectus Christo Joannes : « Tres sunt qui testimonium perhibent (*I Joan.* v, 8), » aqua et farina et ignis. Sed quid? « Spiritus et aqua et sanguis, et hi tres in uno sunt (*Ibid.*,), » videlicet in corpore Christi, ut dictum est, quod nos comedentes unimur incarnato propter nos et immolato Christo incorporati, et velut caro ejus, sicut scriptum est. Si autem ad increatam et incorpoream naturam sanctæ Trinitatis assumitis, erratis cadentes in hæresim eorum qui asserunt Deum passum, qui dicunt compassum Verbum carni, et eamdem ipsam deitatem sustinuisse passionem. Non enim pariter Trinitas incarnata est, Pater et Filius et Spiritus sanctus, ut conspiciantur in ea hæc tria, aqua ut dicitur, farina et ignis, et ut in figura ipsius faciatis azymum et sacrificium offeratis : sed unus ex Trinitate Filius, et Verbum Dei incarnatum est, ex castissimis sanctæ Virginis carnibus homo effectus; et omnia ordinationis suæ perficiens, crucifixus est carne, non passa divinitate ipsius. Carne igitur crucifixus, tradidit nobis edere per panem carnem suam, quam in Spiritu sancto ita vivam dicimus : « Accipite et comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis fractum est, in remissionem peccatorum (*Matth.* XXVI, 26-28). »

V. Quid ergo vobis, in Christo fratribus nostris, et legi quæ maledicta est in Christo? quoniam adhuc azymum fermentum ejus comeditis? Nova creatura sumus in Christo : vetera transierunt. Paulum audite dicentem : « Ecce facta sunt omnia nova (*II Cor.* v, 17). » Si autem hæc comedere decernitis justum : cur non et circumcidimini? Christus circumcisus est. Cur non et purificamini? Paulus etiam et hoc fecit : et alia etiam omnia similiter servare veterum, sicut et hi ea quæ legis sunt faciunt, per quos nomen Dei in gentibus blasphematur, sicut est scriptum : « Non bona est gloriatio vestra (*I Cor.* v, 6), ut et ego quæ Pauli sunt loquar ad vos : « Nescitis, » inquit, « quia modicum fermentum totam massam corrumpit? » (*Ibid.*,) Et panis tandem, non azymum efficitur. Sed quid hic dictus Apostolus scribit ad Corinthios? Nunquid, ut vos æstimatis, de celebratione quam vos in azymis celebratis? Nequaquam. Sed quoniam illi hoc despiciebant quod aliquis novercam acceperat, et in antiquis consuetudinibus falsæ scientiæ suæ gloriabantur; volens autem eos converti Paulus et ex vetere removere malitia, venit per similitudinem hanc, fermenti dico et massæ, ostendit eis quoniam unum malum, tanquam modicum contemptum, magnam in toto corpore Ecclesiæ faciet læsionem. Propterea inquit adjiciens : « Et non luctum habuistis, ut auferatur de medio vestri qui hoc opus operatus est? » (*I Cor.* v, 2) Potest enim, inquit, iniquitas ista ad omnes vestras urbes transire, et, tanquam modicum fermentum totam massam fermentat, sic omnes apprehendi et fermentari, et unam massam majoris iniquitatis operari : « Expurgate, » inquit, « vetus fermentum (*Ibid.*, 7), » peccati. Tollite hunc a medio, ut efficiamini Christo nova conspersio, sicut estis baptizati, id est vel azymi vel puri, mortificati mundo et desideriis carnis. Etenim pascha nostrum hoc est, quoniam, ut eriperet nos ex iniquitate ac morte, immolatus est Christus. Qua de re sic ait : « Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ

Digitized by Google

et nequitiæ, sed in azymis sinceritatis et veritatis (*Ibid.* 8), » hoc est puræ vitæ et fidei, qua in Deum credimus, et veraces oratores ejus efficimur. Sic Magnus Gregorius theologus hoc verbum accepit. O sapientissimi, ea quæ mentis apostolicæ sunt intelligite, et non, quemadmodum hoc vos accepistis, de azymorum festivitate et participatione. Si enim de azymis et de celebratione eorum Corinthiis Paulus præcepisset, et eos in azymis epulari jussisset, non promulgasset cum undecim, et omnem reducens Ecclesiam fidelium in ordinem, in septuagesimo canone, cum excommunicatione præcepisset omnibus, hujusmodi causam a Judæis nullatenus accipi : « Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino ex numero clericorum jejunaverit cum Hebræis, aut epulatus fuerit cum eis, et acceperit festivitatum eorum munera, ut sunt azyma aut aliquid hujusmodi, deponatur : si autem laicus, sequestretur. »

VI. Si autem dicitis : Quia ab Hebræis non accipimus, sed domi facere consuevimus; cur hoc? sive ab illis accipiatis sive domi faciatis, azyma sunt. Et juxta hoc graviorem pœnam habebitis, quoniam relinquitis agere quæ jussa sunt vobis a Christo et Apostolis ipsius, facientes velut illi qui sub servitute legis sunt, qualia Judæi faciunt, in umbra et tenebris legis sedentes, nullatenus dicenti Paulo credentes : « Fratres, unusquisque in eo ordine quo vocatus est, in ipso permaneat (*I Cor.* VII, 20 *et* 24). » Non enim invenietis omnino in divina Scriptura quoniam azymum dictum sit a Christo aut apostolis ejus, cum administraretur ab illo Novi Testamenti mysterium. Paulus enim Corinthiis scribens dicit : « Discernere vos oportet calicem benedictionis quem benedicimus; nonne communicatio sanguinis Christi est? Panem quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? Quoniam unus panis, unum corpus, multi sumus. Etenim omnes ex uno pane participamus (*I Cor.* x. 16). Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis : quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, » et non azymum, « et benedicens fregit, et dixit : Accipite et comedite : hoc est corpus meum, quod pro vobis frangetur. Hoc facite in meam commemorationem (*I Cor.* XI, 23, 24). » Et non semel dixit panem, sed etiam sæpe. Non hic solus dixit, sed et cæteri apostolorum, et Matthæus quidem ait : « Cœnantibus autem illis atque comedentibus accipiens Jesus panem (*Matth.* XXVI, 26) : » Aspicis, panem et hic inquit, « et benedicens fregit, et dedit discipulis suis et dixit : Sumite et comedite, hoc est corpus meum (*Ibid.*). » Similiter autem et hoc Marcus inquit, et reliqui : et nequaquam azymum ab eis commemoratur.

VII. Quoniam quidem oportebat pati Christum secundum diem legalis paschæ, in qua et agnus ab Hebræis immolabatur. Oportuit enim fieri pascha ab interfectoribus Dei in sexta feria, in qua tandem et quarta decima luna erat juxta primum mensem, in quo contingit evenire 1531 annos : cyclus enim solis erat 18 et 5, ut non adhuc traditus prævenisset proprium pascha discipulis tradere, recumbens in cœna secundum vesperum quinti diei; postquam cœnavit, accepit panem, fregit, tradidit apostolis mysterium Novi Testamenti in nocte quinta in qua traditus est a Juda : sicut scriptum est. Sed quid dicit Lucas apostolus? « Accepit panem, et benedicens fregit (*Luc.* XXIV, 30). » Ecce et Lucas accipere panem Christum dixit, et non azymum. Non enim adhuc erat sextæ feriæ dies. Tertia decima erat luna in illa quinta feria, et non erat azymum, neque adhuc oblatio fermentati.

VIII. Azyma enim in quintadecima luna promulgata erant in lege, ut in quartadecima die ad vesperam agnus immolaretur, et in quartadecima die lunæ primi mensis Pascha appellaret lex, quintamdecimam diem primum azymorum et Sabbatum nominaret. Proh dolor insipientiam illiteratorum! Et non erat azyma in quinta feria, cum esset luna tertiadecima, et non quartadecima. Secundum quintamdecimam lunam fuerat institutum azyma fieri, sicut et agnus ad vesperam quartædecimæ diei jussum esse immolari, secundum quam immolatus est Christus, Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Si autem Christus immolatus est et crucifixus in decima quarta die lunæ, feriæ sextæ, in Sabbato autem erat festum azymorum, quando azyma comedit? etiam apostolis sic facere in Novo Testamento tradidit? Quomodo dicitis ab apostolis accepisse vos facere azyma jam post resurrectionem a mortuis? Non videtis quia manifeste ex rebus arguimini, quoniam non tunc azyma, cum mysteria Novi Testamenti traderet apostolis Christus?

IX. Ostendam vobis hoc ex legislatione Moysi. Loquitur enim : « Hæ sunt festivitates Domini et ipsæ sanctæ, quas vocabitis in temporibus suis. In primo mense in quintadecima die mensis hujus festum azymorum Domini; et in quartadecima die mensis intra medium ad vesperum erit Pascha Domino; et in quintadecima die hujus mensis festum azymorum Domino. Septem enim diebus azyma comedite (*Levit.* XXIII, 4-6). » Ecce enim ex legislatione Moysi didicistis, quoniam non tunc azyma, quando post cœnam secundum diem quintæ feriæ Christus tradidit per fractionem panis Novi Testamenti mysterium. Ante festum autem azymorum hoc fecit, cum esset tertiadecima dies mensis Quintadecima enim die mensis, ut legislatio Moysis, erat festum azymorum. Et Christus in feria sexta crucifixus, secundum quartamdecimam diem mensis, quando debebant Judæi immolare agnum; Sabbato autem secundum quintamdecimam diem mensis, cum esset festum azymorum, in sepulcro jacuit sepultus Azyma ergo dum non essent ante festum azymorum in toto anno ipso : septem enim diebus comedebant azyma Judæi, ceu instituit Moyses : in quintadecima die primi mensis incipientes festum horum, ubi reperta sunt azyma, quando cum discipulis suis cœ-

Digitized by Google

nam comederet Christus? Si enim sicut dicitis, a Domino apostoli acceperunt azyma, et illi iterum tradiderunt vobis hæc in figura corporis Christi in mysterio Novi Testamenti, dum nec ablatio panis fieret secundam constitutionem Moysi, neque erant tunc azyma, ubi reperta sunt? Quomodo obliviscimur legislationum Moysis? Septem namque solis diebus facere tradidit vobis. Sed vos in toto anno conculcatis instituta Moysis. Et Christus non venerat solvere legem, sed adimplere (*Matth.* v, 17).

X. Valde enim veritatem obsistitis, fratres. Si enim traditum vobis fuit ab apostolis comedere azyma, quomodo Agathon sanctissimus papa vester, præsessor cum esset sextæ synodi sub Constantino imperatore, et divinus Gregorius Acragantinorum episcopus non abstinuere; cum, sicut hujus synodi divini Patres, adversum azyma legem constituissent a nemine fidelium hoc fieri? Et, ut ostendam vobis horum legislationem contra azyma, adjicio rationi et canonem ipsorum sic habentem in undecimo capitulo : « Nemo in sacerdotali constitutus ordine, aut laicus, ea quæ apud Judæos sunt azyma comedat, aut cum eis cohabitet, aut in infirmitatibus invitet, aut medicinam ab eis accipiat, vel in balneis cum eis lavetur. Si quis hoc agere initiaverit, siquidem clericus fuerit, deponatur; si autem laicus, sequestretur. » Qui azymum conficit et comedit, etsi non acceperit hoc a Judæis, sed imitator fuerit in hoc, ut Judæus intelligit, et extra legem est, quemadmodum et si circumciderit quis seipsum, aut a Judæis circumciditur, simul et in scientia est illis, canonesque et instituta apostolorum sanctorumque Patrum transgrediens, et irrita omnia facit, ut ratio nostra demonstravit. Sed de azymo sufficienter vobis quod prohibitum sit ab omni Scriptura divina demonstravimus.

XI. Age nunc qui cætera demonstravimus vobis, et subito memoriæ suggestum est vobis de jejunio Sabbatorum, quoniam insultatis nobis : unde jejunare Sabbata, ex qua sancta Scriptura accepistis? Ab apostolis? Nequaquam. Apostolorum vertices in quinto quidem libro ordinationum, qui de martyribus inscribitur, juxta Clementem : « Quartam feriam et sextam præcepit nobis jejunare Dominus. Unam quidem propter traditionem, alteram propter passionem. Ipsum autem Sabbatum non tradidit nobis jejunare, quoniam non oportet, propter illud solum, in quo Creator omnium sub terra fuit. » Unde, juxta calcem ejusdem libri, iterum sic loquitur : « Omne quidem Sabbatum et omnem Dominicum celebrandum esse dicimus. Gaudere enim oportet in his et non lugere. » Septimo quidem libro earum constitutionum juxta vicesimum quartum caput hoc inquiunt : « Sabbatum namque et Dominicum celebramus, quia illud quidem divinæ operationis est memoria; hic vero resurrectionis. Unum vero tantum Sabbatum custodiendum est in toto anno sepulturæ Domini, quo jejunare oportet. Quando enim Christus in sepulcro jacuit, discipuli potentio- A rem circa eum fletum habebant quam gaudium ex memoria divinæ operationis. » Verumtamen hæc mystice per Clementem papam constituentem non steterunt hic, sed scientes magnam damnationem esse jejunare Sabbata, excommunicatione valida ligant ex hoc Ecclesiam. Dicit enim in sexagesimo quarto canone . « Si quis inventus fuerit Dominicum diem jejunare, aut Sabbatum, præter unum solum, deponatur; si autem laicus, sequestretur. »

XII. Hoc autem exsequentes et qui in sexta synodo Patres, convenienter huic sic promulgant sancte, præsidente synodo Agathone papa Romæ, et Gregorio cum eis Agrigentinorum episcopo præsente : « Quoniam quidem discimus eos qui in Romanorum urbe sunt, in sanctæ Quadragesimæ jejuniis eadem B Sabbata jejunare extra traditam sibi ecclesiasticam consequentiam : placuit sanctæ synodo observare Romanorum Ecclesiam immobilem canonem dicentem : Si quis clericus fuerit inventus, » et cætera quæ deinde scribit. Hæc igitur, sicut cernitis, apostolicis constitutionibus et canonicis fidelium Ecclesiam ligat cum papa Romæ Agathone. Vos unde aliter et ex quo jejunare Sabbata accepistis? Quinetiam oblationem perfectæ missæ per omnem diem facere in sacris diebus jejuniorum, sive Sabbato sive Dominico die : unde assuevistis? a quo doctore accepistis? Ex apostolis? nullatenus. Apostoli enim ex hoc posuere canonem sic loquentem : « Si quis episcopus aut presbyter, vel diaconus aut lector aut cantor, sanctam non jejunaverit Quadragesimam quartam- C que et sextam feriam, deponatur, nisi infirmitate corporis impediatur. » Ministrantes ergo atque complentes ministrationem sanctæ missæ secus tertiam horam diei, in qua et promulgatum est offerri sacrificium, quomodo jejunium usque ad horam diei nonam observatis? solventes hæc in tempore ministrationis missæ? Nequaquam. Si autem hoc impossibile est, maledictione plectemini.

XIII. Qui in Gangreno fuere Patres concilio cap. 19 talia effantur : « Si quis continentia sine corporali necessitate elatus fuerit, et constituta jejunia in commune et observata ab Ecclesia dissolverit, præsumendo sibi perfectam rationem, anathema sit. » Similiter Patres qui in Laodicensi fuere concilio, secundum quinquagesimum canonem sic effati sunt: D « Quia non oportet in Quadragesima martyrum natalitia celebrare, sed sanctorum commemorationem facere in Sabbatis et Dominicis diebus. » Et juxta quadragesimum octavum canonem item aiunt ipsi : « Quod non decet in Quadragesima panem offerre, nisi in Sabbato et Dominico solo. »

XIV. Et qui in sexto universali concilio convenerunt Patres similiter juxta quinquagesimum secundum canonem sanciunt cum sanctissimo Agathone papa dicente sic : « In omnibus sanctis Quadragesimæ jejuniorum diebus, sine Sabbato et Dominico die, et sine sancto Annuntiationis die, fiat missa ex antesanctificatis oblationibus. » Sic ergo accipientes nos Sabbato et Dominico die, secus tertiam diei

Digitized by Google

horam, in qua et Spiritus sanctus descendit super discipulos, immolantes, in ipsis sanctificamus munera, ex quibus sufficientia in tota hebdomada conservamus. In aliis autem diebus hebdomadis juxta tempus horæ nonæ diei concludentes omnem ministrationem in consummationem completorii, agimus nos sacerdotes cum diaconibus ingressum, thuribulum solum ferentes. Et post lectionem prophetarum constitutas orationes a magno Basilio facientes, et munera transferentes appositionis altario et orantes cum ipsis. Insuper autem et traditam nobis a Domino orationem dicentes, exaltamus præsanctificatum panem, et damus præsanctificata sancta sanctis, et uniti communione pane et calice mysteriorum Christi. Et ita agentes gratias Deo, linquimus eos atque dimittimus ex congregatione, sumentes nos communem mensam per folia et legumina, et calidam aquam qui voluerint. Sunt autem et alii qui sola communione et benedictione per totam perseverant hebdomadam. Vos autem referentes per unumquemque diem perfectam in Quadragesima ministrationem, quæ congrua est juxta tertiam horam diei offerri, positos transgredimini canones Ecclesiæ. Et in hoc maledictioni Patrum subjacetis, sicut dictum est.

XV. Quis ille est qui tradidit vobis prohibere et abscindere nuptias sacerdotum? Quis ex doctoribus Ecclesiæ hanc vobis tradidit pravitatem? Siquidem nisi nupserit, manus impositionis accipiet. Et ita ad nuptias ruit, qui ordinatus est innuptus, legitime. Hoc et secundum canones facitis, hujusmodi nuptias prohibentes? Si autem ante habuerit uxorem ille qui ordinatus est sacerdos, perseveraveritque in castitate magnaque vita, nuptias ejus solvitis, transgredimini, ut ex præcepto apostolicorum canonum ostendam vobis. In sexto enim libro Clementis ordinationum quæ ab eo conscriptæ sunt, juxta septimum decimum caput Apostoli hæc dicunt : « Episcopum et presbyterum et diaconum dicimus, qui unam habent uxorem, ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ, non licet eos post manus impositionem innuptos esse, nec insuper ad nuptias ire, aut si nupserint, alteras amplecti, sed sufficere quas habent cum ad ordinationem venerunt. » In quinto sanctorum canonum ita fatur in 2 cap. : « Episcopus aut presbyter aut diaconus uxorem suam non abjiciat obtentu religionis; si autem abjecerit, sequestretur. Perseverans autem deponatur. » In quadragesimo vero canone, inquiunt palam : « Propriæ episcopi res. » Et post pauca : « Ne occasione ecclesiasticarum rerum cadere episcopum ab eis quæ sunt episcopi, in mulierem et pueros et propinquos, ne per occasionem eorum, ea quæ Ecclesiæ sunt subtrahat. » Et deinde: « Siquidem sunt qui prohibeant sacerdotes legitimis conjugibus. » Non ita vertices apostolorum exposuerunt ecclesiasticos canones. Si autem dicis mulierem Ecclesiam dixisse apostolos, tunc infidelis apparebit sermo tuus et vacuus, cum sacris canonibus ipsorum, qui a nobis prædicti sunt, non abjicere episcopos et presbyteros occasione religionis, uxores sanxerunt, et ut caderent res episcoporum ex potestatibus eorum propter filios et mulieres ipsorum.

XVI. Si autem aliquis dixerit de sancta et universali synodo, quod papam Romæ sanctissimum Agathonem, ut sæpissime diximus, præsessorem habuit, ipsa centum septuaginta Patrum, sub Constantino imperatore, nepote Heraclii et patre Justiniani : quomodo non obstitit divinus Agathon sanctæ synodo sancienti adversus hos impios quos usque nunc habetis? Si vero ab apostolis haberetis has traditiones, obsisteret forsitan, et non suscepisset hæc quæ apud nos ab ea promulgata sunt. Papa cum esset vester, quoniam adulteras cognoscebat traditiones ipsas et extraneas ab apostolorum doctrina : propterea pariter cum Patribus sacræ sextæ synodi, sicut de azymis et jejuniis Sabbatorum et sacræ missæ mysteriis, sic et de nuptiis sacerdotum promulgavit dicens in decimo tertio capite : « Quia in Romanorum Ecclesia in ordine canonis tradi cognovimus, præsentes diaconi aut presbyteri dignas fore manuum impositiones confiteri, ut non amplius a suis disjungantur conjugibus. Nos antiquum exsequentes canonem apostolicæ diligentiæ et ordinationis, sanctorum virorum copulationes secundum legem et a modo valere volumus, nullatenus a conjugum copulatione dissolventes aut privantes eos ab invicem, secundum tempus congruum locationis. Quia vero si quis dignus inventus fuerit, manus impositione diaconus vel subdiaconus aut presbyter, hic nullatenus prohibeatur ad hujusmodi gradum ascendere, conjugi cohabitaturus legitime; neque in tempore ordinationis exigatur confiteri ad legem propriæ locationis propter propriam uxorem. » Et post pauca : « Si quis ergo præsumpserit extra apostolicos ordines motus quemdam sacrorum presbyterorum et diaconorum privare a copulatione legitimarum mullerum, a communione sequestretur. Similiter si quis presbyter aut diaconus collactaneam suam occasione religionis projecerit, separetur; perseverans autem deponatur. »

XVII. Unde igitur vobis et ex quibus hæ horribiles infirmitates supervenerunt, o viri Romanorum sapientissimi et omnium aliarum gentium nobilissimi? Æstimo quod quidam ex Judæis in tempore apostolorum credentes, vana lucra cupientes et pecuniarum amatores reperti, volentes multos fidelium abstrahere ex Evangelio, hoc est, ex fidei prædicatione, corruptis dum prædixissent eis, in hoc et Christianitas et Judaismus corrupta sunt. De quibus Joannes fatus est : « Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum (*I Joan.* II, 19), » de his qui circa Simonem et Deman, Nicolaumque et Cleobium subtexendo. Reliqui autem verticum in septimo libro Institutionum juxta sextum decimum caput liquidius dixerunt : « Scimus enim, inquit, quia hi

Digitized by Google

qui, circa Simonem et Cleobium et Judam, conscripserunt libros in nomine Christi et discipulorum ejus, circumferunt ad seductionem vestram, et eorum qui diligunt Christum, et nos servos ipsius. » Et in veteribus quidam conscripserunt libros apocryphos Moysi et Enoch et Adam, Isaiæ et David, et Eliæ, et trium patriarcharum, corruptiones facientes atque veritatis inimicos libros. Sed et Paulum Domini apostolum hæc præscientem, ut æstimo, sic ad vos ascendisse hujusmodi seductores, dolum texentes vobis, Philippensibus scribit : « Videte canes, videte malos operarios, videte abscissionem (*Philipp.* III, 2). » Et Timotheo iterum : « In ultimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus et doctrinis dæmonum, in hypocrisi loquentium mendacia, et incedentium propria conscientia, impedientium nubere, et abstinere a cibis quos Deus creavit (*I Tim.* IV, 1-3). » Et ea quæ exinde. Propter quod et Tito præcepit : « Argue eos, inquit, duriter, ut sani sint in fide, non attendentes Judaicis fabulis, et præceptis hominum subvertentium veritatem (*Tit.* I, 14). »

XVIII. Quamobrem diligentissime inquisivimus de cætero circa hæc, o fratres, ne aliquando ex his quæ dicta sunt et redarguta vobis mendacia, dico nunc azyma, Sabbatorum jejunia, nuptias sacerdotum et in jejuniis oblationes accipiatis; sed scientes A nunc, quod primum est eorum, ex omni a Deo inspirata Scriptura; fugite quæ hujusmodi sunt actitare, cum sitis Ecclesia Dei et totius orbis semper splendidus oculus, ut uniti nobis vestris confratribus : quos per jam dicta scidistis, cum sitis corpus Christi; revelata facie gloriam Domini in concentu et unitate cum orthodoxa fide conspeculemur, et imaginem ejus transformemus in nobis, viva demonstratione, et ipsius ad gloriam sempiternam, sicut a Domini spiritu, quoniam ipse est caput nostræ Ecclesiæ corporis; et in eo sicut in uno corpore, omnes nos conjungimur.

XIX. Hæc vobis Romanis. Si ergo possimus vos, cum sitis homines, ad credulitatem nobiscum reducere per ea quæ diximus, et docendo vos ex divina B Scriptura arguimus; gratia Dei, et vobis scientibus bene Spiritui sancto credere, et prosequi rationem jam dictam ex Scripturis. Si vero aliter tenetis, date nobis testimonia ex divina Scriptura consistentia : in quibus volo benevolos vos esse, ut super sedes intelligentiæ requiescatis, et nos, scientes obedire inenarrabili rationi spiritus, docere omnia quæ ad vos scripsimus. Salutamus vos in Christo Jesu Domino nostro, cui est gloria et potentia, cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Finis libelli Nicetæ, presbyteri et monachi monasterii Studii, contra Latinos.

INCIPIT

RESPONSIO SIVE CONTRADICTIO

IN EUMDEM LIBELLUM

A FRATRE HUMBERTO

EPISCOPO SILVÆ CANDIDÆ.

I. Si diligenter sanctæ Chalcedonensis synodi C quartum considerasses caput, quiete monastica et jejuniis atque orationibus in monasterio tuo contentus, nequaquam ecclesiasticis rebus communicasses, nec importunitatem intulisses. Quapropter sexcentorum triginta Patrum concordi decreto a communione es suspensus, ne per te nomen Domini blasphemetur. Decet enim unamquamque professionem se sub mensura sui habitus et gradus cohibere, ne conturbet ecclesiastici dogmatis ordinem totum, dum, non suo contentus officio, præripere quærit alienum. Sed væ tibi, Sarabaita, qui nulla cœnobitali examinatus disciplina, voluntate atque voluptate ductus propria, contra sanctam et Romanam et apostolicam Ecclesiam et omnium sanctorum Patrum concilia horribiliter latrasti, stultior asino, frontem leonis, et murum adamantinum frangere tentasti! In quo utique conatu, non es victor erroris, sed victus errore; nec presbyter, sed inveteratus dierum malorum, et puer centum annorum maledictus; potius dicendus Epicurus, quam monachus. Nec credendus es degere in monasterio studii, sed in amphitheatro aut lupanari. Qui etiam vere prænominaris *pectoratus*, quoniam cum serpente antiquo super pectus tuum graderis. Quod, sicut quidam Patrum dixit : « Quicunque vult, intrat et solvit asinum : » ex abundantia enim cordis os loquitur (*Matth.* XII, 34). Deinde detestabilior omni veneficio, labia mortiferi poculi melle charitatis et bono odore humilitatis imbuens, ex prædictis virtutibus delectabile exhibuisti procœmium, ut prægustata dulcedo faceret inconcutanter absorberi fel draconum et reliquum

Digitized by Google

veneficium. Sed væ ei qui potat amicum suum potione turbulenta! Quam ideo necessariam duximus subtiliori linteo colatum ire, ut modus concinnationis ejus, et potentiâ aliquatenus possit deprehendi, et deinceps caveri, quia ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber, et sicut regulus venena diffundet.

II. Ecce in ipso livoratus tui vestibulo tria proposuisti : de azymo scilicet, de Sabbato et de sacerdotum nuptiis. Ex quibus tot et tanta evomuisti, ut in pervertendo divinas sententias non inferior videaris perversis et rabiosis canibus Juliano et Porphyrio. Denique divini eloquii scalam ad cœlos subrectam, quantum in te fuit, retorsisti ad inferos, ne cum angelis scanderes ad catholicos, sed cum apostatis descenderes ad hæreticos. Inde est quod, sanctæ Romanæ et apostolicæ sedis sacrificio detrahens, falsissime definivisti nos mensam Judæorum comedere. Quod satis ostenditur in superiori nostra narratione, ubi commentis complicum tuorum, Michaelis scilicet Constantinopolitani et Leonis Acridani voluimus obviare. Nec est necesse eadem nos toties repetere. Quia stuppæ collectæ et paleæ conjectæ zizaniisque collectis una potest flamma sufficere. Unde ea tantum decrevimus leviter succendere, quæ solus videris plus illis congessisse.

III. Itaque quod dixisti consubstantialem et supersubstantialem idem esse, omnino est futile. Quia Dominus Jesus, quamvis nobis humanitate sit consubstantialis; sic et humanæ mensæ panes, licet sint consubstantiales sibi, mensæ tamen divinæ panis supersubstantialis est eis. Et, o mentite Deo, et aperte impugnator sancti Evangelii! ubi et quando dixit Veritas, veracis Patris Filius : « Cavete ab azymo fermento Pharisæorum? » (*Marc.* VIII, 15.) Nunquid *azymum* quolibet modo potest dici *fermentum*, quando azymum dicatur, eo quod absque fermento sit? et ubicunque fermentum fuerit, necesse est ut aut fermentum efficiat, aut fermentum permaneat? Cum ergo fermentatum non sit sine fermento, nec fermentum aliquando possit esse sine ipso, quomodo saltem somniare ausus es azymum fermentatum? Sed quamvis talia dicendo telas araneæ texueris, muscas et culices seu vermiculos aberrantes his irretire poteris; non autem columnas simplices et oves recognoscentes vocem sui auctoris.

IV. Deinde, o subverse subversor, subvertere conatus sententiam apostoli Joannis dicentis : « Si dixerimus quia societatem habemus cum eo, et in tenebris ambulamus, mentimur et non facimus veritatem (*I Joan.* I, 6), » et cæteris nequius usus es hoc ejus testimonio, quam adulter oculo et latro ferro, quæ utique bona sunt. Illi enim lædere tentant aliquos, tu perdere cunctos. Unde et sic concludis : *Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat.* Sed idem Joannes intentionem tuam enarrans, luce clarius demonstrat, qui dixerit, subjungens : « Qui odit suum fratrem, in tenebris est, et in tenebris ambulat (*I Joan.* II, 9). » Hic plane liquet quod non ab apostolo sancto, sed ab apostata angelo accepisti, ut diceres : *Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat*, quia tota epistola illa, nec fermentatum nec azymum commemorat, sed solum charitatem.

V. Post hæc non minori sacrilegio abusus alio testimonio ejusdem apostoli dicentis : « Tres sunt qui testimonium perhibent in terra, Spiritus, aqua et sanguis, et hi tres unum sunt (*I Joan.* V, 7); » perverse conaris ad panem mensæ Christi transferre, quod ille de baptismo ejus voluit intimare. In baptismo siquidem hæc tria sunt, et unum baptisma efficiunt. Et Spiritus quidem sanctificat, aqua abluit, sanguis redimit. Si quodlibet horum defuerit, baptismus non erit, sicut venerabilis pater Augustinus ait : « Tolle aquam, non est baptismus. tolle verbum, non est baptismus. Sed accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum. » Tu autem nequam pectorate, nequiter interpretando et depravando sententiam recumbentis super pectus Jesu, dixisti : *Et hi tres in uno sunt*, scilicet in corpore Christi, quod dilectus ejus, nec sensit, nec scripsit, sed, « hi tres unum sunt (*I Joan.* VII, 8), » secundum superiorem de baptismo sensum.

VI. Parva sunt hæc et pene nulla ad comparationem sequentis blasphemiæ, qua asserere laboras, quod tempore Dominicæ passionis et crucifixionis, quando sanguis et aqua de latere ejus exivit, sanctus et vivificus spiritus in deificata ejus carne remansit. Quod si constiterit, mortuus non fuit. Si mortuus non fuit, neque resurrexit. Si non resurrexit, inanis est fides et prædicatio nostra, quia nec nos resurgemus. Et sicut Apostolus ait : « Si ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? » (*I Cor.* XV, 32.) Ut quid enim quotidie tanta patimur? Comedamus et bibamus : imo bestialiter vivamus, cras enim ut bestiæ moriemur. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores omnibus sumus hominibus; sed absit hoc ab omni genere humano! Nam idem præclarus evangelista, qui hoc ipsum præsens vidit, attestatur carnem Christi vere exanimatam in cruce fuisse, dicens : « Et inclinato capite emisit spiritum (*Joan.* XIX, 30). » Porro Marcus et Lucas dicunt eum exspirasse (*Marc.* XV, 39; *Luc.* XXIII, 46). Unde et in symbolo confitemur *mortuum et sepultum*. Alioqui sepeliri non debuit, qui mortuus non fuit. Obmutesce, canis : linguam, canis improbe, morde; Christus enim vere mortuus est propter delicta nostra, et propter justificationem nostram (*Rom.* IV, 25) resurrexit a mortuis primitiæ dormientium (*I Cor.* XV, 20).

VII. Ecce pestifera doctrina, ecce diabolica suggestio, cujus tu signifer effectus conaris opiniones et adinventiones tuorum contra traditionem apostolicam, et contra manifestam veritatem defendere, dicendo : Aquam calidam et sanguinem de vivo et calido Christi corpore exisse, et ideo Græcos aquam

Digitized by Google

ferventem sanguine ejus jure miscere. Quod totum longe aliter est. Nam veraces evangelistæ concorditer narrant Dominum nostrum hora nona in cruce mortuum, et sero a Josepho postulatum depositum de ligno et sepultum. Ipso enim emittente spiritum, velum templi et petræ scissæ sunt, terra mota, monumenta aperta, et multa corpora sanctorum resurrexerunt. In tanta itaque perturbatione et quasi naufragio totius creaturæ, non solum latus Domini non fuit apertum lancea, sed etiam hi qui prius ei insultaverunt, et ad spectaculum illud convenerant, viso terræmotu et his quæ fiebant, pectus suum percutientes, revertebantur. Adeo ut ipse centurio, cui traditus fuerat ad puniendum, diceret : « Vere Dei filius erat iste (*Matth.* XXVII, 54). » At ubi tumultus mundi conquieverat, et securitas aliqua rediit, cum jam sero esset, Pharisæi rogaverunt Pilatum ut propter solemnem diem Sabbati frangerentur crucifixorum crura et deponerentur. Tunc quoque Joseph rogavit Pilatum ut tolleret corpus Jesu. Pilatus vero mirabatur si jam obiisset. Et accersito centurione, ubi cognovit Jesum jam mortuum, donavit corpus Joseph. Porro milites ad præceptum Pilati fregerunt crura prioris et alterius latronis. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua, quibus formaretur Ecclesia, quemadmodum ex costa Adæ dormientis formata est Eva. Ecce si hora nona obiit, et sero, jam de cruce deponendus, lancea percussus fuit; sanguis fuit ille, naturaliter calidus non fuit, toto corpore jam præmortuo et frigido. Quod si aliquo modo caluit : Evangelium quare tantum miraculum et sacramentum tacuit? Unde vos novi symmystæ volumus dicatis an sanguis tantum, aut aqua tantum, an simul utrumque caluerit? Si sanguis tantum, quare aquam calefacitis; si aqua tantum, quare ex ea calefacitis sanguinem Christi? Si utrumque simul, quare utrumque simul non calefit? Sed cujus visu vel tactu potuit discerni, quodlibet horum duorum ex uno vulnere simul erumpentium, calidum aut frigidum fuisse? Præterea si aqua illa caluit, quare et aqua baptismatis non calefit, cum præcipue ipsa baptismum præfiguravit, sicut sanguis redemptionem? Volumus autem scire qua intentione costam Christi immaculatam dixeris? Si pro sanctitate et innocentia : optime; si autem pro eo quod impenetrabilis ferro fuit : pessime; quia de vero vulnere verum, non phantasticum, sanguinem pro nobis fudit. Et non de costa, sicut tu scribis, sed de latere, quia os sanguinem non solet emittere, nec os comminutum fuit ex Dominico corpore.

VIII. Cæterum quod panis sit et dicatur etiam azymus, et quod non cum Theupaschitis in sacra oblatione erremus, et quod non azymum veteris legis, sed sinceritatis et veritatis comedamus, quodque vetera transierunt, et facta sunt nova, satis ostenditur in alia nostra epistola.

IX. Tu vero maledicte et maledictus sermo oris tui, sanctam legem, sicut Severianus, maledictam dixisti. Nec mirum, cum etiam panem tuum laudare supra modum cupiens, nimium vituperasti illum dicens : « Modicum fermentum totam massam corrumpit, et panis tandem, non azymum efficitur. » Deo gratia, quia azymum non efficitur de massa fermento corrupta, sicut tuus panis. Nam corruptio nunquam et nusquam in bonum accipitur; quia ubicunque corruptio, ibi etiam substantiæ deterioratio. Quinetiam cum exponeres sententiam beati Pauli, quam post tot orthodoxos Patres, nobis nolumus ab hæreticis exponi, quamvis nolens azymum laudasti dicens : Sicut estis baptizati, id est, azymi et puri. Si ergo secundum tuam confessionem baptizati sunt azymi, quid sunt non baptizati, nisi fermentati, id est, corrupti?

X. Dic tamen ubi et quomodo Paulus cum undecim apostolis canones illos cum excommunicatione exposuit, quorum tu nobis septuagesimum caput objicis? omnino nesciens quid loquaris : « Si quis, inquit, episcopus aut presbyter aut diaconus, aut omnino ex numero clericorum jejunaverit cum Hebræis, aut epulatus fuerit cum eis, et acceperit festivitatum eorum munera, ut sunt azyma, aut aliud hujusmodi, deponatur; laicus autem sequestretur. » Etiam si hoc capitulum ex libris authenticis prolatum esset, nullo modo nos tangeret, quia nec cum Hebræis jejunamus, nec cum eis epulamur aut festivitatum eorum munera aliqua accipimus. Quod autem tu vesane subjungis : Sive ab illis accipiatis, sive domi faciatis, azyma sunt. Id jaculum tibi retorquemus dicentes : « Sive cum Hebræis Sabbato epulemini, sive domi, epulatio est. » Sane hoc dignius contra vos dirigeretur, quia vos nihil aliud in Sabbato quam solemnitatem Judæorum, nos autem in azymo longe aliud sacramentum retinemus et amplectimur. Si enim interrogemus Judæos, quid celebrent in Sabbato? Respondebunt : « Requiem Domini. » Si Græcos, idem et non aliud dicent. Ergo sub servitute legis sunt. In cujus umbra et tenebris consederunt.

XI. Deinde post inanes latratus super vocabulo panis, reduxisti nobis annos ab initio mundi, usque ad passionem Christi, quando secundum te cyclus solaris erat XVIII et lunæ V : ut hoc saltem figmento possis evadere cum fermento tuo, quasi juxta hanc supputationem tuam, occurrat in Cœna Domini luna XIII, in qua nondum fermentum abjecerat plebs Hebræa. Sed nos chronographis et calculatoribus talia relinquentes, maxime cum apud Græcos et Latinos atque Hebræos diversæ de temporibus habeantur rationes : hoc tantum dicimus, quia Christus nec unum iota aut apicem veteris legis resolvit. Unde et XIV luna ad vesperum quinta Sabbati Pascha celebravit, et mox eadem nocte comprehensus, crucifixus est quintadecima luna, id est sexta Sabbati, quæ specialiter dicebatur prima dies azymorum. Quamvis et in tota præcedente die, id

Digitized by Google

est quarta decima luna, fermentatum non appareret in omnibus finibus Israel. Nam et agnus cum azymis comedebatur. Quod si juxta tuam assertionem Christus Pascha fecit tertiadecima luna cum fermentato, dupliciter reus fuit; juste puniendus secundum legem, quia Pascha fecit in tempore non suo, et quia cum fermentato. Quapropter mors ejus nihil nobis conferet, qui non pro nostris sed pro suis peccatis interiit, scilicet quia fuit transgressor sanctæ legis. Sed de his alias copiose disseruimus.

XII. Deinde si exceptis septem diebus Judæi toto anno fermentatum, ut asseris, comedunt, quis convenientius debet argui, ille qui minimo tempore eos imitatur in azymis, an ille qui toto anno in fermentatis? Absit tamen ut eorum carnalem ritum in aliquo imitemur!

XIII. Verum quoniam labyrintheo errore duceris, ut nunc qua exibas intres, nunc qua intrabas exeas, iterum eamdem viam teris, dicens : « Si traditum vobis fuit ab apostolis comedere azyma, quomodo Agatho papa vester, præsessor sanctæ sextæ synodi, cum Gregorio Agrigentinorum episcopo et aliis Patribus, contra azyma ne fierent legem statuit? » Audi, stulte, vane : non tantum ab apostolis, quantum ab ipso Domino nostro Jesu Christo traditum est nobis, azyma non de Phase Judaico comedere, sed de Pascha Christiano percipere.

XIV. Nec rei tenemur illo quod objecisti cap. 11 sextæ synodi, dicens : « Nemo in sacerdotali constitutus ordine, aut laicus ea quæ apud Judæos sunt azyma comedat, aut cum eis habitet, aut in infirmitatibus eos invitet, aut medicinam ab eis accipiat, vel in balneis cum eis lavetur. Si quis hæc egerit, siquidem clericus fuerit, deponatur : si autem laicus, sequestretur. » Quis nostrum, rogo, azyma quæ apud Judæos sunt comedit? Quamvis enim reliqua capituli hujus observemus, illud tamen super omnia de azymis observamus.

XV. Sed quid dices? Nonne magnus Basilius a Joseph Judæo medicinam multoties accepit? tu autem sicut diabolus psalmum, ita exponendo capitulum subjunxisti : « Qui ergo azymum conficit et comedit, quamvis hoc non acceperit a Judæis, imitator tamen Judæorum est, sicut et is qui circumciditur. » Perdes, Domine, omnes qui loquuntur mendacium! (*Psal.* v, 3.) Nunquid omnibus omnino Christianis interdicitur ne aliquando alicubi azyma comedant, sicut interdicitur ne se aliquando circumcidant? Quare hoc? quia in his imitantur Judæos? Concedimus tamen circumcisionem solum fuisse Judæorum : verumtamem azyma omnium gentium, quæ tu malitiose non solum a divina, sed ab humana mensa omnino repellis. Sed quid facies, o fermentate? Judæi, ceu superius asseruisti, exceptis septem diebus toto anno fermentatum comedebant, et aliquando offerebant. Nunquid et hoc tolles hominibus?

XVI. Hinc videamus si non estis Sabbatiani, quos commemorant Patres sanctæ quintæ synodi. Reprehendens enim nos cur jejunemus Sabbatis, dicis : « Quarta et sexta feria jugiter jejunandum : una propter traditionem, altera propter passionem Domini, Sabbato autem nunquam nisi uno. » Et hoc asserere conaris ex apocryphis libris et canonibus pari sententia sanctorum Patrum repudiatis. Nam Clementis liber, id est, itinerarium Petri apostoli et canones apostolorum numerantur inter apocrypha, exceptis capitulis quinquaginta, quæ decreverunt regulis orthodoxis adjungenda. Unde nos quoque omne apocryphon abjicientes, dedignamur audire eorum fabulosas traditiones, quia non sunt ut lex Domini. Quapropter his omissis, in altera epistola, vide quid sentierint de Sabbato beati et antiqui pontifices Romani, Silvester et Innocentius, quorum sententiæ sententia Agathonis quamvis sanctissimi nullatenus præfertur. Sed absit ut aliquando contraria eis Agatho sensisset! Et tamen in hoc, sicut et in aliis falleris, quod eum præsessorem illius synodi fuisse dicis, cum tantum legati ejus eidem synodo præsederint. Cujus gesta hic summatim placuit inseri.

XVII. Tempore Constantini, filii Constantini imperatoris, anno imperii ejus septimo decimo, Agatho papa, ex rogatu Constantini, Heraclii et Tiberii principum piissimorum, misit in regiam urbem legatos suos. In quibus erat Joannes Romanæ Ecclesiæ tunc diaconus, longe post episcopus, pro adunatione facienda sanctarum Dei Ecclesiarum. Qui benignissime suscepti a reverendissimo fidei catholicæ defensore Constantino, jussi sunt remissis disputationibus philosophicis, pacifico colloquio de fide vera perquirere, datis eis de bibliotheca Constantinopolitana cunctis antiquorum Patrum, quos petebant, libellis. Adfuerunt autem et episcopi 150, præsidente Gregorio regiæ urbis præsule et Antiochiæ Machario. Et convicti sunt qui unam voluntatem et operationem astruebant in Christo, falsasse Patrum catholicorum dicta per plurima. Finito autem conflictu, ea hora tantæ aranearum telæ in medium populi ecciderunt, ut omnes mirarentur. Ac per hoc significatum est quod sordes hæreticæ pravitatis depulsæ essent. Et Gregorius quidem correctus est, Macharius autem cum suis sequacibus simul et prædecessoribus, Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo et Petro anathematizati, et in loco ejus Theophanius abbas de Cilicia episcopus factus. Tantaque gratia legatos catholicæ pacis comitata est, ut Joannes Portuensis episcopus, qui erat unus ex ipsis, Dominica octavis Paschæ missas publicas in ecclesia Sanctæ Sophiæ coram principe et episcopo ipsius urbis Latine celebraret. Eo tempore Damianus Ticinensis Ecclesiæ episcopus sub nomine Mansueti episcopi Ecclesiæ Sancti Michaelis, satis utilem rectæque fidei epistolam composuit, quæ in prafata synodo non mediocre suffragium tulit.

XVIII. Recta autem et vera fides hæc est : Ut in

Digitized by Google

Domino nostro Jesu Christo sicut duæ sunt naturæ, hoc est, Dei et hominis, sic etiam duæ credantur esse voluntates sive operationes. Vis audire quod deitatis est? « Ego, inquit, et Pater unum sumus (*Joan.* x, 30). » Vis audire quod humanitatis? « Pater major me est (*Joan.* xiv, 28). » Cerne secundum humanitatem eum in navi dormientem. Cerne ejus divinitatem cum evangelista dicit : « Tunc surgens imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna (*Math.* viii, 26). »

XIX. Hæc est sexta synodus universalis Constantinopoli celebrata et Græco sermone conscripta, temporibus papæ Agathonis, exsequente ac residente piissimo principe Constantino intra palatium suum, simulque legatis apostolicæ sedis et episcopis 150 residentibus, qui omnes quidem hæresim damnaverunt. Tunc piissimus princeps Constantinus interrogavit eos qualiter Romana Ecclesia de sacrificio corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi ordinem teneret? Illi responderunt : « In calice Domini non debet solum offerri vinum, sed aqua mistum. Nam si solum vinum offertur, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Et si aqua pura offertur, sola plebs incipit esse sine Christo. Quando utrumque admiscetur, id est, vinum et aqua, tunc sacramentum spirituale perficitur. Oblatio vero quæ in sacrificium altaris offertur, nullam commistionem aut corruptionem fermenti debet habere, sicut beata virgo Maria absque omni corruptione Christum concepit et peperit. Hinc in Ecclesia mos obtinuit ut sacrificium altaris non in serico aut in panno tincto, sed in lino terreno celebretur, sicut corpus Domini fuit in sindone munda sepultum. Sic et oblatio munda debet esse a fermento, juxta quod in gestis pontificalibus a beato Silvestro legimus esse statutum. » Tunc placuit piissimo principi Constantino hæc traditio apostolicæ sedis. Ecce istius et sex cæterarum synodorum omnibus sanctis Patribus et orthodoxis imperatoribus, per omnia placuit fides et traditio apostolicæ sedis. Et tu qui es, cui displicet? Sed volumus dicas : Videturne tibi congruum ut omni quarta et sexta feria jejunes propter traditionem et passionem Christi, et propter sepulturam nullo Sabbato, nisi uno? Cum ergo omni Dominica celebres resurrectionem, omnique quarta et sexta feria jejunes propter traditionem et crucem; cur non et omni Sabbato propter sepulturam, cum de celebrando Sabbato nullam rationem teneas, nisi quam Judæi, scilicet quia in eo requievit Deus? Qui utique fatigatus non est, verbo creans quidquid voluit, sed in hoc nostram requiem præfiguravit. Quod si uno Sabbato in toto anno jejunandum est, propter sepulturam Christi, ergo et una quarta feria propter traditionem, et una sexta feria propter passionem, in toto anno est jejunandum. Una quoque Dominica propter resurrectionem celebranda.

XX. Non autem mirum si Agathoni papæ et sanctis Patribus sextæ synodi vestra imputatis deliramenta, et quæ aut finxistis capitula, cum etiam ipsi Domino Jesu et apostolis ejus imputetis figmenta. Unde nos, scientes sextam synodum ad destruendam hæresim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis novas institutiones congregatam, capitula quæ nobis sub ejus auctoritate opponitis, omnino refutamus, quia prima et apostolica sedes, nec aliquando ea accepit, nec observat hactenus; et quia aut sunt nulla, aut, ut vobis libuit, depravata sunt. Depravastis Joannis Chrysostomi atque Gregorii theologi aliorumque orthodoxorum Patrum dicta, et exhibuistis in eadem synodo sexta. Nempe a prima synodo Nicæna usque ad hanc sextam trecenti et amplius anni dicuntur evoluti. Et quomodo in Nicæna et reliquis quatuor synodis universalibus nulla mentio fit de tam necessariis rebus? Nunquid usque ad sextam synodum Græci et Latini rationem missæ ac jejuniorum ignoraverunt, et per sexcentos et amplius annos a passione Christi in talibus errarunt? An forsan Græci hæc noverunt, et Romani ignoraverunt? Sed ex Missalibus Romanorum libris, ab omni Ecclesia Occidentali antiquitus receptis, evidenter cognoscitur quam rationem jejunii et missæ habuerint sub reverendissimis pontificibus, Silvestro scilicet auctore Nicænæ synodi, Gelasio damnatore vestri Acacii, maximeque Gregorio dialogo, compatre imperatoris Mauritii, In cujus libris Missalibus omnis dies Quadragesimæ habet specialis missæ plenarium officium, et, excepta Dominica, nullus dies ejus solvit susceptum jejunium, quam traditionem si tentasset papa Agatho aliquatenus removere Romanis, non audiretur ab eis. Quia, licet ipse magnus exstiterit, præfatis tamen decessoribus suis sicut tempore, ita scientia et auctoritate minor fuit. Quamobrem caput quo asseritis eum promulgasse ut si quis clericus jejunaret Sabbatum præter unum, deponeretur, magis dicendum est Nazarenorum esse quam apostolorum, Cherinti et Hebionis quam sextæ synodi et papæ Agathonis. Cui sane capitulo epistola Pauli aperte contradicit, ubi ait : « Nemo vos judicet in cibo aut potu aut in parte diei festi, et neomeniæ et Sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum. » Unde Romani proprio auctori et magistro gentium in fide et veritate obedientes, nulli Sabbato festum vel otium dependunt, sicut nec neomenia, quia profecto Judaica sunt, et utique umbra futurorum.

XXI. Porro unde acceperimus omni die jejuniorum perfectam missam facere, supra curavimus ostendere : nec timemus caput quod dicitis apostolorum de his qui non jejunaverint Quadragesimam, quarta quoque et sexta feria, qua, excepta gravissima infirmitate, sollicite cuncti jejunamus diebus Quadragesimæ, adeo ut interdum decernes pueros nobiscum faciamus jejunare, nec solvimus per Sabbata quadragesimalem abstinentiam, quam Dominus noster non solvit in quadraginta jejunii sui diebus. Nec solveremus etiam in die Dominica, quemadmodum nec ipse, nisi præ gaudio resurrectionis ejus hoc inter-

Digitized by Google

dissonet ab initio omnium catholicorum Patrum sententia, etiam cum anathemate. Quos secuti sancti Patres Gangrensis concilii dixerunt : « Si quis non dijudicans diem Dominicam, jejunaverit tanquam in ejus contemptu, anathema sit. » Ubi certe sicut eis attestantur omnes authenthici libri, non contradicunt jejunio Sabbati, sed Dominicæ diei.

XXII. Sed, o perfide Stercorianista, qui putas fideli participatione corporis et sanguinis Domini quadragesimalia atque ecclesiastica dissolvi jejunia, omnino credens cœlestem escam velut terrenam per aqualiculi fetidam et sordidam egestionem in secessum dimitti, plane sentis cum Ario. Qui cum pro aliis blasphemiis in Filium Dei, tum etiam pro ista, foveam delapsus in atram, visceribus fusis vacuus quoque ventre remansit. Et ubi est Salvator qui dans discipulis panem a se benedictum et fractum dixit : « Accipite et comedite, hoc est corpus meum? » (*Matth.* XXVI, 26.) In quo quid traderet, alibi dicit : « Panis quem ego dedero, caro mea est, pro mundi vita (*Joan.* VI, 52) : » et; « Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus (*Joan.* VI, 56). » Quomodo verus? Quia « qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, habet vitam æternam (*Joan.* VI, 55). » Et quæ est vita æterna? Nempe Christus Jesus, sicut ipse dicit : « Ego sum via, veritas et vita (*Joan.* XIV, 6). » Qui ergo panem Dei manducat, carnem Dei Christi manducat. Qui autem carnem ejus manducat, Christum manducat; qui Christum manducat, procul dubio vitam æternam manducat. Ergo, o pestifer leno antiqui serpentis, qui conaris astutia tua corrumpere sensus Christi sponsæ, quæ est Ecclesia, ut excidatur a charitate tanti et talis sponsi, credis nos vitam incorruptibilem comedentes, corrumpere integritatem jejuniorum, velut aliquo cibo corruptibili?

XXIII. Horremus quidem dicere, sed compellimur a tua impudenti improbitate. Conaris Christum, imo ipsam vitam per digestionem sicut cœnum olidum demittere in latrinam. Et ubi est, quod dixit : « Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eo? » (*Joan.* VI, 57.) Sine qua refectione quia non habetur vita, ipsa Vita, quæ est Christus, quasi quodam jurejurando protestatur dicens : « Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis (*Ibid.*, 54). » Nunquid hic dixit : Si manducaveritis carnem meam et biberitis sanguinem meum, dissolvetis jejunium? Et utinam hoc solo sacramento, non ad judicium nostrum, omni hora reficeremur! Sed quia corpore corruptibili, et ulmia miseria conscientiæ nostræ gravati, etiam bonum nostrum nequimus sufferre, a sanctis Patribus certæ ad percipiendum tantum sacramentum præfixæ sunt horæ. Quod ne vilescat carnalibus, et in percipiendo escam spiritus submurmuret aliquis carnis appetitus, cum summa parcitate prægustamus; videre tantummodo cupientes quam suavis est Dominus, cujus panis non vult, sicuti nec manna fastidium. Nec dubitandum in quantulacunque portione ejus fideles manducare sibi totam vitam, id est Christum, infideles autem mortem, id est, judicium suum, utpote qui rei sunt corporis et sanguinis Domini. Deinde quotidie sive tertia, sive nona, sive quacunque hora fiat a nobis missa, non fit nisi perfecta. Nec reservatur ex oblatione ejus pars aliqua, ut per dies quinque agatur missa imperfecta. Quia nec sancti apostoli leguntur quidquam ex illo primo corporis et sanguinis Christi mysterio sub ipsa cœna distributo reservasse, nec actus eorum indicant eos aliquando tale quid egisse aut præcepisse. Quinimo, sicut Lucas narrat : « Erant fideles perseverantes in doctrina apostolorum et communicatione fractionis panis (*Act.* II, 42). » Quæ communicatio qualiter et quibus diebus fieret, post pauca demonstrat, dicens : « Quotidie perseverantes unanimiter in templo, et frangentes circa domos panem sumebant (*Ibid.*, 46). » Ecce verax evangelista testatur sub apostolis fideles quotidie orasse et panem fregisse. Et vos, qui estis, qui dicitis duobus tantum diebus hebdomadis missam perfectam fieri debere, reliquis vero quinque imperfectam? Nempe hic in panis fractione et communicatione, non nisi perfectam actionem missæ debemus accipere, quemadmodum et ipsum Dominum legimus, non imperfectam, sed perfectam commemorationem suis discipulis tradidisse, in pane a se benedicto et mox fracto et distributo. Non enim benedixit tantum et servavit frangendum in crastinum, nec fregit tantum et reposuit, sed fractum statim distribuit. Unde beatus Alexander martyr et papa V ab apostolo Petro, passionem Domini inserens canoni missæ, non ait : Hoc quotiescunque feceritis, sed « Hæc quotiescunque feceritis, id est, benedixeritis, fregeritis et distribueritis, in mei memoriam facietis, » quia quodlibet horum trium, si sine reliquis fiat, scilicet benedictio sine distributione, aut fractio sine benedictione et distributione, perfectam Christi memoriam non repræsentant, sicut distributio nulla sine benedictione et fractione. Quod autem quotidie et quotacunque hora diei, non autem sola tertia perfectam missam agimus, auctoritatem tenemus ex verbis ipsius Domini juxta beatum Paulum dicentis : « Hoc facite quotiescunque sumitis, in meam commemorationem (*I Cor.* XI, 25). » Unde mox idem Apostolus secutus adjecit : « Quotiescunque manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis (*Ibid.*, 26). » Et quandiu? *Donec veniat* (*Ibid.*) : scilicet judicare vivos et mortuos. Putasne alicubi dixerit : Hoc facite hora tertia in meam commemorationem? Non utique, sed nullam horam aut tempora excipiens dixit : *Quotiescunque*. Nec ipse Paulus jejunia aliqua aut certam quamlibet evolutionem annorum attendens ait : Quotiescunque per tot annos hora nona manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis; sed indifferenter : *Quotiescunque*; et : *Donec veniat*.

XXIV. Nec nescimus sanctos Patres dici Domi-

Digitized by Google

nicæ et præcipuarum solemnitatum missas hora tertia celebrasse solitos, propter Spiritus sancti effusionem hora tertia in discipulos, et hoc mandasse ad posteros quatenus illa unius actio missæ gemino privilegio insigniretur: resurrectione videlicet Christi et adventu Paracleti, utque propter gaudium festi temporibus relaxarentur cunctis frena jejunii. Verumtamen alia causa est Dominicæ dici, ac solemnitatum, alia jejuniorum; si ergo hora nona aut vespertina diebus jejuniorum, perfecta agitur missa, nulla procul dubio inde contrahitur noxa, quia et Dominus in cœna ad vesperum primam et perfectam administrationem tanti sacramenti discipulis instituit, et hora nona spiritum tradens sacrificium vespertinum expansis manibus in cruce, et præmissa oratione ad Patrem consummavit. Propterea quamvis hora tertia et nona propter supradictas rationes sint aptiores missarum actioni, quotiescunque tamen horis aliis fiunt occupatione itineris, aut gratia cujuslibet necessariæ rei, in memoriam fiunt Christi; nec violatur inde integritas jejunii. Quod utique beatus Thelesphorus papa a Petro septimus sentiens, etiam nocte Nativitatis Domini missas celebrari instituit, nec ullam resolutionem jejunii ante horam tertiam et diurnam missam inde fieri, sicut vos perverse putatis, timuit. Dicite autem, si potestis, cur Sabbatum et cæteræ extra Dominicam feriæ hora tertia missam debeant habere, cum in eis Spiritus sanctus non legatur descendisse. Itaque nos, sicut supra ostenditur, divina auctoritate subnixi, nec jejunia resolvimus in celebratione missæ quotacunque hora diei fit; nec in aliquo natalitio martyrum, sed nec in Annuntiatione Mariæ virginis. Et ideo nullius universalis synodi percellimur anathemate. Cæteri autem quamvis sanctorum Patrum conventus, etsi potuerunt de utilitate et conversatione Ecclesiarum suarum tractare, nullas tamen traditiones universali Ecclesiæ præfigere. De papa quoque Agathone omnino scimus quia nec sextæ synodo per seipsum præsedit, nec aliquibus capitulis ejus subscripsit, nisi quæ promulgata fuerunt adversus Monothelitarum hæresim. Vos videte unde hæc quæ proponitis habeatis, quia Ecclesia Romana talia hactenus ignoravit. Nec credi potest post tot annos Romanorum pontificem Græcis promulgasse aliquas de missa observationes. Deinde ritum vestræ discere non curamus, quia minimam cautelam et maximam negligentiam ei inesse cognoscimus, dum sanctum panem frangentes et sumentes, hinc inde decidentes micas non curatis. Quod etiam solet contingere, dum patinas sanctas foliis palmarum et porcorum setis fricatis inhoneste. Multi quoque vestrum tam irreverenter corpus Christi reponunt, ut pyxides inde cumulent, et ne decidat aut superfluat, manu inculcant. Reliquias quoque oblationis, velut communes panes, nonnunquam usque ad fastidium sumunt. Et si sumere non sufficiunt, subterrant, aut in puteum projiciunt. Si autem, ut dicis, panem jam pridem oblatum et sanctificatum exaltatis altera die, unam oblationem videmini his offerre. Et cur non attendistis in epistola papæ Clementis, cujus traditiones, ut putatis, contra nos defenditis, quod ibi promulgasse putatur? « Certe, inquit, tanta in altario holocausta offerant, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastinum non reserventur, sed cum timore et tremore clericorum cautela et diligentia consumantur. » Ad hæc quod asseris, vos ab ipsa sancta communione statim ad communes cibos transire, non sic sensisse idem Clemens invenitur in præfata epistola, ubi de his qui residua sacrificii consumpserint subjecit: « Qui autem, inquit, residua corporis Domini quæ in sacrario relicta sunt consumunt, non statim ad communes accipiendum cibos conveniant, ne putent sanctæ portioni esse commiscendos cibos qui per aqualiculi egestus in secessum funduntur. Si igitur mane Dominica portio in sacrario edatur, usque in sextam jejunent ministri qui hæc consumpserint. Et si tertia aut quarta, jejunent usque in vesperum. » In quibus sane verbis liquet quod non solum hora tertia, sed etiam mane hora quarta missas fieri licet, quoique ex sacrificio jejunium non solvitur, dum illic dicitur, ut qui consumpserint usque ad sextam vel vesperum: alioqui quomodo jejunabant, si ex sacrificio jejunium solverunt? Deinde abstinentiam paucissimorum nobis prædicantes, tacetis ingluviem multorum, qui aut parum aut nihil Quadragesimalis jejunii Deo offerunt, dum a primo mane usque vesperum crapulari non metuunt nec erubescunt. Aliqui etiam ad Ecclesiam legumina et alia obsonia deferentes inibi comedunt, nec Paulum attendunt dicentem: « Qui esurit, domi manducet (*I Cor.* XI, 34); » et: « Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos qui non habent? » (*Ibid.* 22.) At nos Quadragesimam unius septimanæ, quam dicitis sancti Theodori, nescientes, solam Quadragesimam Domini nostri Jesu Christi quadraginta diebus diligenter observare contendimus, quam ut aliquis, excepta gravi infirmitate, in aliquo infringat sufferre nequimus. Nec licet cuiquam apud nos, sicut apud vos, post unam refectionem quidquam pomorum aut herbarum diebus jejuniorum percipere.

XXV. Hinc perpendentes a te tam perverse defendi adulteria potius quam nuptias sacerdotum, arbitramur ab inferis emersisse principem hujus hæresis nefandum diaconum Nicolaum. De quo Epiphanius vester sic scripsit: « Quarta Nicolaitarum a Nicolao hæresis est adinventa, uno ex septem diaconibus ab apostolis ordinato. Iste cum zelo pulcherrimæ conjugis culparetur, docere cœpit indifferenter uti conjugibus, non solum laicos, sed etiam qui sacerdotii fungerentur officio. Hos damnavit sanctus evangelista et apostolus Joannes, et jussit ut quicunque cum eis vel sermonem colloquii miscuisset, ex hoc ipso communione privandos. Docens rationabiliter a mundi origine Deo castitatem plurimum placuisse. Tunc etiam in seipso Christum Dei

Digitized by Google

Filium castitatis gloriam dedicasse, cum, virginem possidens matrem virgo mansurus, nullum discipulorum suorum commistione etiam legitima conjugii uti permisit, dicens : « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum » sibi, « et tollat crucem suam et sequatur me (*Matth.* xvi, 24). » Unde idem Dominus Jesus in Apocalypsi præcipiens apostolo Joanni scribere angelo Ephesi, inter alia inquit : « Hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ et « ego odi (*Apoc.* ii, 6). » Hinc etiam angelo Pergami dicit : « Habeo adversum te pauca, quia habes « illuc tenentes doctrinam Baalam, qui docebat Ba- « alac mittere scandalum coram filiis Israel, edere « et fornicari : ita habes et tu tenentes doctrinam « Nicolaitarum (*Ibid.*, 14, 15). »

XXVI. Suffecerant quidem hæc, o Nicolaita Niceta, ad convincendum errorem, sed quia canonibus sub nomine apostolorum editis nos urgere videris : exponere tibi tua capitula decrevimus, quamvis ea inter apocrypha usque nunc magna ex parte computaverimus, ut aperte cognoscatur nec apocryphis nec authenticis vos vestras ineptias posse defendere. Ante omnia autem comprobamus te esse mentitum ipsi veritati, in eo quod dixisti nostros prius ordinari, deinde uxores sortiri. Quia apud nos nec ad subdiaconatus gradum quisquam admittitur, nisi perpetuam continentiam etiam a propria conjuge profiteatur. Nec post gradum cuiquam uxorem ducere unquam conceditur. Sed tu Ecclesiam Dei volens efficere synagogam Satanæ et prostibulum Balaam et Jezabel, cum Nicolao dicis : « Episcopum et presbyterum et diaconum dicimus, qui unam habet uxorem, ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ. Nec licet eos post manus impositionem innuptos esse, nec insuper ad nuptias ire, aut, si nupserint, alteras amplecti, sed sufficere eis quas habent cum ad ordinationem venerunt. » O abominabilis Cynice, quomodo non erubuisti tantum nefas evomere? Ergo non licet aliquem post manus impositionem sine uxore esse? Si ita est, ipse Joannes apostolus et Paulus et Barnabas et omnis continens in gradu ecclesiastico in culpa est procul dubio. Unde necesse est ut futurus episcopus, presbyter, diaconus et subdiaconus, prius uxorem sortiatur, quæ sibi sufficere debeat ad carnales amplexus? Nunquid laicis non sufficit una? nisi forte discipulis maligni Muhamed, cujus farinæ totus es. Tu quoque quia presbyter es, sine uxore esse non debes, secundum assertiones tuas.

XXVII. Sed jam videamus capitula quibus putas posse defendi adulteria sacerdotum, non conjugia. « Episcopus, inquam, presbyter aut diaconus uxorem suam non abjiciat obtentu religionis. Si autem abjecerit, sequestretur, perseverans autem deponatur. » Omnino confitemur non licere episcopum, presbyterum, diaconem vel subdiaconem uxorem propriam causa religionis abjicere a cura sua, scilicet ut ei victum et vestitum provideat, non ut cum illa ex more carnaliter jaceat. Sic et sanctos apostolos legimus egisse, beato Paulo dicente : « Nunquid non habemus potestatem, sororem mulierem circumducendi, sicut fratres Domini et Cephas? » (*I Cor.* ix, 5.) Vide insipiens, quia non dixit : Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem amplectendi, sed circumducendi, scilicet ut de mercede prædicationis sustentaretur ab eis, nec tamen foret deinceps inter eos carnale conjugium. Præterea cur aliquis laicus uxoratus dubitabit ad ecclesiasticos gradus ascendere, cum ei una, sine qua esse non debet, possit ad carnales amplexus sufficere? Et quare tu, qui tantopere Clementis capitula proponis, epistolam ejus de qua superius diximus, non attendis? Ibi enim ita dicitur : « Tribus gradibus divinorum commissa secretorum sunt sacramenta, id est, presbyteris, diaconibus et subdiaconibus. » Et post nonnulla : « Ministri altaris ad Dominica tales eligantur officia, qui ante ordinationem conjuges noverunt, scilicet si semper continere voluerint. Quod si post ordinationem contigerit ministrum propriæ invadere cubile uxoris, secretarii non terat limina, nec sacrificii portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausta vel oblationes suscipiat, nec ad Dominici corporis portionem accedat. Aquam sacerdotum porrigat manibus, ostia forinsecus claudat; minora tantum gerat officia, urceum sane ad altare non suggerat. »

XXVIII. Porro synodus Nicæna omnino venerabilis et authentica, sic de suis actis, id est, subintroductis habet : « Omnimodis interdicit sancta synodus, et neque episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli omnino clericorum permittit habere secum mulierem extraneam, nisi forte mater sit, sororve aut amita. In his namque personis et horum similibus omnis suspicio declinatur. Qui autem præteragit, periclitabitur de ordine suo. »

XXIX. Beatus quoque papa Innocentius latius hinc scribens Exsuperio episcopo Tolosano dicit : « Proposuisti quid de his observari debeat, quos diaconii ministerio, aut in officio positos inconinentes esse aut fuisse generati filii prodidere. De his et divinarum legum est disciplina, et beatæ recordationis viri Siricii episcopi monita evidentia commearunt, ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore ecclesiastico privarentur, nec admitterentur accedere ad ministerium quod sola continentia oportet impleri. » Idem ad Victricium episcopum : « Præterea quod dignum et pudicum et honestum tenere Ecclesia omnimodo debet, ut sacerdotes et levitæ cum uxoribus suis non coeant, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim : « Sancti estote, quoniam ego sanc- « tus sum, dicit Dominus Deus vester (*Levit.* xi, 44). » Nam priscis temporibus de templo Dei anno vicis suæ non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam omnino tangebant, quibus utique propter sobolis successionem, uxorius usus fuerat relaxatus; quia ex alia tribu et propter semen Aaron ad sacerdotium nullus fuerat permissus acce-

Digitized by Google

dere. Quanto magis hi sacerdotes vel levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus sacerdotium vel ministerium sine successione est, nec præterit dies qua vel a sacrificiis divinis aut baptismatis officio vacent? Nam si Paulus ad Corinthios scribit, dicens : « Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi (*I Cor.* VII, 5); » et hoc utique laicis præcepit; multo magis sacerdotes, quibus et orandi et sacrificandi jugo officium est, semper debebunt ab hujusmodi consortio abstinere : qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia exaudiri posse se credit? cum dictum sit : « Omnia « munda mundis; coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum (*Tit.* I, 15). » Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est : « Unius uxoris virum (*I Tim.*, III, 2). » Non propter permanentiam in concupiscentia generandi hoc dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admisit, qui ait : « Vellem autem omnes esse sicut et ego (*I Cor.* VII, 7). Et apertius declarat dicens : « Qui autem in carne sunt, Deo placere non « possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in « spiritu (*Rom.* VIII, 8). » Et habentem filium, non generantem dixit. »

XXX. Et venerabilis papa Siricius : « Feminas non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum quas propter solas necessitudinum causas habitare cum iisdem synodus Nicæna permisit. »

XXXI. Sanctus deinde Leo papa mirabilis doctor et sanctæ Chalcedonensis synodi auctor, omnem ambiguitatem hujus rei abscindens ait : « Lex continentiæ eadem est altaris ministris, quæ episcopis atque presbyteris. Qui cum essent laici, sive lectores, licite et uxores ducere et filios procreare potuerunt. Sed cum ad prædictos pervenere gradus, cœperunt eis non licere quæ licuerunt. Unde ut de carnali fiat spirituale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores, et quasi non habeant sic habere : quo et salva sit charitas connubiorum, et cessent opera nuptiarum. » Ecce isti cum Petro et per Petrum effecti clavigeri regni cœlorum, ita confringunt omnes clavículas infernalium portarum, ut nulla jam supersit hæresis Nicolaitarum.

XXXII. Sed ne quid minus factum dicas, seriatim et aperte prosequemur, quid Romana Ecclesia in gradibus clericorum agat. Clericos tantum ostiarios, lectores, exorcistas, et acolythos, si extra votum et habitum monachi inveniuntur et continentiam profiteri nolunt, uxorem virginem ducere cum benedictione sacerdotali permittit : non autem viduam et repudiatam; quia propter hoc solum deinceps nec ad subdiaconatum provehi poterunt, nec laicus non virginem sortitus uxorem, aut bigamus ad clericatum. Quod si quis præfatorum ordinum desiderat ad subdiaconatum ascendere, nequibit hoc sine consensu uxoris suæ, ut de carnali deinceps fiat conjugium spirituale, nemine eos ad hoc cogente. Nec permittitur postea uxor jungi eidem suo marito carnaliter, nec cuiquam nubere in vita aut post mortem illius, alioqui anathematizanda est : sicut et diaconus, et subdiaconus, et presbyter aut episcopus deponendus suam repetens, aut extraneam ducens, juxta quod in Neocæsariensi concilio orthodoxi sanxere Patres.

XXXIII. Talibus ergo traditionibus usque nunc sancta Romana Ecclesia et apostolica sedes omni mundo refulsit, nec aliquando Judaicis fabulis et apocryphis scriptoris acquievit, sed per primos apostolorum in ipso summo angulari lapide Christo Jesu fundata, nullis hæresibus cessit, nec prohibuit a conjugio laicos : sed sacri altaris ministros et apostolicam perfectionem professos monachos.

XXXIV. Illa tamen Ecclesia, quam Arius corrupit, Macedonius prostituit, quæ genimina viperarum, id est, Nestorium, Eutychen, Monothelitas et Theopaschitas et reliquas hæreticorum pestes peperit, adhuc a Nicolai hæresiarchæ complexibus abstrahi non potuit, adeo ut ad sacri altaris ministerium ordinandos interroget an habeant uxores. Qui respondentes se non habere compelluntur primum ducere, et sic impositionis manum accipere : ut novi mariti, et recenti carnis voluptate toti resoluti et marcidi, et inter sancta sacrificia cogitantes quomodo placeant uxoribus, immaculatum Christi corpus tractent atque populo distribuant, indeque sanctificatas manus ad tractandum membra muliebria mox referant, et sit sicut populus sic et sacerdos, et tandem populi sicut sacerdotes mali.

XXXV. Quapropter parcite jam vobis, et nolite attendere spiritibus erroris et dæmoniorum doctrinis, ut nobiscum de ver. pace, quæ Christus est, hic et in futuro gaudeatis. Tu vero, miserrime Niceta, donec resipiscas, sis anathema, ab omni Christi Ecclesia, cum omnibus qui tibi acquiescunt in tam perversa doctrina. Nam volens esse legis divinæ doctor, non intelligis quæ loqueris, neque de quibus affirmas, et stultus ipse, sapientior tibi videris septem viris loquentibus parabolas. Sed saltem aliquando disce tacere, qui nunquam loqui didicisti.

Explicit responsio fratris Humberti episcopi contra Nicetæ blasphemias.

Digitized by Google

NICETÆ PECTORATI

CARMEN IAMBICUM IN SYMEONEM JUNIOREM.

Vide supra col. 307.

Vitæ Symeonis Junioris fragmenta edentur infra in notis Fr Combefisii ad Manuelis Calecæ opus de essentia et operatione divina.

ANNO DOMINI ML.

JOANNES
EUCHAITARUM METROPOLITA

NOTITIA

Auctore Conrado Janningo S. J. in Junii Bollandiani tomo I.

Scripseram præmissum Paragraphum, auctorem Vitæ Dorothei Junioris ex Allatio assignans Joannem metropolitam Euchaitarum; in omnemque versabam animum partem, quo aliquid de auctore illo, deque ætate qua vixit, alicunde e tenebris eruerem; facile deinde ex hac cognitione ætatem Dorothei Junioris definiturus. Adeo igitur Allatium in Diatriba de Simeonum scriptis; ac reperio identidem auctoris nomen, et producta principia aliquot monumentorum ejus; sed de vita et ætate nihil. Adeo Simeonem nostrum Wanguerechium; in Prolegomenis ad pietatem Marianam Græcorum; videoque num. 25 notum ei fuisse Joannem Euchaitam Hymnographum, sed de ætate aut vita ejus nondum quidquam invenisse, quod viris doctis probare se posse confideret. Adeo denique Maraccium in Bibliotheca Mariana; sed nihilo felicius occupatum in inquirenda Joannis ætate quam præmissos duos, observo. Debebatur nempe illa gloria augustissimi Cæsaris Leopoldi Bibliothecæ, ut inde in lucem prodiret primum, quod indefessa tot eruditorum studia et labores diu frustra quæsiverunt.

Cum igitur anno 1688 Viennæ ætatem transigeremus, ac sæpe bibliothecam, ex benignitate Cæsaris promptaque opera prænobilis Domini Danielis de Nessel Bibliothecarii aulici, semper nobis patentem, perscrutaremur, in notitiam quoque venimus cujusdam codicis chartacei, non admodum antiquæ scripturæ, qui olim, ut multi alii, C. V. Sebastiani Tengnagelii fuisse discitur ex ipsius propria inscriptione, continetque solius Joannis, de quo agimus, Euchaitæ poemata fere sacra 102, de variis rebus versu iambico pacta. In fronte autem codicis iste titulus legitur, auctorem sanctitatis laude condecorans: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου μητροπολίτου Εὐχαΐτων ὑπόμνημα. « Sancti Patris nostri Joannis metropolitæ Euchaitarum, monumentum. » Tum vitam ejusdem per compendium proponit, hactenus Latinis (imo et Græcis fere ipsis) ut vidimus ignotam.

Ὁ Βίος. Οὗτος ἦν ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου καὶ Ζωῆς τῆς βασιλίσσης. Ἔτη δὲ τὰ ἀπὸ τότε συντείνει ἑξήκοντα τέσσαρα πρὸς τοῖς πανταχοσίοις. Ἀνὴρ δὲ σοφώτατος καὶ ἀγιώτατος ὢν συνέγραψε πλείους τῶν λόγων, καὶ ἐπιστολὰς καὶ στίχους ἰαμβικοὺς, καὶ ἄλλα πολλὰ λόγου καὶ χάριτος ἄξια, καὶ πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐξεπαίδευσε ὢν πεπληρωμένος τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτος. « Vita. Vixit Joannes sub imperatore Romanorum Constantino Monomacho et imperatrice Zoe. Exinde autem anni extenduntur sexaginta quatuor supra quingentos (ad tempus, puto, quo scriptor iste vixit). Quoniam vero sapientia et sanctitate vitæ in primis excelleret, conscripsit plures orationes, et epistolas, et versus

Digitized by Google

iambicos, atnaque multa, digna quæ laudentur A gratataque habeantur : multos insuper homines pie erudivit, utpote repletus gratia Spiritus sancti. »

Scriptor præmissi codicis notatur fuisse quidam Andreas Damarius Epidauriota, cujus ejusdem nomen aliis quoque codicibus in bibliotheca Cæsarea inscriptum legitur, ac præsertim centesimo septuagesimo secundo inter theologicos; ubi leviter mutato nomine vocatur sub finem libri Ἀνδρέας Τάρμαρος ὁ Ἐπιδαυριώτης : ætas quoque ejus ibidem indicatur, per descriptum Christi annum 1560. Eamdem Darmarii ætatem confirmat Gangius, in Præfat. ad suum Paschalium, cum illius ecgrapho collatum n. 33, ubi inducit Isaacum Casaubonum asserentem, quod ab eodem Darmario « Emit Africanum *De bellico apparatu*, et Fragmentum Petri Alexandrini de Paschate. » Natus enim Isaacus ille fuit anno 1559, et jam erat a juventute Græcis Latinisque litteris excolendis atque eruderandis veteribus monumentis intentus, facile potuit adolescens ipse seniorem Darmarium convenisse in Gallia. Ut autem præcitati codicis scriptor exstiterit Darmarius anno 1560, tunc forte adhuc juvenis, ita videtur auctor fuisse adjuncti Compendii Vitæ, et quidem primus : recensens enim in illo annos qui inter Constantinum Monomachum et suam ætatem intercesserunt, debet ipse compendium illud aut primus scripsisse aut contraxisse. Quod tamen numerum annorum aliquanto majorem ponat C intercessisse, quam recepta modo chronologia patitur, factum esse potest defectu accuratæ notitiæ temporis, quo Monomachus imperavit. Potest etiam ipse codicem, de quo hic præcipue agimus, scripsisse diu post illum, cui annum 1560 annotavit. Certe aliquid aut errori, aut ignorantiæ, aut ἐπιεικείᾳ concedendum est. A morte enim Constantini Monomachi ad usque annum 1560 defluxerunt anni duntaxat 506, ponente interim Andrea annos 564. Ut ut est de sensu scriptoris Andreæ; in eo saltem non erravit, quod Joannem metropolitam Euchaitarum (quem et Mauropodem appellari lego) sub Constantino Monomacho vixisse asserat. Id enim ex scriptis ipsius etiam Joannis eruitur; utpote qui tribus poematibus suis, videlicet 74, 87 et 88 in codice Cæsareo, de Constantino tanquam vivente laudabiliter agit, affirmatque ejus imaginem in Euchaitis asservari.

Hactenus de viro ipso, parum Latinis noto. Nunc de scriptis ejus, minus etiam notis, juverit breviter tractare, eaque imprimis indicare, quæ bibliotheca Cæsarea subministrat mss. Exstat ibi codice 204 inter theologos, « Joannis Metropolitæ Euchaitarum oratio in tres sanctos Patres Basilium Magnum, Gregorium Theologum seu Nazianzenum, et Joannem Chrysostomum. » Codex 211, ex quo Compendium Vitæ jam deprompsimus, exhibet poemata duo supra centum, pleraque argumenti sacri, versu iambico concinnata. Codex 299 ejusdem Opuscula continet, puta *Canones paracleticos* quos Cantica consolatoria interpretari licet « ad Dominum et Deum nostrum Jesum Christum; » sunt que viginti quatuor numero, et singuli suam acrostichidem habent. Continet deinde alios similes canones duos ad eumdem Dominum nostrum; et tertium ad angelum custodem : quorum priores sine posterior cum acrostichide sunt. Subsequuntur mox « in sanctissimam Dominam nostram Dei Genitricem canones 67, et in S. Joannem Præcursorem canones undecim. » Denique codex 309 complectitur aliquot ad Christum canones, quorum primo talis præfigitur acrostichis, Πρῶτον φέρω μέλισμά σοι, Θεοῦ Λόγε, μοναχὸς Ἰωάννης.

Atque hi codices quatuor nunc sunt bibliothecæ B Cæsareæ, eo illati a duobus studio et doctrina præstantibus viris, natione Belgis, Augerio Busbeckio et Sebastiano Tengnagelio. Et ducentesimum quidem undecimum cum pluribus aliis eo intulit Tengnagelius; reliquos vero tres cum aliis plus quam ducentis intulit Busbeckius, a se studiose conquisitos et comparatos in Græcia, cum pro Augustissimo Cæsare Ferdinando I legationem obiret Constantinopoli. Sed operæ pretium fecero, si his apposuero canonum in Deiparam, de quibus codice 299, titulum totum, ut ibi legitur, ad cognoscendum distinctius auctorem ipsum. Κανόνες παρακλητικοὶ τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Ποίημα Ἰωάννου μοναχοῦ, τὸ ἐπίκλην Μαυρόποδος, τοῦ ἐν ὑστέροις χρόνοις χρηματίσαντος ἀρχιερέως Εὐχαΐτων, οὗ τὸ ὄνομα ἐντέταχται τῇ ἀκροστιχίδι ἑκάστης ἐννάτης ᾠδῆς. « Canones paracletici sanctissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis. Poema Joannis monachi, cognomento Mauropodis seu Nigripedis, qui ultimis temporibus exstitit archiepiscopus Euchaitarum; cujus et nomen insertum est acrostichidi nonæ cujusque odæ. »

Addi citatis Euchaitæ scriptis possunt, quæ notat Allatius in Diatriba de Simeonibus, producto singulorum principio tituloque Græce; nempe, « Orationes in festum sanctorum Angelorum; in sanctam Dormitionem sanctissimæ Dei Genitricis; in memoriam sancti megalomartyris Theodori; in D memoriam sancti martyris Theodori Tironis sive εἰς τὸν ἀνθισμόν· in memoriam sancti martyris Theodori sive τοῦ Πεζοῦ· in tres sanctos antistites Basilium, Chrysostomum, et Gregorium : « Item in eosdem oratio alia, quarum prior eadem est cum citata ex bibliotheca Cæsarea, posterior ab illa diversa. Ad hæc « Orationes in memoriam sanctæ martyris Eusebiæ apud Euchaitas; in memoriam magni Triumphatoris post celebratum Paschatis triduum; in diem memoriæ magni Triumphatoris, inque nuper factum apud Barbaros miraculum. » Denique Vita, quam nos infra proferimus, sancti Patris nostri Dorothei Junioris sive τοῦ ἐν τῷ Χιλιωχώμῳ. Et hæc quidem scripta ejus, ab Allatio indicata : uti superiora, in codicibus Cæsareis con-

Digitized by Google

renta, annotasse sufficiat. Indicatum tamen cupi- A ponto. Hinc colligere est, multum aberrasse
nimus amanti sanctorum gloriæ lectori, desiderari Ferrarium, in Nova Topographia ad Martyrologium
nobis magnopere præcitatas orationes metropolitæ, Romanum, quando Heracleam Ponticam describens, urbem ei proximam facit Euchaitam. Nam
de S. Eusebia, et de utroque Theodoro. Heraclea in provincia Honoriade, et quidem remotissima ejus parte sita, non tantum toto provinciæ
At vero lubet Lambecio grammaticalem quoque quæstionem movere, dicendumne sit *Euchaitarum*, an *Euchaitorum*? censetque ex Græca terminatione, posteriorem loquendi modum priori præferendum. Sed ego in loquitione, apud Latinos jam recepta, nil mutandum duxi; Euchaitamque potius, quam Euchaitorum episcopum appellare malui Joannem; accedente præsertim ad Latinorum usum, etiam Græcorum auctoritate, idem nomen per declinationem suam secundum sæpe (quamvis sæpius per tertiam) inflectentium. Lege enim in Menæis impressis, ad diem 8 Februarii, ἐν ταῖς Εὐχαΐτας, et ad 8 Junii ἐν Εὐχαΐτα. Item in Menologio ms. Basilii imperatoris, narrante ad diem 8 Junii de S. Theodoro, quod rel quiæ ejus depositæ sunt ἐν Εὐχαΐτᾳ πλησίον Εὐχαϊτῶν. Adde Zonaram, in Joanne Zimisce scribentem, κατὰ τὴν Εὐχανίαν ἢ Εὐχαΐταν. Cedrenus quoque in eodem Zimisce, eumdem locum Εὐχανείαν appellat. Quidni igitur eadem vox Εὐχαΐτα sub una terminatione singularis pariter ac pluralis sit numeri, et per primam pariter ac secundam Latinorum declinationem flectatur; quemadmodum scitur fieri in urbium nominibus *Solyma Gangra*, aliisque. Quid etiam prohibet dicere vocem *Euchaita* numero singulari, gentile esse populi, civitatem Euchaitam incolentis, quemadmodum a civitatibus, non admodum ab Euchaita remotis, deducuntur gentilia hæc, Cypasita, Zelita, Berita; ut nihil de remotioribus dicam, Ascalonita, Bethleemita, aliisque sexcentis; hujus certe sententiæ fuit in mss. nostris nonnemo, qui scribit ἐν τοῖς Εὐχαΐταις. Sed hæc grammaticis relinquenda. Nos ipsam urbem Euchaitam ejusque situm indagemus.

Antiquum Euchaitis fuisse episcopatum aliquando credidi Labbeo nostro tom. II *Conciliorum* col. 55, ubi inter alios episcopos in Ægyptiaca quadam charta descriptos (quos ipse putat concilio Nicæno interfuisse) nominatur etiam Ἐπιφάνιος, ἀνάξιος ἐπίσκοπος τῆς Εὐχαΐτων πόλεως, τῆς Ἐλελιώτων ἐπαρχίας, ὁρίσας ὑπέγραψα « Epiphanius, indignus episcopus urbis Euchaitarum, provinciæ Eleliotorum. » Verum cum eosdem omnes episcopos eodem modo subscriptos inveniam tom. VI *Concil.* col. 1002, et iterum col. 1061, cogor credere chartam illam Ægyptiam, utcunque antiqua visa sit, ad concilium CP. M. an. 680 inchoatum pertinere. Quæ fuerit Eleliotorum provincia, hactenus non comperio. Quandocunque autem initium suum habuerit Euchaitarum episcopatus, magis ex tempore istius concilii inclaruit, factus etiam archiepiscopalis: nam apud Carolum a S. Paulo in duabus tabulis notitiarum antiquarum annumeratur Αὐτοκεφάλοις, quæ sui juris sunt, ac nulli metropolitæ subditæ, et utrobique collocatur in provincia Helenoponto. Hinc colligere est, multum aberrasse Ferrarium, in Nova Topographia ad Martyrologium Romanum, quando Heracleam Ponticam describens, urbem ei proximam facit Euchaitam. Nam Heraclea in provincia Honoriade, et quidem remotissima ejus parte sita, non tantum toto provinciæ suæ, quam late patet, spatio; sed etiam Paphlagoniæ, quæ inter Honoriadem et Helenopontum interjacet, disterminatur ab Euchaitis. Veriora habent Acta martyrii S. Theodori Tironis mss. Latina, quorum exemplaria quatuor penes nos sunt, ex variis bibliothecis deprompta: eaque omnia unanimiter aiunt, matronam nobilem Eusebiam transtulisse corpus sancti martyris « in possessionem suam, quæ distat a civitate Amasia via unius B diei, in locum qui vocatur Euchaita. » Jacet Amasia in extrema orientali parte Helenoponti ad fluvium Irim; hinc igitur ad aliam quamvis plagam hujus ipsius provinciæ si itinere unius diei subsistere vesperi cogeris, perrexeris, inter prædictum Irim et Halim fluvios; atque adeo inter eosdem Euchaitam quæque colloces licebit.

Clariorem hisce afferret etiam lucem Vita Græca ms. S. Barbaræ, quam nuper eruimus e bibliotheca Cæsarea, si termini distantiæ notiores forent. Habet Vita illa in principio: Ἦν δὲ ἐν τῇ χώρᾳ τῇ ἀνατολικῇ, τῇ καλουμένῃ Ἡλιουπόλει, ἀνὴρ κατοικῶν ἐν χωρίῳ ἐπιλεγομένῳ Γελασέοις ὡς ἀπὸ μιλίων δεκαδύω Εὐχαΐτων. « Erat in regione orientali, quæ appellatur Heliopolis, vir quidam habitans in loco cognominato Gelaseis, circiter XII milliariis dissito ab Euchaitis. » Habet iterum in fine, ubi de sepultura SS. Barbaræ et Julianæ, quarum sacra corpora Valentinus « sollicite mandans sepulturæ, posuit in loco, qui vocatur Heliopolis prope insulam in Gelaseis pago, in domicilio venerando, XII fere milliaribus ab Euchaitis. » Græce sunt: Οὐαλεντῖνος, ἐπιμελῶς κηδεύσας τὰ τίμια λείψανα αὐτῶν, ἀπέθετο ἐν τόπῳ καλουμένῳ Ἡλιουπόλει, πλησίον τῆς νήσου ἐν Γελασίοις τῷ χωρίῳ, ἐν οἰκήματι σεμνῷ, ὡς ἀπὸ μιλίων δεκαδύω Εὐχαΐτων. Habemus hic Euchaitam, habemus Gelaseos, habemus Heliopolim: sed incertus omnium situs, ut nullius ex aliorum determinari possit. Notissima quidem Heliopolis et maxime varia; sed nulla, quæ videatur huc posse facere, hactenus innotuit. Quæ proxima possit esse, collocatur ab Ortelio ex Michaelis Glyca Phrygia; sed hæc (sive minorem sive majorem intelligas) quantum distat ab Helenoponto et Amasia!

Tenuit porro Euchaita nomen suum ad usque imperium Joannis Zimiscæ, qui anno 969 creatus est imperator. Præcipuum imperii ejus decus fuit victoria, quam reportavit a Russis die S. Theodoro duci sacro, eodem sancto favente, et « viso a multis in equo Romanos defendere, et Barbarorum phalanges conturbare, » teste Zonara. Quamobrem imperator, ut martyri pro navata opera gratiam referret, elegantissimum ei templum Euchaitæ sive

Digitized by Google

Euchaitæ struxit, vetere diruto; in quo corpus ejus, A multis certaminibus defunctum, repositum erat; et urbem, veteri nomine abolito, Theodoropolim appellavit. » Appellatio tamen hæc non ita abolevit vetus nomen, ut non fuerit etiam postea in usu aliquo per sæculum saltem integrum, ad tempora videlicet usque Joannis Mauropodis, quem passim metropolim Euchaitarum inscribi supra vidimus.

Neque vero civitas Euchaita, modo dicti duntaxat Theodori ducis ac martyris (quem prius in lucem ipsa dederat, deinde post gloriosam mortem sacrum corpus recepit, temploque ejus nomini condito decore asservavit), sed alterius quoque Theodori militis, vulgo Tironis dicti, paulo ante istum martyrio coronati, reliquiis pariter et templo ho- B noratæ fuit; et miraculorum in se patratorum famam tam late propagavit, ut ipsa quoque inter celebriora evaserit foca, ad quæ pietas Christiana peregrinatum ire solebat. Id testatum facit exemplum Joannis anachoretæ apud Moschum, in *Prato spirituali*, c. 180, enumerantem loca celebria, ad quæ iste e Palæstina sat longo itinere « pergebat, nunc quidem Ephesum ad S. Joannem, nunc autem Euchaitam ad S. Theodorum, nunc vero ad S. Theclam in Seleuciam Isauriæ, nunc ad S. Sergium in Saraphas. » Talibus igitur decorata sanctis, talibus ornata templis, talibus frequentata peregrinationibus Euchaita, potest meruisse in sedem archiepiscopalem erigi, et ab antistite αὐτοκεφάλῳ gubernari.

NOTITIA EX FABRICIO

(Biblioth. Græc. ed. Harles, tom. VIII, p. 627.)

Poetis Christianis elegantioribus etiam accensendus venit Joannes Mauropus (*a*) monachus, atque inde metropolita Euchaitensis, sive Euchaniæ (quæ etiam Theodoripolis a Theodoro, martyre dicta, cui templum Joan. Zimisces imper. condidit, urbs Heloponti, provinciæ in Asia Minori), qui scripsisse se testatur temporibus Constantini Monomachi, Zoes ac Theodoræ, h. e. circa an. Ch. 1050. Rogat enim, p. 43, Christum, ut quemadmodum in fornace Babylonica olim tribus juvenibus, sic etiam in imperio tribus hisce adsit ope sua.

Οὗτος γὰρ, ὥσπερ τοῖς τρισὶ νεανίαις
Συνῆν τέταρτος ἐν μέσῳ φλογὸς πάλαι,
Οὕτω πάλιν τέταρτος ἔστω κἀνθάδε,
Δροσισμὸς ἡμῖν ἐν βασιλείοις μέσοις,
Τὸν ἡλιόν σε πρῶτα σώζων, καὶ νέμων
Ζωὴν ἄλυπον, εὐτυχῆ, νικηφόρον,
Καλοῖς τε τοῖς σύμπασιν εὐθηνουμένην
Ἔπειτα ταύτην τὴν σελήνην τοῦ κράτους
Τὴν κοσμολαμπῆ, καὶ διαπρεπεστάτην,
Τὴν οὐδὲν ἄλλο πλὴν δ κέκληται μόνον·
Ζωὴ γὰρ ὄντως ἡ Ζωὴ τοῦ νῦν βίου.
Τρίτην δέ μοι σύνταττε καὶ τὴν δευτέραν
Τὸ φαιδρὸν ἄστρον τοῦ πανολβίου στέφους
Ἢ τὴν ἐκείνης αὐταδέλφην ἀξίαν
Ὁ παντὸς ἄλλου μεῖζον εἰς εὐδοξίαν.

Ad eamdem Zoen ac Theodoram referendum carmen, p. 44 : Εἰς τὰς δεσποίνας, quo nec imperatorem celebrare omittit.

Τὸν εὐγενῆ μὲν, εὐτυχῆ δὲ δεσπότην,
Τὸν εὐτυχῆ μὲν, εὐσεβῆ δὲ καὶ πλέον,
Τῆς γῆς τὸ θαῦμα, τὸν μέγαν Μονομάχον,
Ὃν ἡ πρόνοια κοσμικῶν κακῶν λύσιν
Ἔδειξεν ἡμῖν, καὶ καλῶν πάντων βρύσιν.

Adde carmen in Constantini Monomachi imaginem, ἐν Εὐχαΐτοις apud Euchaitenses dedicatam, cum particula crucis Christi, pag. 47. Plura in Monomachi laudem, pag. 23 et 51 (*b*) atque in Theodoræ, pag. 52. Sed imperatoris obitum deflet, p. 54 seqq. Neque illi tantum et Zoæ ac Theodoræ fuit super-

(*a*) Μαυρόπους idem est ac Μελανόπους. Confer Lambecium, tom. I, pag. 149 [pag. 272, ed. Kollar. conf. de eo Oudin. *Comm. de scriptor.*, etc. pag. 606; Cave, *Hist. litter. script. eccles.* II, pag 139, ad an. 1054. HARL.]

(*b*) Nonnulla cum Argoli Latina versione refert Allatius, *De libris ecclesiasticis Græcorum*, pag. 97, ubi etiam titulus integrior, Εἰς τὸ βιβλίον τῆς διακονίας τοῦ τροπαιοφόρου, pro quo Bustus tantum edidit : Εἰς τὸν τροπαιοφόρον.

Digitized by Google

stes, sed etiam Alexii Comneni attigit imperium, siquidem in Jure Græco Romano, lib. III, p. 215, inter metropolitanos qui Nicolao, patriarchæ CP. mense Junio indict. 15 (hoc est Christi 1092, Alexii Comneni (12) assederunt, memoratur ὁ Εὐχαναίας Ἰωάννης.

In S. Theophylactum quoque, qui et ipse Alexii Comneni contigit tempora, exstat epigramma, p. 47.

[Auctore Cave, l. c. scripsit Jo. Mauropus.

Orationem encomiasticam in tres SS. Patres, Basilium M., Gregorium Theologum et Joan. Chrysostomum. In cod. Vindob. Cæs. 204, n. 5. *V.* Lambec. Comment. V, pag. 11 seqq. Meminit etiam ejus orat. Leo Allatius in Diatr. de Simeonum scriptis, pag. 105. *Vid.* quoque supra de Chrysostomo, et infra vol. IX, p. 62.

Orationem εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου μάρτυρος Θεοδώρου, ἤτοι τοῦ παζοῦ · incipit Παρ' ἡμῖν δ' οὖν οὐ σπάνια τὰ καλὰ, τὸ τοῦ λόγου · quam confundit Nesselius in Cat. codd. Cæsar. part. I, pag. 224, cum priore.

Canones paracleticos, sive carmina consolatoria 24, ad Christum, sotera. In cod. Vindob. Cæsareo theol. 78, secundum Nesselii Cat. n. 1, fol. 1. Unum quodque carmen peculiarem suam habet acrostichidem, quæ, itidem ut quælibet ode, nona, nomine Joannis insignita est. Hæc et sequentia cantica sive canones diligentius fusiusque recensuit Lambec. Comm. V, p. 290 seqq. de cod. (uti numerat) 219.

Ibid. fol. 77, pag. 2, alia sunt *duo Cantica* ad Christum, sotera, sine acrostichide et nomine auctoris.

Ib. fol. 83, pag. 1, *Canon.* sive Canticum ad sanctum angelum custodem. — Fol. 88, pag. 1, *Canones* sive cantica 67, ad Mariam Deiparam, quorum unum quodque peculiarem suam habet acrostichidem, et itidem, ut quælibet ode, nona, nomine Joannis est insignita. — Fol. 315, p. 1, *Canones* sive cantica 11 ad S. Joannem Baptistam, eodem, quo priora, modo condita. — Aliquot *canones paracletici* sunt etiam in cod. Cæsar. 309, fin. *V.* Lambec. V, p. 575.

Ibid. cod. 103, continentur ejusdem 102 *sacra iambica*, præfixa ipsius Epitome. Curatius descripsit Lambec. hunc cod. quem numerat 211, in Comment. vol. V, pag. 66 sqq.; et singulorum poematum inscriptiones atque principia posuit, itemque correxit Hippolyti Maraccii Lucensis, qui in *Bibliotheca Mariana* de Joannis Maur. ætate, tanquam re incerta agit, et Sim. Wagnereck, qui in *Pietate Mariana Græcorum*, part. I, in Prolegom. n. 23, scribit se nondum quidquam de nostro invenisse, quod viris doctis probare se posse confideret. Ipse tamen Lambec. ignoravit edit. Busti Etonensem, miratus, poemata sacra memorata a Joan. Meursio sexies citari in Glossario Græco-barbaro, et quidem velut jam edita. Sed Kollarius jam in nota *A*, loco nostri Fabricii allato, certiora docuit.

Idem Joan. Maur. scripsit *Vitam S. Eusebiæ*, apud Euchaitas in magna veneratione habitæ; item *Vitam S. Dorothei junioris in Chiliocomo*, ex quibus fragmenta quædam prolata esse a Leone Allatio, in libro *De consensu utriusque Ecclesiæ in dogmate de purgatorio*, p. 754, indicat Cave. Add. ipsum Fabric. in fine sectionis de Joan. Maur

Præter memoratos codd. Vindobon. sunt alii quoque, in quibus exstant Joan. Mauropodis Opuscula. Florentiæ in bibl. Laurent. *Canon in S. angelum custodem*, in cod. 17, n. 12, plut. 15 (Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, pag. 40). — Encomium in SS. Patres, Basil. M. Gregor. Theolog et Joan. Chrysostomum, in cod. 17, n. 29 (Band. l. c. pag. 418). Est quoque illud Encomium in codd. Vatican. *V.* Montf. *Bibl. bibl. mss.* I, pag. 12 D, et 13 C.; — in cod. Mediol. Ambr. ibid. pag. 500 A; — in codd. Paris. bibl. publ. 539, n. 9, et 1557, n. 24, secund. Cat. codd. Paris. vol. II; — in codd. Coislin. 304 et 307, in Homiliis et Vitis SS. martyr. Jan. *V.* Montfauc. In Bibl. Coisl. pag. 418, quem, miror, nusquam illius mentionem factam reperisse; et pag. 433, ubi errat, Caveum non meminisse illius opusculi. — Taurini in bibl. Reg. codd. 70, fol. 329, et 116, in SS. Patrum Sermonibus Vitisque, mense Januar. d. 30. *V.* Cat. codd. Gr. Taurin. pag. 167 et 221.) — Tum in cod. Laurent. 18, n. 3, plut. 9, Joan. Maur. *Invocatio et confessio in angelum custodem vitæ nostræ*, versibus 456 iambicis. — *Sermo in Dormitionem Deiparæ*, in cod. 31, n. 21, plut. 10. — *Etymologicum metricum nominum in S. Scriptura celebriorum*, in cod. 13, n. 49, plut. 74. *V.* Bandin. I, pag. 420 et 496, ac tom. III, p. III ubi dubitat, num illa carmina etymologici in ed. Eton. reperiantur. In eod. cod. 13, n. 50, est *Initium etymologiarum eorum, quæ ad hominem pertinent*, versibus iambic., quorum auctorem eumdem Joannem esse suspicatur Band. pag. 112.—Taurini, in bibl. Reg. cod. 108, *Hypomnema in Dominicas solemnitates* iambicis aliisque versibus, præmissa Joannis Maur. Vita. Plura v. in Cat. cit. pag. 244. — Paris. in bibl. publ. cod. 847, iambi in Theodoretum, hujus Commentario in XII prophet. minores præfixi; in cod. 1182, n. 113, Joan. Euchaitarum metropolitæ Epistola. — Monachii in bibl. elector. cod. 235, Versus iambici in festa Domini et in alia diversi generis argumenta. (*V.* Cat. codd. Gr. Bavar. p. 82.) — De Joan. Maur. inedita quadam Oratione, in qua dictum I Joan. v, 7 : Οἱ αὐτοὶ τρεῖς καὶ ἓν, agit Franc. Anton. Knittel. in *Neuven Kriticken uber denber. Spruch . Drey sind, die da zeugen im Himmel*, etc. Brunsv. 1785, 8, sect. 2. (Harl.)

Digitized by Google

Hujus Joannis *Epigrammata iambica, carminaque in præcipuorum festorum Patrumque pictas in tabulis imagines et historias*, ac de aliis varii generis argumentis prodierunt brevi paginarum, p. 73, libello Gr. cura Matth. Busti, Etonensis, qui versionem nullam (*c*) addidit, sed paucas nec indoctas notas ad calcem voluminis adjunxit, Etonæ 1610, 4, exc. Joan. Norton, iisdem typis, quibus Savilii Chrysostomus sub idem tempus deinde fuit expressus. Ordinem, quem in ms. suo codice reperit, subinde immutasse se Bustus non diffitetur, quanquam cum Busti codice conspirat quoque Vindobonensis, de quo Lambecius V, pag. 29 [p. 66 Kollar.], cui Etonensis editio fuit ignota.

Ait Euchaitensis, se hæc carmina velut gustum quemdam dare ex plurimis aliis, quæ prosa et versu scripserit.

Ἐγὼ δὲ τούτους ἐξελὼν μου τοὺς λόγους
Πολλῶν ἀπ' ἄλλων ἐμμέτρων, οὐκ ἐμμέτρων
Μόνους φέρων δίδωμι τοῖς λόγων φίλοις,
Ὡς γεῦμα μικρὸν ψιλοῦς ἀνθοσμίου,
Οἷς ἡδονὴ γένοιτο ταῦτα μετρία,
Κόρος δ' ἀπέστω, καὶ μέθη, καὶ ναυτία.

Codicum mendis eluendis ac castigandis laboriosam operam se collocasse refert pag. 70.

Καλὴν δεδωκὼς ταῖς βίβλοις ὑπουργίαν
Αὐτὸς πονηρὰν ἀντιλαμβάνω χάριν.
Τῶν μὲν γὰρ ἤδη τὰς νόσους ἰασάμην,
Ἐγὼ δὲ συντέτηκα, καὶ κακῶς ἔχω,
Κόπων τὸ σῶμα συντριβεὶς ἀμετρίᾳ.
Ἀλλ' οἱ τρυφῶντες ἐν πόνοις ἀλλοτρίοις
Καὶ ταῖς ἐμαῖς πλέοντες εὐδίαι ζάλαις
Πρὸς Κύριον μέμνησθε τοῦ κεκμηκότος.

Singulatim meminit Menæorum, a se recensitorum et emendatorum :

Εἰς τὰ δωρηθέντα Μηναῖα εἰς Εὐχαΐτα.
Ὑμνων ἐπελθὼν ἡμερησίων βίβλους,
Πᾶσάν τε τούτων τὴν γραφὴν ἐπιξέσας,
Καὶ χεῖρα, καὶ νοῦν, ὡς ἐνῆν καταρτίσας,
Δῶρον φίλῳ δίδωμι καὶ μάλ' πρέπον
Τῷ προστατοῦντι τοῦ τόπου στεφηφόρῳ,
Ὃς ἔνδον οἰκεῖ τῆσδε τῆς Ἐκκλησίας,
Δι' οὗ τύχοιμι τῆς ἀκηράτου βίβλου,
Τῇ χειρὶ τοῦ πλάσαντος ἐγγεγραμμένος.

Chronographiam scripsisse se, sed, ubi ad suam ætatem pervenit, abrupisse, ne adulatione deturpare historiam cogeretur, innuit, p. 69.

Ὁ συγγραφεὺς ψεῦδος μὲν οὐκ εἰρηκέτω.
Ψεύσαιτο μέν τ' ἂν ἔν γε τοῖς λοιποῖς λόγοις,
Οὕτω φιλούντων τῶν κελευόντων τάδε,
Ὧν τοῖς ἐπαίνοις ἐντρυφῶν τὸ βιβλίον
Ὅμως ἔδοξεν ἐνδεέστερον λέγειν·
Ἐξουσία κρότων γὰρ οὐκ οἶδεν κόρον·
Οὐκοῦν ἀφείσθω ταῦτα τοῖς ἐγκωμίοις.
Ἡ συγγραφὴ δὲ μὴ προχωρείτω πλέον.
Οὐκ εὐφυῶς γὰρ πρὸς τὰ τοῦ ψεύδους ἔχει,
Νόμος τε ταύτην ἐκτροπῆς ἀποτρέπει.
Ἐνταῦθα τοίνυν τὸν δρόμον παύει τέως,
Ἕως κατ' εὐθὺ δῷ τις αὐτῇ τὸ τρέχειν.

Episcopus et metropolita creatus est invitus, cum contentum parvo, ac libris studiisque unice intentum nihil magis juvaret, quam in illis delitescere, et juvenibus instituendis porro vacare procul invidia, periculis ac curis, quas majorum dignitatum splendor secum afferre consuevit.

Ἄλλης, inquit p. 591, τρυφῆς ἥκιστα ποιοῦμαι λόγον·
Ἀρκεῖ γὰρ αὕτη ψυχαγωγεῖν πλουσίως,
Βρύουσα πᾶσαν ἡδονήν τε καὶ χάριν.
Πλὴν ἀλλ' ἄγοις οὕτω με, καὶ φέροις, Λόγε,
Ἀτρεπτον, ἀκλόνητον, ἡδραιωμένον,
Εἴσω μένοντα τῶν τεταγμένων ὅρων,
Ὡς ἄνθεσι μέλισσαν ἐν βίβλοις στρέφων,

(*c*) Ut minori, inquit Bustus, fastidio possint ut μουσικώτεροι aspicere, Græce solummodo excudendum curavi, neque instar Virgiliani Mezentii exsangue et putidum Latinæ versionis cadaver Græco poetæ animato et vivido alligare sustinui : quod quidem dum faciunt nonnulli, præsertim in poetis, verendum est ne, ut quidam e veteribus, cum igniem cremandis mortuorum cadaveribus pollui crederet, graviter commotus Prometheum ad opem ferendam advocasse perhibetur, ut ignem, quem de cœlo clepserat, pari furto mortalibus (si posset) subduceret : consimiliter etiam exsistat aliquis, qui typographiæ inventorem subinde inclamare velit, ut beneficium hoc suum, ad usus indignos traductum, reposcat sibi, et saltem ad tempus retrahat.

Digitized by Google

Ὡς τέτταγα δρόσῳ με τοῖς λόγοις τρέφων,
Μόνοις τε πείθων τοῖς παροῦσιν ἐμμένειν,
Καὶ μηδὲν αἰτεῖν ἄλλο πλὴν σωτηρίαν.

Et p. 64. Καλῶς γεωργήσασα πολλοὺς τῶν νέων,
Πάντας γὰρ οὐ τίθημι, μὴ καὶ κομπάσω.
Πλὴν ἀλλὰ πλείστους ἦρεν ἐκ μαθημάτων,
Πλείστοις δὲ καὶ πρὸς ἦθος εἰσήνεγκέ τι,
Οὗ μᾶλλον ἡ παίδευσις εὐτυχεστέρα
Τούτων περισσῶν ἐν λόγοις κομψευμάτων.
Τούτους ἔγωγε τοὺς σοφισθέντας νέους
Κέρδος μέγιστον τῷ ταλάντῳ προσφέρω.

Eodem in loco innuit, se ætate provectum et viribus jam deficientibus ad dignitatem episcopalem protractum esse. Objicienti enim : Κρύφει; δέ σου τὸν λύχνον ἐν τῇ γωνίᾳ ; respondet :

Τί τοῦτο φῄς, ἄνθρωπε ; πῶς λαλεῖς λύχνον
Τὸν οὐκ ἔχοντα τὸ πρόσηκον φῶς λύχνῳ ;
Ἦν λύχνος, οἶδα, καὶ γὰρ οὐκ ἀρνητέον.
Ἀλλ' εἰς τροφὴν ἔλαιον ἀρκοῦν οὐκ ἔχων
Ἐψυγμένην δείκνυσι τὴν θρυαλλίδα,
Ἧς τῷ μαρασμῷ καὶ τὸ τοῦ φωτὸς σέλας
Ἀμυδρὰ φαῖνον οὐκ ἔχει λαμπηδόνα.
Συνασθενεῖ γὰρ καὶ λόγος τῷ σαρκίῳ,
Ὥσπερ παθούσῃ μουσικὸν μέλος λύρᾳ.

Hujus Joannis Euchaitensis non exiguum nomen inter melodos Græcos, atque in ecclesiasticis Græcorum libris ingenii ejus ac pietatis monumenta occurrunt, e quibus *Canones in festa SS. Basilii, Nazianzeni ac Chrysostomi* cum versione sua publicavit Nic. Rayæus S. J. in Diss. præliminari ad tom. II *Act. SS. Junii*, p. 50-59 ; et *Canonem in Deiparam*, p. 49 sq. Canonis prioris ἀκροστιχίς est : Τρισήλιον φῶς τρεῖς ἀνῆψεν ἡλίους. *Canones in S. Nicolaum* citat Allatius contra Hottingerum, pag. 183. De hoc Joanne videndus etiam tom. I *Act. SS. Junii*, pag. 594 seqq. in quo, pag. 515-614, exhibetur scripta ab eo *Vita* præceptoris sui, *Dorothei Junioris*, Trapezuntii Chiliocomensis, cum versione Conradi Janningi S. J. Ex *Vita S. Eusebiæ*, cujus memoria apud Euchaitenses colebatur, profert nonnulla idem Allatius, lib. *De purgatorio*, pag. 754 seq. Forte in Catena Corderiana Patrum Græcorum in Psalmos, ubi Joannes citatur, intelligitur non Chrysostomus, qui semper in illo opere venit Chrysostomi nomine, sed Euchaitensis noster, quem Expositioni Origenis Psalmos adjecisse quædam, Colomesius, ex Antonii Verderii Catalogo mss. CPolitanorum adnotavit.

DE RECENTIORI TRIBUSQUE GRÆCORUM DOCTORIBUS

BASILIO, NAZIANZENO ET CHRYSOSTOMO

COMMUNI FESTO

Per Joannem metropolitam Euchaitarum instituto.

Vide Patrologiæ tom. XXIX, p. CCCLXXXIX.

VITA S. DOROTHEI JUNIORIS

SIVE IN CHILIOCOMO

Auctore monacho coævo discipulo ejus, facto deinde metropolita Euchaitarum.

Ex Ms. Græco Bibliothecæ Vaticanæ interprete Conrado Janningo.

—

CAPUT I.

Dorothei natales, fuga, monachatus, sacerdotium.

1. Oportebat equidem non modo prisca, sed etiam recentiori rerum gestarum narratione commendari Pontum, ut utrimque fieret celebrior gloria ejus,

A α'. Οὐ παλαιοῖς ἄρα μόνον ἀλλὰ καινοῖς διηγήμασιν ἔδει κοσμηθῆναι τὸν Πόντον, ὡς ἂν ἀμφοτέρωθεν εὔ ἔχοι δεδοξασμένος, τὰ παρόντα μὲν ἀναφέρων

Digitized by Google

εἰς τὴν τῶν προγεγονότων ὁμοίωσιν, ὥσπερ εἰς A dum illa quæ nunc geruntur, similia iis quæ olim
προγόνων εὐγένειαν, τὸ δὲ κλέος ἐκείνων ὑπὲρ gesta sunt a generositate majorum nostrorum, his
πίστιν ἄλλως δοκοῦν διὰ τὸ παράδοξον ἐκ τῶν ipsis fidem præstant, futuris alioqui propter ni-
παρόντων πιστούμενος· καὶ παρά τε τῆς ὄψεως miam suam admirabilitatem incredibilibus; et visus
παρά τε τῆς ἀκοῆς τὸ πρὸς ἀρετὴν ἀνδρῶν γόνι- auditusque simul testimonium perhibent fecundæ
μον καὶ πολυφόρον μαρτυρούμενος, ὧν ἅπασαν hominum illorum ad virtutem indoli, quibus omnis
πλήρη τὴν ἑαυτοῦ περίχωρον ἔχει· ἄλλου κατ' ἄλλο late regio circum abundat; aliis atque aliis, per
μέρος αὐτῆς ἐν διαφόροις καιροῖς τὴν τοῦ καλοῦ diversos ejus partes temporaque præclara virtutum
κατόρθωσιν ἐπιδειξαμένου, καὶ μέντοι καὶ τὸ σῶμα exempla præbentibus; quin etiam corpus, decursa
μετὰ τοὺς ἄθλους αὐτοῦ πού καταλιπόντος παρὰ τὸν vitæ palæstra, subinde relinquentibus in loco car-
τόπον τῆς ἀγωνίας, τοῖς περιοίκοις ἐνέχυρον ἀσφα- taminis tesseram salutis indubitatam circum inco-
λὲς σωτηρίας. lentibus mansurum.

β'. Τούτων εἷς καὶ Δωρόθεος, ὁ μέγας ἐν ἀσκη- 2. Ex horum numero fuit etiam Dorotheus, præ-
ταῖς· λέγω δὲ τὸν νέον καὶ καθ' ἡμᾶς· περὶ οὗ clarus ille in paucis ascetes: Dorotheum dico Ju-
πολὺς λόγος, καὶ μακρᾶς συγγραφῆς καὶ ἱστορίας niorem, qui nostra ætate floruit; de quo frequens
δεόμενος· ἡμῖν δ' ἀποχρήσειν ἐκ πολλῶν ὀλίγα δοκῶ B sermo, multæ scriptionis ac narrationis indigus:
μοι· ἀντὶ πολλῶν γὰρ ταῦτα, κἂν οὐ πολλά· ἐπείπερ sed nobis suffectura puto e multis pauca; cum et
ἱκανὰ καὶ αὐτὰ τό τε ἄκρως φιλόσοφον τοῦ ἀνδρὸς pauca illa multorum instar habitura sint, utpote
παραστῆσαι καὶ τὸ πάνυ φιλόθεον, ἔτι δὲ καὶ ὅσης accommodata ad repræsentandum summam vir
ἀπήλαυσε τῆς χάριτος ἐπὶ τούτοις, καὶ πρὶν ἐντεῦ- sapientiam summamque religionem; et in iis
θεν ἀπανάστηναι, ἀρραβῶνα τῆς νῦν ἐκδεξαμένης quanta præventus sit gratia, quamque certam,
αὐτὸν καὶ πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως. Οὗτος τοιγαροῦν ὁ priusquam hinc emigraret, acceperit arrham illius,
τοσοῦτος ἐφύη μέν πεθεν ἔνθεν ἐξ ἐπισήμου πόλεως qua nunc fruitur, familiaritatis divinæ. Talis igitur
γείτονος, μᾶλλον δὲ μητροπόλεως ἔθνους οὐκ ἀνω- tantusque vir, ex illa regione aliquando duxit ori-
νύμου. Τραπεζούντιος γάρ· γένος καὶ τῶν εὖ γεγο- ginem, utpote natus in celebri urbe, Ponto vicina,
νότων, καὶ τῶν ἐν τέλει τὰ πρῶτα· ἐν γὰρ πατρι- aut potius in metropoli clarissimæ gentis. Erat
κίοις ἐτέλουν οἱ πρὸς πατρὸς πατέρες αὐτῷ· καὶ enim a Trapezuntius (1); genus trahens e nobilis-
τούτων οὐ τοῖς ἐξ ἰδιωτῶν ἄρτι πρῶτον εἰς τοῦτο simis parentibus, iisque in magistratu principibus;
παραγγέλλασι τὸ ἀξίωμα, ἀλλ' οἷς, ὡς ἂν εἴποι majores quippe ejus ex parte patris numerabantur
τις, κατὰ κλῆρον ἦν ἡ εὐγένεια, καὶ οὓς γενεσ'ως C inter patricios, non illos qui recens e plebe ad
ἔτι καὶ νῦν, ὡς ἐπίσημόν τι γένους λαμπρότα- istam dignitatem pervenerant, sed quibus nobili-
τον, οἷον Ἡρακλείδας τινὰς καὶ Πελοπίδας ἐπιφη- tas, ut dicam, hæreditaria erat; quique etiamnunc
μίζουσιν. ob insigne prosapiæ suæ decus, uti Heraclidæ qui-
dam aut Pelopidæ (2), laudantur.

γ'. Ἐκ τούτων οὖν προελθὼν καὶ τὰ τοῦ βίου 3. Talibus itaque prognatus parentibus, exordium
προοίμια ὑπὸ διδασκάλοις κοσμίοις καὶ παιδαγωγοῖς vitæ sub disciplina magistrorum ac pædagogorum
διανύσας, ὡς εἰκὸς ἦν δήπου τὸν εὐγενῆ· ὅτε πρῶτον præclare, ut nobilem decet, peregit. Ubi primum
περιεπόντων, ἀσπασμοῖς τε καὶ δάκρυσι ταῖς εἰς ἔδαφος ἀντικατακλίσεσι τὸ εἰκὸς ἐκπληρούντων, ἡ μεσημβρία παρῆλθεν. Ἔνθα δὴ μάλιστα πολύς τις ὁ φιλόστοργος ἦν, τροφῆς μετασχεῖν παρακαλῶν ἕκαστον, καὶ ἄξιον μὴ συγκάμνειν ἐπὶ πλέον αὐτῷ, ὡς οὐκέτι περὶ τὰ κοινὰ πονουμένῳ κατὰ τὸ ἔθος, ἀλλὰ νῦν γε περὶ τὸ ἴδιον ἀναγκαίως ἀσχολουμένῳ, καὶ μὴ διοχλεῖν βουλομένῳ τοὺς οἰκείους εἰς τὰ οἰκεῖα. Οἱ μὲν οὖν ἀντεῖχον δυσφοροῦντες ἐπιπολύ, οἱ δ' ἐνέκειντο πλέον ἐκδιαζόμενοι, ἕως πάντα ποιοῦντι μικρόν τι παραχωρήσαντες, συνέδραμον αὖθις μετὰ σπουδῆς παραχρῆμα· καὶ καταλαβόντες τὸν ἅγιον ἐκτενέστερον προσευχόμενον, διατραπέντες ὑπέστησαν· ἄχρις ὅτου ποτὲ, τῆς εὐχῆς ἐκεῖνος παυσάμενος, τοὺς μὲν ἐπέτρεπε ψάλλειν, αὐτὸς δ' ἀνακλιθείς, πῶς ἂν εἰπεῖν τις ἠρέμα καὶ προσηνῶς, καὶ τοὺς πόδας ἐξάρας, ἐν εἰρήνῃ κατὰ τὸ γεγραμμένον ἐκοιμήθη καὶ ὕπνωσεν ὕπνον ὄντως, οὐ θάνατον, ὕπνον τὸν πρέποντα δικαίοις ὡς ἀληθῶς· καὶ προσετέθη τούτῳ τῷ τρόπῳ πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ ὁ ἡμέτερος οὗτος ἐν ἁγίοις Πατὴρ, καὶ υἱὸς τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας, πρὸς ἣν οὕτως ἱλέως ἐξεδήμησεν, ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως σπεύσας, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν ἀνάπαυσιν ὑπερφυῶς μεταβὰς ἐκ τῆς ἐνταῦθα κακοπαθείας· ὡς οὐχ ἧττον εἶναι τὸ τέλος αὐτῷ ἢ τὸν βίον ἀξιοθαύμαστον.

ιθ'. Τοιαύτη μὲν Δωροθέῳ ἡ ἐπὶ γῆς παροικία, οὕτως αἱ πράξεις καὶ τὰ ἔργα θεοφιλῆ, οὕτω δαψιλῆ τὰ χαρίσματα· τοιαύτη δὲ πάλιν καὶ ἡ ἐντεῦθεν μετάστασις, ἐπιεικῶς ἄξια καὶ πρέπουσα, καὶ οἷον κορωνίς τις χρυσῆ τῇ τοῦ ἀνδρὸς πολιτείᾳ κατὰ λόγον ἐπιτεθεῖσα· οὗ ταῖς πρὸς τὸ Θεῖον πρεσβείαις, ᾧ καλῶς εὐηρέστησεν, εὐαρεστεῖν εὐχόμεθα καὶ αὐτοὶ κατάγε δηλαδὴ τὸ ἡμέτερον, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς λέγω δύναμιν· ἐπεὶ καὶ τοῖς ἐλαχίστοις οἶδεν ἡ ἀγαθότης χαίρειν ὑπὸ φιλανθρωπίας, καὶ χεῖρα παρέχειν πρὸς τὰ κρείττω ταῖς προθυμίαις· δυνατὸς δὲ ὁ ἅγιος, τὸ λειπὸν ἀποπληροῦν· ἐπεὶ κἀντεῦθα χρηστότης αὐτῷ, τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον, κἀκεῖσε νῦν πάλιν (οὐκ ἀπιστοῦμεν) ὡς παραμένει μετά τινος εὖ οἶδα προσθήκης οὐκ ἀγεννοῦς, ὅσῳ καὶ μάλιστα τῇ τῶν καλῶν πηγῇ νυνὶ πεπλησίακε, παρ' ἧς τὸ χρηστὸν ἀρυσάμενος πλουσίως καὶ δαψιλῶς, εὖ τε δεδούλευκεν ἤδη πολλοῖς καὶ πεποίηκεν, ἔνθεν εἰς τοσοῦτον καὶ δεδικαίωται, καὶ ἔτι μᾶλλον ποιήσει, καὶ τὸ φιλάγαθον ἐπιδείξεται περὶ πάντας ἡμᾶς τοὺς περιλοίπους ἔτι καὶ ζῶντας, καὶ τῷ τόπῳ τούτῳ τῆς βασάνου τέως ἐνδιατρίβοντας· ἕως καὶ ἡμᾶς ὁ ἐκείνου μισθαποδότης πρὸς τὴν ἐκεῖ καλέσει κατάπαυσιν, εἰ δὲ εἰπεῖν καὶ ἀνάπαυσιν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A tibus, ipsumque amplexando, lacrymando, ad terram usque sese inclinando, quod sui erat officii, implentibus, transierat meridies. Tunc, uti suos quam qui maxime amabat, singulos abire cibumque sumere jussit; nihil sibi porro ab ipsis officiis impendendum dictitans; utpote qui de rebus communitatis, ut solebat, nihil amplius sollicitus, ad privatam tantum necessitatem intendebat; suosque circa se vexari nolebat. Et alii quidem multum contra nitebantur, alii vero ampliorem ei vim faciebant, donec multum satagenti nonnihil concesserunt: sed mox curriculo ad ipsum revertebantur; invenientesque intensius orantem cum verecundia substiterunt, donec finita oratione fratres ad psallendum hortatus est; et reclinans se B ipse, quiete, ut sic dicam, atque prono in terram corpore pedesque extendens, in pace, uti scriptum est [7], requievit et dormivit somnum potius quam in mortem: somnum nempe, qualis justos decet: atque ita appositus est patribus suis sanctus hicce Pater noster, regni cœlorum filius, quo tam hilariter iter suscepit, ad præmium supernæ vocationis festinans, et ad requiem cœlestem modo extraordinario transiens ex hisce miseriis; ut obitus ejus non minori admiratione dignus sit quam vita.

19. Talis igitur Dorothei in terris vivendi ratio fuit, talia tamque divina opera, tam copiosa a Deo collata dona: talis similiter viri transitus, omnino præclarissimus et decorus, ac veluti coronis quæ- C dam aurea, tali conversationi ejus, ut par est, imposita: cujus intercessionibus apud Deum, cui ipse admodum placuit, nos quoque placituros exoptamus, quantum nempe per statum viresque nostras licebit; cum etiam minimis gaudere præ humanitate sua noverit bonitas ejus, et adjutricem tendere manum iis qui consequi virtutem desiderant. Potest autem Sanctus quod deest supplere: quandoquidem eadem benignitas, quæ hic inter virtutes ejus primas tenuit, nunc illic quoque, dubium perseveret, cum non exiguo sui incremento; præsertim cum propius nunc absit ab illo bonorum omnium fonte, ex quo affatim bonitatis et copiose hauriens, servivit jam pridem ac bene- D fecit multis ipse, tantumque sanctimoniæ consecutus est; nunc autem liberalius benefaciet, et beneficentiam suam exseret in nos omnes, qui adhuc superstites sumus in hac vita et in hacce exercitationis palæstra versamur: donec ille, qui Patri nostro remuneratus est, nos quoque ad supernam requiem, aut potius dixerim, omnis molestiæ vacuitatem evocet; quem decet gloria, honos et adoratio cuncta, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

[7] Psal. CXV, 9.

(9) Πόσος, *quantus, quam multus*; hinc necdum alibi lectum συμποσέομαι, quasi *simul supputor*.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΕΥΧΑΙΤΩΝ

ΛΟΓΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΑΝΣΕΠΤΟΝ ΚΟΙΜΗΣΙΝ

ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ * ΘΕΟΤΟΚΟΥ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS EUCHAITARUM ARCHIEPISCOPI

SERMO

IN AUGUSTISSIMAM SANCTISSIMÆ DEIPARÆ DORMITIONEM

Ex Vaticano et Laurentiano codd. hanc homiliam Græce et Latine primus in lucem protulit Ant. Ballerini, S. J., in opere cui titulus: *Sylloge monumentorum de immaculata conceptione B. Virginis.* Romæ 1851.

	PROŒMIUM (1).		ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ.
A	Intaminatis e vireto floribus	A	Σοὶ τοῦτο πλεκτὸν ἐξ ἀκηράτου στέφος;
	Sertum tibi, Regina, contextum fero,		Λειμῶνος, ὦ Δέσποινα, κοσμήσας φέρω,
	Munus peregrinum, tibi decens tamen :		Ἀλλότριον πρόσφθεγμα, σοὶ μάλα πρέπον·
	Nam, vel peregrina, cuncta serviunt tibi.		Ἅπαντα γὰρ σὰ δοῦλα καὶ τὰ τῶν ξένων.
	Laudum hortus est, Eden et plantas educat,		Λόγων ὁ λειμών, τῇς Ἐδὲμ φυτὰ τρέφων,
	Multis renidens herbulisque et floribus,		Βρύων τε πολλοῖς ἄνθεσι καὶ ποικίλοις,
	Queis nulla demunt vernum honorem tempora		Ὧν οὐ μαραίνει τὴν καλὴν ὥραν χρόνος,
	Nullæque cœli gratiam lædunt vices ;		Οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς τὴν χάριν φθείρει τρόπος·
	Perenne sed viresci et nitet magis,		Ἀλλ' εἰσαεὶ θάλλει τε καὶ λάμπει πλέον
	Rosarum quam recentium nitet decor.		Τῶν ἄρτι φαιδρὸν ἐξανισχόντων ῥόδων.
	Ex hoc mihi demessa sunt hæc germina,		Ἐκεῖθεν ἐάρεφθησαν ἡμῖν καὶ τάδε,
	Cui hortulum mollire cultu contigit :		Τοῖς νῦν γεωργεῖν αὐτὸν ἐξιωμένοις.
	Ex hoc corona florum conserta hæc fuit,		Ἐκεῖθεν οὗτος ὁ στέφανος ἐπλάκη,
B	Indigna te, Virgo (nihil nam te viget	B	Οὐκ ἀξίως μὲν (καὶ γὰρ οὐδὲ πᾶν τόδε
	Mortale dignum), verum amori convenit ;		Ἐπάξιόν σου) τοῦ πόθου δ' ἐπαξίως,
	Huc namque cunctas contulit vires amor		Ὃς πᾶσαν εἰσήνεγκεν ἰσχὺν ἐνθάδε,
	Te gestiens ornare opimis laudibus.		Οἷς εἶχε, τιμᾷν τὴν ὑπέρτιμον θέλων.
	Ergo benigno conspicata lumine		Σὺ δὲ πρὸς αὐτὸν εὐμενὲς βλέψασά μοι,
	Hanc tu coronam ceu Regina suscipe,		Δέχου παρ' ἡμῶν ὡς βασιλὶς μὲν στέφος,
	Quæ texta verbis te, Parens Verbi, decet :		Ὡς τοῦ Λόγου Μήτηρ δὲ τὸ πρὸς τῶν λόγων
	Servique munus dedicantis dum capis,		Τῆς δουλικῆς τε χειρὸς ἀντειλημμένη.
	Illum fove, fiduciamque ultro insere,		Εὔθυνε πρὸς σὲ, καὶ δίδου παῤῥησίαν,
	Ut splendide te floribus circumtegat.		Ὡς ἂν σε λαμπρῶς, ᾧ φέρει, στέψῃ στέφει.

Variæ lectiones.

* Laur. addit ἡμῶν.

Notæ.

(1) Habetur hoc epigramma inter Græce edita a Matthæo Busto (pag. 16-18), et titulum præfert : Προγραμμα εἰς τὸν τῆς Κοιμήσεως λόγον. Ipsum ex Vaticano codice accuratius descriptum, et Latina præcl. viri P. Henrici Valle, poeticæ tradendæ apud collegium hoc Rom. professoris, interpretatione auctum, sermoni, quem Deiparæ offert, visum est conjungere.

Digitized by Google

Εἰ δ' οὖν τὸ δῶρον δεξιᾶς σῆς ἀξίου,
Αὐτή τε σαυτὴν εὐπρεπῶς τούτῳ στέφε·
Ἡ μᾶλλον εὐπρέπειαν αὐτὴ τῷ στέφει
Προσψαύσεως σῆς ἀξιουμένῳ δίδου.
Ἡμᾶς δὲ τοὺς λόγοις σε τιμῶντας μόνοις
Ἔργοις σὺ πάντως ἀντιτίμησον πλέον.
Οἴκῳ τε τῷ σῷ γειτονοῦντας ἐνθάδε,
Καὶ τῆς ἐκεῖ σου στῆσον ἐγγὺς οἰκίας,
Ἣν ἀμφέπουσιν οἱ χοροὶ τῶν ἀγγέλων,
Ἣν προσκυνοῦσι πᾶσα τάξις τῶν ἄνω.
Ταύτην ἀμοιβὴν τοῦ πόθου καὶ τοῦ λόγου
Λάβοιμεν ἐκ σοῦ, καὶ τὸ τῆς δόξης στέφος·
Κἂν ταῦτα μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς ἐλπίσαι.

A Ergo tua signare donum dextera,
Sertoque te decenter ipsa cingito;
Quin muneri, Virgo, novum præbe decus
Dum destinata te corona protegis.
Nosque ore tantum, Diva, plaudentes tibi
Tu re vicissim fac honores amplius;
Et quos tuæ sedi hic habes domesticos,
Et alteri sursum propinquos advoca,
Quam cœlites circum angelorum stant chori,
Quam cuncta certatim colit divum cohors.
Hac nos amoris, debitæ hac laudis vice
Per te fruamur cum coronæ gloria,
Majora quanquam hæc sunt spei fiducia.

Α'. Ἐπὶ τὴν Μητέρα τοῦ Λόγου μετὰ [1] τὸν Λόγον, ὁ λόγος. Τὸν γὰρ Βασιλέα προπέμψας, τῇ Βασιλίδι προσυπαντᾷ, ἀπὸ δόξης δόξαν ἀμείβων, καὶ μεταβαίνων εἰς δύναμιν ἐκ δυνάμεως. Οὕτως ἐντρυφᾷ τῇ τῶν καλῶν εὐπορίᾳ, καὶ τοσοῦτον χαίρει φιλοτιμούμενος τῇ περιουσίᾳ τῶν ὑποθέσεων.

1. Ad Matrem Verbi oratio, postquam cum Verbo versata est, se convertit. Postquam enim Regem comitata est, Reginæ occurrens, gloriam alternat gloria, et de virtute transit in virtutem. Adeo in bonorum deliciatur copia, et de thematum ubertate adeo sibi placens collætatur.

Χριστὸς μὲν ἡμῖν, ἡ πάντων ἑορτὴ τῶν αἰώνων [2] ἑορτὴ [3] χθὲς ἦν, ἀλλ' ἑορτή, φωτισμὸς, καὶ πηγὴ φωτὸς ἀϊδίου, καὶ αὐτόφως. Διὰ τοῦτο καὶ φῶς ἀναβαλλόμενος ὡς ἱμάτιον, τὴν αὐτῷ κατὰ φύσιν ἀναβολὴν, καὶ τῷ προσώπῳ λάμψας ὡς ἥλιος, ἐξ ὄρους ἁγίου ταῖς ἀστραπαῖς ἡμᾶς ἔβαλε, καὶ τὴν θέαν οὐ φέροντας παρῆλθε ταχύ· μᾶλλον δὲ μεθ' ἡμῶν ἐστιν ἀεὶ κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ λάμπει τοῖς ἀξίοις καὶ νῦν, ἀλλὰ πρὸς ἀξίαν, καὶ μετριώτερον.

Et superiore quidem festo (2) celebrandus nobis proponebatur Christus, qui sæculorum omnium festum est, sed festum qui et illuminatio sit, imo fons lucis æternæ, atque ipsa per se lux. Propterea et *amictus lumine sicut vestimento* [a], vestimento inquam, quod ipse ex natura sua induit, et *facie resplendens sicut sol* [b], fulgetris suis *e sancto monte* [c] nos ejaculavit, ac cito non ferentes splendorem vultus ejus pertransiit [d], seu melius dixerim, semper nobiscum est secundum promissionem suam, et nunc quoque eorum, qui digni sint, pro cujusque tamen meritis et qua ferri possit ratione, oculis resplendet.

Β'. Ἡ σήμερον δὲ τὴν Χριστοῦ Μητέρα ποιεῖται μυστήριον, ἐκ μεγάλου τε μέγα, καὶ λαμπρὸν ἐκ λαμπροῦ, καὶ προφθάνει φαιδρότητα φαιδρότης δημοτελὴς καὶ μεγίστη πανήγυρις τηλικαύτην καταλαμβάνει. Οὕτω πάντα τρόπον ἡμῖν ἀγαθυνούσης τῆς ἀγαθότητος, καὶ χάριν διδούσης κατὰ καιρὸν ἀντὶ χάριτος. Οἶδε γὰρ ἡ σοφία παραμυθεῖσθαι σοφῶς τὸ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἀψίκορον [4], ἵν', ὥσπερ κακόσιτοι [5], τῷ πολυτελεῖ καὶ ποικίλῳ τῶν προκειμένων ἀνακτώμεθα τὴν ὄρεξιν κάμνουσαν, καὶ ταῖς προθυμίαις ἀκμάζοντες, ὁσάκις [6] ἂν δέοι, πρὸς τὴν τῶν χρησίμων ἁπάντων ἀπόλαυσιν.

C II. Hodierna vero dies solemni cultu celebrat Genitricis Christi mysterium, magnum utique post magnum ac splendidum post splendidum, et lætitia communem omnium lætitiam præeuntem habet, ac maxima solemnitas maximam excipit solemnitatem. Sic nempe modis omnibus bonitas ipsa beneficiis nos cumulat, et gratiam gratiæ opportune adjungit. Novit enim (divina) Sapientia infirmitatis humanæ desiderium ad fastidium proclive provide reficere; ut non secus ac qui stomacho laborant, exquisitis variisque epulis propositis elanguentem rursus excitemus appetentiam, desiderioque alacres effecti, ad ea quæ nobis prodesse queant, degustanda, quoties opportunitas se nobis offerat, occurramus.

Γ'. Ἀλλά με θερμότερον κινεῖ τὰ παρόντα, καὶ φέρειν μετρίως οὐκ ἔχω τὴν ἡδονὴν, καὶ ζητῶ φωνὴν ἀξίαν τοῦ θαύματος. Βοήσομαι τοίνυν λαμπρόν τι καὶ διαπρύσιον [7], καὶ τῆς ἡμέρας τὴν χάριν ὑψηλῷ κηρύξω [8] κηρύγματι.

D III. Verum quæ nunc geruntur, venementiorem in me affectum accendunt, nec facile exuberantem ferre jucunditatem possum, et verba, quæ miraculo respondeant, me deficiunt. Quidpiam igitur splendidum atque præclarum inclamabo, et hujus diei gratiam sublimi præconio efferam.

[a] Psal. cm, 2. [b] Matth. xvii, 2. [c] II Petr. i, 18. [d] Exod. xxxiii, 22.

Variæ lectiones.

[1] Mendose apud Fabricium (*Biblioth. Græc.* t. X, p. 283) κατὰ τὸν λόγον. [2] Laur. αἰωνίων. [3] Cod. Vat. addit. καί. [4] Cod. uterq. ἀψίκορον. [5] Cod. Laur. κακώσιτοι. [6] Cod. Laur. ὡσάκις. [7] Cod. Laur. διαπύρσιον. [8] Laur. κηρύξων.

Notæ.

(2) Indicat auctor solemne Transfigurationis Dominicæ festum, quod paucis ante diebus celebratum fuerat.

Digitized by Google

Genitricis Dei hodierna die celebramus Dormitionem, Genitricis Dei depositionem, Genitricis Dei resurrectionem, ascensionem (3), exaltationem; ac miraculo accedit, quod et Filia sit quæ Mater, et quod insuper Sponsa, ac rursus quod Virgo sit quæ Sponsa est, atque per omnia Regina, et ante omnia Ancilla, divinorumque charismatum varia ac præclarissima plenitudo (4).

A Μητρὸς Θεοῦ κοίμησιν ἑορτάζομεν σήμερον, Μητρὸς Θεοῦ κατάπαυσιν, Μητρὸς Θεοῦ μετάστασιν, ἀνάβασιν, ἔπαρσιν· καὶ προσθήκη τοῦ θαύματος, ὅτι καὶ θυγάτηρ ἡ Μήτηρ, ἔστι δ' ὅτι καὶ Νύμφη, καὶ Παρθένος αὖθις ἡ Νύμφη, καὶ διὰ πάντα Βασίλισσα, καὶ δούλη πρὸ πάντων, καὶ τῶν χαρισμάτων τὸ πλῆθος ποικίλον καὶ πολυώνυμον.

IV. Hujus nunc vita ab hac terra sursum evehitur; ac cœlum versus ea attollitur, quæ est cœlorum mysterium, stupor angelorum, hominum fortitudo, generis sui nobilitas, Christianorum fiducia, bonum quovis bono incomparabiliter majus (5); et mortalem hunc mundum mortalibus dimittens, ipsa ad eam quam genuit, vitam transmigrat.

Δ'. Ταύτης αἴρεται νῦν ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωή· καὶ πρὸς οὐρανοὺς ἀνυψοῦται τῶν οὐρανῶν τὸ μυστήριον, τῶν ἀγγέλων τὸ θαῦμα, τῶν ἀνθρώπων τὸ κράτος, ἡ τοῦ γένους εὐγένεια, ἡ Χριστιανῶν παῤῥησία, τὸ παντὸς καλοῦ μεῖζον [9] ἀσυγκρίτως καλόν· καὶ τὸν θνητὸν τοῦτον κόσμον τοῖς θνητοῖς καταλείψασα [10], αὐτὴ πρὸς ἣν ἔτεκε ζωὴν μεταχωρεῖ [11].

B

Hæc (6) vero matrem et data dextera liberaliter salutat, et comiter amplexatur. Is itaque, qui ineffabiliter auram omnem manu continet, ad hanc rursus descendit, non ut in ea, sicut prius, sedem defigat, sed, prope dixerim, ut a sua illam sede educat, seu potius ut eam ad sedem deducat, quæ congruentior sit, et penes semetipsum hinc illam transferat, quæ eum exinanitum immaculatis viscer.b s gestavit. Id ireo et præsens ipse adest, et secum angelorum ac cœlestium civium exercitum simul adducit: quibus stipatus ascendit rursus, suam secum genitricem attollens, et ingens il i fœnus pro ingenti usura persolvens, pro generatione regenerationem, et pro humana carne deificationem.

Ἡ δὲ τὴν μητέρα καὶ δεξιοῦται λαμπρῶς, καὶ φιλοτίμως ἀσπάζεται. Ὁ κρατῶν γοῦν ἀῤῥήτως τῇ χειρὶ πνοὴν ἅπασαν ἐπὶ ταύτην κάτεισιν [12] αὖθις, οὐχ ἑνοικήσων, ὡς πρίν, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν, ἐξοικίσων, μᾶλλον δὲ κατοικίσων, οὗ πρεπωδέστερον, καὶ μετάξων ἐντεῦθεν πρὸς ἑαυτὸν τὴν ἐν σπλάγχνοις ἀχράντοις κενωθέντα βαστάσασαν. Διὰ τοῦτο καὶ πάρεστι· καὶ στρατὸν ἀγγελικὸν καὶ οὐράνιον ἑαυτῷ [13] συνεπάγεται· μεθ' ὧν [14] πάλιν ἄνεισι [15], τὴν τεκοῦσαν ἀπάγων, καὶ μεγάλην ἀντέκτισιν μεγάλου καταβάλλων [16] δανείου, παλιγγενεσίαν ἀντὶ γεννήσεως, καὶ ἀντὶ σαρκώσεως θέωσιν.

V. Hæc solemnitatis hujus nostræ summa est: C hæc præsentis festivitatis tessera. Quis ad ista non lætetur, et anima sensim non attollatur, atque ipso corpore levis non sublevetur, totusque in sublime feratur? Cujusnam oculis ejusmodi spectaculum obversetur, et non sursum attrahatur, et contemnat reliqua omnia, atque ad hoc unum non rapiatur? Quænam suavior oblectatio? Quænam potiores deliciæ? Quæ alia voluptas præ hujusmodi hilaritate jucundior? Ubi et præsens adest Deus, et simul astat angelorum chorus, et sacro ministerio funguntur apostoli, et honoribus cumulatur Dei Mater, in cujus gratiam hæc omnia, et cujus splendoribus splendido plausu gratulantur?

Ε'. Τοῦτο ἡμῖν τῆς ἑορτῆς τὸ κεφάλαιον· αὕτη [17] τῆς ἡμέρας ἡ δύναμις. Τίς οὐ χαίρει πρὸς ταῦτα, καὶ τὴν ψυχὴν ἠρέμα πτεροῦται, καὶ τὸ σῶμα κουφίζεται, καὶ ὅλος εἰς ὕψος μετεωρίζεται; Τίς τοιούτοις θεάμασιν ἐντυχὼν, οὐκ ἐπαίρεται, καὶ περιφρονεῖ τἄλλα πάντα, καὶ πρὸς ἓν τοῦτο φέρεται; Τίς ἡδίων ἀπόλαυσις; Τίς ἀμείνων τρυφή; Τίς ἑτέρα τέρψις χαριεστέρα τῆς [18] τοιᾶσδε φαιδρότητος; Ἦν Θεός τε παρὼν, καὶ χορὸς ἀγγέλων συνὼν, καὶ λειτουργοῦντες ἀπόστολοι, καὶ Μήτηρ Θεοῦ τιμωμένη, δι' ἣν ταῦτα πάντα, καὶ περὶ ἣν λαμπρὰν λαμπρῶς συγκροτοῦσιν;

Variæ lectiones.

[9] Cod. Laur. μεῖζων, ubi ipse accentus circumflexus ostendit mendum alterius syllabæ. [10] Cod. Laur. καταλήψασα. [11] Vat. ἐκδημεῖ. [12] Cod. Laur. κάτεισιν. [13] Cod. Vat. ἐν αὐτῷ. [14] Cod. Laur. ὧν. [15] Cod. Vat. ἄεισι. [16] Cod. Laur. καταβάλλον. [17] Laur. αὕτη. [18] Τῆς abest a Cod. Vatic.

Notæ.

(3) Licet communis titulus hujus solemnitatis apud Græcos sit *Dormitio SS. Deiparæ*, et homiliæ hac occasione habitæ inscribi consueverint *in sanctissimæ Deiparæ Dormitionem*, ex hoc tamen loco manifeste liquet, eadem festivitate celebratam fuisse non *Dormitionem* modo, sed etiam ejusdem Virginis *Resurrectionem*, corporisque simul cum anima in cœlos *Assumptionem*.

(4) Observa, quæso, quomodo non modo Deipara gratia plena dicatur, sed *plenitudo* quoque *charismatum* appelletur; quo sane nihil significantius dici potest ad perfectissimam munerum ipsi collatorum copiam exprimendam. At vero plane ista D plenitudo abesset, si charisma illud tantopere exoptandum, quo a fœda diaboli captivitate est præservata, ipsi defuisset.

(5) Hoc sane de bonis creatis intelligendum est. Videsis tamen, quam alte de Virgine Patres senserint, et in eamdem transferant, quæ de solo Deo prædicantur; et simul quam longe hæc notio Virginis ab eo malo distet, quod a prima origine miseri filii Adæ contrahunt.

(6) Hæc nempe *Vita*, de quo Paulus (*Coloss.* III, 4): Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ἡμῶν. *Cum Christus apparuerit vita nostra.*

Digitized by Google

Ϛ'. Ἀλλ' οἷον ἐκεῖνό μοι παρ' ἐλπίδα προσέστη ! Τοιαύτης γὰρ ἤδη τῇ Θεομήτορι παρασκευασθείσης πομπῆς ἐκ τηλικούτου συστήματος, τίς ἐκεῖ δοθήσεται [19] χώρα τοῖς ἐλαχίστοις ἡμῖν πρὸς τὴν τῆς κοινῆς Δεσποίνης ἡμῶν [20] τιμήν; Τίς δὲ [21] ἱκανὸς καταλαβεῖν τινα θέαν ἐν οὕτω θεσπεσίῳ θεάτρῳ, καὶ κάλλιστης ὁράσεως βραχύ τι παραπολαῦσαι ; Ἆρ' οὐκ ἐδείσατε ; Οὐχὶ μὴ κατόπιν, ὃ δή φασιν, ἐλθοιμεν [22] ἑορτῆς ; Ἀλλὰ τὸ δεινότερον ἔτι, μή, καὶ παρόντες, ἁμάρτοιμεν αὐτῆς, ὡς ἀνάξιοι ;

A VI. Verum quidnam illud mihi præter exspectationem contingit ! Cum enim Dei Genitrici tam nobilis ex ejusmodi conventu jam parata sit pompa, ecquis nobis minimis locus ibi dabitur, ad communem Dominam nostram honorandam ? Ecquis e nobis dignus est, ut in theatrum adeo divinum vel oculos injiciat, et pulcherrimo horum aspectu vel obiter ad brevem aliquam horam perfruatur. Numquid non vos tremor occupavit ? Numquid non, quod utique est in proverbio, post festum accurremus ? Nonne, quod etiam gravius est, etsi præsentes festo astemus, ejusdem tamen exsortes, utpote indigni, manebimus ?

Ἀλλά μοι [23] θαρσεῖτε· μάτην γὰρ ἡ δειλία, καὶ τὸ δέος οὐκ εἰς καιρόν. Τίς γὰρ αὕτη καὶ πόθεν, περὶ ἣν ἡ ξένη τιμὴ, καὶ τὸ τῆς δόξης ἀπρόσιτον ; Οὐκ ἐξ ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων ; Ἐξ ἡμῶν δηλαδή· καὶ κἂν ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἀλλὰ ἄνθρωπος. Τί δ' ὁ ταύτην δοξάσας ἐπὶ τοσοῦτον ; Οὐχὶ καὶ αὐτὸς καθ' ἡμᾶς ἀπὸ ταύτης δι' εὐσπλαγχνίαν, ὁ καὶ πρὸ ταύτης ἀῤῥήτως ὑπὲρ ἡμᾶς ὢν [24] ἀεί ; Τῶν ἀριδήλων καὶ τοῦτο. Κατ' οὐδὲν τοίνυν ἔλαττον καὶ ἡμῖν ἀνθεκτέον [25] τῆς τοῦ καλοῦ μετουσίας. Ἡ γὰρ ἐκ τοῦ γένους οἰκείωσις ὀρέγει τὴν παῤῥησίαν· καὶ τὴν φύσιν οὐχ ὅπως ἀνθισταμένην, ἀλλὰ καὶ συμπράττουσαν ἔχομεν.

Verumtamen bono animo, quæso, estote : inanis enim est iste metus, neque hic timor opportunus nunc accidit. Quæ enim et unde ista est, cui peregrinus hic honor, et incomparabilis hæc gloria defertur ? Nonne ex nobis hominibus ? Ex nobis sane; et licet humanam conditionem transcendat (7), attamen homo est. Quid vero ille, qui ad tantum gloriæ hanc provexit ? Nonne et ipse propter misericordiam suam ab ea natus est homo nobis similis, qui utique ante ipsam, natura hac nostra supra quam dici possit præcelsior, ab æterno exsistebat ? Et hoc prorsus manifestum. Nihilo igitur minus et nos communis boni participes esse debemus. Nam quæ ex communi genere oritur necessitudo, hanc plane facultatem facit; nos porro non modo non pugnantem, imo vero consonam naturam habemus.

B

Ὡς ὄφελον οὕτω καὶ τὸν τρόπον ἔχοιμεν συναιρόμενον. Ἂν γὰρ δὴ καὶ τοῦτο προσῇ, θαυμαστή τις εὐτυχία τὸ πρᾶγμα, καὶ μηκέτι μέλλωμεν ἀνθρώποις, ἀλλὰ τοῖς ἀγγέλοις θαῤῥοῦντες ἑαυτοὺς ἀναμίξωμεν. Οὐ γὰρ κτίσις ἐνταῦθα τῆς ἀξίας τῶν φύσεων, ἀλλὰ θυμηδίας ἰσομοιρία, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν φύσεων ἐντεῦθεν ἰσοτιμία [26], διὰ τὸν ἐκ τοιαύτης ἡμῖν ὁμοιωθέντα μητρὸς, καὶ τοῖς ἐπουρανίοις [27] ἑνώσαντα θεοπρεπῶς τὰ ἐπίγεια.

C

Atque utinam et vivendi rationem pari elatam nobilitate servaremus! Si enim etiam mores ita compositos gereremus, in miram quamdam felicitatem res tota verteret, et mox non amplius homines essemus, sed cum fiducia nosmetipsos angelis permisceremus. Neque enim ex naturarum nobilitate res heic dijudicatur, sed par omnibus ex æquo jus est participandæ lætitiæ; seu melius dixerim, æqualis ipsarum quoque naturarum exinde fit honor propter illum, qui per tam præcelsam matrem factus est nobis similis, et terrestria cœlestibus divinitus conjunxit.

Ζ'. Τοιγαροῦν ἐπεὶ ταῦτα καὶ τοσούτου θεάματος μεταλαβεῖν ἀξιούμεθα· ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ συνελήλυθαμεν· τιμήσωμεν ἁγνῶς τὴν Παρθένον, τὴν Μητέρα γνησίως, τὴν Νύμφην πολυτελῶς, τὴν δεδοξασμένην ἐνδόξως, ὑπερκοσμίως τὴν ὑπερκόσμιον· καθαροὶ τὰ καθήκοντα τῇ καθαρᾷ λειτουργήσωμεν, εὐλαβῶς τῇ Δεσποίνῃ, τῇ Βασιλίδι λαμπρῶς τὰ πρὸς θεραπείαν ἐπιτελέσωμεν. Μηδὲν τῶν ἀνάγνων προσφερέσθω τῇ παναγίᾳ, μηδὲν τῶν κάτω κειμένων τῇ τῶν οὐρανῶν ὑπερτέρᾳ· ἔστω κράτιστα πάντα, καὶ

D

VII. Quandoquidem ergo hisce de causis digni effecti sumus, ut etiam tam miri spectaculi participes simus; nam et propter hoc idem in hunc cœtum convenimus; puris mentibus Virginem, sincero affectu Matrem, magnifice Sponsam, gloriose refulgentem gloria, terrenis omnibus præcelsiorem laudibus non terrenis honoremus : quæ puram deceant, sacra puri peragamus, reverenter Dominæ, splendide Reginæ exhibeamus famulatum. Nihil non purum sanctissimæ offeratur: nihil, quod

Variæ lectiones.

[19] Cod. Laur. δοθείσεται. [20] Abest ἡμῶν a Vatic. [21] Hic Vatic. addit ἡμῶν. [22] Laur. ἤλθωμεν [23] Cod. Laur. ἀλλ' ἄμοι. [24] Cod. Laur. ὤν. [25] Cod. Laur. ἀνθεκταῖον. [26] Absunt a Laur. cod. verba, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν φύσεων ἐντεῦθεν ἰσοτιμία. [27] Cod. Laur. ἐπ φύρανίοις.

Notæ.

(7) Si humanam conditionem transcendit, ergo frustra ex iis quæ propria sunt conditionis humanæ, ineluctabile quoddam argumentum duci quidam putarunt, quo Virgo Deipara communi hominum vitio infecta evinceretur.

Digitized by Google

terram redoleat, illi, quæ cœlis est sublimior; omnia prorsus eximia sint, omnia munificentiæ decorisque plena, et pompæ tam augustæ, atque conventus solemnitati congrua.

Atque ego quidem, quæ ad abeuntem Dominam deducendam spectant, decantabo; vos autem alii ex parte vosmet consociantes fausta acclamate, et quod quisque possit, quantum in se est, simul omnes offerentes, solemnia mecum parentalia decenter persolvite. Verumtamen non abs re erit sermonis exordium paulo altius petiisse, ut Deiparæ laudes e divino partu deducam, et egregiæ pertractationi egregium initium faciam.

VIII. Fuit, quando mundus alienus et inimicus erat mundo, videlicet aspectabilis hic invisibili, corruptibilis incorrupto, dilabens firmiter consistenti, et creaturæ contra ipsum Creatorem suum impie rebelles erant. Et alter quidem Conditorem proprium, ut par est, reverebatur, eique gloriam reddebat et honorem; alter vero animi socordia ab eo qui est, declinans, abductus est ad ea quæ non sunt; et tanquam beneficos stulte amplexus est inimicos, et per segnitiem errori ceu veritati adhæsit. Hinc nobile hoc Dei opus exitialium dæmonum fit ludibrium; et in contumeliam archetypi proculcatur quod ad ejusdem imaginem factum fuerat; et *comparatus est jumentis* [e], qui *paulo minus erat ab angelis* [f].

IX. Exinde vero illius, qui nescit affici, viscera afficiuntur; affectus autem miseratio fuit in opus suum, et clemens erga homines charitas. Hinc *consilium* illud *antiquum ac verum* [g], et certum ferendi auxilii tempus definiebatur. Ipsa autem opitulandi ratio quam longe naturæ fines prætervolans, quamque admiranda illa fuit!

Postquam alia adminicula omnia nihil profecerant, is ipse, *qui omnia portat verbo virtutis suæ* [h], certamen hoc subit; et qui Deus est hominum, fit homo propter homines; et qui exaltat humiles [i], ad humilem conditionem se demittit; et luctam contra adversarium non secus ac unus e nobis, qui prosternebamur, suscipit. Quid enim, si vel solo nutu e cœlo, tuto ipse in sublimi sua consistens sede, ac nullum in conflictu laborem aut periculum sustinens, inimicum perdidisset? Quid vero magnum (fuisset), fugitivum illum, improbum et ingratum, a Deo subjici scelestissimumque servum a Deo potente vinctum abduci? Id enimvero facile potius fuisset, quam admiratione dignum, ac res feliciter gesta divinæ magis fortitudini, quam ejusdem erga homines charitati ascribenda esset.

Verum ille gloriam meam suæ ipsius quodammodo dignitati anteponens, (o misericordiæ Dei

μεγαλοπρεπῆ [20], καὶ φιλότιμα, καὶ τηλικαύτῃ πομπῇ καὶ πανηγύρει προσήκοντα.

Ἐγὼ μὲν ἐπάσω τῇ Δεσποίνῃ τὰ προπεμπτήρια ᾠδάς· ὑμεῖς δὲ ἄλλοθεν ἄλλος ἀκολούθως ἐπευφημεῖτε, καὶ τὸ πρὸς δύναμιν ἕκαστος παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέρων, τὴν ὁσίαν αἰσίως τῆς ἑορτῆς συμπληροῦτέ μοι. Οὐ χεῖρον μέντοι, τὸν λόγον ἀνωτέρω προαγαγεῖν, ἵν' ἀπὸ τοῦ τόκου τοῦ θείου τιμήσω τὴν Θεοτόκον, καὶ καλὴν ἀρχὴν ὑποθῶ καλῷ πράγματι.

Η'. Ἦν ὅτε κόσμος πρὸς κόσμον ἀλλοτρίως εἶχε καὶ πολεμίως, ὁ ὁρώμενος οὗτος πρὸς τὸν ἀόρατον, ὁ τῆς φθορᾶς πρὸς τὸν ἄφθαρτον [30], ὁ ἀπιὼν [31] πρὸς τὸν μένοντα, καὶ τὰ [32] τοῦ αὐτοῦ Κτίστου κτίσματα κακῶς ἐστασίαζεν. Ὁ μὲν τὸν οἰκεῖον, ὡς θέμις, ποιητὴν περιεῖπε [33], κἀκείνῳ τὴν δόξαν ἀπεδίδου καὶ τὴν τιμήν· ὁ δὲ ῥᾳθυμίᾳ τοῦ ὄντος διαμαρτών, ἀπηνέχθη πρὸς τὰ μὴ ὄντα· καὶ τοὺς ἐχθροὺς εὐεργέτας ἀνοήτως ὑπέλαβε, καὶ ὡς ἀληθείᾳ τῇ πλάνῃ δι' ἀπροσεξίαν κατηκολούθησεν. Ἐντεῦθεν τοῦτο τὸ μέγα τοῦ Θεοῦ ποίημα ὀλεθρίων δαιμόνων γίνεται παίγνιον· καὶ τὸ κατ' εἰκόνα πατεῖται πρὸς ὕβριν τοῦ ἀρχετύπου· καὶ ὁ βραχὺ παρ' ἀγγέλους παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσιν.

Θ'. Ἐντευθεν τὰ σπλάγχνα πάσχει τοῦ ἀπαθοῦς· καὶ τὸ πάθος, οἶκτος περὶ τὸ πλάσμα, καὶ φιλανθρωπία περὶ τὸν ἄνθρωπον. Ἐντεῦθεν ἡ ἀρχαία βουλὴ καὶ ἀληθινή, καὶ βοηθεῖν ἐδόκει καιρός. Καὶ τῆς βοηθείας ὁ τρόπος, ὡς ὑπερφυὴς καὶ παράδοξος.

Μετὰ πᾶσαν ἄλλην μηχανὴν ἀπρακτήσασαν, αὐτὸς, ὁ φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως, τὸν ἀγῶνα τοῦτον ὑπέρχεται· καὶ ὁ [34] Θεὸς τῶν ἀνθρώπων διὰ τοὺς ἀνθρώπους ἐνανθρωπεῖ· καὶ ὁ ταπεινοὺς ὑψῶν, ταπεινοῦται· καὶ τὴν πρὸς τὸν ἀντίπαλον πάλην ἐκ τοῦ ἴσου τοῖς πίπτουσιν ἡμῖν ὑποδέχεται. Τί γὰρ, εἰ καὶ νεύματι μόνῳ τὸν ἐχθρὸν ἐξ ὕψους ἀνάλωσεν, ἐν ἀσφαλεῖ καθεστὼς ἐπὶ τῆς οἰκείας περιωπῆς, καὶ μηδένα πόνον ἢ κίνδυνον περὶ τὴν συμπλοκὴν ὑποστάς; Τί δὲ μέγα, δραπέτην, πονηρὸν καὶ ἀγνώμονα, ὑπὸ Θεοῦ χειρωθῆναι, καὶ ἀναχθῆναι [35] κάκιστον δοῦλον παρὰ Δεσπότου δυνατοῦ δέσμιον; Τοῦτο μὲν οὖν ῥᾴδιον μᾶλλον, ἢ παράδοξον ἦν, καὶ τῆς θείας πλέον ἰσχύος ἢ φιλανθρωπίας κατόρθωμα [36].

Ὁ δὲ τῆς ἰδίας ὥσπερ ἀξίας τὴν ἐμὴν προθεὶς εὐδοξίαν· ὦ βάθος εὐσπλαγχνίας Θεοῦ, ὦ χρηστότη-

[e] Psal. XLVIII, 13. [f] Psal. VIII, 6. [g] Isa. XXV, 1 sec. LXX. [h] Hebr. I, 3. [i] Luc. I, 52.

Variæ lectiones.

[20] Cod. Laur. μεγαλοπρεπεῖ. [29] Cod. Laur. προμπτέρια. [30] Cod. Laur. πρὸς ἀφθαρσίαν. [31] Cod. Laur. ὁ ὁποιῶν. [32] Cod. Laur. τό. [33] Cod. Laur. περιεῖπτε. [34] In cod. Laur. eadem manus e regione in rubrica subjecit: Τίς ὁ λόγος τῆς θείας σαρκώσεως. [35] Laur. ἀπαχθῆναι. [36] Laur. κατώρθωμα.

Digitized by Google

τος πέλαγος! ἐμὲ μορφοῦται τὸν ἰσχνὸν, ἵνα τὸ ἐμὸν ἀσθενὲς τῆς ἑαυτοῦ πληρώσας δυνάμεως, δι' αὐτοῦ [57] καταβάλοι τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τῇ τὴν ἧτταν εἰς φύσιν [58] ἐξ ἔθους δεξαμένῃ τῇ σαρκὶ παραδοὺς ἀνέλπιστον νίκην ποιήσοι [59] τὸ τρόπαιον ταύτης μᾶλλον ἢ ἑαυτοῦ· καὶ οὕτως ἀφελὼν τὸ μεσότοιχον, καὶ καταργήσας ἐν ἐκείνῃ τὴν ἔχθραν, συνάψοι τὰ διεστῶτα, καὶ πρὸς μίαν ὁμόνοιαν ἁρμόσοι τὸ πᾶν. Οὗτος ὁ λόγος τῆς τοῦ Λόγου παχύτητος· τοῦτο τῆς μεγάλης κενώσεως τοῦ Θεοῦ τὸ μυστήριον.

A abyssum! O pelagus bonitatis!), terrenam formam meam induit; ut infirmitatem meam sua ipsius virtute supplens, ipse per se prosternat formam [1], et carni quæ prava agendi ratione cladem passa fuerat in natura, insperatam tribuens victoriam, huic potius quem sibi tropæum statueret; atque ita domum intermedium tollens parietem [k], in ea carne inimicitiam destruens, dissita in unum conjungeret, et omnia ad perfectam concordiam componeret. Hæc ratio exstitit, cur Verbum materiæ crassitiem induceret; hoc magnum est Dei sese ad ima exinanientis mysterium.

Ρ. Ἐπεὶ δὲ τῇ θείᾳ σαρκώσει θείας ἔδει γεννήσεως, καὶ τοιαύτῃ γεννήσει [60] τοιαύτης μητρός· ἐνταῦθα τὸ μέγα τοῦ καθ' ἡμᾶς τοῦδε [61] γένους δῶρον [62] καὶ καρποφόρημα, ἡ κοινὴ φιλοτιμία τῆς φύσεως, τὸ ἐν ἀνθρώποις ἐξαίρετον, τῶν ἐν κόσμῳ τὸ κάλλιστον, ἡ τηνικαῦτα [63] μὲν κόρη καθαρὰ καὶ ἀνέπαφος, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ γυνὴ καθαρωτέρα πολλῷ, καὶ τὴν ἁγνείαν τῷ τόκῳ μεθ' ὑπερβολῆς ἁγιάσασα. Οὐ κατὰ μητέρας γὰρ μήτηρ ἡ τοῦ Πατρὸς πάντων μήτηρ· οὐδὲ κατὰ παρθένους Παρθένος ἡ τὸν ἁγιασμὸν τετοκυῖα· ἀλλ' ἀμιγὲς μὲν οὐδ' ἕτερον· ἀκριβὲς δὲ ἑκάτερον, μᾶλλον δὲ καὶ ἀμφότερα πολὺ καθ' ὑπεροχήν [64]. Παρθένος μὲν, ἀλλ' οὐκ ἄκαρπος, οὐδὲ ταῖς [65] μητράσι δοθείσης [66] εὐλογίας ἐπιδεής· τὸ δ' ἔτι καινότερον, ὅτι οὐκ ἄλλον [67] ἡμῖν, ἀλλ' αὐτὸν τοῦτον τίκτει, τὸν ταῖς τικτούσαις τὸ τίκτειν ἐπ' εὐλογίαις δωρούμενον. Πρῶτος γὰρ αὐτὸς, μετὰ τῆς τοῦ χαίρειν προσρήσεως τὴν ἁγίαν μήτραν εἰσδὺς, καὶ λύσας ἑτοίμως τῇ πρὸς τὴν [68] μητέρα χαρᾷ τὴν εἰς τοὺς προγόνους ἀρὰν, *εὐλογημένην* [69] τε προσειπὼν τῇ τοῦ ἀγγέλου φωνῇ, καὶ *κεχαριτωμένην* καλέσας τὴν καὶ προϋπάρχουσαν [70] ταῦτα, καὶ παραχρῆμα πλέον ὑπάρξουσαν, ἀπ' αὐτῆς αὐτίκα καὶ δι' αὐτῆς ὁλοκλήρῳ [71] τῷ γένει, τὴν εὐλογίαν διέδωκε. Μήτηρ μὲν, ἀλλ' ἀκήρατος καὶ γαμικῶν νόμων κρείττων, καὶ τῶν ἀναγκαίων ταῖς ἄλλαις εἰς κυοφορίαν ἐπέκεινα. Καὶ θαυμαστοῖ τὴν τεκοῦσαν ὁ γεννηθεὶς τῇ καινῇ μίξει ταύτῃ τῶν ἐναντίων, καὶ μαρτυρεῖ τῷ τεχθέντι τὸ περὶ τὰς φύσεις διπλοῦν δι' ἑαυτῆς ἡ γεννήσασα.

X. Porro cum ad divinam hanc incarnationem divina opus esset generatione, et ad tam divinam generationem etiam condigna mater requireretur; ecce magnum illud donum, eximiusque fructus hujusce nostri generis (8), communis ista naturæ gloriatio, singulare hoc in hominibus portentum, omnium, quæ in mundo sunt, pulcherrimum, quæ tunc quidem virgo erat pura et illibata, deinde vero et mulier multo purior, quippe quæ puritatem suam per ipsum partum puritate incomparabiliter splendidiori exornavit. Neque enim secundum communium matrum rationem mater illa fuit, quæ omnium Patris Mater exstitit; neque aliis virginibus similis illa Virgo fuit, quæ virtutem sanctificatricem genuit; sed et horum neutrum sine alterius participatione, imo perfecte utrumque, quin etiam utrumque eminentissima ratione fuit. Et sane Virgo fuit, sed non infecunda, neque benedictionis illius expers, quæ matribus impertitur; et quod vel magis est inauditum, non alium nobis parit, sed illum eumdem, qui parientibus largitur, ut cum benedictione pariant. Primus enim ipse, cum post salutationem gaudii sanctum sinum ingressus esset, perque gaudium Matri denuntiatum protinus maledictionem protoparentibus inflictam dissolvisset, ac per angeli vocem allocutus esset *benedictam* illam, eamque *gratia plenam* compellasset, quæ et prius jam erat ejusmodi (9) et mox pleniori copia id ipsum futura erat, statim post ipsam et per ipsam universo generi benedictionem effudit. Porro et mater fuit, sed intacta, et nullatenus nuptialibus legibus obnoxia, et ab ærumnis libera, quibus ratione partus reliquæ subjiciuntur. Cumque nova hac invicem sibi adversantium confunctione mirabilem præstat genitus gignentem, tum gignens genito testimonium de duplici natura per se reddit.

[1] Matth. XII, 29. [k] Ephes. II, 14, 15.

Variæ lectiones.

[57] Laur. δι' αὐτοῦ. [58] Laur. abest εἰς φύσιν. [59] Laur. ποιήσει. [60] Laur. omitt. καὶ τοιαύτῃ γεννήσει. [61] Vat. omitt. τοῦδε. [62] Laur. ἐνταῦθα τοῦ καθ' ἡμᾶς τοῦδε γένους μέγα κ. τ. λ. [63] Laur. τοινυν καῦτα. [64] Laur. καθυπεροχήν. [65] Vat. τῆς. [66] Laur. δοθήσης. [67] Laur. ἄλον. [68] Laur. τῇ μητέρᾳ. [69] Laur. εὐλογημένη. [70] Laur. πρὸ καὶ ὑπάρχουσαν. [71] Laur. ὁλοχλήρῳ τῷ γαίνει.

Notæ.

(8) Duo hic habemus, quæ ad primam Deiparæ originem sponte sua referuntur; tunc enim nobis hoc donum collatum est, ac pari modo eatenus solum generis nostri laudari potest fructus, quatenus prima illius origo spectatur. Atqui ex tunc, uti patet, exhibetur non modo ut quidpiam excellens, ac donum Deo dignum, sed ut portentum quoddam, et omnium, quotquot sunt, quid pulcherrimum.

(9) Ergo *varia illa ac præclarissima charismatum plenitudo*, prout auctor superius loquebatur, Maria exstitit etiam antequam ei nuntium de Verbo Dei concipiendo ab angelo deferretur; ac proinde eo nomine donata est etiam propter ea charismata, per quæ ad Deum gignendum apta evaserat.

Digitized by Google

XI. Et sane is deinde nascitur, qui erat ab initio; et dum illud assumit, quod non erat, etiam id, quod erat, conservat; et rursus manet nihilo secius Deus ante sæcula existens, qui et homo est recens conditus, totus hoc et illud, in utroque atque unoquoque eorum natura perfectus; in unam quidem hypostasim sine confusione unitus; distinctas tamen voluntates habens, et naturarum proprietates. Par erat enim, ut qui Deus est mirabilium, etiam quæ sua ipsius sunt, omni ex parte mirabilia faceret [1]; adeo ut non modo vel in concordia concinnitatem ostenderent, vel novitatem sua ipsorum diversitate præferrent, verum etiam ut mira quadam ratione sibi invicem opposita atque adversantia apparerent.

A ΙΑ'. Ὁ μὲν γὰρ ἦν ἀπ' ἀρχῆς [83], εἶτα γέγονε· καὶ προσλαβὼν, ὃ οὐκ ἦν, καὶ ὅπερ ἦν, συντηρεῖ· καὶ μένει πάλιν οὐχ ἧττον ὢν Θεὸς προαιώνιος, καὶ ὁ νεόκτιστος ἄνθρωπος· ὅλος τοῦτο κἀκεῖνο, φύσει κατ' ἄμφω, καθ' ἑκάτερον τέλειος· ἡνωμένος μὲν ἀσυγχύτως [83] εἰς ὑπόστασιν μίαν· διῃρημένος δὲ τοῖς θελήμασι καὶ ταῖς τῶν φύσεων ἰδιότησιν. Ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν, τῶν θαυμασίων ὄντα Θεὸν, θαυμαστὸ πανταχοῦ τὰ ἑαυτοῦ ποιεῖν πράγματα· καὶ μὴ μόνον ἁπλῶς ἢ τῇ συμφωνίᾳ δεικνύντα τὸ ἐναρμόνιον, ἢ τῷ διαφόρῳ πρὸς τὸ καινὸν ἐξαλλάττοντα· ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτὰ ξενοτρόπως ἀντίθετα καὶ ἀντίστροφα.

Idcirco et nativitatem duplicem habet, habet duplicem et naturam: et in ambobus unum quidem est, quod mundi hujus ordinem ac tempus omne excedit; aliud vero, quod mundanis legibus ac tempori est obnoxium. Hoc enimvero inde consequitur, ut quatenus est ab æterno, matrem non habeat; quæ enim ibi mater illi esset, qui sæcula condidit? Sine patre vero sit, quatenus natus est in tempore; nam quomodo terrestris ei sit pater, qui hunc solum habet in cœlis? Quin autem vir intemeratæ illius atque immaculatissimæ, qui ad ineffabilem illam generationem quidpiam ex se contulerit? Tu vero hinc vide inversam rei rationem; solus igitur sine matre, qui est et sine patre; rursus autem solus sine patre, qui et sine matre: nam dixerim, idem ipse est utrumque.

B Διὰ τοῦτο διπλοῦς καὶ τὴν γέννησιν, διπλοῦς καὶ τὴν φύσιν· τὸ μὲν ἐν ἀμφοῖν ὑπερκόσμιον καὶ ὑπέρχρονον, τὸ δὲ κατὰ κόσμον καὶ περὶ χρόνον. Τοῦτο μὲν τὸ ἀκόλουθον, ἀμήτωρ τὸ πάλαι· τίς γὰρ μήτηρ ἐκεῖ τοῦ τοὺς αἰῶνας γεννήσαντος; ἀπάτωρ τὸ νῦν· ποῦ γὰρ κάτω πατὴρ, τοῦτον μόνον ἔχοντος ἄνωθεν; Τίς δ' ἀνὴρ τῆς ἀχράντου καὶ παναμώμου, ὁ παρ' ἑαυτοῦ συντελέσας τι πρὸς τὴν ἄῤῥητον γέννησιν; Σὺ δ' ἐντεῦθεν ἐκδέχου τὸ ἀντιστρέφον [84]· μόνος οὖν ἀμήτωρ ὁ καὶ ἀπάτωρ· μόνος δ' αὖ ἀπάτωρ, ὁ καὶ ἀμήτωρ· τῆς αὐτῆς γὰρ ἄμφω δυνάμεως· μᾶλλον δὲ αὐτὸς καὶ ἀμφότερα.

XII. Unus ibi Deus, sed non unum simpliciter eadem ratione, qua et tria: consequenter autem et tria sunt unum, quandoquidem unus denuo sunt Deus, Pater et Filius et Spiritus sanctus, quæ est beata Trinitas. Æterno ex Patre æternus est Filius, qui nunc, a tali Matre genitus, exsistendi initio factus est obnoxius. At quod summa potestate omnia continet ac moderatur, una omnino natura est, una voluntas, actio, energia, virtus, substantia, divinitas; et in cæteris quidem simplicitas quædam prorsus monadica atque una, solum vero quoad hypostases, et quoad proprietates, quæ ipsis insunt, trina. Hactenus itaque unus ibi Deus, ac nil nisi æqualitas; quod ad aliud vero spectat, videsis, quomodo et dissimilia habeat, et simul in idem recidat. Nunc enim jam non amplius simplex cernitur, quippe qui etiam homo est. Duplex itaque est, quantum ad naturas attinet; verumtamen unus quoad hypostasim: quod sane inversa, atque illic ratione se habet. Sic dispensationis mysterium, præstantiori quavis ratiocinatione sublimius, ad divinitatis rationem se habet tum secundum id quo convenit, tum secundum id quo discrepat, adeo ut et id ostendat, quod est immutabile, et id quod assumptum est, palam exhibeat, insuper autem per

C ΙΒ'. Ἐκεῖ Θεὸς εἷς, ἀλλ' οὐχ ἓν ἁπλῶς ὡς καὶ τρία· καὶ τὰ τρία δ' οὖν ἕν, ἐπειδήπερ εἷς πάλιν Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, ἡ Τριὰς ἡ μακαρία, καὶ Πνεῦμα· Υἱὸς ἄναρχος ἐξ ἀνάρχου Πατρὸς, ὁ νῦν ὑπ' ἀρχὴν ἀπὸ Μητρὸς τοιαύτης γενόμενος. Μία φύσις τὸ πᾶν, μία βούλησις, κίνησις, ἐνέργεια, δύναμις, οὐσία, θεότης, τὸ συνεκτικώτατον ἁπάντων καὶ κυριώτατον· τἆλλα μὲν, τὸ [85] καθόλου μοναδική τις ἁπλότης καὶ ἑνιαία, τρισσουμένη δὲ μόνον ταῖς ὑποστάσεσι, καὶ τοῖς [86] ἐπ' αὐταῖς [87] ἰδιώμασιν. Εἷς κἀνταῦθα Θεὸς, ἄχρι τούτου, καὶ μόνον ἡ ὁμοιότης· τὸ δ' ἑξῆς ὅρα δὴ παραλλάττον πῶς ὁμοῦ, καὶ ἀνταναπλώμενον [88]. Οὐ γὰρ ἁπλοῦς ἔτι νῦν, ὡς καὶ [89] ἄνθρωπος· τὴν οὖν φύσιν διπλοῦς, ἀλλὰ τὴν ὑπόστασιν εἷς· ὅπερ ἔμπαλιν πάλιν πρὸς τὸ ἐκεῖ. Οὕτω κρείττοσι [90] D λόγοις ἡ κρειττων οἰκονομία, τὸ μὴ διαφέρον ἅμα καὶ διαφέρον, πρὸς τὸν ἄνω φέρεται τρόπον· ἵνα καὶ τὸ ἄτρεπτον δείξῃ, καὶ γνωρίσῃ τὸ πρόσλημμα, ἔτι δὲ τῆς ὅλης θεότητος τὸ περὶ τὰ πρόσωπα πλούσιον, εἰς ἓν αὐτῇ στενωθὲν ἀναπληρώσῃ πανσόφως τῇ συνθέσει τῶν φύσεων.

[1] Psal. LXXI, 18; Psal. LXXVI, 14.

Variæ lectiones.

[83] Laur. ἀπαρχῆς. [83] Laur. ἀσυγχήτως. [84] Laur. τὸ ἀντιστρέφων. [85] Laur. τά. [86] Laur. ταῖς. [87] Laur. ὑπ' αὐταῖς. [88] Laur. ὀνταναπλώμενος. [89] Laur. abest καί. [90] Laur. κρειτωσι.

Digitized by Google

naturarum compositionem summa sapientia illud suppleat, quod ratione personarum in tota Deitate latius protenditur, in ipsa vero in unum coarctatur.

ΙΓ'. Ἀλλὰ τί μοι τούτων νυνί; Τοῖς τοίνυν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ, καὶ τὰ περὶ τὴν τεκοῦσαν ἑπόμενα. Καθὸ μὲν ἐκεῖνος ἄνθρωπος ὕστερον, καὶ μήτηρ ἡ ἐνεγκοῦσα· καθὸ δὲ καὶ Θεός, οὐδὲν ἧττον καὶ παρθένος, οὐχ ἧττον καὶ μετὰ γέννησιν κἀκείνη [61]. Τὸ μὲν, τῆς πληρώσεως· τὸ δὲ, τῆς κενώσεως· καὶ τὸ μὲν, ὡς μόνου [62] Θεοῦ, θεῖον ὅλον· τὸ δὲ, ὡς καὶ ἀνθρώπου [63], ἀνθρώπινον. Τούτου τί συμφωνότερον, ἢ Θεῷ πρεπωδέστερον, ἢ μητρὶ χαριέστερον;

A

XIII. Verum horum nunc mihi satis; his autem, quæ sunt Filii Dei, qui et Filius est et Deus, connectuntur et ea quæ ad Genitricem pertinent. Et quidem quatenus ille dein factus est homo, ea quæ ipsum gestavit, etiam mater est; quatenus autem etiam est Deus, rursus illa nihilo minus et virgo est, et talis non minus etiam post partum perseverat. Alterum plenitudinis est (divinitatis), alterum exinanitionis; alterum, quippe solius Dei opus, totum divinum: alterum, utpote etiam hominis, humanum. Quid hoc magis consentaneum, vel quid magis Deo conveniens, aut matri jucundius esse possit?

ΙΔ'. Πλὴν ὁ μὲν τοῦτο δεύτερον, τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς τε καὶ καθ' ἡμᾶς γέννησιν ταύτην, γεννηθεὶς ἀπὸ Μητρὸς ἀξίας, ἦν [64] *ὑποτασσόμενος τοῖς γονεῦσι*, κατὰ τὸ λόγιον, δῆλον δ' ὅτι γονεῦσι τῇ μὲν κατὰ φύσιν καὶ ὑπὲρ φύσιν, τῷ δὲ κατά τινα σχέσιν, εἴτ' οὖν θέσιν, εἰ βούλει, καὶ πρὸς φύσιν οὐδέν. Ὡς [65] γὰρ ἀνὴρ, ὁ μνηστὴρ καὶ τοῦ τεχθέντος πατήρ. Γονεῖς τοίνυν ὁμῶς, εἰ καὶ μὴ [66] ὁμοίως ἀμφότεροι· ὑφ' ὧν καὶ λαμβάνει τὸ *σωτήριον* ὄνομα τὸ χρηματισθὲν αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου καὶ πρὸ συλλήψεως.

B

XIV. Cæterum ille, qui in secunda hac forma a digna Matre nativitate ista præcellentiore juxta ac nostræ simili genitus est, secundum evangelicum oraculum, *erat subditus parentibus* [m], videlicet et illi, quæ secundum naturam ac simul supra naturam ipsum genuit, et illi qui, relatione quadam, scilicet, si ita vis, adoptione, nullatenus vero natura, eidem pater fuit. Sponsus enim etiam nati pater habebatur, utpote (Mariæ) vir. Ambo igitur pariter genitores, sed non eadem ambo ratione; a quibus et nomen accipit Salvatoris, quod vel ante conceptum divinitus ab angelo revelatum ipsis fuerat.

Καὶ ὡς πρωτότοκον [67] ἅγιον Κυρίῳ προσάγεται. Βαβαὶ [68] καρποφορίας ὑπερφυοῦς! Θεὸς Θεῷ δῶρον καὶ υἱὸς πατρὶ δίδοται, μεγαλοπρεπέστατον δῶρον ἁπάντων καὶ γνησιώτατον. Ὑφ' ὧν ὁ πάντα πληρῶν, καὶ εἰς Αἴγυπτον φυγαδεύεται, καὶ ἐξ [69] Αἰγύπτου κληθεὶς, ἀνακομίζεται πάλιν· καὶ μετ' ὀλίγον ζητεῖται προσεδρεύων τῷ ἱερῷ· πρὸς οὓς εἰς καιρὸν καὶ παῤῥησιάζεται, ἐν τοῖς τοῦ ὄντως δεῖν λέγων εἶναι τὸ πλέον, οὐκ ἐν τοῖς τοῦ δοκοῦντος [70] πατρός. Ἢ καὶ χαρίζεται τὴν παρὰ τῷ γάμῳ θαυματουργίαν, λόγῳ μόνῳ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον ἐκβιασάμενος. Ἔκ τε τῆς ἄχρις ἐντελοῦς ἡλικίας περὶ τοὺς πατέρας ὑποταγῆς, καὶ τοῦ τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ἐκείνοις προσαναθεῖναι [71], νομοθετῶ ἡμῖν ἀντικρυς τὴν εἰς τοὺς τεκόντας τιμήν.

C

Tum tanquam primogenitum sanctum Domino sistitur. Proh oblationem fructus, qui excedit naturam! Deus Deo, et Filius Patri donum datur, donum præ omnibus magnificentissimum, ac maxime congruum. Qui omnia implet, ab iisdem per fugam et in Ægyptum defertur, et ex Ægypto vocatus denuo reportatur, et paulo post cum in templo versaretur, requiritur; quibus in præsentia et illud libere respondet; *in iis* potius, inquiens, *quæ veri Patris mei sunt, oportet me esse* [n], non in iis quæ patris sunt putatitii. Ad nuptias insuper in Genitricis gratiam miraculum largitur, sola verborum vi aquam in vinum convertens; et tum ejusmodi erga parentes ad perfectam usque ætatem subjectione, tum initio patrandi signa in gratiam eorum anticipato, honorem parentibus deferendum nobis aperte præscribebat.

ΙΕ'. Ἀλλὰ Χριστὸς μὲν ἐντεῦθεν τῶν θαυμάτων ἀρξάμενος, περὶ τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν ἀπασχολεῖται, καὶ τὴν βασιλείαν κηρύσσει τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῖς εἰς τοῦτο φερούσαις ἐνεργείαις καὶ πράξεσιν ἑαυτὸν ἐπιδίδωσιν, ἕως τὸ ἔργον τοῦ ἀληθινοῦ Πατρὸς ἐτελείωσε· καὶ τῷ σταυρῷ δοξασθεὶς, πρὸς ἀξίαν κἀκεῖνον ἑαυτῷ [72] ξυνεδόξασεν· ὅτε πάλιν εὑρίσκει τὴν Μητέρα πλησίον, καὶ τῇ μακρόθεν αὐτῇ

D

XV. Porro Christus cum miraculis suis initium inde fecisset, jam ad salutem mundi labores suos confert, et prædicat regnum cœlorum, seque actis et operibus, quæ ad id conducerent, totum impendit, quousque veri Patris sui opus perfecit [o]; et cruce gloriam adeptus, istam quoque pro dignitate sua ad eamdem gloriam secum evexit; quando Matrem denuo prope astantem cernit, ejusque ani-

[m] Luc. II, 51 [n] Luc. II, 49. [o] Joan. XVII, 4

Variæ lectiones.

[61] Vat. alio verborum ordine. ἧττον κἀκείνη καὶ μετὰ γέννησιν. [62] Vat. μόνως. [63] Laur. ἄνθρωπος. [64] Codd. ἦν. [65] Laur. *in marg. eadem manu* ὡραῖον. [66] Laur. abest μή. [67] Laur. πρωτότοκον. [68] Laur. in marg. rursus, ὡραῖον. [69] Laur. ἐς. [70] Laur. δοκοῦντος. [71] Laur. προσαναθῆναι. [72] Laur. ἑαυτόν.

Digitized by Google

mam gladio, de quo jamdiu præmunitatum illi fuerat[p], videns acerbe dilaceratum, (ecquid enim aliud Matri ferat in Unigeniti flnaudita passione?) solamen præbet, et providus curas impendit, et Virginem virgini discipulo committit, dilectum pro se ipso dilectæ tradens; et hoc pacto prospicit, ut et reliquum vitæ tempus ducat mœrore vacuum, et ejusmodi solitudinem facilius ferat.

Verumtamen Dei Filia (10) Naturæ suæ utpote mortuum lamentatur, et imbuit unguentis, et, prout potest, justa funebria cum aliis mulieribus persolvit. Mox vero et pulchrum illud et magnum et dulce præ oculis habet spectaculum, Christum nempe, qui paulo ante sepulcro fuerat reconditus, (o potestatem divinam! o virtutem!) ad tertiam diem rursus vivantem, et dilectissimum agnoscit, et desideratum amplectitur, ac reverentiam inter hæc metens, amoreque et gaudium, tum præsentia lugenti cum stupore considerans, tum præterita in corde suo conferens, celebratur. Et cum interim mirabilem quamdam ad hæc omnia experiretur jucunditatem, paulo post etiam ad cœlos in nubibus evectum eum videt, et colloquium audit angelorum, lætumque eorum nuntium, eum, qui abierat, rursus esse venturum.

XVI. Verum nihil utique hæc valebant ad leniendum desiderium Matris, quæ dolebat, et Filii (atque utinam quanti et qualis Filii, dicere possem, prout Deum decet ac Filio condignum est), quoad visibilem ejusdem aspectum, absentiam ferre non poterat. Quocirca ad ipsum venire discupit; et hoc etiam prompte ab eo consequitur, qui benevole, prout consueverat, id concedit. Hoc ipsum vero, quod dixi, satis evincit quæ paulo post subsecuta est immortalis illius translatio; quam hodie, festivitatem hanc agentes, quæ et dies sancta vocari promeruit, et hanc ipsam tanto honore prosequentes solemni conventu celebramus.

XVII. Nam et cætera Dei Genitricis portenta sane eximia sunt, et in eximiis maxime eximia. Quænam hæc dico? Scilicet quæ ante partum, quæ in partu, quæ post partum mirabilia suspicimus: conceptum satus expertem, gestationem ab ærumna vacuam, partum corruptionis nescium, tremendum illum angeli aspectum, vocem illam divinam, præclaram, ac jucundam; plane admirandas Joannis exsultationes, honorantis ex utero adhuc in utero gestatum; Elisabetæ conscientiam de dignitate illius qui honorabatur, tum ejusdem erga gestan-

A προμηνυθείσῃ[73] ῥομφαίᾳ δεινῶς τὴν καρδίαν σπαραττομένην ἰδὼν (καὶ τί γὰρ ἡ Μήτηρ ἐπὶ ξένῳ πάθει Μονογενοῦς;) παραμυθεῖται καὶ προνοεῖ, καὶ παρθένον παρθένῳ μαθητῇ παρατίθησιν, ἀνθ' ἑαυτοῦ τὸν στεργόμενον εἰσποιήσας τῇ στεργομένῃ· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς ἔπαρῶς τε διάξοι τὸν λοιπὸν βίον, καὶ [τὴν μόνωσιν[74] ταύτην ὀκνηρότερον φέρον, οἰκονομήσας.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ θρηνεῖ τὸν ἑαυτῆς ὡς νεκρὸν ἡ Θεόπαις[75], καὶ μυρίζει, καὶ τὸν ἐπιτάφιον νόμον, ὡς εἶχε, σὺν ταῖς ἄλλαις ἐκπληροῖ γυναιξίν. Εἶτα παραυτίκα καὶ βλέπει τὸ καλὸν ἐκεῖνο καὶ μέγα καὶ γλυκὺ θέαμα· Χριστὸν τὸν ἄρτι ταφέντα (ὦ τῆς θείας ἐξουσίας! ὦ τῆς δυνάμεως!), ζῶντα πάλιν εἰς τρίτην, καὶ γνωρίζει τὸν φίλτατον, καὶ περιχέεται τῷ παθοσμένῳ, αἰδοῖ τε, καὶ φόβῳ καὶ πόθῳ μεριζομένη καὶ τῇ χαρᾷ περιγάνυται, τά τε παρόντα τε μετ' ἐκπλήξεως ὁρῶσα πολλῆς, καὶ τὰ προλαβόντα συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. Καὶ θεομαστήν τινα πάσχουσα[76] πρὸς πάντα τὴν ἡδονὴν, μεταξύ τι βραχὺ καὶ πρὸς οὐρανοὺς ἐν νεφέλαις ἐκπαρθένα ὁρᾷ, καὶ τῆς ἀγγελικῆς ὁμιλίας[77] καὶ παρηγορίας[78] ἀκούει, εὐαγγελιζομένης καὶ πάλιν τοῦ ἀπιόντος τὴν ἔλευσιν.

IΖ'. Ἀλλ' οὐδὲν ἄρα ταῦτα μητρικῷ πόθῳ κάμνοντι, καὶ παιδὸς ἐκδημίαν, ὅσον πρὸς τὸ φαινόμενον (ἀλλὰ παιδὸς πῶς ἂν εἰκοιμι θεοπρεπῶς καὶ ἀξίως παιδὸς ἡλίκου καὶ τίνος), φέρειν οὐκ ἔχοντι. Διὰ τοῦτο ζητεῖ τὴν πρὸς αὐτὸν ἄφιξιν[79] καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνει καὶ τοῦτο προθύμως, διδόντος[80] φιλοφρόνως, ὡς εἰώθεν. Ἀπόδειξις αὐτάρκης τοῦ λόγου ἡ μετ' ὀλίγον ἐντεῦθεν τῆς ἀθανάτου μετάθεσις· ἣν πανηγυρίζομεν[81] σήμερον κλητὴν ἁγίαν ἡμέραν, τὴν ἡμέραν ἄγοντες ταύτην, καὶ μετὰ τοσαύτης[82] αὐτὴν ὑποδεχόμενοι τῆς τιμῆς.

IZ'. Καλὰ μὲν γὰρ ἤδη καὶ τἄλλα, καὶ καλῶν κάλλιστα, τὰ τῆς Θεομήτορος θαύματα. Τίνα ταῦτά φημι; Τὰ πρὸ τοῦ[83] τόκου παράδοξα, τὰ ἐν τόκῳ, τὰ[84] μετὰ τόκον· τὴν ἄσπορον σύλληψιν, τὴν ἄλυπον κύησιν, τὴν ἄφθορον γέννησιν, τὴν ὄψιν[85] ἐκείνην τοῦ ἀγγέλου τὴν φοβερὰν, τὴν φωνὴν ἐκείνην τὴν θείαν, καὶ λαμπρὰν, καὶ χαρμόσυνον[86] τὰ Ἰωάννου τοῦ πάνυ θαυμαστὰ σκιρτήματα[87], τιμῶντος ἐγγάστρια τὸν ἔτι κατὰ γαστέρα· τὴν Ἐλισάβετ ἐπίγνωσιν τῆς τοῦ τιμηθέντος ἀξίας, καὶ τὴν ἀξίαν περὶ τὴν κυοῦσαν εὐλάβειαν, καὶ

[p] Luc. II, 35.

Variæ lectiones.

[73] Laur. προσμηνυθήσει. [74] Laur. μόνοσιν. [75] Vat. alio verborum ordine ἡ Θεόπαις ὡς νεκρόν. [76] Uterq. cod. πάσχωσαν. [77] Laur. ὁμηλίας. [78] Laur. παροιγορείας. [79] Laur. ἄφηξιν. [80] Laur. διδόντως. [81] Laur. πανιγυρίζομεν. [82] Laur. τοσούτης. [83] Vat. abest. τοῦ. [84] Laur. abest τά. [85] Laur. ὄψιν. [86] Laur. τὴν λαμπρὰν, καὶ θείαν χαρμόσυνον. [87] Vat. θαυμαστὸν σκίρτημα.

Notæ.

(10) Ecce tibi singulare illud Deiparæ encomium, ut antonomastice *Dei Filia* appelletur.

Digitized by Google

ἀνάῤῥυσιν[88] · τοὺς ἀγγέλους μετὰ βραχύ, τοὺς ποιμένας, τοὺς μάγους, τοὺς ὕπαρ, τοὺς ὄναρ, τοὺς ἐν ἐκστάσει χρηματισμούς· τὴν Συμεὼν προφητείαν, τὴν Ἄννης ἀνθομολόγησιν · πρὸς δὲ τούτοις ἢ καὶ πρὸ τούτων, τὰ ταύτης αὐτῆς ὥσπερ ἴδια, ὡς εὐχῆς δῶρον ἄνωθεν τοῖς ἱεροῖς ἐδόθη πατράσιν· ὡς μητρικὴν παραδόξως ἀγονίαν διέλυσεν· ἔδει γὰρ, ἔδει προδραμεῖν θαῦμα θαύματος, καὶ καρπὸν νεκρᾶς μήτρας, παρθενίας τόκον, πιστώσασθαι · ὡς εὐθὺς ὀφεῖλον δῶρον ἀντεδόθη πάλιν τῷ δεδωκότι[89] · ὡς χερσὶν ἱερέων τῷ ἱερῷ προσαχθεῖσα[90] τὴν ὑπὲρ πᾶσαν πίστιν[91] ἀνήχθη παρὰ τοῖς ἁγίοις ἀδύτοις ἀναγωγήν, τὸν ἀπ' οὐρανοῦ ξένον ἄρτον, τὴν ἀγγέλων τροφὴν ἐκεῖ δεχομένη· τάλλα, οἷς καλῶς αὕτη πόῤῥωθεν ἁγνιζομένη Θεῷ πρὸς ὑποδοχὴν ἠὐτρεπίζετο τῆς θείας ἁγωσύνης, ὧν οὐδὲν ἀπεικὸς ἐπὶ μυστηρίῳ τοσούτῳ, κἂν πολύν[92] ἐστιν ἃ τὸν παράλογον ἐν τῷ ὑπερβάλλοντι φέρει.

tem (Virginem) reverentiam condignam, ac præconium; angelos paulo post, pastores, magos, et divina modo per vigiliam, modo per somnum, modo per extasim oracula; Simeonis vaticinium, Annæ confessionem; ad hæc autem, seu etiam ante ista, ea quoque, quæ ejusdem hujus (Virginis) propria quodammodo exstiterunt, videlicet quod precibus sanctorum parentum veluti donum divinitus concessa fuerit: quod maternam sterilitatem mirabili ratione dissolverit; oportebat enim, plane oportebat, ut miraculo præcurreret miraculum, et ut virginitatis partui fidem faceret effeti uteri fructus; quod concessum donum statim ei, qui dederat, redditum rursus fuerit; quod sacerdotum manibus templo oblata, in sacris penetralibus, eo vitæ instituto, quod omnem fidem excedit, novum e cœlo panem, cibum ibi angelicum accipiens, educata fuerit; tum alia, quibus eam Deus diu in antecessum sibi pulchre purificans, ad suscipiendam in se divinam ipsam sanctitatem parabat, et quorum nihil in tanto mysterio non congruum reperitur, etsi sint quæ supra communem ordinem eminentia communem rationem longe prætergrediuntur.

Πόσαι μοι καθ' ἕκαστον τούτων πανηγύρεις καὶ τελεταὶ, ὧν κεφάλαιον ἓν ὑπερφυές τε καὶ μέγιστον, Θεοῦ ἀνανθρώπησις ἐπὶ τῷ τὸν ἄνθρωπον θεωθῆναι. Καὶ τούτων ἑκάστην μετὰ τοῦ ἰδίου καιροῦ τε καὶ μυστηρίου δεχόμεθα καὶ προπέμπομεν, ὥσπερ ὥρας ἄλλας εὐτάκτους ὑπαπιούσας ἀλλήλαις ἐν κόσμῳ, καὶ ἐπιούσας, καὶ τὴν ἑαυτῶν ἡμῖν χάριν ἐκ διαδοχῆς φιλοτιμουμένας.

Quot mihi ad horum unumquodque festivitates, ac sacra solemnia, quorum una est radix augustissima juxta ac nobilissima, divina scilicet humanæ naturæ assumptio, ut ad divinam naturam homo proveheretur! Et horum quidem singula secundum proprium et tempus et mysterium excipimus ac præmittimus, non secus ac annuas mundi tempestates, quæ pulchro ordine altera alteri locum præbent, et succedunt, et sua ipsarum beneficia per vices nobis largiuntur.

ΙΗ'. Τὰ δὲ νῦν ἡ σφραγὶς ἐκείνων πασῶν, καὶ βεβαία συμπλήρωσις · ἡ ἐσχάτη καὶ πρώτη καὶ μεγίστη τῶν ἑορτῶν· χρόνῳ μὲν ἐσχάτη καὶ τάξει· τάλλα δὲ δυνάμει καὶ ἀξιώματι.

XVIII. Quæ autem in præsens agitur solemnitas, illarum omnium obsignatio est ac stabilis consummatio; festivitatum postrema est, et prima simul, et maxima: tempore scilicet et ordine postrema; prima vero et summa, si dignitatem ac virtutem spectes

Πάλλεταί μοι τὸ πνεῦμα πρὸς τὰ παρόντα, καὶ ἡ καρδία σκιρτᾷ · καὶ περισκοπεῖ τινας λόγους λογισμοῖς ὑψηλοὺς[93] καὶ ὀξίους τῆς μεγαλοπρεπείας τοῦ θαύματος. Ἀπαίρει, πρὸς οὐρανοὺς ὁ ἔμψυχος θρόνος τοῦ Θεοῦ μετατίθεται · ὑψοῦται τῆς δόξης ἡ κιβωτός· ἡ πηγὴ τοῦ φωτὸς μεταχωρεῖ πρὸς τὸ φῶς· ὁ τῆς ζωῆς θησαυρὸς μεταβαίνει πρὸς τὴν ζωήν. Καὶ τὰ συντρέχοντα θαύματα περὶ τὴν ἐκδημίαν, ἡλίκα.

Vehemens mihi spiritus ad præsentia commotio ciet, et cor exsultat, atque conceptus sensu sublimes ac portenti magnificentia dignos circumspiciens requirit. Abit, ad cœlos transfertur animatus Dei thronus; attollitur arca gloriæ; fons lucis (11) ad lucem transmigrat; thesaurus vitæ transit ad vitam. Miracula porro, quæ discessum illius comitantur, quanta ea sunt!

ΙΘ'. Χριστὸς αὐτὸς ἄνωθεν ἐνταῦθα[94] προσυπαντᾷ, τὰς αὐτῷ καὶ φίλας καὶ δούλας[95] δυνάμεις συνεπαγόμενος ἐν κύκλῳ δορυφορούσας· καὶ τὴν ἀγκαλισαμένην[96] πολλάκις, φιλόστοργος εὖ μάλα καὶ γνησίως ἀνταγκαλίζεται· καὶ γίνεται πλοκὴ θαυμαστὴ καὶ συμφωνία τοῦ πραγμάτος. Ὁ Δεσπότης ἄγει

XIX. Christus ipse e cœlo, sibi et amicas et famulantes secum adducens Virtutes, quæ circumcirca satellitium agunt, huc usque in occursum advenit; et eam quæ toties ipsum ulnis complexa gestaverat, summo et utique sincero Filii affectu vicissim amplectens sustinet; ac mira quædam fit

Variæ lectiones.

[88] Ita codd., sed forte ἀνάῤῥησιν legendum. [89] Laur. δεδοκότι. [90] Uterq. cod. προσαχθήσαν. [91] Laur. πίστην. [92] Ita codd. Num legendum, πολλὰ ἐστιν ἃ τὸ παράλογον... [93] Laur. ὑψηλοῖς. [94] Laur. ἐνταῦτα. [95] Laur. abest καὶ δούλας. [96] Laur. ἀγγαλισαμένην.

Notæ.

(11) Vide an sibi constet fontem lucis aliquando in tenebris, peccati scilicet, fuisse.

Digitized by Google

compositio atque rei parilitas (12). Dominus deducit Dominam, Reginam Rex, Sponsus Sponsam, Filius Matrem, Virginem qui purus, Sanctus Sanctam, cunctis præcelsior præcelsiorem omnibus; et cœlum animam semetipso ampliorem suscipit; et angeli comitantur gloriosiorem angelis; et simul accurrunt homines, et apostoli, alii aliis ex mundi plagis, eodem tempore jam in unum convenientes, imo, ut magis proprie dicam, ex aere, nescio unde, in terram pluentes, approperant.

A τὴν Δέσποιναν· ὁ Βασιλεὺς τὴν Βασίλισσαν· ὁ Νυμφίος τὴν Νύμφην· ὁ Υἱὸς τὴν Μητέρα· τὴν Παρθένον ὁ καθαρός· τὴν Ἁγίαν ὁ Ἅγιος· ὁ πάντων ἐπέκεινα τὴν πάντων ὑψηλοτέραν· καὶ δέχεται ψυχὴν[97] ὁ οὐρανὸς ἑαυτοῦ πλατυτέραν· καὶ προπέμπουσιν ἄγγελοι τὴν ἀγγέλων ἐνδοξοτέραν· καὶ συντρέχουσιν ἄνθρωποι, καὶ πονοῦσιν ἀπόστολοι[98] ἄλλος ἄλλεσθεν ἄρτι συνεκφανέντες ἀθρόον, καὶ, ἵν' οἰκειότερον εἴπω τι, ἐξ ἀέρος, οὐκ οἶδ' ὅθεν, ἐπιβραχέντες τῇ γῇ.

O novam pluviam! O viatores volantes! O pedites æthereos! *Qui sunt isti, qui, ut nubes, volant,* pulchre nobiscum Isaias scitatur[q]? Quæ causa tam admirandi novique eventus? Unde nobis e nubibus homines? Quomodo e cœlis tantus terrestris exercitus? Non ergo unus duntaxat Elias[r] hic per æthera graditur; non solus Habacum[s] sublimis supra nubem attollitur; neque solus Paulus e terra ad tertium cœlum rapitur; sed a cœlo in terram hic simul cum multis aliis se sistit; quippe nobiliori huic mysterio et amplior ministrorum cœtus opus erat.

Ὦ καινῆς ἐπομβρίας! Ὦ πτηνῶν ὁδοιπόρων! Ὦ πεζῶν ἀερίων[99]! *Τίνες οἵδε, ὡς νεφέλαι, πέτανται,* καλῶς Ἡσαΐας μεθ' ἡμῶν ἀπορεῖ. Τίς ὁ λόγος τῆς οὕτω παραδόξου καινοτομίας; Πόθεν ἐκ νεφῶν ἡμῖν ἄνθρωποι; Πῶς ἐπίγειον στράτευμα τοσοῦτον ἐξ οὐρανοῦ; Οὐ γὰρ εἷς ὧδε μόνον Ἠλίας αἰθεροδρόμος· οὐχ εἷς Ἀββακοὺμ[t] ἐπὶ νεφέλης μετάρσιος· οὐδὲ Παῦλος μόνος ἐκ γῆς πρὸς οὐρανὸν τρίτον· ἀλλ' οὐρανόθεν εἰς γῆν μετὰ πολλῶν ἄλλων πάρεστι· μυστηρίῳ γὰρ μείζονι καὶ πλειόνων ἔδει τῶν λειτουργῶν.

XX. Illa itaque Domini ac Filii sui manibus semetipsam suaviter cum credidisset, *in vestitu,* juxta vetus congeneris de ipsa oraculum, *deaurato circumdata varietate*[t], ad regium thronum adducitur, et Regina a dextris Regis astans, ejusdemque cum eo æternæ beatitatis particeps, debitis sibi et regno et gloria potitur

Κ'. Ἡ μὲν οὖν χερσὶ δεσποτικαῖς καὶ γνησίαις ἑαυτὴν ἡδέως πιστεύσασα[1] τῷ βασιλικῷ[2] προσάγεται θρόνῳ *ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη πεποικιλμένῃ,* κατὰ τὴν ἐπ' αὐτῇ παλαιὰν συγγενικὴν προφητείαν, καὶ τὴν ἑαυτῆς βασιλείαν τε καὶ δόξαν παραλαμβάνει ἐκ δεξιῶν ἡ[3] Βασίλισσα παραστᾶσα τοῦ Βασιλέως ἐπὶ κοινωνίᾳ τῆς ἴσης ἀϊδίου μακαριότητος.

Ili vero quæ sunt funeris, haud oblivioni tradunt, et ad corpus illud immaculatum ac Dei hospitio nobile curas suas convertunt. Proh dirum probrum! Quomodo enim non dignum id fuerit, quod lamentemur? Proh injuriam non ferendam, quod mors primitias vitæ possederit, atque illam sepulcrum tenuerit, quæ partu suo vivifico sepulcra evacuavit!

Οἱ δὲ ταφῆς μνημονεύουσι, καὶ περὶ τὸ ἄχραντον σῶμα καὶ θεοδόχον φιλοπονοῦσι[4]. Φεῦ δεινῆς ὕβρεως! Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἄξιον τὸ πρᾶγμα σχετλιασμοῦ; φεῦ ζημίας[5] οὐ φορητῆς! εἰ θάνατος εἶχε[6] τὴν ἀπαρχὴν τῆς ζωῆς, καὶ τάφος κατέσχε τὴν τοὺς τάφους κενώσασαν τῷ τόκῳ τῷ ζωηφόρῳ.

At nemo hæc vereatur; neque de ejusmodi angatur discrimine. Novis enim nova congruunt (13), atque iis quæ jugi quodam portento constant (14),

Ἀλλ' εὐλαβείσθω μηδείς, μηδ' ἀγωνιάτω τὸν κίνδυνον. Ἐπὶ καινοῖς γὰρ καινὰ, καὶ τοῖς ἀεὶ παραδόξοις ἐπισυμβαίνει παράδοξα. Οὐ γὰρ ἠνεγκεν

[q] Isa. LX, 8. [r] IV Reg. II, 11. [s] Dan. XIV, 35. [t] Psal. XLIV, 10.

Variæ lectiones.

[97] Vat. abest ὁ. [98] Laur. in margine: περὶ τῆς μετεωροπορίας τῶν ἀποστόλων· *De apostolorum per æthera adventu.* [99] Laur. ἀέριον. [1] Laur. Ἀβακούμ. [2] πιστεύσασαι. [2*] Laur. βασιλεικῷ. [3] Laur. abest ἡ. [4] Codd. ad oram: περὶ τῆς τοῦ σώματος μεταθέσεως· *De corporis depositione.* [5] Laur. ζημείας. [6] Laur. εἶχε.

Notæ.

(12) Plane mirum est, quam sæpe ac studiose Patres inculcent Deiparæ cum Deo similitudinem, ac parilitatem, adeo ut Virgini per gratiam, quantum creatura capax esse potest, collata suspicere debeamus ea quæ divinitatis sunt propria, ejusque perfectiones ad perfectionem divinam, quoad creaturæ licet, accedant. Advertas porro velim, hanc comparationem ad puritatem ac sanctitatem extendi; quod quidem per se satis est ad repellendam quamlibet suspicionem cujusvis peccati, quod ipsam aliquando contaminaverit.

(13) Optandum sane fuerat, ut hanc sententiam præ oculis ii haberent, qui ex communi stirpis humanæ conditione sese permoveri aiebant ad dubitandum, an ex ruina ab Adam propagata excipiendæ Virgini locus esse posset. Meminisse tunc juvabat, novis non communes, sed novas leges congruere.

(14) Si *juge portentum* suspicere in beatissima Virgine debemus, frustra ergo et conceptum ejus ad communes leges exigimus.

Digitized by Google

ἡ γῆ[7] τὸ οὐράνιον, οὐδ' ἡ φθορὰ[8] τὸ ἀκήρατον. Ἔνθεν[9] τοι κἀκεῖνο ταχὺ τὴν αὐτὴν ἀπαίρει[10] κατόπιν, καὶ ψυχὴν ὅλως ἄμωμον, ὅλως ἄφθαρτον σῶμα μεταδιώκει ὑπὸ δορυφόρων τοιούτων μετὰ τῆς ἴσης τιμῆς πρὸς τὴν αὐτὴν ἐκείνῃ[11] κατάπαυσιν καὶ λῆξιν φερόμενον. Τέως δ' οὖν ὡς νεκρὸν νόμῳ φύσεως, πρὸς τάφον ἀπάγεται, ἀποστολικαῖς τε χερσὶν καὶ[12] ἱερατικαῖς ἀνυψούμενον, καὶ γλώσσαις καὶ στόμασιν ὁσίοις κατευφημούμενον.

A merito alia portenta accedunt. Non enim tulit penes se tellus, quod erat cœleste; neque corruptio, quod immaculatum erat, invasit (15). Et hoc igitur a tergo cito eam sequitur, et animæ prorsus immaculatæ corpus prorsus incorruptum vestigiis hæret, et pari cum honore a præclaris illis satellitibus ad eamdem cum illa quietem sortemque beatam evehitur. Tantisper nihilominus, quippe naturæ lege morti traditum, apostolorum simul ac sacerdotum manibus elatum, linguisque ac vocibus sacris collaudatum ad sepulcrum defertur.

ΚΑ'. Πόθεν οὖν ἐνταῦθα σὺ[13], βέβηλε[14], μεταξὺ τῶν ἁγίων, ἵνα καὶ πρὸς σὲ κατὰ πάρεργον ἐπιστραφῶ τι βραχύ; Πῶς ἐπὶ τοσοῦτον ἐξέστης τῶν σαυτοῦ λογισμῶν, ὡς ἀνάγνοις μὲν ὄμμασιν, ἀνάγνοις δὲ καὶ χερσὶ τῶν ἀψαύστων τούτων κατατολμῆσαι, καὶ πειραθῆναι τὸ φρικωδέστατον, εἰς τὰ ἀνύβριστα ἐξυβρίσαι; Οὐ γὰρ ἔχεις ἀκούειν, κἂν οὐδὲν ἕτερον, ἐν τοῖς προγόνοις τοῖς σοῖς οἷα πέπονθεν Ὀζὰ[15] διὰ τὴν προπέτειαν; Καὶ τί τύπος ἐκεῖνος[16] τῶν ὁρωμένων; Καὶ κιβωτὸς χειρῶν ἔργον τὸ ἐκεῖ κομιζόμενον, καὶ σαφῶς ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἁγίων ἡ πρόψαυσις. Θάνατος μέντοι τὰ τῆς ὑπουργίας[17] ἐπίχειρα. Καθαροῦ γὰρ δέον προσάπτεσθαι, μηδ' ἐπιτιμῇ τὸν μὴ καθαρόν· ὅτι τὸ καλὸν οὐ καλὸν, εἰ μὴ καλῶς, φασὶ, γίνοιτο. Αὐτὴ δέ σοι νῦν, ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια.

B XXI. Qui tu igitur (ut ad te quoque hic obiter sermonem brevi convertam), o impure (16), inter sanctos? Qui usque adeo e tua ipse mente excidisti, ut impuris oculis impurisque manibus adversus hæc plane non tangenda quid auderes, et horrendum illud scelus conareris, atque ea quæ probro sunt vacua contumelia afficeres? Nonne enim, sin aliud quidpiam, audire saltem potuisti, quid propter temeritatem in avis tuis factum sit Oxæ? Ecquid enim typus ille præ his quæ nunc oculis nostris obversantur? Quæ tunc scilicet vehebatur arca, manufactum erat opus, et tactus ejus prorsus in salutem sanctorum vertebatur. Exhibiti tamen ministerii stipendium mors fuit. A puro enim tangi oportuit, nec in honorem cedebat, ut tangeret impurus: quandoquidem bonum, nisi (ut inquiunt) fiat bene, in bonum non computatur. Quæ vero tibi nunc adest, ipsa est veritas per ea obumbrata.

ΚΒ'. Τὸ γὰρ προπεμπόμενον τοῦτο, ἡ ἀκατάλυτος αὕτη σκηνὴ καὶ ἀχειροποίητος, οὐ λιθίνας[18] πλάκας ἐντὸς, οὐδὲ ῥάβδον φέρει θαυματουργόν· ἀλλ'[19] ὃ πολλῷ μεῖζον, αὐτοῦ τοῦ καὶ δόντος ἐκεῖνα καὶ θαυμαστώσαντος τέμενός ἐστιν ἅγιον· ὃν οὐδ' ὄρος δύναται στέγειν καταβάντα τι μικρὸν ἐπ' αὐτὸ, ἀλλ' ἀπτομένου μόνον καπνίζεται. Οὗ σαλπίγγων

C XXII. Quod enim nunc deducitur, tabernaculum hoc indissolubile et non manufactum, non lapideas intus habet tabulas, neque virgam continet prodigiorum fœcundam; sed, quod multo nobilius est, templum sanctum est illius, qui et ea dedit, et portenta operatus est; quem neque mons ferre valet, si in eum ad brevem horam descendat, sed illo vel

Variæ lectiones.

[7] Vat. γῇ. [8] Laur. ὁ φθορά. [9] Laur. ἐνθέν τι. [10] Laur. ἐπαίρει. [11] Laur. πρὸς τὴν αὐτὴν ἐκήνην. Vat. πρὸς τὴν ἐκείνῳ. [12] Laur. abest καί. [13] Vat. ad marginem: περὶ τῆς ἐπιβουλῆς τοῦ Ἑβραίου· *De insidiis cujusdam Hebræi*; Laur. vero paulo infra itemque ad marginem περὶ τῆς τόλμης τοῦ Ἑβραίου· *De Hebræi cujusdam audacia.* [14] Laur. βέβυλε. [15] Laur. ὁ ζᾶν. [16] Vat. ἐκεῖνα. [17] Laur. ὑπουργείας. [18] Laur. λιθήνας. [19] Laur. ἀλλά, et omittit sequens δ.

Notæ.

(15) Manifeste hic se prodit veterum sententia de immunitate Virginis beatissimæ a communi generis humani lapsu: eoque opportunior est modus, quo ea doctrina proponitur, quod, cum ex ea ratio petatur, cur ejusdem Virginis corpus corruptionem passum non fuerit, non quidem disputando contenditur, sed veluti explorata præsumitur. Atque hanc primo quidem trahit Joannes, dum inquit non potuisse terram apud se id retinere, quod cœleste erat, quod nempe expers erat illius vitii propter quod in terram reverti indictum fuit homini (neque enim negat alioquin Joannes, Virginem e terra fuisse), quodque propterea cœlestibus potius spiritibus comparandum est: deinde vero multo disertius, dum ait, propterea corruptionem virgineum corpus invadere non potuisse, quod labem istud nesciret. Aperte enim liquet, hoc neque de virginali integritate, neque de ulla emundatione, quæ communis aliis sit, accipi posse. Eodem spectat, quod paulo post immaculatam animam cum incorrupto corpore Joannes comparat. Cum enim integritas corporis absolutissima fuerit ac perpetua, postulat comparatio, ut id ipsum de animæ integritate intelligatur.

(16) Per apostrophen hic auctor alloquitur Judæum quemdam, qui lectulum, quo Virginis Deiparæ corpus ab apostolis ad sepulcrum ferebatur, voluisse impetu facto in terram dejicere, gravique pœna tunc ipsum multatus, in pristinam sanitatem statim restitutus ejusdem Virginis virtute dicebatur. Hæc fusius enarrata cernere est etiam in sermone, quem subjicimus, Isidori Thessalonicensis. Quod autem auctor ex abrupto verba ad Judæum illum sic convertat, indicio id est, pervulgata ac notissima inter fideles ea fuisse, quæ de hac re narrabantur.

Digitized by Google

duntaxat tangente fumigat [u]; cujus tubarum voces terribile quid atque ingens resonantes, lampades flammeo igne ardentes, et discurrentia fulgura et turbo horrendus, sagittæque et saxa, et terrifica ejusmodi alia plura, procul et eos repellunt, qui jam sunt emundati. Quonam ergo pacto tu, o impure, inducere animum potuisti, ut insolentem manum injiceres, et magnum hoc speraști facinus, inconcussum nempe regis gloriæ thronum contumeliose concutere ac dejicere? Quibusnam polles viribus, vel quamnam odii ac vecordiæ causam affers, quandoquidem vel Deo indicere bellum non dubitasti?

A φωναὶ φοβερὸν ἠχοῦσαι [26] καὶ μέγα, λαμπάδες [27] καιόμεναι πυρὶ φλογερῷ, ἀστραπαί τε διάττουσαι καὶ γνόφος φρικώδης, καί βολίδης, καὶ λίθοι, καὶ τοιαῦτα δείματα [28] πλεῖστα, μακρὰν καὶ τοὺς ἤδη καθηγνισμένους ἀπάγουσι. Πῶς οὖν, ἄναγνε, σὺ τοῖς ἀπροσίτοις; ὑπέμεινας ἐπενεγκεῖν ὑβρίστριαν χεῖρα, καὶ τὸ μέγα τοῦτο ἤλπισας [29] ἔργον, τὸν ἀσάλευτον θρόνον τοῦ βασιλέως τῆς δόξης ἐπ' ἀτιμίᾳ σαλεῦσαι, καὶ περιτρέψαι; Τίς ὢν τὴν δύναμιν, ἢ τίνα τοῦ μίσους [30] ἐπαγόμενος πρόφασιν τῆς ἀπονοίας, ὁπότε καὶ θεομαχεῖν οὐκ ἐνάρκησας;

XXIII. Enimvero et cadaver forte, et lectulus et funerea symbola te deceperunt, ut de hoc immortalitatis thesauro non aliter, ac de cadavere cujuspiam alterius e vulgo et ex tui æqualibus, existimares, et exinde insana ista atque effrenis audacia?

ΚΓ'. Ἦπου τάχα καὶ [31] σῶμα καὶ κλίνη σε, καὶ τὰ ἐπιτάφια σύμβολα, ὡς περὶ νεκροῦ τινος ἄλλου τῶν συνήθων καὶ κατὰ σὲ, τοῦ τῆς ἀθανασίας B παρέπεισε θησαυροῦ οἰηθῆναι· καὶ διὰ τοῦτο τὸ θράσος ἀσωφρόνιστον καὶ ἀκάθεκτον.

At vero demortui quidem corpus est; sed quod non solum morte et tumulo, verum etiam manibus tam audacter irruentibus detineri nequeat; hisce tamen etiam magis tremendum sit, et invincibile, quandoquidem pœnam quoquè temerarii ausus profecto irrogat, prout ipse per ea, quæ merito expertus es, luculenter testaris

Σῶμα μὲν, ἀλλ' ἀκράτητον οὐ θανάτῳ μόνον [32] καὶ τάφῳ, ἀλλὰ καὶ χερσὶ πελαζούσαις οὕτω θρασέως· [33] ταύταις [34] μέντοι καὶ πλέον φοβερὸν, ἢ ἀκράτητον, ὅσῳ καὶ τομὴν ἐπιφέρει τῆς θρασύτητος πρόστιμον, ὡς αὐτὸς σαφῶς μαρτυρεῖς, οἷς ἐνδίκως πεπείρασαι.

Lectulus est quidem; verumtamen fac animum advertas. Mox enim apparebit utique et tibi (saltem mihi jam apparet) longe nobiliori, quam arca tua, cultu insignis tum vestis (ejus), tum zona, loco prorsus sacratiori ceu thesaurus reconditæ, C et religiosa veneratione honoratæ. Et concedo equidem, abs te forte hæc interim etiam derideri, quippe qui id solum consideras, quod incurrit in oculos, nec quidpiam vales, non secus ac ubique lex tua, intimius perspicere. At si necdum vales, o egregie, nunc quoque nobiscum cernere, haud diuturnum intercurret tempus, cum et hanc zonam videbis et vestem in Sancta sanctorum religiose deferri, et a cunctis sacro cultu honorari. Et sane qui non primum præ omnibus prorsus visibilibus locum ea obtinerent, quæ et tempus est reveritum, et inexorabilis lex corruptionis ausa non est attingere?

Κλίνη μέν [35]· ἀλλ' ἐπίσχες. Αὐτίκα γὰρ δήπου γε φανεῖται καὶ σοὶ (ἐμοὶ γοῦν ἤδη φαίνεται) τῆς σῆς κιβωτοῦ κατὰ πολὺ σεμνοτέρα, ἐν ἱερωτέρῳ πάνυ χωρίῳ τεθησαυρισμένη καὶ σεβομένη ἐσθής τε καὶ ζώνη. Σύμφημι γὰρ τὰ τυχόν σοι τέως καὶ χλευαζόμενα, τῷ φαινομένῳ μόνῳ προσέχοντι, καὶ μηδέν τι βαθύτερον, ὥσπερ [36] νόμος σὸς πανταχοῦ, συνιδεῖν δυναμένῳ. Ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν, ὦ θαυμάσιε, καὶ τὴν ζώνην ὄψει ταύτην καὶ τὴν ἐσθῆτα, εἰ μήπω καὶ νῦν σὺν ἡμῖν βλέπειν ἔχεις, τοῖς τῶν ἁγίων ἁγίοις; ἱερῶς ἐμβατεύοντα καὶ τιμῆς παρὰ πᾶσι θεοπρεποῦς ἀξιούμενα [37]. Πῶς δὲ οὐκ ἐμελλεν, ἃ καὶ χρόνος ἠδέσθη, καὶ φθορᾶς ἀδυσώπητος νόμος ἐδυσωπήθη, τὰ κατὰ πάντων ὁμοῦ τῶν [38] ὁρατῶν δυναστεύοντα;

XXIV. Jam itaque censeo, haud diutius te quoque adhuc cunctaturum; sed potius in id, quod æquum est, cito prorsus consensurum, postquam egregia illa eruditus es disciplina, quo statim impetitum inopinato te video, ut scilicet postquam ex iis quæ passus es, qua polleant virtute, didicisti, et ipse obsequentius adversus ea te haberes, et apud alios multos præco exsisteres mirabilium, quæ propter ipsa evenerunt.

ΚΔ'. Ἤδη γοῦν μοι δοκεῖς οὐδ' αὐτὸς ἔτι μελλήσειν ἐπὶ πολύ· ἀλλὰ παραχρῆμα δὴ μάλα [39] συμφρονήσειν [40] τὸ δέον, τῇ καλῇ παιδείᾳ [41] νουθετηθείς, ἣν ὁρῶ κατὰ πόδας σε μετιοῦσαν ἀπρόοπτον· ὡς ἂν αὐτός τε περὶ ταῦτα διατεθῇς [42] εὐπειθέστερον, καὶ πολλοῖς ἄλλοις κήρυξ τῶν ἐπ' αὐτοῖς φανῇς [43] θαυμασίων, μαθὼν, ἐξ ὧν πέπονθας, οἷαν ἔχει τὴν δύναμιν.

[u] Psal. cm, 32.

Variæ lectiones.

[26] Vat. ἠχοῦσαι μέγα, καὶ. . . [27] Laur. λαμπάδαις. [28] Laur. δείγματα. [29] Laur. ἤλπησας. [30] Laur. μείσους. [31] Vat. abest καί. [32] Laur. μόνῳ. [33] Laur. θρασαίως. [34] Laur. ταύτας. [35] In utroq. codice ad marginem: περὶ τῆς τιμίας κλίνης (Laurent. κλήνης) καὶ ἐσθῆτος καὶ ζώνης· *De venerando lectulo, et veste, et zona.* [36] Vat. ὃς περ. [37] Laur. ἀξιούμεθα. [38] Laur. abest τῶν. [39] Laur. μᾶλλα. [40] Laur. συμφρονήσει. [41] Codd. παιδίᾳ. [42] Laur. διατεθείς. [43] Laur. φανείς.

Digitized by Google

Τοιγαροῦν νοῦν κτησάμενος, ἐπείπερ ἐπλήγης, καὶ παρὰ τοῦ τρώσαντος αὖθις, ὅπερ ἀκούεις, καὶ τυχὼν τῆς ἰάσεως, ὅτι χρηστεύεσθαι πέφυκε καὶ πρὸς τοὺς ἀχαρίστους οὕτω καὶ πονηροὺς, σωφρονέστερος γίνου μοι τῶν ἐξῆς θεατής· καὶ τὴν θαυμαστὴν παρ' ἐλπίδα [38] ἠλλοιωμένος ἀλλοίωσιν, μεθ' ἡμῶν ἤδη σκόπει τά τε ἄλλα σὺν εὐλαβείᾳ, καὶ *τὴν κορυφαίαν ἐκείνην καὶ πρεσβυτάτην τῶν θεολόγων ἀκρότητα*, κατ' αὐτοὺς ἐκείνους εἰπεῖν, ὡς αὐτοὶ πάντων ἄριστα τοὺς ἐξοδίους [39] πρῶτοι διατιθοῦσι, θεοφόρητοί τε γινόμενοι καὶ πρὸς τὴν ἄνωθεν ἐμπνευσιν ὅλοι μεθαρμοζόμενοι, [40] εἶθ' ὡς ἐφεξῆς τοῖς ἐξῆς [41] τὴν καλὴν ὑπουργίαν ταύτην παραδιδοῦσι, καὶ ὡς ἀναλόγως οὕτω τοῖς πᾶσι τὰ τῆς εὐφημίας καταμερίζεται.

ΚΕ'. Ἀλλ' οἱ μὲν ἀγωνίζονται καὶ περὶ τὴν ἀνήκουσαν ἕκαστος αὐτῷ λειτουργίαν ἐκθυμότατα κάμνουσιν, ἐκ τοῦ πλέον δοξάσαι καὶ πλέον δοξασθῆναι φιλοτιμούμενοι.

Ἐμὲ δὲ καὶ πάλιν ἐκφέρει τὸ θάμβος τῶν ὁρωμένων, καὶ συναπαίρειν ἡγοῦμαι τῇ δεσποίνῃ πρὸς οὐρανὸν καὶ τῇ διανοίᾳ μικροῦ παραψαύω τοῦ στερεώματος. Διά τοῦτό μοι δέξασθε [42] φωνὴν μετάρσιον [43], ὡς ἐξ ὕψους τοσούτου πρὸς ὑμᾶς φερομένην· *Εὐφραινέσθω* [44] *ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, καὶ δικαιοσύνην αἱ νεφέλαι ῥανάτωσαν*· ῥηξάτω τὰ ὄρη εὐφροσύνην, καὶ οἱ βουνοὶ ἀγαλλίασιν· *Σαλευθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ*· εὐφραινέσθωσαν ἄγγελοι καὶ ἀγαλλιάσθωσαν ἄνθρωποι, πᾶν γένος θνητὸν, πᾶν ἀθάνατον· ἔμψυχος ἅμα φύσις καὶ ἄψυχος, αἰσθητή τε καὶ νοητὴ, ὁρατὴ καὶ ἀόρατος· πᾶν ὅσον ἐγκόσμιον καὶ πᾶν ὑπερκόσμιον. [45] Ἡ γὰρ ἀνασωσαμένη τοῖς πᾶσι [47] τὴν χαρὰν ἀπελθοῦσαν, αὐτὴ πρὸ πάντων ἄξια τὰς ἀπαρχὰς αὐτῆς φέρεσθαι.

Δεῦτε τοιγαροῦν, εὐφρανθῶμεν ἐπὶ τῇ προξένῳ τῆς εὐφροσύνης· σαλπίσωμεν σάλπιγξιν εὐήχοις καὶ μουσικαῖς ἐν πανηγύρει λαμπρᾷ, *ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς ἡμῶν*· συνδράμωμεν ἕκαστος εἰς τὴν κοινὴν ἀγαλλίασιν, *βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πάντες λαοὶ, ἄρχοντες καὶ πάντες κριταὶ γῆς, νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων*· προφητικὴ τε γὰρ ἡ παραίνεσις [48], καὶ μάλα δικαία [49],

ΚΖ'. Ἀλλ' εἰς δέον ἐμνήσθην προφητείας καὶ προφητῶν. Ποῦ ποτέ μοι νῦν αἱ θαυμασταὶ καὶ πολλαὶ περὶ τῶν παρόντων ἐκεῖναι [50] προαγορεύσεις;

Mentem igitur, quandoquidem percussus fuisti, indeptus, et rursus, prout testis es, medelam quoque a percutiente assecutus, quia nempe ex natura sua ad benefaciendum vel ingratis adeo ac sceleratis fertur, sapientior, quæso, reliquorum esto spectator; et admiranda conversione in alium præter spem immutatus, jam nobiscum venerabundus intuere cum cætera omnia, tum, ut eorumdem illorum verbis utar, *principem illam atque augustissimam theologorum summitatem* (17); quomodo ipsi (apostoli) et a Deo afflati et toti ad supernam inspirationem compositi, omnium præstantissime funebres modulos primi constituunt; quomodo deinde eximium hoc ministerium futuris servandum tradunt, et quomodo sic collaudandi ratio convenienter omnibus assignatur.

XXV. Ast illi quidem certatim omne studium adhibent, et prouti proprium cujusque ministerium postulat, maxime alacri animo operam suam conferunt, majorem sibi quoque ex majori gloria tributa gloriam ambientes.

Me vero et rursus abripit vehemens eorum quæ cernuntur admiratio, et in cœlum simul cum Regina migrare me existimo, ac propemodum firmamentum attingere ipse mihi videor. Quapropter sublimem, quæso, veluti e tanta celsitudine ad vos delatam, vocem excipite: *Lætetur cœlum desuper, et nubes pluant justitiam* [y]; montes stillent lætitiam, et colles exsultationem: *Commoveatur mare et plenitudo ejus, orbis terrarum et omnes qui habitant in eo* [z]; gaudio gestiant angeli, exsultent homines; genus omne mortalium, immortalium omne, natura animata simul et inanimis, sensibilisque et intelligibilis, visibilis atque invisibilis; et quidquid in mundo est, et quidquid supra mundum. Quæ enim longe digressum gaudium omnibus restituit, digna ipsa est, ut ante omnes ejusdem gaudii primitias sibi reportet.

Agite proinde, collætemur in lætitiæ auctrice; sonoris harmonicisque tubis canamus in splendido conventu, *in insigni die solemnitatis nostræ* [y]; simul accurramus quisque ad communem exsultationem, *reges terræ et omnes populi, principes et omnes judices terræ, juvenes et virgines, senes cum junioribus* [z]: prophetica etenim vox, et æquissimo sane jure, id præcipit.

XXVI. Opportune vero prophetiæ et prophetarum injecta est mentio. Ubinam mihi nunc admiranda illa ac plura de præsentibus rebus præconia?

[y] Isa. XLV, 8 sec. LXX. [z] Psal. XCVII, 7. [y] Psal. LXXX, 4. [z] Psal. CXLVIII, 11, 12.

Variæ lectiones.

[38] Vat. ἐλπίδας. [39] Laur. ἐξωδίους. [40] Laur. μεταρμοζόμενοι. [41] Laur. ἐξοῖς. [42] Laur. λειτουργείαν. [42] Laur. δέξασθαι. [43] Vat. μεταρσίαν. [44] Laur. ὑφαινέσθω. [45] Laur. voces καὶ πᾶν ὑπερκόσμιον excident. [47] Laur. abest τοῖς πᾶσι. [48] Laur. παραίνησις. [49] Laur. δικαίω. [50] Laur. ἐκείνων, quod ad prophetas referri posset.

Notæ.

(17) Ex Dionys. Areop. *De div. nomin.* cap. 3: *Summitas autem theologorum* hoc loco Petrus apostolorum princeps intelligitur.

Digitized by Google

Ubinam quæ olim palam enuntiabantur ab iis, qui præsentia hæc prospiciebant? Ubinam ante omnes David rex et propheta et, quod majus est, Christi progenitor? Quid est, quod suam ipsius filiam, de qua in antecessum tam præclara ac splendida vaticinatus est, non præsens ipse cantu celebrat, et opportune honorat, multo convenientius nunc decachordum illud psalterium et cymbala bene sonantia, et chorum et tympana, et cætera, si quæ sunt alia, musica ac suavia organa, quibus nos sæpenumero excitat ad laudandum Deum, hic proferens, et harmoniam omnium suavissimam ciens, quam cum illic ante arcam præiret, ex omni melodia variam quamdam, omnigenamque ac multisonam musicam contexens, qua cum cuncta permoveret, præ jucunditate et ipse ad numerum saltabat, et cum gaudio Deo se gratum facere affirmabat?

A Ποῦ τὰ πάλαι θρυλούμενα τοῖς τὰ ἔμπροσθεν βλέπουσι; Ποῦ πρὸ πάντων Δαβὶδ, ὁ βασιλεὺς καὶ προφήτης, καὶ Χριστοῦ προπάτωρ, τὸ μεῖζον; Τί τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, περὶ ἧς τοιαῦτα μεγάλα καὶ λαμπρὰ προεθέσπισεν, οὐκ αὐτὸς παρὼν ᾄδει, καὶ τιμᾷ τοῖς καθήκουσι, τὸ δεκάχορδον ἐκεῖνο ψαλτήριον καὶ τὰ εὔηχα κύμβαλα, καὶ τὸν χορὸν, καὶ τὰ τύμπανα, καὶ πᾶν, εἴτι ἄλλο, μουσικόν τε καὶ τερπνὸν ὄργανον, μεθ' ὧν ἡμῖν πλεονάκις τὸν Θεὸν αἰνεῖν παραινεῖ, νῦν ἐνταῦθα παράγων, καὶ τὴν ἡδίστην [51] πασῶν ἁρμονίαν ἀναχρυόμενος, ὡς πολὺ δικαιότερον, ἢ ὁπόταν ἐκεῖ τῆς κιβωτοῦ προηγεῖτο ποικίλην τινὰ μουσικὴν καὶ παντοδαπὴν καὶ πολύφθογγον συνακτῶν ἐκ μέλους παντὸς, ἢ τὰ πάντα κινῶν, ὑφ' ἡδονῆς κἀκεῖνος εὐρύθμως συνυπορχεῖτο, καὶ τερπόμενος τέρπειν ὡμολόγει Θεόν;

B

XXVII. Sed et ubinam concordes aliorum sanctorum ac justorum voces, sapientiumque effata atque ænigmata, proverbiaque ac sermones occulti, atque, priusquam ad exitum perveniant, ad intelligendum ardui, qui quidem unum omnes (18) scopum, unum argumentum, unum thema propositum sibi habent, hanc scilicet laude dignissimam, innumerisque symbolis præsignatam Virginem (19); et alius quidem alio, quæ ad ipsam spectant, schemate designat, neque tamen alius alio minus id quod designant divino honore effert, et unanimiter omnes communem inde salutem nobis spondent? Verum hos probe scio invisibiliter hic quoque C adesse. Absunt autem, ut in eorum quæ prædicta ab ipsis fuerant, exitu congaudeant, et ut suis quisque vocibus, seu melius dixerim, vocibus divinitus inspiratis, omnium horum bonorum auctricem simul hymnis celebrent. Æquissimum porro est, ut quemadmodum olim adhuc venturam, sic multo magis et modo jam præsentem splendidissimis laudibus ac plausibus comitentur.

ΚΖ'. Ποῦ δὲ τὰ τῶν ἄλλων ἁγίων καὶ δικαίων συστήματα, ῥήσεις τε σοφῶν καὶ αἰνίγματα, παραβολαί τε καὶ λόγοι σκοτεινοὶ καὶ δυσέφικτοι, πρὶν εἰς πέρας ἐλθεῖν, ἕνα πάντες σκοπὸν, ἓν κεφάλαιον, ὑπόθεσιν μίαν τὴν πολυΰμνητον [52] ταύτην καὶ πολυσύμβολον Παρθένον ποιούμενοι· καὶ ἄλλος μὲν ἄλλως τὰ κατ' αὐτὴν φανταζόμενος, ἀλλ' οὐδ' ἄλλος οὐκ ἔλαττον ἐκθειάζων τὸ φαντασθὲν, καὶ συμφώνως ἐντεῦθεν ἡμῖν εὐαγγελιζόμενοι σωτηρίαν παγκόσμιον; Ἀλλ' οἱ μὲν, εὖ οἶδ', ὅτι καὶ πάρεισιν [53] ἀφανῶς. Καὶ παρέσονται τῇ τῶν προῤῥηθέντων [54] αὐτοῖς; ἀποβάσει συνηθησόμενοι, καὶ ταῖς ἑαυτοῦ [55] φωναῖς ἕκαστος, μᾶλλον δὲ ταῖς τοῦ πνεύματος, τὴν τῶν καλῶν τούτων πάντων αἰτίαν συνανυμνήσοντες. Δίκαιοι δέ εἰσιν, ὥσπερ πάλαι μέλλουσαν ἔτι οὕτω καὶ [56] νῦν πολλῷ μᾶλλον ἤδη παροῦσαν ἐγκωμίοις καὶ κρότοις δεξιοῦσθαι τοῖς λαμπροτάτοις.

XXVIII. Consequenter proinde et quod nostrum est, iis accedat; nam ut et nostra adjiciamus, mos postulat. Nec sermonem quispiam reprehendat, quod satiari non posse videatur. Fatetur enim, affectu se vinci propter vim amoris; parique vos erga præsentia studio affici discupiens, vehementer omnes excitans inclamat:

ΚΗ'. Τοιγαροῦν ἀκολούθως προστιθέσθω καὶ τὸ ἡμέτερον, ὁ τῆς προσθήκης δὲ τρόπος. Καὶ μηδεὶς ἀπληστίαν [57] καταγνώτω [58] τοῦ λόγου. Ὁμολογεῖ γὰρ ἡττᾶσθαι τοῦ πάθους διὰ τὸν πόθον· καὶ ὑμῖν [59] αὐτὸ τοῦτο περὶ τὰ παρόντα βουλόμενος, ἐμβοᾷ μέγα πᾶσι τὸ παρακλητικόν.

Addite vosmet mihi socios; attollamus ad cœlum vocem; plaudamus manibus; cum cantico D Deum laudemus, qui ejusmodi mira, gloriosaque et magnifica, quorum non est numerus, operatur; qui, sicut inquit illa eadem quæ cherubim est præ-

Καὶ συνέπεσθε· ἐπάρωμεν εἰς ὕψος φωνὴν· κροτήσωμεν χεῖρας· αἰνέσωμεν Θεὸν μετ' ᾠδῆς, τὸν ποιοῦντα τοιαῦτα θαυμαστὰ πράγματα, ἐνδοξά τε καὶ ἐξαίσια [60], ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, *τὸν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν ἐπιβλέψαντα τῆς δούλης αὐτοῦ*, καθάπερ

Variæ lectiones.

[51] Laur. ἡδύστην. [52] Laur. πολὺ ὕμνητον. [53] Laur. πάρησιν. [54] Laur. προρηθέντων. [55] Laur. αὐτοῦ: [56] Vat. abest καί. [57] Laur. ἀπλησταίαν. [58] Vat. καταγνώτω. [59] Laur. ἡμῖν. [60] Laur. ἐξέσια.

Notæ

(18). Vide constantem veterum sententiam, innumeris nempe Veteris Testamenti symbolis Virginem Mariam præsignatam fuisse, nullumque reperiri ex illis hagiographis, cujus oculis Virgo non obversaretur.

(19) Placet hic ejusdem Joannis epigramma ex Matthæo Busto (p. 71) referre, in quo nonnulla beatissimæ Virginis symbola simul collecta exhibentur:

Εἰς ὑπεραγίαν Θεοτόκον ἴαμβοι.
Παστὰς, τράπεζα, ῥάβδε, λυχνία, κλίμαξ,
Κλίνη, κιβωτὲ, νεφέλη, λαβὶς, θρόνε.
Κόσμει με παστὰς, ἐμπίπλα τράπεζά με,
Στήριζε ῥάβδε, λυχνία φώτιζέ με,
Ἄναγε κλίμαξ, ἀνάπαυέ με κλίνη,
Τήρει, κιβωτὲ, νεφέλη λάμπρυνέ με,
Λαβὶς με προσλάμβανε, τίμα με θρόνε.

Digitized by Google

αὐτή φησι ἡ τῶν χερουβὶμ ἀνωτέρα, καὶ τοσαῦτα ποιήσαντα [61] μετ' αὐτῆς μεγαλεῖα. Μακαρίσωμεν ἄνθρωποι τὴν τοῦ Πλάστου Μητέρα, ἐξ ἧς ἡ τοῦ πλάσματος καὶ ἀνόρθωσις καὶ ἀνάπλασις [62]. Ἀψευδὴς τοῦτο πρόρρησις ταύτης τῆς μεγάλης προφήτιδος, ὑπὸ πάσης εἰποῦσης μακαρισθήσεσθαι [63] γενεᾶς [64]. Μεγαλοπρεπῶς μὲν οὖν καὶ ἀξίως πρῶτα μὲν ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀχράντων εὐαγγελίων τὸν πρέποντα λαμβάνει μακαρισμὸν, πρὸς τὸν ἑαυτῶν [65] ἐφ' ἑκάστης δεσπότην ἀναβοώντων. *Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ, οὓς ἐθήλασας* · εἶθ' ὑπὸ πασῶν γενεῶν, ὡς ἡ προαγόρευσις, ἤδη τε μεμακάρισται, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα μακαρισθήσεται.

Μακαριζέσθω τοίνυν οὐχ ἧκιστα καὶ νῦν παρ' ἡμῶν, καὶ τὸν ὀφειλόμενον ἔρανον ἐκ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἄρτι γένους ἀνενδεῶς ἐκπληρούσθω. *Δότε αὐτῇ ἀπὸ καρποῦ χειλέων αὐτῆς*, ἡ σοφὴ παροιμία κατὰ καιρὸν ἡμῖν ἐγκελεύεται · αὐτὸς δὲ ἂν εἴποιμι μᾶλλον, *ἀπὸ καρποῦ κοιλίας αὐτῆς* · καὶ δι' εὐλογίας ἁπάσης ἡ εὐλογημένη γεννήτρια τῆς εὐλογίας ἀγέσθω. Μή τις [66] ἀγνώμων ἔστω περὶ τὴν εὐεργέτιν [67] · μή τις ὑπερόπτης τῆς βασιλίδος· [68] μή τις ὀλιγώρως ἔχων πρὸς τὴν Δεσπότιν · ἀλλὰ πάντες ἅμα καὶ πᾶσαι μετὰ τοῦ προσήκοντος κόσμου πρὸς τὴν πάνδημον ταύτην ἑορτὴν ἀπαντήσωμεν, καὶ σὺν ἀλλήλοις [69] ὁμοῦ φαιδρυνθῶμεν πανηγυρίζοντες, πλούσιοί τε καὶ πένητες, ὑψηλοί τε καὶ ταπεινοί, ἱερεῖς καὶ λαὸς, μοναδικοὶ καὶ μιγάδες· ὅσον ἐν ἄρχουσιν, ὅσον ἐν ἀρχομένοις, ὅσον ἐν ἀνδράσιν, ὅσον ἐν γυναιξίν.

ΚΘ'. Ἀλλὰ μεταξὺ λέγοντί μοι προσέπεσέ τι τῶν ἀβουλήτων, μᾶλλον δὲ τῶν τῇ τάξει μαχομένων τῆς φύσεως. Αἱ γὰρ μὲ γυναῖκες ἐνταῦθα πλεονεκτοῦσι, καὶ ἀξιοῦσι πρωτεύειν, εἰς γε τοῦτο τὸ μέρος, ἡμῶν τῶν ἀνδρῶν, οἷς τὸ ἄρχειν αὐτῶν καὶ πανταχοῦ προκεκρίσθαι, ἥ τε φύσις πάλαι ἀπέδωκε καὶ ὁ τὴν φύσιν δημιουργήσας · τὰ τοῦ γένους γοῦν δίκαια πολλὰ παρ' αὐταῖς καὶ βοηθεῖσθαι δοκοῦσι πανταχόθεν εἰς τὴν προτίμησιν. Οὐχ ἧττον μέν τι κἀκεῖναι πρὸς ἑαυτὰς στασιάζουσιν [70], αἱ παρθένοι πρὸς τὰς μητέρας, αἱ μητέρες πρὸς τὰς παρθένους, καὶ φιλονεικοῦσιν ὅλον ἑκάτεραι τὸ [71] κοινὸν ἰδιώσασθαι.

Ἀλλὰ ταύταις μὲν, εἰ δοκεῖ, καταλλαγὴν [72] πρὸς ἀλλήλας ἡμεῖς ἐπιτάξωμεν τῷ τῆς φυσικῆς ἐξουσίας ὀρθῶς χρησάμενοι νόμῳ, καὶ τὴν ἴσην [73] ἑκατέραις ἀπονείμαντες μοῖραν· οὐ γὰρ τοῦτο μᾶλλον ἢ τοῦτο, ἀλλ' ἐπίσης ἀμφότερα, καὶ παρθένος καὶ μήτηρ ἡ τιμωμένη, καὶ κοινὸν ὁμοίως ἁπάσαις γυναιξὶ τὸ καλλώπισμα [74]. Αὐτοῖς δ' ἡμῖν πρὸς ἐκείνας εἰσαῦθις ἡ δικαία τάχα δικάσει καὶ κοινὴ Δέσποινα, ὁπηνίκα καὶ ὅπως εὐδοκήσοι καὶ δοκιμάσοι. Τὰ δὲ νῦν (ἑορτὴ

celsior, *respexit in humilitatem ancillæ suæ* [a], et cum ipsa tam ingentia fecit magnalia. Beatam homines proclamemus Conditoris Matrem, ex qua creaturæ et reparatio est, et nova plasmatio. In id conspirat falli nescium prophetissæ hujus magnæ vaticinium, dum ab omnibus generationibus beatam se prædicatum iri affirmavit. Magnifice ergo et condigne convenientem beatæ prædicationem primo quidem ab ipsis intemeratis Evangeliis accipit, quæ ad Dominum suum quotidie clamant: *Beatus venter, qui te portavit, et ubera quæ suxisti* [b]; deinde vero, prout vaticinium portendit, ab omnibus generationibus et jam prædicata est beata, et usque in sæculum beata prædicabitur.

Ergo et nunc a nobis beata studiosissime celebretur, et debitum ei tributum a genere nostro nunc ipsum large solvatur. *Date ei de fructu labiorum ejus*, opportune nobis sapiens proverbium indicit [c]; ipse vero potius dixerim, *de fructu ventris ejus*; atque omni benedictione benedicta Genitrix benedictionis celebretur. Ne quis adversus benefactricem ingratus exsistat; ne quis superbus Reginæ contemptor: ne quis erga Dominam incurius; sed cuncti simul, et cunctæ cum decenti ornatu ad communem hanc solemnitatem conveniamus, et omnes simul texentes laudes, tam divites collætemur tum pauperes, præcelsique et humiles, sacerdotes et populus, solitarii et in societate viventes, et quantum in se est, imperantes et subditi, viri ac mulieres.

XXIX. Verum inter dicendum mihi quidpiam excidit, quod inconsulte prolatum, seu potius cum ordine naturæ pugnans videri potest. Hic enim me vincunt mulieres, et hac saltem ex parte merito præcedunt nobis viris, quibus tum natura tum naturæ Creator dedit pridem, ut in illas dominaremur, primasque in omnibus partes haberemus; multa igitur sexus jura et illis suppetere videntur ad primos usquequaque honores. Neque minus profecto et illæ inter se dimicant, virgines cum matribus, matres cum virginibus, et quod commune est, utræque sibi tanquam proprium vindicare totum contendunt.

Verum his quidem, si ita videtur, mutuam conciliationem nosmet ipsi imponamus, naturalis in ipsas potestatis jure recte utentes, et æqualem utrisque portionem assignantes: quæ enim honoratur, non hoc magis est quam istud, sed peræque utrumque, et virgo et mater, et commune omnibus ex æquo mulieribus est ornamentum. Et rursus quod ad nos ipsos præ illis spectat, justa illa et communis Domina, quando et quomodo illi

[a] Luc. I, 48. [b] Luc. XI, 27. [c] Prov. XXXI, 31 sec. LXX.

Variæ lectiones.

[61] Laur. ποιήσαντι. [62] Vat. ἀνάπλασις καὶ ἀνόρθωσις. [63] Laur. μακαρισθήσεσαι. [64] Laur. γεναιάς. [65] Codd. ἑαυτόν. [66] Laur. ἤ τις. [67] Laur. εὐεργέτην. [68] Laur. hoc incisum abest, nec obscura omissionis est causa. [69] Laur. συναλλήλοις. [70] Laur. στασιάζουσαι. [71] Codd. τόν. [72] καταλογήν. [73] Laur. ἴσιν. [74] Laur. καλώπισμα.

Digitized by Google

placuerit ac visum fuerit, facile dijudicabit. Quod autem ad præsens attinet (non enim ineundum certamen, sed solemnitas nobis agenda proponitur) conventum in pace celebremus, in charitate simul peragamus festum, et pulchro quodam interim ad parem assequendum honorem certamine cum inter nosmetipsos invicem, tum cum illis suscepto, nullatenus primas cedamus. Erubescamus viri, quod ad optima quæque mulieribus imbecilliores appareamus; et hic quoque ordinis primatum potius ex primatu quoad ista sumere studiose admitamur. Erubescite matres, quod vincamini a virginibus, quibus ipsæ purum sponsum per puram matrem largitæ estis. Erubescite virgines, quod vobis præcedant matres, quibus vos ipsæ dedistis, ut non amplius in dolore pariant, per Virginem scilicet immaculatam, quæ in gaudio et gaudium et peperit juxta et concepit.

A γὰρ ἡμῖν, ἀλλ' οὐκ ἀγὼν τὸ προκείμενον) ἐν εἰρήνῃ πανηγυρίσωμεν, ἐν ἀγάπῃ συνεορτάσωμεν, καὶ τὴν καλὴν τέως ἅμιλλαν πρὸς ἀλλήλους ἅμα καὶ πρὸς ἐκείνας κατ' ἰσοτιμίαν ἀμιλληθῶμεν [76]. Αἰσχυνθῶμεν ἄνδρες φανῆναι γυναικῶν ἐλάττους περὶ τὰ κράτιστα· καὶ τὸ πρεσβεῖον κάνταῦθα τῆς τάξεως ἐκ τοῦ κατὰ ταῦτα μᾶλλον πρωτείου λαβεῖν φιλοτιμησώμεθα. Αἰδέσθητε, μητέρες, ἡττηθῆναι παρθένων, αἷς αὐταὶ τὸν νυμφίον τὸν καθαρὸν ἐκ καθαρᾶς [77] μητρὸς ἐχαρίσασθε. Αἰδέσθητε, παρθένοι, μητέρων ἀπολειφθῆναι, αἷς αὐταὶ τὸ μηκέτι τίκτειν ἐν λύπαις ἐδώκατε, δι' ἀμωμήτου παρθένου ἐν χαρᾷ καὶ χαρὰν καὶ τεκούσης ἅμα καὶ συλλαβούσης.

XXX. Verum quid per singula ex ordine discurro? aut quid plura persequendo immoror? Nunc gaudio gestiunt angeli *ascendentes et descendentes tum supra Filium hominis*[d], tum supra matrem hominem; et alter alteri indicunt, ut rursus eleventur portæ, non quidem ut prius, dubitantes et sciscitantes: *Quis est iste Rex gloriæ*[e]? Jam enim per hanc ipsam et illis apertissime apparuit, quod qui prius inde descendit, ille idem est, qui iterum deinde et ascendit[f]; sed ex alia Scriptura pari cum stupore alia interrogant: *Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol*[g]?

B Α'. Τί μοι διατάττειν καθ' ἕκαστα; Τί δὲ λέγειν τὰ πλείω; Νῦν ἄγγελοι χαίρουσιν, *ἀναβαίνοντες καὶ καταβαίνοντες, ἐπὶ τε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου*, καὶ τὴν μητέρα τὴν ἄνθρωπον· καὶ τὴν τῶν πυλῶν αὖθις ἕπαρσιν ἀλλήλοις διακελεύονται, οὐχ ἃ τὸ πρὶν ἀποροῦντες καὶ πυνθανόμενοι [77], *Τίς ἐστιν οὗτος ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης;* ἤδη γὰρ ἐγνώσθη κἀκείνοις ἐμφανῶς διὰ ταύτης, ὅτι ὁ καταβὰς πρὶν ἐκεῖθεν, αὐτὸς ἐκεῖνός ἐστιν [78] καὶ ὁ ἀναβὰς πάλιν ὕστερον· ἀλλ' ἐξ ἑτέρας ἄλλα Γραφῆς μετὰ τῆς ὁμοίας ἐρωτῶντες ἐκπλήξεως· *Τίς αὕτη ἡ ἐκπύτρουσα ὡς ὄρθρος, καλὴ ὡς ἡ σελήνη, ἐκλεκτὴ ὡς ὁ ἥλιος;*

Nunc aer ascensu sanctorum sanctificatur, ac nova luce totus illuminatur, ac refulget. Nunc cœli cum exsultatione panduntur, et aula Dei regia lætanter Reginam excipit. Nunc cœlestia simul et terrestria festivam quamdam et aptissime ordinatam choream agitant; et præsens hæc Dei Genitricis dies facta est universalis quædam solemnitas, quæ simul creaturas omnes ad lætitiam provocat.

Νῦν ἀὴρ ἁγιάζεται τῇ τῶν ἁγίων ἀνόδῳ, καὶ φωτὶ ξένῳ σύμπας φρυκτωρεῖται καὶ καταλάμπεται. Νῦν C οὐρανοὶ σκιρτῶντες ἀνοίγονται, καὶ Θεοῦ βασίλεια δέχεται περιχαρῶς τὴν Βασίλισσαν. Νῦν ὁμοῦ τὰ ἄνω καὶ κάτω ἐμμελῆ τινα χορείαν [79] χορεύει καὶ παναρμόνιον· καὶ πανήγυρίς τις [80] παγκόσμιος συγκινοῦσα τὴν κτίσιν εἰς εὐφροσύνην ἡ παροῦσα καθέστηκεν ἡμέρα τῆς Θεομήτορος.

XXXI. Præter cætera vero etiam tempus (festivitatis) habeo, quod collaudem. Simul enim cum Dominæ nostræ inter nos conversatione etiam anni circulus jam finem habet (20); quemadmodum scilicet antea, cum hunc mundum illa per nativitatem ingrederetur, simul annus intravit et simul moram egit: sic rursus, hinc illa abeunte, et hic simul abit, ut ipse quoque ad omnes Reginæ gressus famulum se viæque comitem exhibens, congruum satellitii munus expleat.

ΛΑ'. Ἐπαινῶ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὸν καιρόν [81]. Τῇ γὰρ μεθ' ἡμῶν τῆς Δεσποίνης ἀναστροφῇ καὶ τὸ [82] ἔτος ἤδη συναπολήγει [83]· ὥσπερ πρὶν εἰς τὸν κόσμον ἐρχομένη διὰ γεννήσεως συνεισῆλθε [84], καὶ συνδιήγαγεν, οὕτω πάλιν ἐντεῦθεν ἀπιούσῃ συναπιὸν, ἵνα καὶ αὐτὸ τὴν προσήκουσαν ἐκπληρώσῃ δορυφορίαν τοῖς τῆς Βασιλίδος κινήμασι δουλεῦον καὶ παρεπόμενον. D

Nunc autem et dona ex iis quæ habet optima ac perfectissima offert, cum quibus gaudens gau-

Νυνὶ δὲ καὶ δῶρα προσάγει τῶν ἑαυτοῦ τὰ κρείττω [85] καὶ τελειώτατα, μεθ' ὧν χαῖρον χαίρουσαν

[d] Joan. I, 51. [e] Psal. XXIII, 8. [f] Ephes. IV, 10. [g] Cant. IV, 9.

Variæ lectiones.

[76] Laur. ἀμιλληθῶμεν. [77] Laur. καταράς. [77] Laur. πινθανόμενοι. [78] Vat. ἐστι. [79] Laur. χορίαν. [80] Laur. abest τις. [81] Hic Vatic. ad marginem: Περὶ τοῦ καιροῦ τῆς κοιμήσεως· *De tempore dormitionis.* [82] Laur. abest τό. [83] Laur. συναπολάγη. [84] Laur. συνῆλθε. [85] Laur. κρήττω.

Notæ.

(20) Græci a Kalendis septembribus novi anni initium ducebant.

Digitized by Google

προπέμπει καὶ συναπέρχεται. Ἥδιστον μὲν ἔαρ ἐν ὥραις (τίς ἀντείποι λόγος τῷ λόγῳ;) καὶ ποικίλη χάρις ἀνθέων, καὶ ἁπαλὴ φυτῶν βλάστη, καὶ ὡραιότης ἀγροῦ, καὶ χλοάζουσα πόα, καὶ καλὸν ταῖς ἀρούραις ἐπικυματίζοντα λήϊα· ἡδὺ δὲ καὶ στάχυς παῤῥησίαν ἄρτι λαμβάνων, καὶ προκύπτων εἰς φῶς, οἷα βρέφος εὐγενές τε καὶ χαρίεν, ὡς ἐκ μήτρας τῆς κάλυκος, καὶ βότρυς[86] ἐπαγγελλόμενος καὶ τοῖς δροσεροῖς ἔτι φύλλοις ὑπαναστέλλειν ἀρχόμενος· καλὰ δὲ καὶ τἄλλα καθεξῆς[87] τῶν ὡραίων[88], οἷς ἡ ὥρα τρυφᾷ καὶ ταῖς ἐλπίσιν εὐφραίνει τὸν θεατὴν γεωργόν.

Πολὺ[89] δ' ἔτι κάλλιον[89] ἡ πάντων τελεσφορία, καὶ τὸ πρὸς ἐκπλήρωσιν ἔργου τὴν ἐπαγγελίαν ἐλθεῖν, ὅπερ οὗτος ἡμῖν ὁ καιρὸς νῦν χαρίζεται. Νῦν γὰρ[91] αἱ μὲν ἀποθῆκαι τὸν σῖτον, οἱ ληνοὶ[92] δὲ τὸν οἶνον, καὶ τὴν ἄλλην τοῦ ἔτους εὐετηρίαν ὁ προσήκων δέχεται τόπος, καὶ οὐκ ἔτι προσδοκωμένην, ἀλλ' εἰς χεῖρας ἤδη κατεχομένην, καὶ τὸ τῶν ἐλπίδων ἀμφίβολον ἀσφαλεῖ τέλει κρίνουσαν. Νῦν[93] ὁμοῦ καὶ ὁ σπείρας χαίρει θερίσας, καὶ ὁ φυτεύσας, εὐφραίνεται, τοὺς καρποὺς τῶν πόνων δρεψάμενος. *Ὁ Κύριος ἔδωκε χρηστότητα, καὶ ἡ γῆ ἡμῶν ἤδη τὸν καρπὸν αὐτῆς* ὁλοκλήρως[94], εἰ μή τί[95] που τέλεον ὑπερήμερον καὶ ἐκπρόθεσμον.

ΛΒ'. Τῆς γῆς δὲ τὸ ἴδιον ἐντελῶς ἀπεχούσης, καὶ ὁ οὐρανὸς ἀναλόγως ἀπέχει τὸ ἑαυτοῦ, τὸν οὐράνιόν φημι τοῦτον θησαυρὸν καὶ ὑπέρτιμον· ὃν ἀπολαμβάνων σήμερον γέγηθε τὴν αὐτοῦ γλυκεῖαν ἐλπίδα, τὴν εὐφορίαν τῆς κτίσεως, τὸ μέγα τοῦ κόσμου γεώργιον· καὶ θησαυρίζει τὸν πλοῦτον ἐν ἀσύλοις ταμείοις, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν τοῖς ἄγαν ἐνδοτάτοις ἐναποτίθεται· ἐκλεγεῖσαν μὲν εἰς καιρὸν, μετὰ τὴν τῆς οἰκονομίας[96] συμπλήρωσιν, καὶ τὴν θαυμαστὴν ὑπουργίαν τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου· ὡς δὲ θέρος εὖ μάλα πίον καὶ εὔσταχυ[97], καὶ τῆς ὥρας ἔχων ἐπιτηδείως, ἐν θέρει συγκομισθεῖσαν· καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν κατάπαυσιν ἐντεῦθεν μετενεχθεῖσαν, οὐ μέντοι[98] καθάπαξ ἀπενεχθεῖσαν ἡμῶν, οὐδ' ἀποστᾶσαν εἰς τέλος τῶν καθ' ἡμᾶς, κἂν μεθέστηκεν. Ἐκείνη γὰρ ἡ τῶν τῇδε προνοοῦσα καὶ νῦν, ἐκείνη καὶ βραβεύει, καὶ φέρει, καὶ συντηρεῖ τὰ ἡμέτερα· ἐκείνης ἔργον καὶ δῶρον ἡ εὐνομία τῶν πόλεων, ἡ τῆς οἰκουμένης εἰρήνη, τῶν ἐκκλησιῶν ἡ ὁμόνοια, τῶν σκήπτρων ἡ δυνάστεια, τῶν στρατοπέδων[99] ἡ εὐτυχία, ἡ τῶν πάντων, ὧν ἔχομεν, καλῶν χορηγία· δι' ἐκείνην *καὶ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν*· δι' ἐκείνην πιστεύομεν καὶ θανόντες εὖ ἔξειν ἐπὶ χρηστοτέραις ἐλπίσιν ἐνθένδε μεταχωροῦντες[1]· καὶ συνελόντα[2] φάναι, παρ' αὐτῆς κἀνταῦθα κἀκεῖσε τὰ

dentem comitatur, atque una discedit. Et jucundissima quidem inter anni tempestates est verna (quis repugnare ausit?), et varia florum gratia, et delicata plantarum germinatio, et agrorum venustas, ac virescens herba; et pulchræ sunt undabundæ per agros segetes; oblectat desuper et spica jam audacula erumpens, et ex calice veluti e matrice quasi infans ingenuus juxta atque elegans in lucem prodiens, ac racemus (velut primo) annuntiatus, et incipiens foliis etiamnum tenellis suboriri; sed et alia eximia venustati illi accedunt, quibus tempestas illa luxuriatur, et spectantem agricolam multa spe exhilarat.

Verumtamen etiam longe his præcellentior est fructuum omnium maturitas, et certa eorum quæ promittebantur, assecutio; quod hæc modo nobis tempestas elargitur. Nunc enim et horrea frumentum, et dolia vinum, et idoneus quisque locus alios annuæ ubertatis proventus excipit, eosque non quidem mera adhuc in spe sitos, sed jam manibus apprehensos, et certo exitu de spe incerta decernentes. Nunc pariter et qui seminaverat metens lætatur, et qui plantaverat laborum colligens fructus exsultat. *Dominus dedit benignitatem, et terra nostra jam fructum suum* integre *dedit*[h], nisi si quid alicubi tempus suum prætergrediatur, ac debitum post præstitutum diem solvat.

XXXII. Porro cum terra integre suum recipiat, consentance et cœlum quod suum est recipit, cœlestem hunc, inquam, pretiosissimumque thesaurum; quem quidem hodierna die tanquam dulcem spem suam, creati hujus universi ubertatem, præcellentem mundi istius fructum excipiens gaudio gestit, et hasce divitias in promptuariis non prædandis recondit, et beatitatem hanc in recessibus prorsus penitissimis deponit; et eam opportuno sane tempore, postquam dispensatio scilicet opere completa est, et admirandum ministerium suum ipsa præbu t mysterio Christi (redimentis), decerpit; congruam itidem anni tempestatem observans, per æstatem, quippe æstas maxime opima est segetumque ferax, eamdem colligit; et licet hinc eam ad tranquillitatis propriæ sedes transferat, non penitus tamen nobis illam aufert, neque, utcunque ipsam amoveat, ab iis tamen quæ ad nos pertinent, illa omnino digreditur. Ipsa enim terrestrium horum etiamnum curam gerit; ipsa res nostras et moderatur, et promovet, et conservat; ipsius opus ac donum est felix reipublicæ regimen, terræ universæ pax, Ecclesiarum concordia, sceptrorum potentia, prospera exercituum fortuna, omnium quæ habemus bonorum

[h] Psal. LXXXIV, 13.

Variæ lectiones

[a] Laur. βότρυσιν. [87] καθ' ἑξῆς. [88] Laur. ὀρέων. [89] Quod superius Vaticanus, hoc loco Laurent. cod. ad marg. habet: περὶ τοῦ καιροῦ τῆς κοιμήσεως. [90] Laur. κάλιον. [91] Laur. νῦν μὲν γάρ. [92] Laur. αἱ ληνοί. [93] Laur. νῦν μέν. [94] Laur. ὁλοχλήρως. [95] Laur. abest τί. [96] Laur. οἰκονομίας. [97] Laur. ἄσταχυ. [98] Laur. μέν τι. [99] Laur. στρατοπαίδων. [1] Laur. μεταχορηγοῦντες. [2] Vat. συνελόντα δέ.

Digitized by Google

suppeditatio; per ipsam *et vivimus, et movemur, et sumus* (21); per ipsam certiori hinc spe commigrantes, etiam post mortem bene nos habituros confidimus; atque ut paucis universa complectar, res secundæ omnes tum ad præsentem hanc vitam tum ad futuram spectantes, ab ipsa nobis profluunt, quæ omni tempore et modis omnibus propitium nobis Filium suum et *misericordiarum Patrem*[1] reddit, et hæc omnia nobis ab ipso et præstat et nostrum beneficii simul et benefactricis insatiabile, studium, jam ex præsentibus et lætiora illa quæ subsequentur, augurari licet.

A τῆς εὐπραγίας ἡμῖν, κατὰ πάντα χρόνον καὶ τρόπον ἱλεουμένης τὸν ἑαυτῆς μὲν Υἱὸν, *τὸν οἰκτιρμῶν δὲ Πατέρα*· καὶ παρ' αὐτοῦ ταῦτα πάντα παρέχουσαν ἡμῖν καὶ παρέξουσαν· καὶ τὸ μέλλον γὰρ ὑπολάμπει τοῖς παροῦσιν ἤδη φαιδρότερον διὰ τὸ πρὸς τὸ εὐεργετεῖν, ὡς ἂν εἴποι τις, ἄπληστον καὶ ἀκάματον τῆς κοινῆς ἡμῶν πάντων[a] εὐεργεσίας καὶ εὐεργέτιδος ταύτης[b].

XXXIII. Hæc tibi a nobis, o Domina, abeunti consalutatio; hi tibi discedenti sunto honores, quoniam bene naturæ nostræ fecisti; quoniam nobis omnibus affudisti salutem; quoniam peperisti vitam; quoniam gaudium humano generi depluisti. Benedicta sint promanantia ex te dona, quibus divites facti sumus; benedictæ sint tam multæ illæ gratiæ, quibus gloriose coronati sumus. Non amplius damnationi subjicimur primorum parentum; non amplius maledictioni et corruptioni sumus obnoxii; non amplius nostri dominatur mors. Per te, et propter te, et ex te ista omnia. Tu etenim lacrymas a facie terræ prorsus abstulisti: tu creaturas universas omnigenis cumulasti beneficiis; tu cœlestia exhilarasti; tu salvasti terrestria; creaturam reconciliasti; Creatorem propitium reddidisti; angelos humiliasti; homines exaltasti: superna inter et hæc infima per te ipsam intercessisti mediatrix (22); et mirum in modum omnia in melius transmutasti. Multæ filiæ, multæ etiam matres fecerunt virtutem; tu autem vere vicisti et supergressa es universas.

ΛΓ'. Ταῦτά σοι, Δέσποινα, τὰ παρ' ἡμῶν προπεμπτήρια· ταῦτά σοι τὰ γέρατα τὰ ἐξιτήρια· ἀνθ' ὧν εὐπεποίηκας τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν· ἀνθ' ὧν ἡμῖν πᾶσι σωτηρίαν ἐπήγασας· ἀνθ' ὧν ζωὴν ἔτεκες· ἀνθ' ὧν χαρὰν ἔβλυσας τῷ γένει τῷ ἀνθρωπίνῳ. Εὖγε τῶν ἐκ σοῦ δωρημάτων, οἷς ἐπλουτίσθημεν· εὖγε τῶν πολλῶν χαρισμάτων, οἷς ἐδοξάσθημεν. Οὐκέτι προστίμοις προγονικοῖς ὑποκείμεθα· οὐκέτι δουλεύομεν ἀρᾷ καὶ φθορᾷ· θάνατος ἡμῶν οὐκέτι κυριεύει. Διὰ σοῦ ταῦτα πάντα, καὶ διὰ σὲ, καὶ ἐκ σοῦ. Σὺ γὰρ ἀφεῖλες πᾶν δάκρυον ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς· σὺ τὴν κτίσιν ἐνέπλησας παντοίας εὐεργεσίας· τὰ οὐράνια εὔφρανας· τὰ ἐπίγεια ἔσωσας· τὸ πλάσμα κατήλλαξας· ἐξιλάσω τὸν Πλάστην· τοὺς ἀγγέλους ὑπέκλινας· τοὺς ἀνθρώπους ἀνύψωσας· τοῖς ἄνω, τοῖς κάτω[c] δι' ἑαυτῆς ἐμεσίτευσας· μετεσκεύασας ἄριστα τὸ πᾶν πρὸς τὸ βέλτιον. Πολλαὶ θυγατέρες, πολλαὶ καὶ μητέρες ἐποίησαν δύναμιν· σὺ δὲ ὄντως ὑπέρκεισαι καὶ ὑπερῇρας πάσας.

XXXIV. Verum pauca hæc demum gratiarum potius actionis, quam supplicationis sint verba. Nos populus tuus, o totius mundi Domina, tua peculiaris hereditas; tua portio electa sumus. Tibi enim nos ille ultro dedit, qui ex te natus est, paternam dilectæ matri convenienter donans hæreditatem. Tu vero eximium donum servas, ac servare persistas; seu potius e converso, servare persistas, sicut et servas, et virtutem pariter contra adversantia omnia corroborans, atque itidem vitæ gressus usque in finem dirigens, et civitatem tuam, magnum hoc propter te et ubique celebre prodigium, quam uti Regina reginam tueris ac protegis,

ΛΔ'. Ἀλλ' οὗτος μὲν ἐπὶ πᾶσιν ὁ βραχὺς χαριστήριος, οὐ δ' ἱκέσιός τις· λαὸς ἡμεῖς σὸς, ὦ Κυρία τῆς κτίσεως, σὸς ἐξαίρετος κλῆρος, σὴ μερὶς ἐκλεκτή· σοὶ γὰρ φέρων ἡμᾶς ὁ ἐκ σοῦ τεχθεὶς ἔδωκε, πατρικὴν εἰκότως κληρονομίαν προσφιλεῖ μητρὶ χαρισάμενος. Σὺ καὶ σώζεις, καὶ σώζοις, τὴν καλὴν δωρεάν· μᾶλλον δὲ, τὸ ἀγχίστροφον, σώζοις, ὥσπερ καὶ σώζεις· τό τε κράτος ὡσαύτως· κατὰ πάντων κρατύνουσα, καὶ ὁμοίως εἰς τέλος ἰθύνουσα τὸ πολίτευμα· τήν τε πόλιν τὴν σὴν, τὸ διὰ σὲ μέγα θαῦμα τοῦτο καὶ περιβόητον, ἣν ὡς Βασιλὶς βασιλίδα συνέχεις καὶ περιέπεις· καὶ τὴν, ὅση ταύτης ὑπήκοος, τῇ μεγάλῃ χειρί σου κυβερνῶσα καὶ

[1] II Cor. I, 8 [i] Prov. xxxi, 29.

Variæ lectiones.

[a] Quæ sequuntur, sic paulo aliter in Vat. πάντων τῶν εὐεργέτιδος ταύτης. [b] Vat. in marg. οἱ ἐπίλοιγα. [c] Laur. abest τὰ. [d] Cod. Laur. hunc sermonem his paucis absolvit: Τοῖς ἄνω, τοῖς κάτω σὺ ὑπάρχει; ὁ ἐξοικονομήσας τὴν ἑνότητα· καὶ διὰ σοῦ ἐγνώκαμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν

Notæ.

(21) Act. xvii, 28. Habes autem hoc loco doctrinam illam, quam toties etiam ab Isidoro Thessalonicensi propositam cernimus, videlicet Virginem Deiparam quodammodo causam exstitisse cur Deus hanc rerum universitatem conderet.

(22) Cum aperte hic agatur de causa totius humani generis propria, communis autem omnium hominum causa sit nulla præter crimen ab Adam propagatum; extra causam ergo fuit beata Virgo; neque enim eodem crimine obstricta potuisset *per se mediatrix intercedere*.

Digitized by Google

κατευθύνουσα· ἐν ἀπινδύνῳ τε μάλιστα τὰ κοινὰ καθιστῶσα κἂν ἀντίπαλόν τι προσβάλοι· κἂν ἑτέρως ἀβούλητον, αὐτὴ τὸν σὸν τρόπον, ὃν οἶδας, ὃν εἴωθας, μετιοῦσα τὸν κίνδυνον· καὶ τὸ διοχλοῦν ἀζημίως καὶ ἀβλαβῶς ἀποτρέπουσα· ἵν' οὕτως ἡμῖν πανταχόθεν τὸ ἀσφαλὲς διὰ τὴν σὴν χάριν ἔχουσιν, ἐξῇ μεγαλύνειν σε καὶ δοξάζειν ἀεὶ τὴν τὸ γένος ἡμῶν ὑπερφυῶς μεγαλύνασαν· ὅτι σοι πᾶσα δόξα πρέπει καὶ τῷ σῷ τόκῳ σὺν Πατρί τε καὶ Πνεύματι νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A simulque universam, quæ ei subjicitur, ditionem (a) manu tua præcelsa gubernans ac prospere regens, atque ante omnia rempublicam in tuto constituens, et si quid adversum, si quid utcunque inopinatum impendeat, ipsa more tuo, quo scis, quo consuevisti, periculum solvens, et quidquid conturbet, sine damno et sine noxa avertens; ut sic nobis securam undique tranquillitatem gratia tui adeptis liceat, te, quæ genus nostrum tam admiranda ratione magnificasti, magnificare ac glorificare semper, quoniam tibi gloria omnis decet ac Filio tuo simul cum Patre ac Spiritu nunc et in sæcula Amen.

(a) Non levem hæc possent injicere suspicionem, postremam hanc sermonis partem esse addititiam; Euchaitarum enim urbs, quam Joannes noster regebat, nuspiam nota fuit uti *prodigium magnum et ubique celebre*, nec multis opus est, ut suadeatur, hoc loco Constantinopolitanam prorsus urbem designari. Huic vero suspicioni magnam vim addere videtur Laurentianus codex, a quo ista omnia absunt. Verumtamen deficit hujus argumenti robur, si utriusque codicis rationem inspicias. Laurentianus enim profert homiliarium, in quo plures diversorum auctorum sermones ad usum cujuspiam Ecclesiæ collecti cernuntur; Vaticanus vero nihil exhibet, nisi collectionem opusculorum nostri Joannis, carmina scilicet, epistolas, et homilias. Manifestum est autem, suspicionem interpolationis B facilius cadere in homiliarum cujuspiam Ecclesiæ, a quo ea amputantur, quæ minus ad rem faciunt, quam in codicem, in duo apposite cujuspiam Scriptoris opera simul collecta fuerint. Accedit quod, si fides habenda iis est, quæ ipsemet adnotata vidi a præclariss. viro *Angelo Maio*, Vaticanus codex ipsi auctori cœvus dicendus est: ex quo fit ut minus verisimilis interpolatio hujus videatur. Quod vero ad illa spectant, quæ homiliam in urbe regia, non autem in Euchaitarum oppido dictam suadent, genuina haberi possunt, si quis putet, Joannem hanc orationem non in Ecclesia sua, sed in Constantinopolitana urbe, cum forte ibi versaretur, habuisse. Et reipsa Joannem Constantinopoli esse moratum, et plurimum ibidem auctoritate valuisse, in Præfatione innuimus.

JOANNIS

METROPOLITANI EUCHAITENSIS

VERSUS IAMBICI

IN PRINCIPALIUM FESTORUM PICTAS IN TABULIS HISTORIAS ATQUE ALIA VARIA

CURA MATTHÆI BUSTI, ETONENSIS,

IN LUCEM EDITI

(Etonæ, in collegio Regali, excudebat Joannes Norten, in Græcis, etc., Regius Typographus, 1610, 4°.)

REVERENDISSIMO IN CHISTO PATRI AC DOMINO,

DOMINO

RICHARDO CANTUARIENSI ARCHIEPISCOPO TOTIUS ANGLIÆ PRIMATI ET METROPOLITANO.

—

Quod in laudatissima illa Atheniensium republica (reverendissime domine) ex præscripto legis facere tenebantur inquilini, idem in re litteraria jam diu obtinuisse, patronumque huic peregrino et exsuli quam primum quærendum esse intelligo. Nam neque tam elegantem libellum cum summa auctoris et litteratorum injuria penitus supprimere unquam libuit, neque ita in lucem emittere, ut tanquam surreptitius civis ἀποστασίου δίκην possit sustinere. Et quoniam hujus scriptoris rationibus optime consultum esse cupio, non placet in patrono eidem prospiciendo, temere et sine omni delectu versari. Sacas quidam apud Xenophontem dum gratiam apud aliquem spectatæ virtutis virum inire studet, eximiæ bonitatis equum, et nuperrime cursu

Digitized by Google

victorem, libenter illi se donaturum professus est, quem gleba in confertissimum militum globum conniventibus oculis emissa fortuito contingeret. Anceps quidem ista et plena periculi sortitio, quæ tamen hominem non fefellit, utpote quem Cyrus ad eam exercitus sui partem converterit, in quam si vel clausis oculis collimasset, a viro forti non posset aberrare. Quod si ego similiter fortunæ aleam experiri (præsertim in tam mira paucitate eorum qui ista ex animo curant, atque amplexantur) illumque huic advenæ patronum adoptare vellem quem casus obtulisset, periculum fore videtur, ne nihilo tutius hospitium eidem obtingeret, quam hirundini, quam Archias in Græco epigrammate sub Medeæ statua nidificantem facit, et humanitatem erga peregrinos inde sibi pollicentem, ubi tanta in domesticos atque conjunctissimos exstitisset immanitas. Si vero vel tantillum apud me cogitare velim, non erit arduum dispicere, cui potissimum hoc, quidquid est prisci operis, nuncupare debeam. Tu enim (reverendissime Pater) qui nunc publico Ecclesiæ bono feliciter prospiciens, ὅμοις ἐρείδεις οὐκ εὐάγκαλον βάρος, tu, inquam, statim occurris, et animo obversaris meo : ad quem cum Gregorius nuperrime, ut debuit, diverterit, æquum profecto est ut noster hic Joannes, qui et olim diœceseos Constantinopolitanæ fuit, et nunc iisdem typis excusus prodit, Constantinopolitanum patriarcham, et dominum suum comitetur, ejusque vestigia studiose observet. Quod quidem ut commode facere possit, tibi humiliter supplicare, et, sub tui nominis auspiciis, in publicum prodeundi, desiderio mirifice gestire jamdudum visus est : exactoque jam fere menstruo, post absolutum Gregorium, spatio, velut exosus longiores sub prælo moras, nunc denique τὰ δεσμὰ ῥήξας κροαίνει κατὰ πεδίων, et contento cursu ad suum fertur Gregorium. Et feratur sane, idque studio quam maxime velit impotenti atque effrenato, modo prius et grati animi testimonium de seipso, et restitutæ sibi nunc denique vitæ, de domino Henrico Savilio, viro illustrissimo, et ad propagandas litteras nato, perhibeat : per quem unum stetisse videtur, quominus huic misello in tenebris perpetuo obdormiendum esset. Neque enim sperandum unquam fuit, ut hanc gratiam impetraret παρὰ τῶν παρ' ἡμῖν ταύτης τῆς ἐργασίας προεστηκότων, quorum plerique Græci hominis artificio minime capiuntur, sed illa potius amplexantur quæ Mercurii institoris, quam Saturni fano aptiora videbuntur. Quanquam, non tam vehementer huic exoptandum unquam fuit, ut typis evulgaretur, utpote qui vel otiosissimis etiam vanissimorum hominum scriptis pateant, neque lucem post diuturnas tenebras aspicere tam jucundum putavit, quam honorificum et gloriosum cum sanctis hisce Patribus nascendi societate conjungi. In hoc vero præcipue exsultat et triumphat serio, et Chrysostomo post aliquod tempus in publicum processuro, officiose præcurrere gestit, carminibusque in ejusdem honorem jam olim compositis, quasi corollis quibusdam floribusque vias consternere. Hunc sane tantum honorem egregio illi viro acceptum refert, cujus beneficio habet, ut nobili hoc prælo cohonestetur. Quem quidem si humana voce affari posset, procul dubio, in illas tragici poetæ voces erumperet, Ζηλῶ γέ σου μὲν Ἑλλάδ', Ἑλλάδος δέ σε. Cæteru vero omniaquæ in istum cadere possunt ornamenta reverendissimæ paternitati vestræ debebit. Hunc enim hominem ignotum in clientelam tuam humiliter se conferentem, ut spero, non aspernaberis, neque divelli sines a suo Gregorio, qui huic nostro Joanni semper visus est ὥσπερ ἐξ οὐρανοῦ προκύπτων φθέγγεσθαι. Ita enim ipse loquitur in oratione quadam, quam in bibliotheca sua servat dominus Savilius, suo tempore lucem aspecturam. Et sane vel solo tantæ pietatis nomine dignum hunc putaverim patrocinio tuo : non quod pusillum hunc ἰαμβειογράφον eum esse unquam crediderim, qui pari passu cum summis Ecclesiæ luminibus possit incedere : quid enim tanta vecordia posset esse furiosius? Imo vero absit ut ego, quantum huic homini tribuendum, aut in qua demum classe censendus sit, definendi potestatem mihi arrogem. Liceat impune aliis ἑλληνοδίκας ἑαυτοὺς ἀντὶ θεατῶν ποιεῖσθαι, aut potius judicent οἱ τὰ τῆς Ἑλλάδος γλώττης συγκεχροτημένοι. Sed quanquam facile crediderim fieri posse ut hic quem ego valde probo, illis non perinde placeat ;

οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς
Φαῦλοι παρ' ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγει,

(ut pulchre Euripides in Hippolyto*), tamen et horum etiam calculo hunc comprobatum iri confido. Quem quidem ut minori cum fastidio possint aspicere, Græce solummodo excudendum judicavi : neque instar Virgiliani Mezentii exsangue et putidum Latinæ versionis cadaver Græco poetæ animato et vivido alligare sustinui : quod quidem dum faciunt nonnulli præsertim in poetis, verendum est ne, ut quidam e veteribus, cum ignem cremandis mortuorum cadaveribus pollui crederet, graviter commotus Prometheum ad opem ferendam advocasse perhibetur, ut ignem quem de cœlo clepserat, pari furto mortalibus (si posset) subduceret : consimiliter etiam exsistat aliquis, qui typographiæ inventorem subinde inclamare velit, ut beneficium hoc suum ad usus indignos traductum reposcat sibi, et saltem ad tempus retrahat. Mihi vero hoc solum negotii dari credidi, ut codicem meum, impeditissimum illum quidem et longe depravatissimum, a mendis, quoad fieri potest, repurgatum exhibeam : in quo si tibi (reverendissime archipræsul) operam meam probavero, me universo hoc negotio plenissime defunctum esse, et laboris fructus uberrimos percepisse arbitrabor. Sed sentio me justo longiorem fuisse ; quare, quod unum restat, Deum optimum maximum obtestor, ut te Ecclesiæ suæ incolumem quam diutissime præsture dignetur.*

Reverendissimæ Paternitati vestræ deditissimus
MATTHÆUS BUST.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI. S.

Non exspectabis, amice lector, dum ego libelli hujus elegantiam verbis prædicem : qui quidem si propria et nativa pulchritudine destitueretur, fortasse verborum lenocinium non invitus admitteret, et subdolarum mercium more, mangonio prælini se haud moleste ferret. Hic vero seipso contentus fucum aspernatur, sibique apud candidum lectorem omnia fausta pollicetur, si modo deterso hoc situ in quo per tot sæcula misere deformatus jacuit, quam emendatissimus in publicum prodeat. Huic sane negotio insudasse me fateor, perfecisse quod volebam non audeo dicere. Quod enim Menelaus apud Euripidem Oresti, idem ego huic nostro Joanni jure possum occinere..... οὐ γὰρ ῥᾴδιον λόγχῃ μιᾷ Στῆσαι τρόπαια τῶν κακῶν ἃ σοι πάρα. Neque exspectandum mihi erat ut unius ejusdemque depravatissimi codicis beneficio omnes quæ hic reperiebantur maculæ penitus eluerentur. Satis profecto erit, si pauca admodum restent, quæ alterius exemplaris ope indigere videantur : quod quidem (ut spero) exitus ipse comprobabit. Hoc certe profiteor, sedulo me cavisse, ne critica πολυπραγμοσύνῃ plagam ullam infligere,a ; neque enim committendum putavi, ut, nisi ubi necessitas ipsa flagitaret, ab exemplari discederem. Manifesta et crassa librarii errata, quæ in hoc tam minuto libello erant valde numerosa, piguit annotare. Cætera, de quibus ambigere quis jure posset, loco movere non sustinui. Illud vero de quo præcipue te admoneri cupio, hoc unicum est. Ordinem quem in manuscripto codice reperi, a me prorsus immutatum esse scito, aut potius, omnia quæ prius valde confusa erant, in hunc, quem vides, ordinem redacta esse (a). Neque enim volui in re tam explorata, aut judicio meo diffidere, aut vereri ne factum hoc meum tibi probare non possem. Quem quisque versus locum in manuscripto codice occupavit, numeri in margine appositi indicant : quorum seriem toties interruptam miraris sat scio : verum ne in eorum ordine pervestigando, frustra te fatiges et torqueas, rem totam ita expedire visum est. Quoties numerorum ordinem interruptum animadvertes, recurre statim ad notas quæ illi paginæ respondent, ibi enim locum designatum habes, in quo sine majori molestia illa reperies quæ in exemplari proxime sequebantur. Hac ego serie disposita in manuscripto codice reperi omnia, quæ si erudito cuiquam placere, aut commodum aliquem sensum suppeditare poterit, causam non dico, quin apud omnes litteratos reus peragar, ὡς αὐτοσχεδιάζων εἰς τὰ τῶν Ἑλλήνων ὑπομνήματα. Octo enim immanes hiatus videbis ; qui quidem omnes in meo codice non longe aberant a paginæ medio, non asterisco, non alia quavis nota conspicui, sed sententiæ mutilatione satis manifesti. Lectorem enim in media periodo pendentem plerique destituunt, et repente in alterius periodi a priore prorsus alienæ medium præcipitant. Hujus tantæ confusionis originem in alio priori codice manuscripto exstitisse conjicio : in quo quidem chartæ omnes, præter primam et ultimam confusæ, atque ordine præpostero compactæ fuisse videntur. Hinc dum imperitus nescio quis librarius codicem hunc meum describit, neque eumdem versuum numerum quem τὰ ἀπόγραφα habebant, unicuique paginæ attribuit, has mihi tenebras offudit, quibus certe aliquandiu oppletus scriptorem hunc pro deplorato habui : tandem vero, divina gratia adjutus, dispuli, hujusque libelli membra tam misere divulsa ad hunc modum digerenda esse perspexi. De his te præmonendum putavi, mi Lector : tu nostris conatibus fave, et vale. E collegio Regali Cantabrig.

(a) In Cæsareo codice, quem Lambecius (*Comment. de Bibliotheca Cæsarea*, lib. p. I, 149) describit, eam cernere est ordinis perturbationem quam Bustus in suo codice lamentatur et pro viribus emendare studuit. Unde apparet, ab eodem archetypo deductum esse utrumque, et Lambecii scilicet et Busti exemplar, aut ipsorum alterum alterius esse apographum

Digitized by Google

*ΕΙΣ ΠΙΝΑΚΑΣ [1] ΜΕΓΑΛΟΥΣ ΤΩΝ ΕΟΡΤΩΝ

ΩΣ ΕΝ ΤΥΠΩ ΕΚΦΡΑΣΕΩΣ

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΕΥΧΑΙΤΩΝ

Διὰ στίχων ἰαμβικῶν.

—

IN MAGNAS FESTORUM TABULAS

PER MODUM EXPOSITIONIS

COMMENTARIUS JOANNIS

SANCTISSIMI EUCHAITARUM METROPOLITANI

Versibus iambicis.

—

Πρόγραμμα εἰς τὴν ὅλην βίβλον.

Πάλαι διδαχθεὶς ὡς ἄριστον πᾶν μέτρον,
Τὰ τ' ἄλλα πάντα μετριάζω, καὶ λόγους·
Οἱ γὰρ περιττοὶ τῶν περιττῶν εἰκότως

Programma in totum librum.

Olim edoctus optimam esse cunctam mensuram,
velut alia cuncta, sermones metior. Qui enim excedunt, excedentibus operibus ac sermonibus uti

Matthæi Busti notæ.

De auctore quidem ipso pauca admodum sunt quæ dicenda occurrunt, utpote de quo altum ubique silentium, cujusque nomen nec Gesnerus, neque alii qui bibliothecas nobis concinnarunt, vel fando unquam accepisse videntur. In ipso codicis mei frontispicio ista reperi, scripta quidem summo artificio in quibus tamen Hellenismum non præstabo. Οὗτος ἦν ἐπὶ βασιλέως Ῥωμαίων Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου καὶ Ζωῆς τῆς βασιλίσσης· ἔτη δὲ τὸ ἀπὸ τότε συντείνει ἑξηκοντατέσσαρες πρὸς τοῖς πεντακοσίοις. Ἀνὴρ δὲ σοφώτατος καὶ ἁγιώτατος ὤν, συνέγραψε πλείους τῶν λόγων, καὶ ἐπιστολάς, καὶ στίχους ἰαμβικούς, καὶ ἄλλα πολλὰ λόγου καὶ χάριτος ἄξια, καὶ πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐξεπαίδευσε πεπληρωμένος ὢν τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος χάρ-

stantino Monomacho, et imperatrice Zoe. Exinde autem anni extenduntur sexaginta quatuor supra quingentos. Cum vero sapientia et sanctitate vitæ in primis excelleret, conscripsit plures orationes et epistolas et versus iambicos, aliaque multa, digna quæ laudentur grataque habeantur : multos insuper homines pie erudivit, utpote repletus gratia Spiritus sancti (a). Verum ista fere omnia non alinnde desumpta esse videntur, quam ex hoc ipso libro. Statim

(1) *Εἰς πίνακας.* Titulum sortitus est hic libellus a parte magis nobili quam magna, in qua solemniorum festarum depictas in tabulis historias pigmentis in ævum pertinacibus exornat, quæque (nisi fallor) ætatem diu et solem perlatura sunt.

(a) Hoc elogium, uti patet ex annorum supputatione, non est antiquissimum; imo Bollandiani (*In Comm. de tribus Dorotheis*, Junii, tom. I, p. 504) opinantur, illud auctorem habere *Andream Darmarium Epidauriotam*, qui et tanquam codicis exscriptor ibidem adnotatur. Matthæus Bustus autumare se dicit, *ista omnia non aliunde desumpta esse videri, quam ex hoc ipso libro* (videl. ex versibus iambicis); *statim enim*, inquit, *inter legendum in oculos incurrunt*. Verum necesse non est, ut hanc Busti conjecturam amplectamur, easque Joannis laudes unico carminum ipsius testimonio inniti putemus. Namhæc eadem legimus in Græcorum Menæis, et quidem ea reperio in Veneta illa Menæorum editione, quæ cum prodierit anno 1531, epocham elogii scripti in codice *Andreæ Darmarii* aperte antecedit. In his dum enarratur (Januarii die XXX *in Synaxario*), quæ occasio ac ratio impulerit ad sanctos doctores Basilium Magnum, Nazianzenum Gregorium et Joannem Chrysostomum die XXX Januarii simul honorandos, reperis Joannem Euchaitensem, cui tres SS. doctores apparuisse feruntur, omnigena doctrina et virtutis eminentia summopere commendatum. Ὀπτάνονται (ita Menæa de tribus illis SS doctoribus) οἱ μέγιστοι οὗτοι, καθ' ἕνα πρότερον, εἶτα καὶ ἅμα, ὕπαρ οὐκ ὄναρ, τῷ τότε τῆς Εὐχαΐτων πόλεως τῶν ἱερῶν ἐξηγουμένῳ, Ἰωάννῃ τ ῷ πάνυ, ἀνδρὶ τ' ἄλλα μὲν ἐλλογίμῳ, καὶ παιδείας ἑλληνικῆς οὐκ ἀμαθῶς ἔχοντι, ὡς τὰ αὐτῷ πονηθέντα δείκνυσιν, ἀρετῆς δὲ εἰς ἄκρον ἐλληλακότι. *Sacro Euchaitensis urbis antistiti, Joanni illustri viro, cum propter alia celebri, tum disciplinis græcis, cicut scripta ejus fidem faciunt, non inerudito, et ad sublime virtutum provecto, summi illi* (tres SS. doctores) *primum quidem singuli scorsim, deinde vero simul omnes non per somnium, sed in visione conspiciendos se præbent.* Quanta vero existimatione et auctoritate in ipsa Constantinopolitana civitate Joannes polleret, ostendunt quæ inibi sic leguntur : Ὁ δὲ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ ἀναστὰς, ὁ Εὐχαΐτων δηλαδὴ Ἰωάννης, καθὼς οἱ ἅγιοι εἰσηγήσαντο, διεπράξατο· τό τε πλῆθος καὶ στασιάζοντας καταστείλας (ἐδόκει καὶ γὰρ ἐπ' ἀρετῇ διαβόητος ὁ ἀνὴρ) τὴν ἑορτὴν ταύτην παρέδωκε Ἐκκλησίᾳ ἑορτάζειν ἱερῶ. *Surgens autem vir ille divinus, Euchaitensis nimirum Joannes, fecit sicut beati illi præceperunt; et cum multi-*

Digitized by Google

Χρῆζειν δοκοῦσι πραγμάτων τε, καὶ λόγων·
Ἐμοὶ δὲ μικρῷ πραγμάτων μικρὸς λόγος,

Καὶ τῶν λόγων οὖν μικρὸν ἀρκείτω μέρος,
Εἰς δεῖγμα, καὶ γνώρισμα τῶν ὅλων λόγων,

jure videntur. Mihi autem operibus parvo parvus sermo sermonumque certe parva pars sufficiat, in argumentum ac expositionem omnium sermonum, quos sæpe scribens frustra laboravi. Omitto namque

Matthæi Busti notæ.

statim enim inter legendum in oculos ineurrunt. Semel fortasse in hujus nomen incidisse videor : nimirum in libro III *Juris Græco-Romani*, ἐν ᾧ περιέχονται ἀποφάσεις συνοδικαί, pag. 215. Ibi enim inter alios episcopos habetur καὶ ὁ Εὐγανείας Ἰωάννης, sub Nicolao III patriarcha Constantinopolitano, et sub imperio Alexii Comneni. Atque hic sane idem esse poterit cum hoc nostro, si modo temporum intervalla patientur. Nam ab obitu Constantini Monomachi, quem hic deplorat, usque ad Nicolaum III patriarcham Constantinop., triginta anni fluxerunt. Quod vero pro Εὐχαΐτων habes Εὐχανείας, hoc neminem commovere debet : unam enim eamdemque urbem utroque nomine designari certum est : utcunque Abrahamus Ortelius, vir doctissimus, in illo suo *Thesauro Geographico* duas distinctas facit, et Euchaniam urbem fuisse scribit circa Constantinopolim, quæ postea Theodoropolis dicta fuit, Cedreno teste. Et sane fuisse juxta Constantinopolim urbem quamdam, nomine Theodoropolim, haud plane negaverim : ex qua fortasse fuit ille Gregorius, qui synodo Nicænæ secundæ interfuit. Verum illam longe aliam esse constat ab hac nostra, quæ ducentis annis post synodum Nicænam secundam Theodoropoleos nomine celebrari cœpit, sub imperio Joannis Zimiscæ. Ille enim ut Theodoro martyrii gratiam referret, ob præstitum ipsi (ut vulgo creditum est) in prælio contra Barbaros auxilium, ναὸν ἐν ᾧ τὸ θεῖον αὐτοῦ ἀπόκειται σῶμα ἐκ βάθρων κατεβαλών, μέγαν τε καὶ κάλλιστον ᾠκοδόμησε, μεγαλοπρεπεῖς αὐτῷ κτήσεις προσαπορίσας, ὃν καὶ ἀντὶ Εὐχανείας Θεοδωρόπολιν κατωνόμασε, ut scribit Cedrenus in Joanne Zimisca. Idem attestatur Zonaras verbis paululum immutatis, et simul totum hoc quod volumus uno verbo conficit, dum Euchaniam cum Euchaitis aperte confundit, tom. III in Joanne Zimisca : Ναὸν αὐτῷ κατὰ τὴν Εὐχάνειαν, ἢ Εὐχαΐτα, περικαλλῆ ἐδομήσατο, τὸν πρώην καταβαλών, ἐν ᾧ τὸ πολύαθλον ἐκείνου σῶμα κατέθετο, καὶ τὴν πόλιν ἀντὶ τῆς προτέρας αὐτῆς κλήσεως Θεοδωρόπολιν ἐπωνόμασεν. Præterea Nicephorus Callistus *Ecclesiasticæ historiæ* libro VII, cap. 44, Theodori martyris corpus Euchaiten delatum esse scribit, atque ibi insigni templo cohonestatum.

Atque hoc ipsum noster hic Joannes haud obscure innuere videtur, pag. 47, ubi de Euchaitis agens, τὴν μάρτυρος πόλιν vocat, et similiter pag. 69, iis verbis, τῷ προστατοῦντι τοῦ τόπου στεφηφόρῳ. Sed tamen occurrit quædam difficultas, quæ quidem talis est, ut quemlibet facile conturbare possit, et Abrahami Ortelii, viri diligentissimi, lapsum merito excusare debeat. Hanc dissimulare haudquaquam placet. Libro enim III *Juris Græco-Romani* (qui primus est Scutentiarum synodalium) inter alios metropolitanos patriarchæ Constantinopolitano subjectos, qui ibi ordine (sed sub incertis patriarchis descripto) recensentur, sedes quinquagesima prima assignatur Euchaitis, inter Novas Patras et Amastridem, et sedes 64 Euchaniæ, unde necessario sequi videtur Euchaita et Euchaniam non esse eamdem metropolim. Ego tamen confidenter affirmo codicem hic mendosum esse, et Euchaita in sedem 51 per librarii inscitiam irrepsisse.

Nam Curopalates in libro De officiis Magnæ Ecclesiæ, dum docet quo ordine se olim haberent metropoles subjectæ throno patriarchæ Constantinopolitani, et ex quibus sedibus in quas mutatæ essent ex institutione Andronici Palæologi senioris, apertissime scribit Euchaitorum metropoli sedem 64 olim assignatam fuisse (quæ libro III *Juris Græco-Romani* Euchaniæ ascribitur) eamdemque metropolim postea sub imperio Andronici Palæologi ad sedem 76 devenisse. Et quamvis in aliis fere omnibus cum ordine illo veteri sub incertis patriarchis descripto exacte quadret, tamen 51 sedem, quam Enchaitis in libro III *Juris Græco-Romani* assignatam esse diximus, Sebastopoleos metropoli ascribit. Verum hinc procul dubio factum est ut Enchaitorum metropolis in illo libro III supra dicto sedem 51 per vitium obtineret, quod scilicet jam ante ex descriptione multo antiquiore per imperatorem Leonem Philosophum facta, eamdem sedem inter Novas Patras et Amastridem obtinuisset, ut constat ex libro II *Juris Græco-Romani*, qui est De novellis imperatoriis. Has enim vicissitudines experta est hæc metropolis, imminuta paulatim loci dignitate Barbarorum incursionibus, quibus ex ipso situ opportuna erat. Plinius enim, libro VI, cap. 17, Scythiæ populis annumerat. Justinianus vero paulo distinctius in novella 28 inter urbes Helenoponti provinciæ in Asia Minori non incelebris a Constantini matre sic dictæ enumerat : Et Damascenus monachus Studites, qui lingua Græca vulgari sive barbara Sanctorum historias conscripsit, hanc ipsam collocat περὶ τὴν Μαύραν θάλασσαν, id est pontum Euxinum : ita enim recentiores et Barbari Græci mare illud appellant. pro ἀμαυρὰν (præcisa prima littera, ut solent) ob cœlum ibi nebulosum, ut docet Martinus Crusius in Annotationibus ad lib. III *Turco-Græciæ* suæ. Hæc tamen intercedere potest differentia inter hæc duo nomina, ut Euchania urbem significet, Euchaita vero et urbem et πᾶσαν τὴν περίχωρον, sive παροικίαν, ut habetur pag. 47. Nunc (credo) sepulta jacet hæc metropolis inter illa 4 urbium millia, quarum cadavera hodie in Asia Minori monstrari dicuntur. Atque hæc de ipsa metropoli, atque etiam de ipso auctore qui inde nomen suum accepit.

tudinem atque contendentes compescuisset (etenim insignis erat ob famam virtutis), hanc in Dei honorem solemnitatem celebrandi Ecclesiæ auctor fuit. Dixi autem, Joannem ejusmodi auctoritate Constantinopoli potitum esse; nam hæc in Constantinopolitana urbe evenisse sub Alexio Comneno, diserte hisce verbis ipsa præmittunt Menæa (*loc. cit.*): Ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ὃς μετὰ τὸν Βοτανειάτην τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἐδέξατο, ἐν Κωνσταντινουπόλει στάσις γέγονε παρὰ τῶν ἐλλογίμων καὶ ἐναρέτων ἀνδρῶν κ. τ. λ. *Regnante Alexio Commeno, qui post Botoniatem imperii sceptrum accepit, contentio exorta Constantinopoli est inter viros doctrina ac virtute præstantes*, etc. His vero, quod majoris est momenti, accedit Joannis nostri encomium, quod a juniore Michaele Psello conscriptum commemorat Le Quien cum hoc titulo : Ἐγκώμιον εἰς τὸν θεοσεβέστατον μητροπολίτην Εὐχαΐτων καὶ Πρωτοσύγκελλον, illudque in codice Reg. 1837 asservari affirmat. Pretium fuerit operæ hic perscribere, quæ pauca ex illo encomio idem Le Quien collegisse videtur : *Hunc*, inquit, *pastoralibus muneribus excelluisse ait Psellus, ut, quamvis non politica admodum aut seculari scientia, attamen eloquentia, quæ ad Isocratis characterem accederet, philosophia præsertim christiana ac theologia ita claruerit, ut Gregorius alter esse videretur.* (Ant. Ballerini, *Præf. ad Euchaitæ homiliam supra editam.*

Digitized by Google

Οὓς εἰς κενὸν κέκμηκα πολλάκις γράφων.
Ἐῶ γὰρ εἰπεῖν οἷς ἐχρησάμην λέγων.
Τίς γὰρ περισσεία τε, καὶ τί τὸ πλέον
Ἐν παντὶ μόχθῳ τῷ βροτοῖς μοχθουμένῳ;
Κἂν πολλὰ φυσήσωσιν ἐν τῷ νῦν βίῳ,
Λέγοντες, ἢ γράφοντες εἰς ἀπληστίαν,
Ὄμβρου; ἀμέτρους ἐκχέοντες ῥημάτων,
Βροντῶντες, ἀστράπτοντες ἐξ εὐγλωττίας.
Πλεῖστον μὲν ὕψος οὐρανοῦ, καὶ γῆς βάθος,
Πλείστη δὲ τούτων εὐρυχωρία μέσον.
Πνείτωσαν εἰς ἄπειρον· ἄφθονος τόπος,
Οὐδεὶς στενώσει τήνδε τὴν ἀπειρίαν.
Πολλὰς φορὰς ἤνεγκεν ἤδη πνευμάτων,
Πλείους δ' ἐνεγκεῖν ἐστιν ηὐτρεπισμένη,
Ἕως [1] ἀποπνεύσωσιν ἐσχάτην μίαν,
Ἕως λυθῶσιν εἰς ἀδηλίας χάος,
Μηδὲν κατορθώσαντα πλὴν κενοὺς πόνους.
Ἀλλ' οἱ μὲν ὡς θέλουσιν· οὐδεὶς γὰρ φθόνος.

A

Ἐγὼ δὲ τούτους ἐξελὼν μου τοὺς λόγους,
Πολλῶν ἀπ' ἄλλων ἐμμέτρων, οὐκ ἐκ μέτρων,
Μόνους φέρων δίδωμι τοῖς λόγων φίλοις,
Ὡς γεῦμα μικρὸν δαψιλοῦς ἀνθοσμίου·
Οἷς ἡδονὴ γένοιτο ταῦτα μετρία.
Κόρος δ' ἀπέστω, καὶ μέθη, καὶ ναυτία.
Ἔχοντες οὖν μοι τοὺς βραχεῖς [2] φίλου λόγους,
Αὐτοὶ δι' ἔργων μᾶλλον ἢ μακρῶν λόγων,
Εὔχεσθε πᾶσιν εὐαρεστεῖν τὸν φίλον,
Πλέον δὲ πάντων τῷ λογιστῇ, καὶ λόγῳ.
Ὃ κἂν [3] μόγις (2) γένοιτο πραγμάτων λόγος.
Ὃς ἔργα σώζων ἐκπυρὸς τὰ σὺν λόγῳ,
Εἰς καῦσιν ἐκδίδωσιν ἀπράκτους λόγους,
Ὡς χέρτον, ὡς ἔρημον ἰκμάδος ξύλον.
Ἔγωγε τοίνυν ἔργα τῷ λόγῳ φίλα
Φέροιμι, καὶ λάβοιμι τὴν σωτηρίαν.
Λόγων δὲ πολλῶν, καὶ γραφῶν ἄλλοις μέλοι.

B

de illis loqui, quibus dicendo usus sum. Quænam enim exuberatio et quænam superfluitas in omni labore a mortalibus sustentato? Multum siquidem tument in hac præsenti vita, insatiabiliter dicentes ac scribentes, imbres verborum immensos fundentes, ex facundia tonantes et fulgurantes. Maxima quidem est cœli celsitudo terræque profunditas, maxima vero inter illa distantia. Suffient in immensum: amplus est locus: nemo coarctabit hanc immensitatem. Multas jam flaminum undas tulit; plures autem est ferre parata, donec ultimam spirent auram, donec solvantur in tenebrarum chaos, nihil inde præter vanos labores percepto. Sed isti sicut volunt faciant: nulla enim invidia.

Ego vero istos excerpens meos sermones, multis ex aliis mensuratis, non immensis, solos, ut variorum fragrantiumque florum delibationem, sermonum amicis offero, modicam voluptatem allaturam. Absint vero satietas, ebrietas et nausea. Habentes igitur hos breves amici sermones, ipsi magis operibus quam longis sermonibus, orate ut cunctis acceptus sit amicus, maxime vero omnium moderatori et verbo, cui saltem operum ratio habeatur. Qui opera cum ratione facta salvificans, inutiles sermones ut fœnum et carens humore C lignum, in combustionem tradit. Ego quidem igitur opera verbo cara feram accipiamque salutem. De multis autem sermonibus ac scriptis alii curent.

ΕΙΣ ΠΙΝΑΚΑΣ ΜΕΓΑΛΟΥΣ ΤΩΝ ΕΟΡΤΩΝ

ΩΣ ΕΝ ΤΥΠΩ ΕΚΦΡΑΣΕΩΣ.

IN MAGNAS FESTORUM TABULAS PER MODUM EXPOSITIONIS.

Α'. *Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ Γέννησιν.*
Τί τοῦτο; φῶς ἤστραψεν ὡς ἐξ αἰθέρος,
Ἀὴρ δὲ μεστὸς μουσικῆς συμφωνίας.
Πρόσχωμεν, ὡς μάθωμεν. Ὦ μυστηρίου·
Παρεμβολή τις ἀγγέλων κράζει μέγα,
Θεῷ, λέγουσα, δόξα τῷ σαρκουμένῳ.
Καὶ πῶς Θεὸς σάρξ; ποῦ τὸ θαῦμα; καὶ πόθεν·
Τὸ θαῦμα ποῦ; Βάδιζε σὺν τοῖς ποιμέσι

I. *In sanctam Christi Nativitatem.*

Quid istud? Lumen ex æthere splenduit, aer vera musica symphonia repletur. Accedamus, ut discamus. O mysterium! Agmen angelorum magna D voce clamat, Deo, dicens, gloria Incarnato. Et quomodo Deus caro? Ubi et unde prodigium? Ubi prodigium? Vade cum pastoribus, qui, dum hæc festinant, greges deserunt. Istis adjunctis im-

Matthæi Busti notæ.

[1] γρ. ἀποπνεύσουσιν ἕως. [2] γρ. φίλους. [3] γρ. λόγος.

(2) Ὃ κἂν μόγις. Pro λόγος reposui μόγις: illud enim sententiam aut nullam habet, aut perdifficilem: hoc contra satis apertam: et facilis est unius elementi transitus in alterum μ in λ et vicissim: ut passim videre est, et demonstratur exemplis a Gulielmo Cantero in libro De Ratione emendandi Veter. Græc. script.

Digitized by Google

Ἐκεῖ γὰρ αὐτοῖς, ὡς ὁρᾷς, ἡπειγμένοις
Καταφρόνησις γίνεται τῶν θρεμμάτων·
Τούτοις συνελθὼν, ἐμφοροῦ μοι τοῦ πόθου.
Ἄντρον θεωρεῖς, ἄντρον ἠμελημένον,
Ἐν ᾧ φάτνη τις, καὶ βρέφος, καὶ παρθένος.
Θεὸς πένης, ἄοικος, ἐν φαύλῳ ῥάκει,
Εἰς φῶς προελθὼν ἄρτι. Φεῦ τί μοι λέγεις;
Ψεῦδος μὲν οὐδὲν, ἀλλ' ἀληθῆ μανθάνεις.
Καὶ μάρτυς ἀστὴρ, ὃν κατ' οὐρανὸν βλέπεις,
Ἐκεῖθεν [a] ἦκε τὸ βρέφος σοι δεικνύων.
Οὗτοί τε συντρέχοντες, ὡς πρὸς Δεσπότην,
Ὧν καὶ τὸ τερπνὸν ᾄσμα τῆς εὐφημίας.
Οἷς συμμελῳδεῖν, οὐκ ἀπιστεῖν σε πρέπον.
Εἰς γὰρ χάριν σὴν ταῦτα πάντα συντρέχει.
Θεὸς βροτωθεὶς, ὡς θεώσῃ σὴν φύσιν.
Πένης ὑπὲρ σοῦ, πλούσιόν σε δεικνύων.
Ἐπικροτοῦντες ἄγγελοι ταῖς ἐλπίσι.
Μήτηρ ἀνανδρος, παρθένος βρεφοτρόφος,
Μάγων τὰ λαμπρὰ δῶρα, ποιμένων δρόμος,
Χαρᾶς τὰ πάντα μεστὰ, καὶ θυμηδίας.
Τούτοις μὲν οὖν σύγχαιρε, καὶ συμπροσκύνει,
Ἓα δὲ τόνδε τὸν κατηφῆ πρεσβύτην·
Δάκνει γὰρ αὐτὸν ἄλλο τι κρυπτὸν πάθος,
Ἐξεῖ δὲ τούτου μικρὸν ὑπνώσεις λύσιν,
Καὶ συγκροτήσει πᾶσιν ἡμῖν ἡδέως.

B'. Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ Βάπτισιν [b].

Ἀνὴρ κομήτης αὐχμὸν ἄγριον τρέφων,
Τρίχας καμήλου, καὶ [c] δορᾶς ζώνην φέρων,
Ἄσαρκος, ἡμίγυμνος, ἀγγέλου τύπος,
Ἧκει προφήτης καινὸς ἐξ ἐρημίας·
Πρῶτον δ' ἑαυτοῦ Χριστὸν εἶναι μηνύων,
Δείκνυσιν αὐτὸν πᾶσι τοῖς ἠθροισμένοις.
Τούτῳ προσελθὼν (3) Χριστὸς ὡς ἐγνωσμένος,
Αἰτεῖ λαβεῖν βάπτισμα τοῖς ἄλλοις ἴσα.
Ὁ δ' εὖ γινώσκων ὅστις οὗτος, καὶ πόθεν,
Πεῖραν τὸ πρᾶγμα, πεῖραν ἠγεῖται μόνον·
Ὅθεν κραταιῶς ἀντιτείνει τῷ λόγῳ.
Πλὴν ἀλλ' ὑπείκει Δεσπότου προθυμίᾳ·
Τρέμει δ' ὅμως τὴν χεῖρα, καὶ ψαύει μόλις,
Ἄνω θεωρῶν, ὡς Ἰωάννου ἐκφύγοι,
Μᾶλλον δὲ κἀκεῖ φρικτὸν ἄλλο τι βλέπει.
Περιστερὰ κάτεισιν εἰς γῆν ὑψόθεν,
Ἣν οὐρανοὶ πέμπουσιν ἐκ τῶν σχισμάτων·
Φωνὴ δ' ἐκεῖθεν πατρικὴ βροντᾷ μέγα,
Υἱὸν καλοῦσα Χριστὸν ἠγαπημένον·
Καὶ μαρτυρεῖ τὸ Πνεῦμα τούτῳ προστρέχον,
Δι' ὃν κατῆλθεν, ᾧ σεμνῶς ἐφιζάνει.
Πτηνῷ δ' ἔοικεν ὀξυκινήτῳ φύσει,
Περιστερᾶς γὰρ εἶδος ὡς ἁπλουστέρας.
Συνεῖς δὲ ταῦτα καὶ ποταμὸς ἠρέμα
Ἱστᾷ τὸ ῥεῖθρον τοῦ δρόμου, καὶ προσμένει,
Οὕτω γε τιμῶν τὴν Θεοῦ παρουσίαν,
Καὶ τὴν καλὴν κάθαρσιν ἀντιλαμβάνων,
Ὡς πρῶτος αὐτὸς τὴν χάριν δεδεγμένος,
Ἀρχὴ γένηται τῷδε τῷ μυστηρίῳ.
Τοῦτο βροτῶν φῶς, τοῦτο δευτέρα πλάσις,

plearis amore. Antrum vides, antrum reconditum, in quo præsepe, et infans, et virgo, Deus pauper, tugurio carens, in vili panno, ad lucem modo editus est! Eheu! quid dicis? Nihil quidem falsi, sed verum audis. Et testis est stella, quam in cœlo conspicis, unde venerit infans tibi ostendens; et isti velut ad Dominum concurrentes, quorum etiam est jucundus laudum concentus. Cum his concinere, non diffidere tibi convenit. Tui enim gratia hæc omnia fiunt: Deus homo factus, ut deificet tuam naturam; egenus propter te, divitem te demonstrans; angeli, spebus applaudentes; mater nesciens virum, virgo puerpera; splendida magorum dona; pastorum concursus; omnia jubilatione gaudioque plena. Cum his igitur tu congaude; cum illis pronus adora, sine vero hunc demissis oculis senem: mordet enim eum alius quis secretus affectus. Ab hoc autem post breve somnium liberabitur, et libenter nobiscum omnibus complaudet.

II. *In sacrum Christi Baptisma.*

Vir pilosus, incultam rusticitatem enutriens, de pilis cameli vestitus, et zonam pelliceam ferens, macilentus, seminudus, angeli typus, e deserto novus propheta venit. Priorem autem semetipso Christum esse significans, ipsum omnibus congregatis manifestat. Ad eum Christus ut notus accedens, baptismum aliorum baptismo similem dari sibi rogat. Ille vero, bene sciens qualis et unde sit iste rem experimentum purumque tentamen æstimat. Unde fortiter obstitit verbo. Verumtamen desiderio Domini obtemperat. Sed manu tremit vixque sursum aspiciens, vertiginem effugit. Magis autem tremendum aliud quid conspicit. Desuper in terram delabitur columba, quam ex nubibus cœli demittunt, et vox paterna ex alto reboat, Christum Filium dilectissimum vocans. Testimoniumque reddit Spiritus ad ipsum accurrens, propter quem descendit et super eum solemniter considens. Volucri vero veloci natura, columbæ scilicet simplici, similis est. Intelligens autem hæc et amnis placide cursum sistit, et exspectat, sic Dei præsentiam honorans, pulchramque vice puritatem accipiens, ut ipse primus, accepta gratia, principium huic mysterio fiat. Hoc mortalium lumen, hoc secunda creatio, charisma, sigillum et hoc concinunt angeli,

[a] *Ισ.* ἦκον. [b] *γρ.* βάπτησιν. [c] *γρ.* δοράς.

Matthæi Busti notæ.

(3) *Τούτῳ προσελθών.* Pro ἐγνωσμένος reposuissem ἠγνοημένος, si versus ratio tulisset, aut etiam ἠγνωσμένος, tanquam factum ex particula privativa et γνόμαι barytono (unde ἔγνωσμαι) sed nusquam (quantum scio) legitur. Hoc certum est ea quæ paulo post sequuntur, ὁ δ' εὖ γινώσκων, et cæt., aliquid tale postulare.

Digitized by Google

Χάρισμα, καὶ σφράγισμα, καὶ σωτηρία.
Τοῦτο [7] κροτοῦσιν ἄγγελοι, τοῖς γηΐνοις
Ἥδιστα συγχαίροντας, ὡς θεουμένοις.
Ἀπευχαριστῶ πολλὰ τῷ λελουμένῳ·
Τούτου γὰρ οὐδὲν εἰς ἀμοιβήν μοι πλέον.

Γ. Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ Μεταμόρφωσιν.

Φρίξον θεατὰ τὴν ὁρωμένην θέαν,
Καὶ στῆθι μακρὰν, εὐλαβῶς κάτω βλέπων,
Μή πως καταστράψῃ σε Χριστὸς ἐγγύθεν,
Καὶ ζημιωθῇς σαρκικῶν φῶς ὀμμάτων,
Ὡς Παῦλος ἄλλος ἀστραπῇ βεβλημένος.
Ὁρᾷς μαθητὰς ἐνθάδε προκειμένους·
Οὐ γὰρ φέρειν ἔχουσι τὴν λαμπηδόνα.
Βλέπει δὲ Μωσῆς τὴν χάριν σὺν Ἠλίᾳ
Γνόφος [γὰρ] αὐτοῖς (4) [8] προξενεῖ παῤῥησίαν.
Σὺ δ' εἰ λαλούσης ἐκ γνόφου φωνῆς μόνον
Θείας ἀκούσῃς, εὐτυχεῖς, καὶ προσκύνει.

Δ'. Εἰς τὴν ἔγερσιν τοῦ Λαζάρου.

Ὁ τῆς Γραφῆς νοῦς· ἀλλ' ἄκουε, καὶ βλέπε.
Ἦν τις δίκαιος Λάζαρος, Χριστοῦ φίλος.
Τοῦτον θανόντα γῆ καλύπτει, καὶ τάφος.
Αἱ σύγγονοι θρηνοῦσι τὸν τεθαμμένον·
Τοῦ γὰρ φιλοῦντος ἀγνοοῦσι τὸ κράτος.
Πάρεστιν αὐτός· αἱ δὲ συντονώτερος
Κλαίουσι, κωκύουσι, προσπίπτουσί τε·
Καθυστερεῖν λέγουσι τὴν παρουσίαν.
Ὄψεσθε, φησὶ, τὴν ἐμὴν ἐξουσίαν
Ὁ δημιουργός. Ποῦ δ' ὁ τοῦ φίλου τάφος;
Ἰδοὺ, σέσηπε, τὸν τετραταῖον βλέπεις,
Ἀπεκρίθησαν. Καὶ σκόπει τὸν Δεσπότην
Ὑποκριτὴς ἄριστος ὁ ζωηφόρος·
Σχολῇ βαδίζων δυσφορεῖ, καὶ δακρύει,
Ἐξ οὐρανοῦ τε δῆθεν αἰτεῖ τὴν χάριν.
Σὸν ἔργον, ὦ κράτιστε, τί βλέπεις ἄνω
Ἐγγὺς δ' ὁ μάρτυς. Εἰ κελεύσεις γὰρ μόνον
Τρέψεις τὸ πένθος εἰς ἑορτὴν αὐτίκα.
Οὐκοῦν κελεύει. Δεῦρο δ' ἔξω, κραυγάσας.
Ζωὴν ἑτοίμως ἐμπνέει τῷ κειμένῳ.
Τοιαῦτα Χριστὸς οἶδε ποιεῖν τοῖς φίλοις.
Ἐξάλλεται γοῦν ζῶν ὁ νεκρὸς ἐκ τάφου,
Καὶ δὴ βαδίζει κειρίαις ἐσφιγμένος.
Πλὴν ἀλλ' ἀνεῖται, καὶ λυθεὶς ἀποτρέχει,
Τὸ δεῖπνον οἶμαι σκευάσων ὁ γεννάδας,
Εἰς ἐξίωσιν προσφιλοῦς εὐεργέτου,
Δι' ὃν πάλιν ζῇ, καὶ τροφῆς δεῖται πάλιν.

Ε'. Εἰς τὰ Βαΐα.

Ἄνοιγε τὰς σὰς, ὦ Θεοῦ πόλις, πύλας,
Ἃς ἠγάπησε Κύριος παντοκράτωρ.
Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸς ἔρχεταί σοι Δεσπότης,
Πρᾷος, δίκαιος, μέτριος, ταπεινόφρων,
Ἔχων ὄχημα πῶλον εὐτελοῦς ὄνου,
Καὶ τοὺς μαθητὰς ἐκ ποδῶν ὁδοιπόρους.
Παῖδες προπεμπέτωσαν αὐτὸν ἐν κρότοις·
Δεῖ γὰρ τὸν ἁγνὸν ἐξ ἁγνῶν τιμὴν ἔχειν.
Κλάδους προσειέτω δὲ νικητηρίους
([9] Ὡς τοῦ παρόντος χθὲς (5) κατειδὼς τὸ κράτος.)

terrestribus tanquam divinis jucundissime collætantes. Multas baptizato rependo gratias : hoc enim mihi ad vicem exsolvendam nihil amplius est.

III. *In sanctam Christi Transfigurationem.*

Perhorresce, spectator, hancce visionem, et sta procul, pie deorsum intuens, ne forte Christus te proplorem radiis obcæcet, et, ut alter Paulus fulgure perculsus, carnalium oculorum lumen læsum sentias. Discipulos ibi prostratos vides : non enim valent sustinere splendorem ; cerne vero Moysis cum Elia gratiam : nubes enim ipsis conciliat præsentiam. Tu autem si de nube loquentem solummodo divinam vocem audis, felix es, et adora.

IV. *In resurrectionem Lazari.*

Est Scripturæ sensus. Attamen audi et vide. Erat quis justus Lazarus, Christo dilectus. Hunc mortuum tellus premit et tumulus. Sorores deflent sepultum : diligentis enim agnoscunt potentiam. Ipse adest : illæ vero contentius lamentantur, ingemiscunt, et ad genua volvuntur. Seram dicunt esse præsentiam. Videbitis, inquit creator, meam potestatem. Ubi est amici tumulus? Ecce putrefactus est ; hunc quatriduanum cernis, responderunt. Et contuere Dominum. Actor est optimus ille qui vivificat. Lente gradiens, ingemit et lacrymatur ; et e cœlo petit gratiam. Opus tuum, potentissime, sursum intueris. Propinquus est testis : si enim tantummodo jusseris, mœrorem in festum subito convertes. Jube igitur. Veni foras, ubi clamavit, protinus vitam inspirat jacenti. Talia Christus amicis facere solet. Exsurgit ergo vivens e tumulo mortuus, et jam graditur institis ligatus. Attamen exuitur et solutus currit ad convivium, puto, generosus parandum, ut digne excipiat amicos benefactoris, per quem reviviscit et rursus indiget cibo.

V. *In Palmas.*

Aperi tuas, civitas Dei, portas, quas dilexit Dominus omnipotens. Ecce enim ad te venit ipse rex tuus mansuetus, justus, æquus, humilis, insidens vili asini pullo et discipulos pedibus iter facientes. Pueri comitantur eum cum plausibus. Decet enim purum a puris honorem accipere. Ramos autem triumphales movent, (ut quæ præsentis potestatem

[7] *γρ.* κρατοῦσιν. [8] *γρ.* προξενοῖ. [9] *γρ.* Ὃς τοῦ παρόντος χθὲς κρατεῖ δὲ τὸ *κρ.*

Matthæi Busti notæ.

(4) *Γνόφος* [*γὰρ*] *αὐτοῖς*. Γὰρ in exemplari desideratur : ut et alia omnia uncinis inclusa, quæ in hoc libello occurrent.

(5) *Ὡς τοῦ παρόντος χθὲς*, et cæt. Nimirum in resuscitando Lazaro : hoc enim factum est die proxime præcedente, ut constat ex Joannis cap. XII ; unde etiam Ecclesia Lazari resuscitationem in Vigiliis Festi Palmarum celebrari voluit, sumpto a Lazari festo Paschalium dierum initio. Quare ita legendum censui : nam ex iis quæ leguntur in manuscripto, quæque in margine apposita vides, sensum elicere nullum potes.

Digitized by Google

Ὁ γ' ἄλλος ὄχλος τοὺς χιτῶνας στρωννύων.
Ὕμνους προσᾴδέτωσαν ἱκετηρίους
(Σωτὴρ γὰρ ἥκει πᾶσιν ὁ ζωηφόρος)
Ὅσοι λαβεῖν θέλουσιν αὐτοῦ τὴν χάριν.
Σὺ δ', ὦ ποθεινὴ, πρὸς τί τὰς σαυτῆς πύλας,
Σιών, ἀνοίξεις; Ἔνδον ἐμπεπλησμένη
Λῃστῶν ἀπηνῶν, δυσσεβῶν, μιαιφόνων,
Οὓς οὐ δ' ὁ νεκροὺς ἐξανιστῶν ῥᾳδίως.
Ἄδην τε νικῶν οὗτος [10] ἐντρέπει (6) τάχα·
Τοῖς γὰρ φόνου πνέουσιν αἰδὼς οὐκ ἔνι,
Καὶ μᾶλλον, εἰ φθόνος τις αὐτοὺς ἐκφλέγει.
Ὅμως δ' ἄνοιγε, καὶ δέχου τὸν Δεσπότην.
Καὶ γὰρ πάρεστι τοῦ παθεῖν, οἶμαι, χάριν,
Ἐπείπερ οἶδε, καὶ παθὼν, φεύγειν πάθος.
Οὐ δή τις ἡμῖν ἐστιν, ἐντεῦθεν φόβος.
Ὡσαννὰ τοίνυν, σῶσον εὐλογημένε,
Οὕτω προσηνὴς εἰσελαύνων, καὶ φέρων
Βροτοῖς ἅπασιν ἐκ παθῶν ἀφθαρσίαν.

Γ'. *Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ Σταύρωσιν.*

Νὺξ ταῦτα. Καὶ γὰρ ἦλιον κρύπτει σκότος,
Ἀχλὺς δὲ πληροῖ πάντα καὶ βαθὺς ζόφος.
Πῶς οὖν θεωρῶ, δημιουργὲ Χριστέ μου,
Σταυρούμενόν σε; Φεῦ, τί τοῦτο; καὶ πόθεν;
Σωτῆρα κόσμου προσδοκῶν σε μακρόθεν,
Νῦν ὡς κακοῦργον εἰς ἀρᾶς ξύλον βλέπω.
Ἀπῆλθεν εἶδος, κάλλος οὐκ ἔχεις ἔτι·
Μήτηρ δὲ θρηνεῖ, καὶ σὸς ἠγαπημένος,
Μόνοι παρόντες τῶν πρὸ μικροῦ σοι φίλων.
Φροῦδοι μαθηταὶ, καὶ πτερωτοὶ δ' οἰκέται
Μάτην περιτρέχουσι, μεστοὶ δακρύων.
Οὐ γὰρ βοηθεῖν εὐποροῦσι τῷ πάθει,
Μέγας δ' ἄπεστι σὸς Πατὴρ παντοκράτωρ,
Μόνον λιπών σε ταῦτα πάσχειν, ὡς λέγεις.
Καίτοι προεῖπες οὐχὶ λειφθῆναι μόνος,
Συνόντος αὐτοῦ καὶ τανῦν πάσχοντί σοι.
Ἀλλ' οὐκ ἄπεστι. Πνεῦμα γὰρ σὸν λαμβάνει,
Συνευδοκῶν τε, καὶ συνών σοι, καὶ φέρων
Υἱοῦ τελευτὴν ἠγαπημένου βλέπειν.
[11] Δεῖ γάρ με, δεῖ σοι συνθανεῖν, εὐεργέτα,
Ὡς συμμετάσχω τῆς ἐγέρσεως πάλιν.
Οὕτως ἔδοξε· τοῦτο τῆς εὐσπλαγχνίας
Ὑμῶν πρὸς ἡμᾶς ἡ μεγίστη χρηστότης·
Εὐγνωμονοῦμεν. Πλὴν τάχυνον ἐκ τάφου·
Σπεύσεις δὲ πάντως. Ἥλιος γὰρ ἐνθάδε,
Ὁ πρὶν ζοφωθεὶς, καὶ κρυβεὶς εἰς σὴν χάριν,
Ἔλαμψε φαιδρὸν αὖθις ἀνθ' ἑωσφόρου,
Σὲ τὸ μέγιστον Ἥλιον προμηνύων
Ἐκ γῆς [12] ἀνίσχειν, φῶς τε πέμψειν αὐτίκα.
Ἴδοιμεν οὖν λάμποντα καί σε, Χριστέ μου,
Ὥσπερ τὸ σὸν ποίημα τὴν νῦν ἡμέραν,
Δι' ἧς ὁρῶμεν τούσδε τοὺς θείους τύπους,
Καί σοι συναστράψοιμεν ἐκ γῆς καὶ τάφων.

Δ'. *Εἰς τὴν Θεοτόκον δακρύουσαν.*

Ὦ τοῦ πάθους Δέσποινα, καὶ σὺ δακρύεις;

heri conspexit) hæc alia turba suas sternens tunicas. Supplicibus concinant hymnis (Salvator enim venit, omnibus vitam portans) quotquot ipsius gratiam percipere volunt. Tu vero, venerabilis Sion, ad quid tuas aperies portas? Intus plena es latronibus sævis, impiis, homicidis, quos nec ipse qui facile mortuos suscitat et infernum vincit, cito convertit. Cædem enim spirantibus nullus inest pudor, præsertim cum aliquis eos inflammet zelus. Verumtamen aperi et recipe Dominum; etenim advenit, puto, patiendi causa, cum scit, vel patiens, fugere passionem. Nullus quidem exinde nobis est timor. Hosanna ergo, Salvator benedicte, sic mansuetus ingrediens, et ferens omnibus mortalibus ex passionibus immortalitatem.

VI. *In sanctam Christi crucifixionem.*

Ubique nox. Etenim solem obducunt tenebræ; nimbus autem et densa caligo replent omnia. Quomodo ergo, Christe, mi Creator, te video crucifixum? Eheu! quid est hoc et unde? Te mundi Salvatorem exspectans, nunc velut malefactorem in maledictionis ligno suspensum aspicio! Evanuit species; decorem amplius non habes. Plorat autem mater necnon tuus dilectus, soli nunc ex omnibus quos nuper habebas amicis, astantes. Fugitivi discipuli, timidique velut aves servi, frustra pleni lacrymis circumcursant: non enim passioni tuæ succurrere valent. Abest autem magnus tuus Pater omnipotens, relinquens te solum, ut ais, ista pati. Attamen dixeras te non relinqui solum, ipso tibi nunc patienti astante. Et vero non abest: tuum enim accipit spiritum, consentiens astansque tibi, et Filii dilectissimi mortem aspicere valens. Oportet enim me, oportet tibi commori, benefactor, ut denuo resurrectionis particeps fiam. Ita placuit. Hoc erga nos misericordiæ vestræ maxima gratia. Bene novimus. E tumulo tamen festina. Omnino properabis. Ecce enim sol qui prius in tui gratiam obscuratus et absconditus fuerat rursum auroræ loco splendide fulget, te maximum Solem e terra brevi surrecturum missurumque lumen significans. Videamus igitur lucentem te, Christe, sicut opus tuum, præsentem diem, per quam contemplamur hos divinos typos, et tecum e terra tumulisque surgamus.

VII. *In Deiparam lacrymantem.*

O mœroris Domina, et tu lacrymaris? Quodnam

[10] *γρ.* ἐντρέχει. [11] *γρ.* δεῖ με γάρ. [12] *γρ.* ἀνασχεῖν.

Matthæi Busti notæ.

6) Ἄδην τε νικῶν οὗτος. Ἐντρέχει locum hic habere non potest, ideoque substituo ἐντρέπει, ἤγουν δυσωπεῖ, quod etiam αἰδὼς in sequenti versu positum evincit. Hujus verbi vim dum non assecutus videtur Augustinus Steuchius Eugubinus, Septuaginta interpretum versionem immerito rejicit, ad *Exod.* cap. x, v. 3. Ἕως τίνος οὐ βούλει ἐντραπῆναί με;

Digitized by Google

Καὶ τίς βοηθὸς τῶν παρ' ἡμῶν δακρύων,
Εἰ καὶ σὺ πάσχεις ἄξια θρηνῳδίας;
Τίς ἐλπὶς ἄλλη; Τίς παράκλησις; Φράσον.
Καὶ μὴν ἐχρῆν σε μᾶλλον εὐθύμως ἔχειν,
Ἄνθρωπε χρηστὲ τοῦ [13] τέλους προκειμένου.
Ἄλλοι γὰρ ἄλλο (7) φάρμακον σωτηρίας,
Ἐμὸν δὲ πένθος κοσμικοῦ πένθους λύσις.

II'. *Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ καὶ ζωηφόρον Ἀνάστασιν.*

Σκόπει, σκόπει τὸ θαῦμα τοῦ τεθαμμένου,
Ἕως θεατόν ἐστι, πρὶν παραδράμῃ.
Μή πως ἀπιστῇς ὕστερον λαλουμένῳ,
Θέλων προσάπτειν τοῖς ὑπὲρ φύσιν, φύσιν.
Τοίνυν, μαθητὰ τῶν ἀπορρήτων, ὅρα
Καὶ ζῶντα Χριστὸν αὖθις· εὖγε τοῦ τάχους.
Ὡς ὀξὺς εἰς ἔγερσιν ὁ ζωηφόρος,
Τάφον κατοικεῖν νεκρὸς οὐκ εἰθισμένος.
Τριήμερον γοῦν, οὐ τριέσπερον βλέπεις,
Κἂν ζωοποιῇ τετραημέρους φίλους,
Νῦν δ' ἐξαναστὰς τοὺς γενάρχας ἑλκύει
Χερσὶ κραταιαῖς ἐκ παλαιῶν μνημάτων.
Πρῶτον δ' ἀνορθοῖ τὸ προπεπτωκὸς πάλαι
Ἔπειτα τὸν βριθοντα τόνδε πρεσβύτην,
Μεθ' ὧν ἅπασαν ἐξεγείρει τὴν φύσιν,
Δι' ἣν κατελθὼν μέχρι σαρκὸς, καὶ τάφου,
Ἅδην πατεῖ τύραννον ἀνθρωποφθόρον.
Πλὴν ὡς ἀπαρχὴν τοῦ γένους τοῦ σοῦ δέχου
Ἀδάμ, Δαβίδ τε καὶ σοφὸν Σολομῶνα.
Οὓς ἡ Γραφή σοι ζῶντα; ὧδε δεικνύει,
Ὦ; τοῦ διδόντος τὴν ἔγερσιν Πατέρας.
Αὐτὸς μὲν οὖν τοὺς ἄνδρας ἐκ νεκρῶν ἔχεις,
Εὔαν γυναῖκες, τὴν ἁπάντων μητέρα.
Οὗτοι δὲ τυφλούσθωσαν ἐκ φόβου τέως
Φρουροὶ μάταιοι, δυστυχεῖς ὑπηρέται.
Βάλλει γὰρ αὐτοὺς ἀστραπαῖς ὁ Δεσπότης,
Ὦ; μὴ θεαθῇ δυσσεβῶν ὄψει πάλιν.
Σὺ δ' ἀξιωθεὶς ὧν ὁρᾷς θεαμάτων,
Ἐπικρότησον· σὴν ἀνάπλασιν βλέπεις.
Καὶ χαῖρε, χαῖρε, πάσχα τοῦτο Κυρίου.

Θ'. *Εἰς τὴν ψηλάφησιν.*

Χριστὸς, μαθηταὶ, Χριστός ἐστι καὶ πάλιν.
Θαρσεῖτε, μὴ κλονεῖσθε τῇ ξένῃ θέᾳ,
Μηδὲ [14] πτοεῖσθε (8) τὰς ἀδήλους εἰσόδους·
Οὐδεὶς γὰρ ὑμᾶς ὄψεται κεκρυμμένους·
Ἀλλ' αὐτὸς ἀκράτητον εἰληφὼς φύσιν,
Οὕτω διέδρα καὶ τάφον κεκλεισμένον.
Ἀλλ', ὦ τί τοῦτο [15]; νῦν γὰρ ὥσπερ ἠσθόμην
Οὐχ οὗτος ὁ πρὶν εὔστομος δημηγόρος;
Οἷον κάτω νένευκεν ἐκπεπληγμένος;
Ἡ χεὶρ δὲ ναρκᾷ, καὶ [16] παρειμένη τρέμει,
Πλευρὰν φλέγουσαν ψηλαφᾷν ὡρμημένη.
Χριστὸν προδήλως, ὦ φιλοπράγμον, βλέπεις,
Ὦ; ἡ παροῦσα μαρτυρεῖ σοι δειλία.
Νῦν οὖν πέπεισο, καὶ λιπὼν τοὺς πρὶν λόγους;

erit nostrarum solamen lacrymarum, si tu ipsa lamentatione digna patiaris? quænam alia spes? quæ solatio? Responde. At vero te potius, homo pie, oportet, ad præsens malum, forti animo esse. Aliis enim aliud salutis remedium: meus autem mœror humani mœroris est solutio.

VIII. *In sacram vivificamque Christi Resurrectionem.*

Intuere, intuere sepulti prodigium, dum aspectabile est, priusquam transierit, ne postea dicto renuas assensum, volens iis quæ sunt supra naturam, naturam componere. Igitur, mysteriorum discipule, vide quoque Christum rursus viventem. Euge! diligentiam! Quam promptus ad resurrectionem auctor vitæ, sepulcrum inhabitare mortuus non assuevit. Triduanum ergo, non trinoctialem vides, si quidem quatriduanos vivificat amicos. Nunc autem suscitatus, protoparentes ex antiquis monumentis manu forti elicit. Primum vero relevat quod olim prolapsum fuerat; deinde miserum hunc senioem; posteaque totam suscitat naturam, ob quam cum ad carnem et tumulum usque descenderit, mortem, homicidam tyrannum proculcat. Cæterum ut primitias generis tui recipe Adam, et David, sapientemque Salomonem, quos Scriptura tibi viventes, ut dantis resurrectionem patres, ostendit. Ipse ergo vivos ex mortuis habes, Evam mulieres omnium matrem. Illi vero interea timore cæcati sunt vani custodes, miseri servi; percellit enim eos fulguribus Dominus, ne deinceps impiorum videatur oculis. Tu vero dignatus spectaculo quod cernis plaude: tuam regenerationem vides. Salve quoque, salve, pascha Domini.

IX. *In Contrectationem.*

Christus, discipuli, Christus est denuo. Confidite, ne vana visione conturbemini; non invisibiles aditus cogitate stupentes: nemo enim vos absconditos cernit. Verum ipse incorruptibilem indutus naturam, ita sepulcrum circumclusum effugit. Sed quid istud? Nunc enim, ut novimus, non est iste qui prius ore suavi loquebatur? Quomodo deorsum inclinatur perculsus? Manus autem torpet, languidaque tremit, cum fulgidum latus tangere properat. Christum manifeste, curiose, cernis, ut tibi testatur præsens trepidatio. Nunc ergo crede, prioresque

[13] *Ισ.* πάθους. [14] *γρ.* ποιεῖσθε τὰς ἀδήμους. [15] *Ισ.* νοῦν γὰρ οὐ παρεσχόμην. [16] *γρ.* παρειμένα.

Matthæi Busti notæ.

(7) *Ἄλλοις γὰρ ἄλλο.* Versum 216 et reliquos, qui hunc in codice meo immediate sequebantur, quære num. 85, ibi χαίρων ὀνείροι; καὶ σκιαῖς. Inter quos tamen, ut vides, nulla intercedit affinitas, nulla connexio. Idem in sequentibus animadvertere poteris, ne frustra eadem iterare atque inculcare cogar: ita vero, ut a me digeruntur, bellissime conspirant omnia, et festorum ordo qui in manuscripto fœdissime conturbatus erat, hic restituitur.

(8) *Μηδὲ πτοεῖσθε.* Intelligit stupendum Christi introitum, ostio clauso. Ita enim et sensus erit optimus, et versus integer.

Digitized by Google

Θαύμαζε, καὶ κήρυττε τὸν Ζωηφόρον

Γ'. *Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ καὶ σωτήριον Ἀνάληψιν.*

Οὐκ ἦν ὁ Χριστὸς σαρκικῶν ἐκ σπερμάτων,
Κἂν σὰρξ προῆλθε ἐκ μητρικῶν αἱμάτων.
Ἀλλ' ἐκ Θεοῦ φὺς καὶ κατελθὼν ὑψόθεν,
Εἰς οὐρανοὺς ἄνεισι πρὸς Θεὸν πάλιν,
Καὶ σῶμα θεῖον ἐκ ταφῆς ἀφθαρτίσας,
Φέρει σὺν αὐτῷ, καὶ καλύπτεται νέφει.
Οὗτοι δ' ἄνω βλέπουσιν ἐκπεπληγμένοι,
Καὶ χεῖρας ἐκτείνοντες ὡς πρὸς αἰθέρα,
Ζητοῦσιν ὥσπερ τὴν σύναρσιν ἐκ πόθου,
Φίλοι μαθηταὶ, καὶ τεκοῦσα Παρθένος.
Ὅθεν καταστέλλουσιν αὐτοὺς ἡρέμα
Λόγοι προσηνεῖς ἀγγέλων εὐαγγέλων,
Οὕτω, λέγοντες, Χριστὸν ἥξειν καὶ πάλιν,
Ὥσπερ κατεῖδον ἄρτι γῆθεν ἠρμένον,
Ἥρας γὰρ εἶναι τοῦτο τοῦ μυστηρίου.
Ταῦτα προδήλως ὁ γραφεὺς τῶν εἰκόνων
Τύποις διδάσκει τὴν ἀλήθειαν σέβων.

